This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

L 0

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

FROM THE LIBRARY OF
JAMES JACKSON HIGGINSON
(CLASS OF 1857)
OF NEW YORK

JUNE 15, 1917

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN DECIMUM OCTAVUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1828.

Digitized by Google

L 9

Harvard College Library
June 15, 1917
From the Library of
James J. Higginson
New York

Digitized by Google

CAP. XI. § 2 *Samniti populo omnes, quos in potestate habuit, aut pro eis pax debetur*] Distinguunt Pall. duo, *aut pacto stas Samniti populo: omnes, quos in pot. habuit, aut pro his pax habetur.* Pal. 2. *Samniti pop. omnes, quos in pot. habuerit, restitue: aut pro his pax habeatur.* Videlicet hæc sententia ita prave malis subfulta tibicinibus est ab iis, qui non ceperunt. Sensus vero est: Samnitibus debentur aut exercitus et omnes, quos ad furculas clausos ac captivos in potestate habuit, aut pax debetur, sponsione expressa. *Gebh. Quos in pot. habuerit, restitue, aut pro his pax habeatur* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *quos in pot. habuit, restitue, aut pro his,* vel *hiis, pax habeatur* Harl. fragm. Hav. a m. sec. et apud Hearnium C. *quos in pot. habuit, redde; aut pro eis pax habeatur* Lov. 2. *quos in pot. habuit, restitue; aut pro eis pax debeatur* ejusdem Hearnii N. *habuerit* etiam Leid. 2. et Lov. 1. Tum *pax habetur* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. *pax habeatur* Oxon. L. 2. apud Hearnium. Librariis, qui hic voces interpolarunt, ac mutarunt, displicuisse videtur compositio illa *omnes, aut pax debetur.* Verum de ea vide ad I. 21. § 2. Paullo ante trajectis vocabulis *irrita omnia facis* Lov. 3.

§ 3 *Qui te captum victori, cum qua potes fide, restituis*] Vet. lib. *qui te nunc captum victori.* Sigonius. Pal. 2. *qui te nunc captum.* Gebh. Vet. lib. Sigonii consentiunt Lov. 2. Harl. Port. et Hearnii Oxon. B. ac C. *qui te cum captum victori* Leid. 1. *qui te tum captum victori* Lov. 4. Sed voculam interpositam quamcumque non agnoscunt optimi. Recte igitur recentiores editores Sigonium, *nunc* in contextum recipientem, non audiverunt. Præterea *cum qua fide potes* Gaertn. *tu qua te potes fide* Lov. 3. *tum qua potes fide* Voss. 2. *cum potes fide* Leid. 2. et Lov. 1. Nihil mutandum. Locutionem 'cum qua fide potes' inlustrabo ad XLV. 8. § 4. Ceterum hæc verba ac seqq. *populum Romanum adpello* deficiunt in Port. inertia scribæ, ob vocis *adpello* iterationem. Vide hoc cap. ad § 11. At *populo Romano* est in Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIX. 47. § 11.

Quem si sponsionis ad furculas Caudinas factæ pœnitet] *Quem si sponsio omnis ad furculas Caudinas factæ* Voss. 2. et Lov. 3. Forte librarii dare voluerunt *quem si sponsio omnis ad furculas Caudinas facta pœnitet.* Ita enim antiquos interdum locutos esse, docuit Sanctius in Minerv. l. III. c. 1. et 3. in voce 'Pœnitet,' ubi vide Perizon. Reliquis tamen cedd. in vulgatum consprirantibus, id præferendum esse, nullus dubito. Deinde *pœnituit* Lov. 4. a m. pr. Tum *restituet,* pro *restituat,* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et Gaertn. Postea *septæ* cum diphthongo Flor. Vide ad VIII. 8. § 10. Tandem *fuerant,* pro *fuerunt,* Gaertn.

§ 4 *Recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt*] Pall. 1. ac 3. *quæ perpacti omnes trad.* Andreæ ed. *pro pactione trad.* Gebh. *Perpacti omnes trad.* Lov. 3. *perpactis omnes trad.* Voss. 2. *pro pactione trad.* edd. Rom. 1472. et Parm. *Pro* et *per* sæpe commutantur. Vide ad III. 67. § 7. Præterea *recipiunt arma, quæ* Port. *recipiant arma, quam* Hav. Paullo ante *deceperat,* pro *deseperit,* Port. *decepit* Harl. et Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. Mox in verbis seqq. *red'unt,* pro *redeunt,* idem Gaertn.

Tum bellum et fortia consilia placeant] *Et fortia cons. facta placeant* Hearnii Oxon. C. Sed videtur librarius duplicem lectionem *fortia consilia* et *fortia facta* reperisse, et utramque, verioris incertus, junxisse, ut sæpe factum est. Vide ad III. 44. § 4.

§ 5 *Ea vero fortuna, iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum*] Iterum Pall. 1. ac 3. *pax*

Digitized by Google

repudietur a fortuna: his locis, ubi ante pacis mentionem habuimus. Repudiant ceteri quoque libri τὸ *vero.* Item Pal. 2. et Andreæ ed. *quam ante pacis mentionem habuimus.* Gebh. In nullo scriptorum aut editorum ante Gryphium inveni τὸ *vero;* quare delevi. Potest autem intelligi vel per ἓν διὰ δυοῖν, quasi esset fortuna locorum, (nam æquis locis æqui Dii, ut Tacitus, et contra. v. 54. 'Fortuna certe loci hujus transferri hinc non possit.' VI. 28. 'Fortunæ loci delegaverant spes suas.' Ovidius Met. IV. 565. 'tanquam fortuna locorum, Non sua se premeret:') vel divisum: restituatur eadem fortuna et status exercituum, eadem conditio, eædem spes metusque: reddamur iisdem locis, quibus constiteramus utrique, quum colloquium iniretur: sic deerit causa, cur senatus pactione consulum, nos pactis irritis doleamus. Supra c. 9. 'Nostrum exercitum eadem, quæ impedierat fortuna, expediret.' X. 19. 'Neminem quæsiturum, quæ verba Appii, sed quæ fortuna exercitus fuerit.' Quare non autumem, aptiore sensu fore *ea forma:* quod viro docto visum. *J. F. Gron.* Particula *vero* ante Gryphium jam recepta erat a Frobenio 1535. quam nullus etiam meorum aut Hearnii codd. agnovit, et recte Gronovius expunxit. Eadem etiam viro docto displicuit, qui propterea in margine ed. Curionis *Eadem fortuna* scribendum conjecit. Sed et hæc lectio in nullo meorum exstat. Is autem, quem *Ea forma* emendantem Gronovius refellit, est Freinsh. qui conjecturam hanc proposuit in Ind. Curt. in voc. 'Forma,' et ad Flori II. 11. § 8. Eæ voces sæpe in membranis antiquis commutantur. Vide ad XLI. 20. § 1. Verum neque huic lectioni ullus codicum consentit: et vulgatam recte Gronov. exposuit. Ceterum *a fortuna,* ut Gebhard. in duobus Pall. invenit, apud me superest in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Sed videntur librarii primam literam omisisse, ut eam postea ornatus caussa alio colore pingerent. Præterea *his locis ante pacis* Voss. 2. et Leid. 1. *quam his locis, ubi ante pacis* Lov. 2. *qaam his locis ante pacis* Lov. 4. *his locis ubi ante pacis* Lov. 3. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *diis locis ubi ante pacis* Gaertn. *his locis quam ante pacis* Port. Hav. Hearnii Oxon. B. et N. (quorum tamen posterior *quæ,* pro *quam,* in margine ostentat) atque edd. antiquæ ante Frobenianam 1535. *iis locis quante pacis* Klockian.

Nec nos fidem populi Romani accusemus] *Incusemus* Hearnii Oxon. B. Id verbum indoctis librariis minus notum fuisse videtur, quam ut sponte aut non præeunte cod. vulgatissimo *accusemus* substituerent. Eo tamen Livius sæpius usus est. Supra VIII. 23. 'Ultro incusabant injurias Romanorum.' XXV. 1. 'Incusati graviter ab senatu ædiles triumvirique capitales.' c. 37. 'Alii manus ad cœlum tendere, Deos incusantes.' XXVI. 12. 'Se quoque et præsidium in omnes cruciatus proditos incusabant.' XXIX. 8. 'Locrenses graviter ob defectionem incusavit.' XXXI. 6. 'Incusaverat bella ex bellis seri.' XXXIII. 35. 'Alii ferocius incusarunt exprobraruntque.' XL. 27. 'Fraudem hostium incusans.' Notat autem Servius ad Virgil. Æn. I. 410. 'Incusare proprie est superiorem arguere; accusare vero vel parem vel inferiorem.' Si igitur perpetuum foret id discrimen, Samnitium imperator Pontius dicendo *incusemus* agnovisset, Romanos Samnitibus superiores esse; quod eum, nupera victoria inflatum, fecisse, vix verisimile videri potest. Recte ergo Servius prioribus subjungit: 'Et hoc proprietatis est, licet usus male ista corrumpat.'

§ 6 *Numquamne caussa defiet*] Vet. lib. *deficiet.* Sigon. Sola Andreæ ed. *defiet.* Gebh. *Deficiet* Sigonii est;

Digitized by Google

nec aliter legitur in utroque Voss. Præplacet tamen, quod in Helmstad. Rott. et primis edd. habetur, *numquamne causa defiet*. Plautus Menæchm. I. 4, ' tribus vide quod sit satis: Neque defiat, neque supersit.' Milite IV. 6. ' ita animus per oculos meos defit.' Rud. IV. 4. ' Omnia iterum vis memorari, scelus, ut defiat dies.' *J. F. Gron.* *Defiet* apud me non superest, nisi in Flor. a m. pr. et Klockian. apud Hearnium autem in solo Oxon. N. Reliqui omnes *deficiet*, quod ex alterius expositione natum videtur. Passim enim hoc verbum librariis minus notum in alia mutatum est; apud poëtas autem propter legem metri, pro *defit*, sæpius datum est *desit*. Vide quæ notavi ad Silii IX. 335. ubi de hoc verbo plura dicta sunt. *Numquam nec caussa* est in Leid. 1. Sed posterioris vocis litera initialis fini vocis præced. adcrevit. Vide ad XL. 7. § 8. *Numquam de caussa* Hav. Mox *pacto non statis* Flor. a m. pr.

Obsides Porsennæ dedistis, furto eos subduxistis] *Porsinnæ* Flor. et Leid. 1. Verum de orthographia hujus nominis egimus ad II. 9. § 1. Deinde *furtum* Oxon. B. apud Hearnium, qui inde *furtim* scribendum conjicit, quemadmodum invenit in cod. N. *furtim* etiam apud me Harl. Port. et Hav. quorum fides levior est, quam ut iis credam. Mox *occisi*, pro *cæsi*, fragm. Hav.

§ 7 *Pacem nobiscum pepigistis, ut legiones vobis captas restituerimus*] Libri omnes *restitueremus*. Gebh. *Restituerimus* demum receperat Modii Francofurtana; neque alibi in scriptis, quam in uno Hav. mihi obvium fuit: quare recte Gronovius priorem lectionem revocavit. *Captas vobis restitueremus* alio ordine legit Harl. Deinde *pace nobiscum pepigistis* fragm. Hav. *pacem nobiscum pepegistis* Gaertn. a m. sec.

Eam pacem irritam facitis] Pall. 1. ac 3. *eam pacem vanam facitis*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Verum id ex interpretis glossa profluxit. Præterea *faciatis* Lov. 1. a m. pr. *fecistis* Lov. 2.

Et semper aliquam fraudi speciem juris inponitis] Ubi mens fuit Campani *et semper aliq. fraudis spec. juri imponitis* edentis? *Gebh.* *Aliq. fraudis spec. juris inponitis* Flor. Gaertn. et Port. a m. sec. Sed ultima litera vocis *fraudis* ex principio vocis seq. perperam repetita est. Vide ad XL. 7. § 8. *Aliq. altercandi spec. juris inponitis* Lov. 2. Omnia autem hæc verba *et semper aliq. fraudi spec. juris inponitis* deficiunt perperam in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 8 *Pacem sibi habeat*] Pal. 2. *pacem habeant sibi*. Gebh. Hac formula *sibi habeat* utitur, qui, quod non habet ipse, cum habeant alii teneantque, eo se facile carere testatur. Hic utrisque simul aut habenda pax, aut non habenda erat: neutri poterant habere vel aspernari sine alteris. Sensus poscere videtur, *Non probat pop. Rom. ign. pace legiones servatas? pacem ne habeat, leg. cap. vict. restituat. Hoc fide, hoc fœd., hoc fec. cærim. dignum erat. Ut tu quidem, quod pet. per pact., habeas, tot cives inc., ego pacem, quam hos tibi rem. pactus sum, non habeam? Hoc tu, A. Corneli, hoc vos, feciales, juris gentibus dicitis?* Nam et ita ponenda interpunctio, ab qua vulgo laborat locus. *Ut tu*, quemadmodum notavimus ad IV. 2. Plautus Asinar. v. 2. ' Egon' ut non domo surripiam in deliciis pallam, quam habet, atque ad te deferam?' *J. F. Gron.* Eadem, quæ hic, ad Senecæ Controv. XXVI. in fine habet Gronov. Verba *pacem sibi habeat* hac sententia accipi posse arbitror: Pace facile carere possumus; statuat de ea populus Romanus, ut lubet, dummodo legiones captas nobis restituat. Nam qui dicit ' tibi habe,' ut Ter. Phorm. II. 3. 88. alterius ar-

Digitized by Google

bitrii facit, quomodo re, quam illum sibi habere jubet, uti velit. In recepta distinctione, quæ post *restituat* στιγμὴν τελείαν habet, et sequentia in unam periodum usque ad 'Hoc tu, A. Corneli' concludit, mihi omnia planiora sunt, quam in Gronoviana. Emendationem *hos tibi*, pro *hosti tibi*, qui improbare volet, ei tolerabilis aliquis sensus in vulgata scriptura quærendus erit, quem in ea nullum invenio. *Duk. Pacem habeat sibi* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *pacem habeant sibi* Port. et Hav. Doujatio Gronovii ratiocinatio subtilior, quam verior, videtur. Existimat autem *pacem sibi habeat* idem esse, ac recipiat populus Romanus pacem, quam per consules cum Samnitibus pactus est. Permittere igitur Pontium, ut Romani de pace pro arbitrio statuant: Samnites enim facile ea carituros, si omnia in priorem statum restituantur. Paullo ante *ignominiosam pacem, legiones servatas* præfert Flor. a m. sec. *ignominiosa deditione legiones servatas* Lov. 4. in contextu, altera lectione margini adscripta. In verbis seqq. *hoc fœdere, hoc fec. ceremoniisque dignum erat* legit Harl.

§ 9 *Ut tu quidem, quod petisti, per pactionem habeas, tot cives incolumes*] *Ut quidem tu, quod petisti* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et edd. ante Vascos. *Ut quidem tu, quod petisti* Lov. 4. *Ut, quod quidem tu petisti* Lov. 2. At omnia hæc verba neglegentia librarii exulant a Voss. 2.

Quam hosti tibi remittendo pactus sum] *Hostem tibi remit.* Gaertn. *hos tibi remit*, scribendum conjicit Gronov. ad § præc. Et ita ex Neapol. cod. laudat Latinius. Ut adeo librarius ultimam syllabam vocis *hosti* perperam repetierit ex initio vocis seq. eo modo *hostem temptare*, pro *hos tentare*, in uno cod. scribebatur VI. 18. § 11. Plura similia exempla videbimus ad XXXVII. 41. § 5.

Hoc vos, feciales, juris gentibus dicitis] Pal. 2. *hoc vos, fetiales, juris gentium dic.* Gebh. Ita et Lov. 2. Harl. Gaertn. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxonienses. 'Jus gentium' sæpius Livio memoratur. Vide ad v. 5. § 14. Verum intempestiva hic ejus mentio videtur, quum optimi codd. *gentibus* servent. Feciales 'jus dicunt gentibus' quos 'fœderum, pacis, belli, induciarum judices' vocat Cic. de LL. II. 9. Insuper *hos vos feciales jus* Port. a m. sec. Male. *Hoc juris*, ut 'hoc sciatli;' de quo vide ad XXX. 13. § 13. *Hæc vos, feciales*, et paullo ante *hæc tu*, fragm. Hav.

§ 10 *Quos dedi simulatis*] Pal. 2. *simulatos.* Gebh.

In civitatem obligatam sponsione commissa] Pall. duo meliores 1. et 3. *in civitatem obluctam.* 'Obluctа civitas' an obligata? ut sit ab 'obluere,' hoc est, obligare. Allusit olim Andreas, *in civitatem oblitam.* Gebh. [Vid. Lœtt. Varr.] *Obligatam*, an *obstrictam* legas, parum refert. Utroque utitur Livius: illo c. 2. hoc c. 8. Sed non liquet, quomodo varietas scripturæ, a Gronovio patre proposita, magis ducat ad *obstrictam*, quam ad *obligatam*. Mallem, docuisset vir clariss. quid sit 'sponsio commissa.' Jurisconsulti 'commissam stipulationem,' quod sæpe in Pandectis legitur, interpretantur eam, cujus conditio extitit, quum ex ea deberi cœptum est, et agi ac peti potest. Ita 'sponsio commissa' erit, cujus conditio extitit. Nimirum consules ceteriique spoponderant, Samnites pacem habituros, si Romanos incolumes dimisissent. Dimissis Romanis exstiterat conditio et sponsio commissa, Romanique ex ea obligati erant. Sed et aliter accipi potest. Sponsio haud dubie firmata fuerat, interposito jurejurando, et cum exsecratione in capita sponsorum et in populum Romanum, ut in fœderibus: idque indicant verba Livii, 'iratis omnibus

Digitized by Google

Diis, quorum eluditur numen.' Jam populus Romanus, quum sponsionem ratam non haberet, commiserat sponsionem, id est, commiserat, quod exsecrationibus ac diris illis locum faceret: quemadmodum Cicero pro Cluent. c. 37. 'committere pœnam,' et in Verr. III. 12. 'committere mulctam' dicit eum, qui committit, quod pœnæ vel mulctæ locum facit. Et de eo cogitare potuit J. F. Gronovius, quum *pollutam*, pro *obligatam*, legendum conjiciebat. Sed prius mihi simplicius videtur: etsi verum esse non adfirmo. Quid sit 'committere stipulationem,' 'pœnam,' 'mulctam,' et alia, docent Interpretes juris civilis, et Faërnus ac Manutius ad Cic. pro Flacc. c. 21. *Duk.* Nostri etiam admodum variant. *In civitate oblectam spons. commissa* Flor. *in civitate obluctam sponsionem commissa* Leid. 1. *in civitate obluctam civitatem spons. commissa* Lov. 1. *in civitatem obluctam civitate spons. commissa* Leid. 2. *in civitate obluctam sponsione omissa* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *in civitate obluctam sponsione commissa* Lov. 4. *in civitate obluctante sponsione commissa* Gaertn. *in civitatem obluctante sponsione commissa* fragm. Hav. a m. sec. *in civitatem obluctam sponsione commissa* Lov. 3. *in civitatem obligatam sponsione commissam* Harl. *in civitatem obruptam sponsione commissa* Port. *in civitatem ob ruptam sponsione omnissa* se invenisse, Hearne testatus est, in Oxon. N. *in civitatem ob ruptam spons. commissam* in L. 2. et C. *in civitatem obruptam spons. commissam* in B. Si quid mutandum, Jac. Gronovii *obstrictam sponsione* malo; quum, ut pater ejus conjecerat, *pollutam sponsione*. Doujatius nulla mutatione opus esse existimat: 'committi' enim stipulationem vel pœnam recte dici apud jurisconsultos, quum, quod quis simpliciter aut adjecta pœna spopondit, non implevit; sive quum contra id, quod convenit, factum est. Non male igitur Pontium dicere, civitatem Romanam *obligatam sponsione commissa*, quum, quod spoponderant ejus nomine consules, præstare recusavit. Verum non quæritur, utrum recte dicatur 'civitas obligata sponsione commissa?' de eo enim convenit: sed potius, an ex eo, quod codd. constanter vocem vulgatissimam *obligatam* repudient, efficiendum sit, aliam minus usitatam ejus loco a Livio relictam esse? quod verisimile videtur. Quid sit 'sponsio commissa,' videndus est Salmas. de Modo Usur. c. 14. p. 614. et Græv. ad Cic. pro Domo c. 57.

§ 11 *Gerite bellum, quando Sp. Postumius modo legatum feciales genu percutit*] *Quærite bellum* Hav. *Geratur bellum* edd. antiqq. ante Frobenianam 1535. quæ *Gerite* substituit, consentientibus reliquis scriptis. Tum *Postumius non legatum* Hav. Scriptum fuerat nō pro *modo*, quod deinde facile in nō ac non mutari potuit. Certe *Postumius nō legatum* hodie adhuc superest in Hav. et fragm. Hav. Alia hujus erroris exempla vide ad IV. 56. § 6. Adde viros doctos ad Sueton. Tib. c. 21. Præterea *portulit* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXV. 27. § 16.

Ita Dii credent, Samnitem civem Postumium, non civem Romanum, esse, et a Samnite legatum Romanum violatum] Pall. 1. ac 3. consisus *Ita Dii credent, Samn. civem Post., non civem Romanum violatum.* Pal. 2. *Samn. civem Post., non civem Romanum legatum viol.* Gebh. Ut Pal. 2. apud Gebhardum, etiam legit Port. Neque multum differt Harl. qui solam tantum vocem *non* insuper omittit. *Samnitem civem Postumium, non civem Romanum hō violatum* Flor. At duobus Pall. ejusdem Gebhardi adsentiuntur Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. in quo a m. sec. pro *violatum* emendatur *violasse*: quomodo etiam præferunt Gaertn.

Digitized by Google

atque Hearnii Oxon. N. ac B. Ita autem datum est, ut sensus, qui ceteroquin nullus erat, aliquo modo constaret. Verum librariis errandi caussa exstitit repetitio vocis *Romanum*. Inde enim factum est, ut ab una ad alteram transilientes omnia media ipsamque illam semel transierint. Hujus erroris exempla tot supersunt in Mss. Livii, superius a me indicata, totque infra adhuc obcurrent, ut si recensere vellem, tædio forem. Eumdem errorem in aliorum scriptorum manu exaratis libris obvium notarunt Burm. ad Calpurn. Ecl. IV. vs. 56. Corte ad Plinii Ep. V. 7. § 2. et 20. § 5. Vide etiam quæ notavi ad Silii XV. 703. et ad XVI. 567. Quin et interdum hic error non in uno vel altero cod. sed etiam in tantum non omnibus Mss. committitur. Memorabile exemplum habuimus hoc lib. c. 5. § 10. ubi nisi superstites fuissent membranæ, quibus Gelenius usus est, quatuor voces in Livio perlissent. Ex his colligendum est, multas adhuc hodie lacunas non animadversas superesse posse in monumentis illorum auctorum, quorum unus tantum vel alter ad nos codex scriptus pervenit. Certe similes indicarunt quasdam viri docti in ultimis libris Livii ex unico cod. Laurisseno vulgatis. Vide Sigonium ad Livii XLIV. 27. § 6. Ursinum ad XLV. 41. § 11. et Gronov. ad XLIV. 25. § 6. et XLV. 24. § 9. Ceterum *Ita Dii crederent* Gaertn. Vide ad II. 56. § 7. Deinde *et Samnite*, pro *et a Samnite*, Leid. 2. et Lov. 1. Mox *factum est bellum* Leid. 1. *factum bellum esse* Port. et Hav. *bellum esse factum* Lov. 4.

§ 12 *Hæc ludibria religionum non pudore in lucem proferre*] Menda typographica: quippe Pall. 1. et 3. ut et Andreæ recensio *non pudere*. Sed Camp. et Pal. 2. *non pudet in lucem proferre*. Gebh. Mendam typographicam, quam in prioribus edd. suis operæ commiserant, Gruterus jam in postuma emendavit. *Non pudet* legunt etiam Lov. 2. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. et N. cujus tamen margo ostentat *pudere*. Vide ad I. 50. § 5. Tum *Hæc ludibria legionum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. quomodo et alibi peccarunt librarii. Vide ad X. 40. § 11. *Hæc ludibria ligionum* Voss. 1. *Hic ludibria legionum* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *in lucem perferre* Voss. 2. Vide ad V. 4. § 12.

Vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendæ fidei exquirere] *Ambages dignas* Lov. 2. Tum *senes et consulares* Lov. 4. Deinde *fidei fallendæ* Gaertn. Ceterum Gebhardus ad Liv. VIII. 15. § 13. hæc per ellipsin exponit, pro *fallendæ fidei caussa*. Potest tamen *fallendæ fidei* sine ellipsi casu tertio accipi.

§ 13 *I, lictor, dene vincla Romanis: moratus sit nemo*] Pal. 2. *dene vinula. Romanus moratus sit nemo*. Gebh. Vox i deficit in Voss. 2. Lov. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 7. § 19. Ejus loco ii præferunt Flor. et Leid. 2. Tum *victor* Lov. 2. Mox *vincula* Lov. 2. Hav. et edd. Frobeniana 1535. priores. Vide ad III. 56. § 4. Mox *habeant*, pro *abeant*, Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et quædam ex antiqq. edd. Vide ad XXII. 59. § 19.

Sua certe liberata fide] Pal. 1. *sua cetera liberata fide*. Pal. 3. *sua cetera libata fide*. Camp. ed. *sua certe liberati fide*. Gebh. *Sua certa liberata fide* Lov. 3. Male. *Certe* est 'dumtaxat,' 'minimum.' Vide ad II. 1. § 2. *Sua certe liberati fide* Port. Neque id rectum. Cic. pro Flacc. cap. 20. 'Ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus, et fidem suam liberat.'

Inviolati redierunt] Pal. 1. *rediere*. Pal. 3. *reductæ*. Gebh. *Rediere* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Præterea a *Caudio* Gaertn.

CAP. XII. § 1 *Omnia, quæ deinde*

Digitized by Google

venerunt] Pal. 2. *evenerunt*. Gebh. Sic et X. 45. 'Quonam modo tolerabilis Etruria fuisset, si quid in Samnio adversi venisset.' Vide tamen an non hic scribendum sit *evenisset*, et illic *quæ dein evenerunt*. J. F. Gron. Tamen Liv. I. 7. 'Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures:' et XXIV. 40. 'Si quando similis fortuna venisset.' Tacit. Ann. XII. 32. 'Id quo promtius veniret:' id est, ut Freinshemius, eveniret. Sic 'commodum' et 'malum alicui venire' dicitur. Sallust. Jug. c. 4. et Phædr. Fab. I. 2. ubi vide Burm. et Wass. ad Sall. Jug. cap. 110. Sed in nonnullis eorum, quæ ibi adnotantur, variat scriptura, ut et in Terent. Hec. II. 1. 31. ubi pro vulgato *Non mea opera neque pol culpa evenit*, Rivii libri, cum quibus consentit Traject. habebant *venit*, quod pro composito dictum putat Rivius. *Duk. Deinde evenerunt* Lov. 4. Harl. Port. et Hav. *deinceps evenerunt* Klockian. Potuit sane facili errore prima litera *e* intercipi ab ultima præced. *deinde*; quod in hoc verbo etiam alibi factum est. Vide ad VII. 6. § 8. ad X. 11. § 1. ad XXII. 40. § 3. et ad XXIX. 20. § 4. Adde Cortium ad Plinii Ep. II. 11. § 6. Ita apud Colum. in optimo Mato Sangerm. legitur IV. 2. 'Ut sæpe evenit, vel nigri est generis, vel parum fertilis:' ubi vulgo editur *sæpe evenit*. Contra apud Valer. Max. III. 4. in princ. recte nunc circumfertur, 'Sæpe evenit, ut et humili loco nati ad summam dignitatem consurgant:' ubi alter cod. Traj. legit *sæpe venit*. Quin etiam sæpe 'venire' abiit in 'evenire,' quod ultima litera vocis præced. in principio hujus a librariis repetita sit. Vide ad II. 38. § 1. Multa etiam loca obcurrunt, ubi 'venire' et 'evenire' inter se commutantur, in quibus tamen eadem erroris istius causa dari nequit. Vide ad II. 40. § 14. c. 48. § 5. III. 4. § 7. IV. 8. § 5. XXI. 17. § 1. XXXIX. 41. § 6. c. 45. § 5. et Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. Her. VII. 21. Quum tamen illud *evenerunt* fere non, nisi in suspectæ fidei codd. obcurrat, potius esse existimo, ut alterum *venerunt* servetur. Nam, *venire* nonnumquam pro *evenire* poni, videbimus ad lib. XLIV. c. 17. § 7. Ceterum *omniaque, quæ deinde* Flor. Leid. 1. Lov. 4. Harl. et fragm. Hav. *omnia quæque deinde*, quæ lectio eodem ducit, Voss. 2. Lov. 3. Port. et Hav. Paullo ante *seminatum bellum*, pro *renatum*, Klockian.

Non in animis modo, sed prope in oculis esse] *In animo* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *in oculis prope esse* Lov. 2.

§ 2 *Inter quæ se media lapsos*] Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjicit *medio lapsos*. Doujatius exponit 'media via lapsos.' Ita Pontius rogabat c. 3. 'Quid si media via consilii caperetur?' Vide ad III. 46. § 5. Quum tamen ellipsis illa in hac voce insolentior sit, vide an non potius jungendum sit *inter quæ media*. Id quidem Doujatio displicet; qui Samnites non 'inter media,' sed 'inter duo extrema' omnes liberandi, aut omnes necandi consilia lapsos dicit; causam tamen non video, cur non 'inter media consilia,' pro inter medium consiliorum, eodem modo dici possit, quo 'medii Thraces,' 'hostes,' XXXVIII. 41. 'Hoc omne per Græcorum colonias pacatum iter fuit: reliquum inde per medios Thraces dies noctesque suspectum.' Et mox '.Mutinis filium per medios hostes perrupisse.' Ceterum *ante quæ esse media lapsos* legit Lov. 4. *inter quorum se media lapsos* Lov. 2. Verba autem *utraque consilia, &c. mutasse* inertia scribæ non exstant in Hav.

Et beneficii et maleficii occasione amissa] *Et beneficiis* Gaertn. sed ita etiam legendum foret *et maleficiis*; atque 'occasio beneficiis' eodem modo dictum foret, quo 'locus sedi-

Digitized by Google

tioni,' et similia plura, de quibus dictum est ad III. 46. § 2. Quum tamen nullus præterea cod. hanc lectionem firmet, et unum tantum beneficium liberandi Romanos in potestatem redactos, unumque maleficium eos interficiendi indicetur, nihil etiam mutandum puto. Voces *et maleficii* desunt in Flor. Deinde *occasione admissa* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad IV. 12. § 11. et mox § 10. *Occasione omissa* Leid. 2. et Lov. 4. Vide ad III. 38. § 11. Nihil mutandum est. Non tantum enim 'omiserant' occasionem, sed omittendo insuper 'amiserant.' Supra VII. 34. 'Utriusque rei amissa occasione:' ubi plura vide. Mox *potuerunt*, pro *potuerint*, Voss. 2. Leid. 2. et Port. Voces autem *vel amicos* exsulant a Lov. 4.

§ 3 *Nullodum certamine inclinatis viribus*] *In illo dum cert.* Voss. 1. et Leid. 2. qui error ex similitudine literarum *ini* ac *nu* ortus est. Contrario errore *nullo* pro *in illo* supra in Mss. obvium fuit V. 19. § 4. *In illo certamine* Port. *nullo certamine* Hav. Male. Vide ad XXIX. 11. § 1.

Animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio Postumium] *Animi se mutaverant* Port. et Hav. quod sine dubio ex nasuti interpolatione natum est. Vide ad III. 10. § 6. Deinde *et clariorem* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXI. 28. § 8. *Aut clariorem* Hav. Vide ad IV. 12. § 8. *Ut clariore inter Romanos dedito* Lov. 4. a m. pr. in quo *deditione* emendatur a m. sec. *clamorem inter Romanos* Leid. 2. *clariorem intra Romanos* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad V. 27. § 3.

Faceret: et geri posse bellum Romani pro victoria certa haberent, Samnites] Omnia hæc vocabula librariorum culpa omittuntur in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. 5. et fragm. Hav. Desunt etiam in optimo Flor. in quo eorum loco adscriptum erat *k̄d.* Caussa erroris fuit repetitio vocis *Samnites.* Vide ad cap. præc. § 11. Ceterum *geri posse* omittit Lov. 2. Tum *pro certa victoria* alio ordine habet Leid. 2.

§ 5 *Defecerunt, et Fregellæ colonia*] *Defecerunt* Harl. Hav. et edd. antiqq. Sed vulgatum, quod Frobenius primus a. 1535. recepit, servo: non quasi displicerent *defecerant et capta est:* eadem enim tempora interdum jungi, vidimus ad IV. 38. § 8. sed quia eam lectionem veriorem esse persuadet reliquorum codicum consensus. Tum copula *et* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *flagella* Lov. 4. Mox *et fuisse Satricanos*, trajectis vocibus, Port. et Hav. *fuisse Satricanos* Gaertn. *fuit, sed Satricanos* Lov. 2.

Occupata est: timor inde mutuus utrosque usque ad lucem] *Occupatos esse* Lov. 2. *occupata: cum timor* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *utroque* Leid. 1. et Flor. Tum vocula *usque* exsulat a Port. et Hav.

§ 6 *Quam aliquandiu æquam, et quia pro aris ac focis dimicabatur, et quia*] *Quam diu æque et pro aris* Voss. 2. et Lov. 3. *quam diu æquam, et quia pro aris* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. Tum *pro aris et focis* Leid. 2. Lov. 3. Harl. Gaertn. et edd. Frobeniana 1535, priores. Præterea *dimicabant* Harl. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. *Dimicabantur* fragm. Hav. a m. pr. Tandem *et qualem* Lov. 2.

Tamen Fregellani sustinuerunt] Pall. 1. et 3. *Fregellæ.* Pal. 2. *vim Fregellani sustinuerunt.* Gebh. *Vim Freg. sustin.* Port. Gaertn. et Hav. Sed librarii confuderunt compendia *tñ* et *uĩ*, quibus utraque vocabula notantur. *Tantum Fregellæ sustin.* Lov. 3. *tantum Fregellani sust.* Voss. 2. Solent etiam hæc compendia *tm̃*, sive *tantum*, et *tñ*, sive *tamen*, sæpissime commutari. Vide ad VII. 30. § 17. VIII. 10. § 4. c. 29. § 12. c. 36. § 3. IX. 23. § 14. c. 29. § 11. X. 6. § 10. c. 37. § 15. XXIV. 26. § 9. XXIX. 35. § 12.

Digitized by Google

XXXVII. 11. § 13. c. 32. § 12. c. 38. § 7. XXXVIII. 14. § 13. c. 17. § 19. XXXIX. 37. § 21. Adde Duker. ad Flori III. 5. § 25. Corte ad Pliuii lib. I. ep. 22. § 8. lib. II. ep. 3. § 5. et lib. III. ep. 11. § 4.

§ 7 *Quod vocem audiri præconis passi sunt*] *Audire* Gaertn. *auditi* Harl. *quod vocem audiere præconis passuri* Lov. 2. Mox *insolumem habiturum*, pro *abiturum*, Voss. 1. Lov. 1. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXII. 59. § 19.

§ 8 *Per aversam portam erupit*] *Per adversam portam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. et fragm. Hav. Male. Vide ad IV. 46. § 6. *Per adversam partem portæ* Port. et Hav. *per aversam partem portæ* Hearnii Oxoniensis B. quæ insulsa lectio nata videtur ex superstitiosa librarii diligentia, qui duplicem lectionem *portam* et *partem* hoc modo servare voluit. Præterea *erūpit*, sive *erumpit*, Port. a m. sec. Vide hoc lib. c. 37. § 9. Adde quæ notantur ad I. 56. § 12.

Tutiorque eis audacia fuit] Probo quod habet Pal. 2. *tutiorque audacia fuit*. Gebhard. Ita et Port. et Hav. Nescio vero, quæ caussa Gebhardum inpulerit, ut eam lectionem alteri præferret, nisi displicuerit constructio *pars, eis*: quam ob caussam etiam *tutiorque ejus audacia fuit* dedisse videtur Curio, quem inprovide secuti sunt Lugdunens. 1553. et Basileens. 1554. Nam vel tironibus notum est, τὸ *pars* tamquam conlectivum sæpe cum plurali construi. Vide ad V. 38. § 6. Præstat igitur fidem habere optimis omnibusque aliis codd. vulgatum hoc loco tuentibus.

§ 9 *Consules inter se partiri provincias. Papirius*] Legebam *Consules inter se partiti provincias, Papirius in Apuliam, &c.* Et sic uterque Voss. Sic et c. 31. 'Consulibus inter se provincias partitis, Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit:' non *consules partiti*: et c. 41. 'Consulibus partitis provincias Etruria Decio, Samnium Fabio evenit.' Regredere ad quæ l. VIII. c. 16. *J. F. Gron.* Quemadmodum Gronovius legendum docuit, non modo præferunt omnes Mss. quibus usus sum, sed et edd. antiquæ usque ad Francofurt. 1578. quæ prima *partiri*, pro *partiti*, dedit errore, ut puto, operarum; quod inde patet, quia post vocem *provincias* minorem distinctionem servarunt, cujus loco demum Gruteri postrema στιγμὴν τελείαν recepit. *Partiri* iterum admisit nupera Amstelæd. Clerici.

Papirius in Apuliam ad Luceriam] Ab initio hujus libri hæc urbs ita amica erat Romanis, ut eorum exercitus propter illam in periculum venerit: quanquam nusquam antea narraverit, quando aut quomodo in Romanorum amicitiam venisset. Nunc hoc loco ita amica est Samnitibus, ut non dubitarint, Romanorum obsides illic deponere, cum tamen ne uno quidem verbo innuerit Livius, quomodo et quando a Romanis defecerit, etiamsi intelligimus, post Caudinam pacem id forte factum. *Glar.* Plura apud Livium aliosque adcuratissimos scriptores præsertim rerum Romanarum, reperiri suo loco et tempore præterita; quæ deinde tamen, quasi jam ante tradita, per occasionem verbo tantum referuntur, sive memoriam eorum fugerint, quum justior de illis agendi erat locus, sive ipsi de industria ac brevitatis studio prætermiserint, et ex narratione posteriorum intelligi voluerint priora ejusdem negotii; eoque etiam hoc referendum esse, quod nusquam a Livio proditum sit, quomodo Luceria in Samnitium potestatem devenerit, suane voluntate dedita, an vi subacta, observat Jac. Perizon. in Animadv. Hist. c. 4. p. 164. Ceterum voces *in Apuliam* deerant in Gaertn. Tum *ad Lucretiam*

Digitized by Google

legit Voss. 1. *ad Lucertiam* Lov. 1.

Publilius in Samnio substitit adversus Caudinas legiones] Codex Moguntinus habebat *adducens Caudinas legiones:* ut intelligamus eas, quæ ad Caudium inclusæ fuerant. Alioqui, Samniticas intelligamus, necesse est. *Glar.* Si *adversus* legas, *Caudinas legiones* Samnitium exercitum ad Caudium victorem intelligas: si (ut malim, et est in quibusdam libris vet.) *adducens Caudinas*, Romanorum exercitum ad Caudium sub jugum missum accipias, necesse est. Ita vero accipiendum esse, docet Livius XXV. 6. 'Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eúndem illum hostem sub jugum miserunt, qui hac sua ignominia lætatus fuerat.' Idem autem tradit hoc loco Livius. Ex quo intelligi debet, Publilium Caudino exercitu in Samnium esse profectum, Papirium cum novo in Apuliam. *Sigon.* Non aliter omnes libri. Miror itaque Sigonium probare, nescio cujus vet. lib. lectionem, *adducens:* quod verisime statuo esse ignari alicujus commentatoris interjectum interpretamentum. *Gebh.* *Ad Caudinas legiones* Lov. 4. in contextu. Sed ipse ille in margine, et omnes alii codd. scripti, *adversus Caudinas legiones* verius esse, testantur: neque aliter etiam ullæ edd. a me visæ, præter unam Mogunt. quam Glareanus laudavit. Videat igitur Sigonius, et, qui eum secure nimis secutus est, antecessor ille Parisiensis Doujatius, quos 'quorumdam librorum vet.' nomine indicarint. *Caudinas* quidem *legiones* eo sensu, quo Sigonius voluit, usurpari posse, non nego; id enim non tantum probat locus Livii ab eo laudatus, verum etiam 'milites Cannenses' memorati XXVI. 28. et 'Cannenses legiones' XXVII. 11. Aliter tamen hic Livium locutum esse, evincit codd. consentientium testimonium. Præterea suo etiam gladio Sigonius jugulari potest. Livius enim loco, quem ipse laudat, refert, legiones, quæ ad Caudium a Samnitibus sub jugum missæ erant, vicissim Samnites sub jugum misisse. Jam autem, id non legiones Publilii, sed Papirii fecisse, constat ex Livio c. 15. Ejus igitur legiones per 'legiones Caudinas' Livius dicto loco intelligit. Non nego tamen, etiam Publilii legiones ad Caudium sub jugum missas esse. Ambo enim consules T. Veturius et Sp. Postumius ad Caudium rem gesserunt; quisque igitur duabus legionibus. Anno sequenti 'rescriptæ ex eodem milite novæ legiones,' quas Papirius et Publilius acceperunt. Ratio itaque non est, cur potius 'Caudinæ legiones' dicerentur, quæ Publilio, quam quæ Papirio paruerunt. Displicet insuper locutio *in Samnio substitit, adducens.* Si enim *substitit*, ergo jam antea erat in Samnio. Et sane cap. 10. Livius dixit, exercitum 'ad Caudium' ductum fuisse. Caudium autem oppidum erat Samnii. Si ergo jam antea in Samnio fuerit, quomodo nunc 'adducens legiones,' quæ antea in Samnium cum legionibus Papirii adductæ fuerant? Ceterum *Publilius* plerique scripti, ut et Hearnii Oxonienses L. 2. B. et C. sollemni errore scribarum, qui similiter etiam hoc cap. et postea lapsi sunt. Vide ad VIII. 12. § 4.

§ 10 *Distendit ea res Samnitium animos*] *Distenuit* Neap. Latinii. *discendit* Lov. 3. Gaertn. et Hav. Male. Supra III. 23. 'Haud procul mœnibus Tusculi considunt, ut distenderent hostium copias:' ubi vide quæ notantur.

Quod nec ad Luceriam ire, ne ab tergo instaret hostis] Hoc loco Luceria Samnitium est, quod forte ad eos, ut dixi ad c. 2. post Caudinam cladem defecerit, quemadmodum tacite intelligi vult Livius. *Sigon.* Vide ad § præc. *Quod ne ad Luceriam, ubi*

Digitized by Google

equites Romani obsides, ire Voss. 2. et Lov. 3. quæ voces ex § præc. male hic repetitæ sunt. Tum *nec ab tergo instaret hostis* Hav. Vide ad III. 47. § 7. *Ne a tergo instaret hostis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et edd. ante Jac. Gronovium. *Ne a tergo obstaret hostis* Lov. 4. Mox *manere Luceriæ, ne Luceria* Lov. 2. Tum *admitteretur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide supra hoc cap. § 2. *Dimitteretur* Gaertn.

§ 11 *Et transigere cum Publilio certamen*] Prima vocula deficit in Voss. 2. et Lov. 3. *et transigere et transire* præfert Leid. 2. duplici, ut videtur, lectione juncta. *Et transigere cum publico certamine* Hav. Male. 'Transigere certamen,' ut apud Silium X. 471. 'dum rapta volucris Transigeret cursu sonipes certamina campi:' 'transigere bella' Tacit. Hist. II. 38. 'Singulis velut ictibus transacta sunt bella.'

In aciem copias ducunt] Libri omnes, qua cusi, qua manu exarati *in aciem copias educunt*. Gebh. *Educunt* consensu veteres. Lib. VII. c. 18. 'Si quis det signum, in aciem educat.' *J. F. Gron. Educunt* etiam omnes mei, præter Harl. Ex Flor. quoque nihil notatur. Verba 'ducere' et 'educere' sæpe in Mss. confundi solent. Vide ad XL. 25. § 10. De locutione 'in aciem educere' vide ad III. 62. § 5.

CAP. XIII. § 1 *Prius adloquendos milites ratus concionem advocari possit*] *Et prius adloq.* Gaertn. Tum *concionem* deficit in Leid. 2. ut et Lov. 1. a m. sec. qui a m. pr. ejus loco *præclamore* præfert. Sed hæ voces ex seqq. perperam huc invectæ erant. Mox *τὸ est* exulat a fragm. Hav.

§ 2 *Suus cuique animus memor ignominiæ adhortator aderat*] Pal. 2. *cohortator aderat*. Gebh. *Suus suæ cuique animus ignominiæ memor* Lov. 2. Deinde *cohortator aderat* Port. Hav. et, teste Hearnio, Oxon. B. qui in Oxon. L. 1. *dictator et adhortator aderat;* in C. *adhortator erat* invenit. Mox *ingentes*, pro *urgentes*, Lov. 3. solito librariorum lapsu. Vide quæ olim notavi ad Silii Ital. VI. 265. et ad Livii v. 22. § 8. etiam h. l. ad c. 31. § 7.

Mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset] *In cursu* Leid. 2. et Hav. Tum *emittendis, stringendis inde* Harl. *emittendisque inde* Hav. Deinde *gladii se etiam pila* Klockian. unde, aliter distinctis literis et in voces divisis, legendum videtur *gladiis ēēt* (id est *esset*;) *jam pila*. Sed, quum illud *jam* in nullo allo libro obcurrat, librarium Klockiani potius *eī*, vel *etiam*, pro *et* dedisse existimo; quæ voces etiam alibi sæpe commutari solent. Vide ad XXII. 47. § 9. Mox *strictique gladiis* male Port. a m. pr.

§ 3 *Nihil illic imperatoriæ artis*] *Illis* Lov. 2. 3. 4. Port. et Hav. *illi* Gaertn. Sed tota vox exsulat a Voss. 2. Præterea *imperatore*, sequenti voce omissa, Leid. 2. et Lov. 1.

Omnia ira militaris prope vesano ordine egit] Ridiculum errorem. Restituimus ex fide veterum codd. *prope vesano impetu egit*. Gelen. *Omnia ira militis* Leid. 2. et Lov. 3. *omnia militaris vis* Hearnii Oxon. C. Tum *vesano imperatu* Leid. 1. Reliqui codd. Gelenio consentiunt, nisi quod unus Harl. cum primis edd. legat *vesano ordine*. Sed vox *ordine* ex præcedenti huc inrepsit.

§ 4 *Luceriam tamen coacto rursus in unum agmine*] Pal. 2. *Luc. tum coacto rursus*. Gebh. Similiter peccant Gaertn. et Port. errore passim in Mss. obvio. Vide ad XXII. 17. § 5. Hinc *rursus* deficit in Lov. 2. et Gaertn. *coacto rursus in uno agmine* legit Hav. Sed *in unum cogere* sæpius apud Livium obcurrit. Exempla vide XXX. 11. XXXV. 48. XL. 16. et alibi. Similiter 'in unum colligere;' de quo vide ad XXVIII. 3. § 9.

Digitized by Google

Librarius tamen *in suo* dedit, ut conveniret cum sequenti *agmine*. Vide ad VI. 3. § 8. Paullo ante *aut impedire* alio ordine Lov. 2.

§ 5 *Quæ per medium aciem hostium tulerat, et in castra pertulit*] *Hostium aciem*, trajectis dictionibus, edd. Frobeniana 1535. priores. Hinc vocula *et* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. neque sequens *in* in Voss. 2. et Lov. 2. Deinde *perculit* legunt Flor. et Leid. 1. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXV. 27. § 16.

Ibi plus, quam in acie, sanguinis ac cædis factum] Pal. 2. *ubi plus, quam in acie*. Gebh. Similiter variant Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *in acies* Flor. Sed ultima litera adhæsit ex initio vocis seq. Vide ad XXVII. 25. § 2. Ceterum Ant. Perizonius inlustrandæ locutioni 'facere sanguinem' ad marginem Livii adscripsit locum II. 30. 'Plusque ibi sanguinis promiscua omnium generum cæde, quam in ipsa dimicatione, factum:' ut adeo jam probasse videatur hanc locutionem, quam ibidem eum in dubium vocasse vidimus. Alia ad illum locum dicta sunt. Mox *prædæ pars*, omissa media copula *que*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 6 *Cum Papirio consule locis maritimis pervenerat Arpos*] *Cum L. Pap. consule* Lov. 4. Sed supra jam dictum est, Livium tum fere magistratuum prænomina memorare solitum fuisse, ubi eos primum creatos refert; in sequentibus vero, ubi subinde eorum mentio facienda est, plerumque omittere. Quum itaque reliqui codd. Papirii prænomen hic omittant, id etiam in uno illo cod. non a Livio profectum, sed ab alio postea additum existimo. Deinde *pervenerat per omnia pacata*, voce *Arpos* omissa, Leid. 2. et Lov. 1. nisi quod posterior *pacata* servet.

Samnitium magis injuriis et odio, quam beneficio ullo populi Romani] *Samn. magis ira et odio* se in Oxon. C. invenisse, Hearne testatur; in L. 1. vero *Samn. ira magis injuriis et odio*: cujus librarius hoc modo duplicem lectionem, quam in cod. suo invenerat, simul jungere voluit. Vide ad III. 44. § 4. Deinde voces *populi Romani* non adparent in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *Nam Samnites ea tempestate in montibus vicatim habitantes*] Particula *Nam*, quam Gronovius recepit, exstat quoque in omnibus meis, non tantum scriptis, sed etiam edd. antiquioribus. Curio demum Basileæ a. 1549. *Jam* ediderat, quod eum secuti servarunt. Tum *sua tempestate* Klockian. Sed vox *tempestate* non exstat in Leid. 2. et Lov. 1. qui duo simul cum Voss. 1. *vicatim in montibus habitantes* exhibent. Voces *in montibus* iterum exulant ab Harl.

Contemtu cultorum molliore] Non est obscurum, quid velit dicere: verba ipsa subobscura sunt. Nam quis dicere audeat 'contemptu molliore,' pro hominibus mollioribus, quos Samnites ob mollitiem contemnebant? Quæ deinde item sequuntur verba, non minus obscura sunt. *Glar.* Glareanus merito obscuritatem hujus loci jactat. Non enim solum obscurus est, sed etiam vitiosus. Lege autem ex veterum librorum fide *contempto cultu molliore*, ut sit, Samnites montani campestria loca depopulabantur contempto cultu molliore, et locis ejusmodi, ut fieri solet. *Sigon.* Si vocem *cultorum* accipio a recto 'culta,' 'cultorum,' ut apud Claudian. in Laudib. Serenæ vs. 70. 'pinguia culta,' possunt hæc omnia per hypallagen et synecdochen dicta accipi hoc sensu: Samnites, quia agrestes ipsi atque montani molliorem contemnebant planitiem, proinde et ipsos cultores, qui fere ruri et agro suo similes, id est molles, sunt, campestria ista et maritima circa Arpos loca depopulati sunt. *Con-*

Digitized by Google

temptu cultorum molliore pro 'contemptu molliorum cultorum.' Jam 'fere locis simili genere' continens est pro contento; homines ipsos nempe, qui in locis sunt, *loca* Livius dixit συνεκδοχικῶς, sive μετωνυμικῶς mavis. Si quid tamen emendandum est, mallem *contempta cultorum mollicie*. Klock. In codice omnium recentissimo solum hæc apparet lectio: quippe Pall. 1. ac 3. *maritima loca contemtu cultorum mollire*. Ex qua scriptura Œdipi nostri, rogo, extundant aliquid probabile. Cæterum pro *Jam* repræsentant omnes libri *Nam*. Gebh. *Contempto cultu molliore* Sigonius ex vett. ut ait, librorum fide; non immerito hujus loci obscuritatem jactasse Glareanum præfatus. Sed edd. antiquæ et meliores scripti *contemptu cultorum molliore*; ubi unica modo litera mutanda est, et omnia sic concipienda: *Nam Samnites, ea tempestate in montibus vicatim habitantes, campestria et maritima loca, contempto cultorum molliore, atque, ut evenit, locis simili genere, ipsi montani atque agrestes depopulabantur*. Particula *Nam* et scriptorum veterumque edd. est et sensui convenientior. Duo Pall. *loci: cultores*, ut X. 10. 'Ne agrum Etruscam vastarent, armisque lacesserent cultores.' XXIV. 42. 'Cultoribusque antiquis, quos vis reliquerat belli, restituerunt.' Campestria igitur et maritima incolentes, genus mollius, et simile locis in quibus degebat, quia contemptui Samnitibus erat ob imbelliam, subinde in prædam petebatur. Lib. XXI. c. 37. 'Inde ad planum descensum est, et jam locis mollioribus, et accolarum ingeniis.' XXIX. 25. 'Fertilissimus ager, eoque abundans omni copia rerum est regio, et imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt.' XLV. 30. 'Frigida hæc omnis duraque cultu et aspera plaga est: cultorum quoque ingenia terræ similia habet.' *J. F. Gron. Contemto cultu molliore* Lov. 2. Harl. Hav. et Port. a m. sec. in quo quid a m. pr. pro *contemto* scriptum fuerit, intelligi nequit. *Contemtu cultorum molliore* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 4. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. *contemtu cultorum molire* Lov. 3. Ex Voss. 2. nullam varietatem lectionis notari video, quamvis collatus sit cum editione Clerici, quæ emendationem Gronovii exhibet. Hearne, præfatus Gronovium emendasse *contemto cultorum molliore*, addit, ei codd. suos favere. Nequaquam tamen mihi persuadere possum, lectionem, a Gronovio restitutam, quæ ex nullo codice alio laudatur, in omnibus Oxoniensibus superesse. Id tamen verum vellem, quo magis firmaretur Gronovii conjectura, quam verissimam puto. 'Cultores' pro incolis poni, vide ad XXVIII. 28. § 6.

Locis simili genere] Pall. 1. 3. et Camp. *loci simili*. Verissimum autem hoc axioma est. Florus III. 4. 'Silvarum et montium situs cum ingenio consentiebant.' Eodem lib. c. 2. 'Nihil hac plaga infestius: atrox cœlum, proinde ingenia.' *Gebh. Loci simili* etiam Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Utrum eligatur, haud multum interesse puto. Vide ad VI. 13. § 3. Quum tamen plerique, et inter eos optimi codd. *locis* servent, id etiam verius esse censeo, atque in Mss. *loci* legentibus ultimam literam *a* a seq. vocis initiali elisam esse existimo. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Quod ad ipsam rem adtinet, cultorum ingenia locis similia esse, Manlius exemplo Gallorum, qui in Asia consederunt, milites suos docet XXXVIII. 17. Alia vide apud Bernecc. ad Justini II. 1. § 13. Cæterum *montani agrestes*, ejecta conjunctione media, Port. Gaertn. et Hav. Tum *depopulabuntur* Voss. 2. et Lov. 3. *depopulantur* Port.

§ 8 *Aut interjecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a*

Digitized by Google

commeatibus absumsisset] Vide quid hic dicere velit. Quomodo enim penuria interjacet Romæ ac Arpis? Sit sane figura, ut in priore annotatione, sed mihi in hoc annotata, ut exemplaria vetusta diligentius inspiciantur. *Glar.* Hæret hic aqua Glareano; neque hic scrupulum dubitationis ei eximit æmulus Sigonius. Ego consultis accurate Pall. Mss. codd. parum expeditus redeo. Pal. 1. *injecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a cōrectibus absumpsisset*: et ita fere Pal. 3. Dixi 'fere,' quia *injectam penuriam* exhibet. *Gebh.* Istud *Romam* vitiosum reor: sed quid substituendum sit, non video. Arbitror fluvii alicujus aut urbis nomen. *T. Faber.* Miratur Glareanus penuriam interjacentem Romæ et Arpis. Immo 'regio interjecta penuria.' Vel, quod malo, legendum est *absumpsissent*. Sic apparet τὸ *interjecta* non applicandum esse voci *penuria*: sed πληθυντικῶς accipiendum, subaudito 'locis,' pro interjectis regionibus. Lib. XXI. c. 54. 'In locis Alpibus Apenninoque interjectis, propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis.' XXXIV. 28. 'Perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentia et amœni agri loca.' *J. F. Gron. Injecta intra Romam* Voss. 2. et Lov. 3. Videtur olim breviter *int'jecta int' Romam* scriptum fuisse. *In* autem et *int'*, sive *inter*, sæpe commutantur. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Commutantur etiam *int'*, sive *inter*, et *intr̃*, sive *intra*. Vide ad v. 27. § 3. Solitum autem fuisse Livium præpositionem, cum qua verbum componitur, eidem in regimine addere, dictum est ad Præfat. § 11. Tum *exclusos a commeatibus* Harl. *exclusos ab commeatibus* Port. et Hav. *exclusos a correctibus* Lov. 3. Tandem *absumsisset* tantum non omnes mei. *Exclusisset*, vocem præcedentem *exclusa* adhuc cogitans, dedit librarius Oxon. C. apud Hearnium. Gronovii conjecturam *interjecta absumsissent* probat etiam Doujatius. Neque eadem mihi displicet. Invitis tamen scriptis in contextum recipiendam non putavi: quare priorem *absumsisset*, quæ commodum sensum reddit, revocavi. Credit insuper Doujatius, Fabium recte suspicatum esse, in voce *Romam* errorem latere. Etsi enim ab Urbe Arpos usque quanto longius iter, tanto magis timenda fuerit penuria; per Latium tamen, ac dein aut in Samnium per Æquos, Marsos, Hernicosve; aut in Apuliam per Volscos Campanosque, devictos vel amicos populos, pergentibus Romanis non multum, nisi in Samnio ipso Apuliaque, de commeatu laborandum fuisse, post trajectos scilicet Volturnum aut Sabatum fluvios. Conjicit itaque vel legendum esse *inter Capuam et Arpos*, vel *inter Romulam et Arpos*. Antonino enim in Itiner. 'Romulam' vocari, quæ 'Romulea' Livio dicitur X. 17. et sita fuit in edito colle montis Apenniui, haud procul Samnii Apuliæque confinio, qua parte Papirium Apuliam ingressum fuisse probabile est. Prior conjectura non videtur admittenda. Vix enim verisimile videri potest, omnes librarios in notissima voce *Capuam* tam constanter errasse. Si posterior placet, more Liviano potius *Romuleam*, quam *Romulam* legerem. Licet autem librarii facile *Romuleam*, urbis ignotæ nomen, in notissimam vocem *Romam* mutare potuerint, obstat tamen, quod Papirius, qui primo Arpos, inde Luceriam pervenit, hac parte iter fecisse non videatur, quoniam Romulea Luceriæ quam Arpis propior fuerit. Quin et ex tota Livii narratione patet, Papirium, qui 'locis maritimis Arpos pervenit,' non hac parte, sed locis ad mare Superum sitis, eo profectum esse. Vulgatum itaque servandum puto. Paullo ante *nequivisset*, pro *nequisset*, Lov. 4.

Digitized by Google

Male. Vide ad v. 10. § 10.

§ 9 *Tum quoque profectos inde*] Vet. lib. *Tum vero profectos.* Sigon. *Tunc vero* reperi in Pal. 2. *Gebh.* Eadem lectio mihi etiam obvia fuit in Port. et Hav. ut et Hearnio in Oxon. B. Sed vulgatam præfero. *Tum quoque*, quum nempe regio illa, ob continuas Samnitium depopulationes iis infesta, Romanis faveret. Male etiam *profectis* Lov. 4. *profectus* Klockian.

Juxta obsidentes obsessosque inopia vexavit] Pal. 2. *obsidentes et obsessos.* Gebh. Ita et Port. atque Hav. Sed *juxta obsessosque* Lov. 4. *ubi obsid. obsessosque* Klockian. *inopia* deficit in Harl.

Adeo exigue, ut militi occupato stationibus vigiliisque et opere] *Cum adeo exigue* Lov. 4. a m. sec. *adeo exigue* Hav. Tum *militie occupato* Flor. a m. pr. quod postea mutatum in *milite.* Deinde *vigiliisque opere* Voss. 2. et Lov. 3. *vigiliis et opere* Hav. Male. Vide ad II. 31. § 1. *Vigiliisque et ope* Harl. Vide ad XXXII. 21. § 31. Mox *in castra Arpis*, pro *ab Arpis*, Gaertn. *ab armis* Lov. 4. Denique *vehebat* Lov. 2.

§ 10 *Interdum obcursu hostium cogeretur, abjecto ex equo frumento, pugnare*] *Ut interdum occursu* Harl. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *et interdum occursu* Hav. et Oxon. B. Tum *abjecto ab equo frum.*, vel *objecto ab equo frum.* edd. antiqq. pro quo Frobenius 1535. *abjecto ex equo* substituit, quemadmodum est in omnibus scriptis; nisi quod *ex quo* male datum sit in Port. Vide ad XXXVII. 27. § 6.

At obsessis, priusquam alter consul victore exercitu advenit] Illud *at* alii mutarunt in *et*, quod non admodum probo. De consule autem Publilio loquitur; nec obstat quod ejus nomen statim sequatur. *Glar.* Pal. 2. *priusq. alter consulum cum victore ex. adveniret.* Gebh. Copulativam *et* ignorat Flor. et haud dubie etiam ignoravit Livius. Dixerat, et obsidentes et obsessos inopiam vexasse. Hoc ita exponit, ut ostendat prius, unde copiam commeatuum habuerint; deinde quid illos angustiores reddiderit. Et primo de Romanis, jam de Lucerinis: 'Obsessis, priusquam alter consul victore exercitu advenit, et commeatus ex montibus Samnitium invecti erant, et auxilia intromissa: arctiora deinde omnia adventus Publilii fecit:' nempe iisdem obsessis. *J. F. Gron. At*, quod in *et* mutatum inprobat Glareanus, non alibi exstat, quam in edd. Ascensii 1513. 1516. et 1530. ac Paris. 1529. Reliquæ omnes *et* legunt. Et ita etiam inveni in scriptis, nisi quod nullam hic particulam agnoscat Klockian. Quare, Gronovio τὸ *et* delenti consentiens, id etiam ex contextu sustuli. Præterea *alter consul cum victore adveniret* Port. *alter consul cum victore exercitu advenit* Gaertn. *alter consul cum victore exercitu adveniret* Lov. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. et C. Præpositio, quam optimi codd. ignorant, etiam non est necessaria, et ab illis addita fuit, quibus hoc genus loquendi minus cognitum erat. Infra XXVII. 48. 'Advenit Livius peditum omnibus copiis.' I. 14. 'Egressus omnibus copiis partem militum subsidere in insidiis jussit:' ubi videnda sunt quæ notantur. *Priusquam advenerit* Lov. 4. Vide ad XL. 14. § 10. Sed hic subficit indicativus *advenit*, ut est in libris integerrimis. Supra II. 40. 'Prius quam complexum accipio.' Et passim. *Alter consul victor exercitu advenit* Leid. 1. Sed ultima litera τοῦ *victore* elisa est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *Victorie exercitu* Voss. 2. et Lov. 3.

Ex montibus Samnitium invecti] *Samnium* Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *ex montibus Samnitibus* Harl. Port. et Klockian. quod non dispiceret, si fide digniores codd. adsentirentur. Nunc ita a librariis

Digitized by Google

datum existimo, ut *Samnitibus* conveniret præcedenti *montibus*. Vide ad VI. 3. § 8. Tum *injecti*. Vide ad IX. 40. § 14. Sequens *erat* exsulat ab Lov. 4.

§ 11 *Arctiora omnia adventus Publilii fecit*] *Artiora* Flor. Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Vide ad II. 50. § 8. *Arciora* Lov. 2. Port. et Gaertn. *Altiora* Lov. 3. Solent sæpe 'altus' et 'artus' commutari. Ita errabatur hoc lib. c. 2. § 9. Adde Burm. ad Suet. Ner. c. 46. et quæ notavi ad Silii Ital. VI. 194. Mox *delata*, pro *delegata*, Voss. 2. Male. Vide ad X. 19. § 3.

Vacuus per agros] Nempe vacuus a cura obsidionis, quam in curam collegæ delegaverat. Ita hoc exponi potest. Sed tamen videndum puto, an melius sit *vagus*. l. II. c. 49. 'Sua tuta omnia, infesta hostium, vagantes per utrumque finem fecere.' v. 44. 'Vagi per agros palantur.' VI. 31. 'Populatio non illi vagæ similis.' XXVII. 43. 'A vagis per agros populatoribus ad Q. Claudium proprætorem deducuntur.' XXVI. 39. 'Vage effusos per agros palatosque adortus.' *Duk.* Doujatius vel *vagus* legendum conjicit, vel *vacuus* exponit sc. 'omni alia cura.' Quod posterius, quum omnes libri in vulgatum conspirent, omnino præferendum est. Eo sensu *vacuus* est apud Tacit. Hist. I. 80. 'Quo magis vacuus jussa exsequeretur:' apud Ovid. Trist. II. 239. 'At si (quod mallem) vacuus fortasse fuisses, Nullum legisses crimen in Arte mea.' El. IV. 8. 27. 'Sed modo, quos habui, vacuum secedere in hortos.' Cic. in Bruto c. 5. 'Hunc elegimus diem, quum te sciremus esse vacuum:' et de Leg. I. 4. 'Quoniam vacui sumus, dicam.'

§ 12 *Itaque quum spes nulla esset*] *Ita quum* Gaertn. Alibi sæpe *ita* et *itaque* commutantur in scriptis. Vide ad XXI. 53. § 7. Hic vero insuper syllaba finalis *que* intercepta esse potest a voce proxima. Vide ad XXXVIII. 40. § 7. Deinde *tractis viribus*, pro *contractis*, Leid. 2. *contactis* Gaertn. Vide ad VI. 28. § 6.

CAP. XIV. § 1 *Parantibus utrisque se ad prælium, legati Tarentini intervenium*] *Se utrisque* Lov. 2. 4. et Hav. Tum *Tur. veniunt* Lov. 2. *Tur. intervenerunt* Hearnii Oxon. B. Mox *bellum committerent* Lov. 3. a m. pr.

Per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis] *Per veros stetisset* Lov. 3. *τὸ stetisset* deficit in Hav. Tum *quomodo discederetur* Voss. 2. et Lov. 3. *quo minus discederent ab armis* Lov. 4. Mox *adv. eos pro alt. pugn.* sine pronomine *se*, Lov. 3. Vide ad l. I. cap. 23. § 5. Reliqui omnes vocem illam constanter retinent.

§ 2 *Perinde ac motus dictis eorum, cum collega se communicaturum respondit*] Ms. Fuld. *perinde ac motus edictis eorum*. Me judice, melius. Sunt enim 'edicta' magistratuum et superiorum in inferiores, quales se, si Diis placet, gerebant in Romanos Tarentini, 'denunciantes,' ait ante Livius, 'Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent.' *Modius*. Probat Modius *motus edictis*. Gebh. *Proinde ac motus* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. errore scribarum. Vide ad XXVII. 8. § 18. Deinde omnes mei *dictis eorum* tuentur, quare *edictis*, quod Modius in Fuld. invenit, erranti librario adscribo. Solent autem hæ voces commutari. Vide ad VIII. 7. § 15. XXI. 57. § 13. et XXII. 11. § 6. Immo 'dictum' eodem modo usurpari solet, quo 'edictum' accipiendum existimat. Ita VIII. 34. 'Qui adversus dictum suum,' (scil. dictatoris) 'turbatis religionibus ac dubiis auspiciis, pugnasset.' Deinde *collata cum collega* Leid. 2. et Lov. 1. Sed vox *collata* a monachis addita est, qua indicantur ea quæ secum locuti essent. Tum *commutaturum* Kleckian. Tandem *respondet* Lov. 1. Ceterum proxime præcedens vox *audita* omis-

Digitized by Google

sa erat in contextu Flor. quæ deinde alia manu ad oram adscripta est. Verum inde ingens in eodem cod. erat lacuna usque ad finem cap. 22. cujus tantum quatuor extremæ voces in eo supersunt.

Adcitoque eo, quum tempus omne in adparatu consumsisset] Ms. Fuld. *in apparatu pugnæ consumpsisset:* me judice, melius. *Modius.* Pall. 1. 3. et Camp. recensio *in apparatu pugnæ* ut Fr. Modii quoque libri. At Pal. 2. *in apparatu consumpsisset pugnæ.* Gebh. *In adparatu pugnæ consums.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. Harl. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *in adparatu consums. pugnæ* Leid. 2. Lov. 2. 4. Port. et Hav. Gronovius in pr. ed. notarum lectionem Modii probavit; sed postea recte omisit. Vox enim *pugnæ* mox sequitur, unde facile huc revocari potest. Quamvis enim Livium sæpius easdem voces repetiisse docuerim ad 1. 3. § 9. non tamen sine necessitate similia multiplicari debent. Ut autem hic 'adparatus' pro adparatu pugnæ ita 'comparare' simpliciter pro comparare exercitum, classem, copias, Livio usitata esse, docuit Gronov. ad XXXVI. 3. § 4. Mox tamen vocem *pugnæ* omisit Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *collocutus re haud dubia,* pro *de re haud dubia,* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *reposuit* male Hav.

§ 3 *Quæ adsolent, quum acie dimicandum est*] *Quæ adsolent esse acie* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *quæ adsolent esse, cum acie* Lov. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Tum *legati Tarentini,* trajectis vocabulis, Harl. et Hav. At vox *legati* deficit in fragm. Hav. a m. pr.

§ 4 *Litatum præterea est egregie: auctoribus Diis, ut videtis*] *Litatum præterea est, auct. Diis, egregie: ut videtis* Lov. 4. Paullo ante *auspicia esse secunda* Lov. 2. At voces *ait: auspicia secunda esse, Tar. pullarius* deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr.

Ad rem agendam proficiscimur] Vet. lib. *rem gerendam.* Sigon. *Ad rem gerendam* etiam omnes codd. mei, nisi quod ex uno in excerptis nihil notatum video. Utrumque 'gerere' et 'agere rem' hoc sensu in usu est. Certe 'agere bellum,' non minus quam 'gerere,' dici, videbimus ad Auct. Epit. Liv. lib. XLIX. Hic itaque præferenda videtur lectio, quæ auctoritate codd. defenditur, *gerendam.* De locutione 'rem gerere,' quæ Livio familiarissima est, vide Bentleium ad Hor. Od. 1. 6. 3. aliosque passim. Sæpius autem hæc vocabula in Mss. commutari solent. Vide ad XXII. 28. § 1.

§ 5 *Signum inde ferri jussit*] Restituimus ex fide veterum codd. *Signa inde ferre jussit.* Gelen. Bene *Signa inde ferre jussit* emendatum e Pall. Campani enim ed. *Signa idem ferri jussit.* Gebh. *Signa inde ferre jussit* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Reliqui *Signa inde ferri jussit:* quomodo etiam Gronov. 1665. vulgari curavit: quam deinde scripturam recentiores servarunt. Vide ad XLII. 24. § 5. *Idem* autem pro *inde* in ed. Camp. est eo, quod *ide* et *idē* in Mss. fuerant permutata. Vide ad 1. 19. § 7. Mox copula *et* non comparebat in Leid. 2. Præterea *ignavissimam,* pro *vanissimam,* Lov. 2. errore librarii.

Aliis modum pacis ac belli facere] *Aliis modo* Lov. 3. Tum *belli ac pacis* Lov. 4.

§ 6 *Samnites ex parte altera, quum omnem curam belli remisissent*] *Samn. parte altera* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Samn. qui ad Luceriam castra habebant, quum omnem* Klockian. Tum *quum omnis curam belli* Gaertn. Ceterum omnia hæc verba exsulant a Voss. 2. et Lov. 3. quemadmodum sequentia hujus §. *quia aut pacem, &c. Romanos conspexissent* a Lov. 4.

Digitized by Google

§ 7 *Vociferari, se in auctoritate Tarentinorum manere*] *Vociferare* Harl. 4. quod se etiam in Pall. tribus, et ed. Camp. invenisse, monuit Gebhardus ad VII. 12. § 14. Sed, eam lectionem librariorum aberrationi adscribendam esse, ibidem monui. Tum *permanere* Lov. 4. a m. pr. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXVIII.

Nec descendere in aciem, nec extra vallum arma ferre] Probe: quare displicet primi et tertii Pall. *discedere*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. 'Descendere in aciem' Livio usitatissima est locutio. Infra l. X. c. 19. 'Armis adreptis in aciem descendunt.' c. 27. 'Neve in aciem descenderent simul.' Auctor Epit. Liv. lib. VII. 'In singulare certamen descendit:' et passim. De ratione locutionis vide ad III. 48. § 2. Alibi sæpe voces *descendere* et *discedere* a librariis confunduntur. Vide ad II. 14. § 3. c. 48. § 10. III. 7. § 5. c. 17. § 1. VIII. 20. § 5. X. 14. § 8. c. 33. § 10. XXXII. 32. § 4. Adde quæ notavi ad Silii Ital. XVII. 1. Præterea *extra vallum mœnia ferre* Voss. 2. et Lov. 3.

Deceptos potius, quodcumque casus ferat, passuros] *De cetero potius* Leid. 2. et Lov. 1. *Deinceps potius* Klockian. *Decepto potius* Voss. 1. in cujus margine emendatur *Detento*. *Decretos* edd. princ. quod jam Mediol. 1480. in *Deceptos* mutatum erat. Tum *quocumque casus ferat* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. *quocumque casu fervet* Gaertn. *quodcumque casu fuerat* Lov. 4. *quodcumque casus fuerat* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *quoscumque casus fuerat* Voss. 2. et Lov. 3. *Ferat* et *fuerat* hic perperam confunduntur, ut *ferunt* et *fuerunt* aliis locis. Vide ad V. 44. § 4. Nihil mutandum. Supra VII. 6. 'Forte ita tulit casus, ut in insidias præcipitaretur.' XLII. 50. 'Ita ut viro forti dignum sit, patiatur, quodcumque casus belli tulerit.' Simili modo 'res ita tulit' est III. 27. Mox *viderentur*, pro *videantur*, Lov. 4.

§ 8 *Accipere se omen, consules aiunt*] *Acciperent se omen* Voss. 1. Leid. duo, et Lov. 1. ac 2. *Accipientes se omen* Lov. 4. Tum *consules adeunt* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. et 4. An voluerunt *consules addunt*? Sed reliquorum vulgatum tuentium auctoritas lectioni illi firmandæ subficit.

§ 9 *Atque in fossas prorurent*] *Atque inde in fossas* Lov. 2. et Hav. Illud *ill*, sive *inde*, ex sequentis præpositionis varia lectione natum videtur, et deinde simul cum illa in contextum receptum esse. Tum *promerent* Voss. 2. et Lov. 3. 'Prorure' in hac re proprium verbum est. Supra IV. 29. 'Dictator, prorato vallo, jam in castra prœlium intulerat:' ubi vide quæ notantur. Error ortus est ex similitudine, quam habent ductus literarum *ru* et *m* in scriptura Longobardica. Hoc modo *deruerentur*, pro *demerentur*, datum erat VII. 41. § 8. Vide alia ad IV. 21. § 5.

Ira etiam exulceratos ignominia stimularet animos] *Tò etiam* deest in Lov. 2. et 3. ita tamen, ut in eorum posteriori ejus loco a m. sec. adscriptum sit *et*. Tum *ulceratos ignominia* Port. Cic. pro Deiot. c. 3. 'Fore putabant, ut in exulcerato animo facile fictum crimen insideret.' Deinde *animos stimularet* Port. et Hav. Paulo ante *nec virtus modo insinata* Gaertn. Quam lectionem inde profluxisse existimo, quod librarius duplicem scripturam *insita* et *innata* in cod. suo reperiret; quam utramque hoc modo servare conabatur. Vide ad III. 44. § 4. Posterior prioris interpretatio esse videtur. Altera enim in omnibus codd. superest. Libenter etiam Livius ea voce usus est. XLII. 46. 'Favore quodam insito in reges, legatos in Macedoniam miserunt.' cap. 62. 'Quod si Romani tum quoque insita pertinacia æqua adspernarentur.' XXVIII. 24. 'Insita hominum libidine alendi de

Digitized by Google

industria rumores:' ad quem locum plura notantur.

§ 10 *Non hæc furculas, nec Caudium, nec saltus invios esse, ubi errorem*] Eædem, quæ hoc lib. cap. 2. § 6. memorantur, edd. iterum hic vel *furcas*, vel *furculas* ediderunt, quod posterius similiter in omnibus est scriptis. Præterea *non hic furculas* Voss. 2. Klockian. fragm. Hav. a m. sec. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. N. *non hic furculas* Gaertn. et Hav. *non hoc ad furculas* Port. et Hearnii B. *non hæc ad furculas* ejusdem C. et N. in margine: *non hæc furculas Caudinas* Harl. addita voce. Deinde *et Caudium* Port. et Hav. *non Caudium* Leid. 2. a m. pr. Tum *saltus esse invios* Lov. 2. Tandem vocem *errorem* omittit Leid. 1. Mox *monentes*, pro *memorantes*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Servos, liberos, puberes, impuberes, homines, jumentaque*] In expugnationibus urbium sæpe memorantur exempla similis iræ et crudelitatis victorum. Hic quæri potest, cur Samnites *impuberes*, ætatem minime bello aptam, secum in castra ducere voluerint? *Duk. Suos liberos* Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Scriptum fuerat *s'nos, liberos;* mox notam, compendii indicem, omiserunt librarii. Ita et alibi peccari, videbimus ad Livii XLI. 8. § 12. Tum *impuberes* exulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Verum ita *puberes* vacat, nisi et ea vox delenda sit. *Puberes, impuberes omnes, jumentaque* Lov. 3. Ita passim variant Mss. Vide ad III. 54. § 6.

§ 12 *Nec ullum superfuisset animal*] *Nec unum superf.* Port. et Hav. Eas voces alibi etiam confuderunt librarii. Vide Nic. Heinsium ad Claud. de Laud. Stilic. I. 26. et Broekhus. ad Propert. Eleg. III. 7. 8. Utraque lectione juncta *nec ullum unum superfuisset* præfert Gaertn. Hic tamen ob aliorum consensum vulgatam lectionem præferendam puto.

Milites e castris hostium imperio ac minis expulissent] *A castris host.* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *ex castris hostium* Lov. 2. et 4. idque dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen *ea castris hostium* per errorem scripsit. Passim autem *a* et *x* in Mss. commutari solent. Vide ad XL. 59. § 8. Deinde *imperio agminis* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. et Klockian. Sæpius etiam scribas in commiscendis literis *C* et *G* lapsos esse, vidimus ad VI. 25. § 6.

§ 13 *Ob interpolatam dulcedinem iræ*] Restituimus ex fide veterum codd. *ob interpellatam dulcedinem*, non *interpolatam:* quæ vox, Latina quidem, hic tamen locum non habet. *Gelen. Interpolatam* mihi obvium fuit in Lov. 2. et Harl. Quæ autem edd. prima ita exhibuerit, nescio. Earum tamen, quas ita legentes vidi, antiquissima fuit Mediol. 1480. pro quo deinde Ascens. *interpollatam*, (*interpellatam* in marginem rejecto) Aldus iterum *interpolatam* dederunt. Reliqui codd. et edd. antiquiores Gelenio favent. Recte. Supra III. 57. 'Stupro interpellato magis, quam cæde, motus:' ubi alia exempla vide. Mox vocula *ut* deficit in Lov. 3.

§ 14 *Minime cuiquam militum consules odio in hostes cessisse*] Pal. 2. *cuiq. mil. vel consules.* Gebh. Ita et Port. atque Hav. Præterea *nemine cuiquam militum* Voss. 2. et Lov. 3. unde conjici posset, legendum esse *nemini cuiquam militum.* Illud autem 'nemo quisquam' dictum foret ea forma, qua 'nemo unus' habuimus III. 12. § 4. Quum tamen optimi nihil mutent, vulgatam potius scripturam præferendam puto. Præterea voces *in hostes*, quæ a quibusdam antiquioribus edd. aberant, recte in aliis supersunt, quum in omnibus extent scriptis. Mox etiam voces *sicut belli* perperam exulant a Voss. 2.

Ni respectus equitum sexcentorum, qui Luceriæ obsides tenerentur, præpedisset animos] *Tenentur* Lov. 2. et 4.

Digitized by Google

Vide ad XL. 14. § 2. *Tenerent* Port. a m. sec. Vide ad X. 10. § 1. Tum *perpendisset* Harl. De verbo 'præpedire' vide ad XXVIII. 1. § 6. *Præpedissent* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. Sed vulgatum unice verum est.

§ 15 *In supplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire, optantes*] Forte *perirent*. J. F. Gron. *Agerent* Port. Gaertn. et fragm. Hav. Nimirum ipsi consules: ut ita *desperata venia* casu sexto accipiatur. Sed potius adhæreo reliquis scriptis, vulgatum probantibus. Deinde *perderet, priusquam perire optantes* Leid. 1. *perderetque perire optantes* Lov. 2. *perdere priusquam parve optantes* fragm. Hav. a m. pr. Gronovii conjectura *perirent* vera videtur.

§ 16 *Laudare ea milites, lætarique obviam itum iræ suæ esse; fateri, omnia*] Pall. 1. ac 3. ut et Campani ed. *obvium itum iræ suæ esse, ac fateri*. At Pal. 2. *obviam itum iræ suæ esse, ac perfateri*. Gebh. Illud *ac* in uno meorum Harl. deest. Ex Klockiano etiam nihil in excerptis monetur. Reliqui omnes constanter servant. Quare recte, Jac. Gronovius et, qui eum etiam hic secutus est, J. Clericus in contextum receperunt. *Ac perfateri* est in Port. et Hav. Præterea *Laudare ea miles* Hav. quomodo modo dixerat Livius *ut doceretur miles*. Alii tamen constanter numerum multitudinis tuentur. Illud *suæ* autem non adparet in edd. Rom. 1472. et Parm.

Omnia patienda prius, quam perderetur salus tot principum] *Proderetur* haud dubie legendum. Nam *prius* legat, an *potius*, non ita multum refert. *Gelen.* Verum est, non multum referre, quantum ad sensum, *potius*, an *prius*, legas. Attamen *potius* superest in omnibus scriptis; quare haud male Frobenius id 1535. alteri, quod in prioribus erat excusis, substituit. 'Potior' et 'prior' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad v. 25. § 4. XXI. 13. § 9. et c. 41. § 2. Præterea, uno iterum excepto Harl. omnes etiam mei *proderetur*: quod fere idem notat, ac 'perdere,' 'periculo exponere:' quare priorum edd. lectio *perderetur* vel ex eo nata est, quod librarii indocti non adsecuti sunt notas vocalium *per* et *pro*, rudiori manu exaratas; (vide supra notata hoc lib. c. 10. § 7.) vel in contextum inrepsit ex alterius interpretatione olim margini adscripta. Vide ad XXVI. 36. § 9. ubi etiam de ejus significatione agam. Mox *principum Romæ juventutis* Leid. 2. quod et ipsum ex compendiaria scriptura profluxit, quomodo 'Roma urbs' et 'Romana urbs' commutari solent. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. *Juventutis Romanæ* inmutato ordine legit Hav.

CAP. XV. § 1 *Dimissa concione, consilium habitum*] Ita præferunt omnes scripti et priscæ edd. usque ad Modium, qui *concilium habitum* substituit. Verum priscam lectionem iterum revocavit Gronovius, eamque veram esse multis docuit ad XLIV. 2. § 5.

An altero exercitu et duce Apuli circa, gens dubiæ ad id voluntatis, tentarentur] Pall. duo 1. ac 3. *an altero ex. et duæ Apuliæ circa gentes dubiæ ad id vol. temptarentur*. Gebh. Eadem etiam mihi lectio obcurrit in Voss. 2. et Lov. 3. Neque multum differt Lov. 2. nisi quod *Apuliæ gentes* præferat, media voce omissa. Sed *Apula gens dubia ad id voluntatis tentaretur* est in Hav. *Apuli circa, gens dubia ad id voluntatis* Gaertn. *Apuli, gens dubia ad id vol., tent.* in Port. *Apuli, gens dubia ad id ætatis, tent.* in Hearnii Oxon. B. Τὸ *circa* etiam deficit in ejusdem L. 2. sed culpa librariorum, qui nesciebant, Livium τὸ *circa* absolute sine casu usurpare solitum fuisse. Vide hoc lib. c. 2. § 7. Idem error quoque commissus erat l. 1. c. 4. § 8. Præfero etiam *dubiæ ad id vol.* Nam

Digitized by Google

dubia ad id voluntatis foret, quæ nondum aliquid certi decreverat, quæ adhuc dubitabat, utri, Samniti, an Romano, adhærere vellet: ut XXXIII. 25. 'Pacem simulatam ac fallacem dicendo, dubios sententiæ Patres fecerat.' Insuper *tentaretur* quædam ex antiquioribus edd. quasi referendum foret ad proximum *gens*. Utrumque ferri potest. Vide viros doctos ad Nason. Met. XIV. 396. Hic tamen priscam lectionem ob codd. auctoritatem malo.

§ 2 *Ad peragrandam profectus Apuliam*] *Ad peragrandum profectus Apuliam* Port. et Hav. a m. sec. Vide ad XL. 49. § 1. *Ad peragendum profectus Apul.* Leid. 2. Lov. 4. et Hav. a m. pr. *ad peragendam profectus Apul.* Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. et ed. Mediol. 1505. Ita etiam peccabatur IV. 42. § 6. Sæpe has voces in Mss. confundi, docet etiam Burm. ad Suet. Cal. c. 37. *Ad peragendum profectus Apuliæ* fragm. Hav. a m. pr. *ad peragenda profectas Apul.* Voss. 2. et Lov. 3. *ad rem agendam profectus Apul.* Lov. 2. quod accipi posset pro *in Apuliam*. Sed omnino vulgatum verius est. Infra de Alexandro Magno l. XLV. c. 9. 'Arabas hinc Indiamque peragravit.' Mox *ex ditione*, vel *ex dictione una* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 3 *Papirio quoque, qui obsessor Luceriæ restiterat*] *Tὸ quoque* deficit in Leid. 1. *perstiterat* autem est in Hearnii Oxon. C. Male. *Restiterat* enim est, 'remanserat.' Vide Salmas. ad Solin. p. 21. Cic. de Offic. III. 30. 'Ita incolumis in patria Regulus restitisset.' Pro Ligar. c. 2. 'Post adventum Vari in Africa restitit.'

Insessis omnibus viis] Pal. 1. *obsessis*. Pal. 3. *in obsessis omn. viis*. Gebh. *Obsessis* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Utramque lectionem *insessis* et *obsessis* librarius Pal. 3. apud Gebhardum servare conatus est. Vide ad III. 44. § 4. Verum *insessis* genuinum est. Infra cap. seq. 'Præsidium Samnitium, insessis circa viam silvestribus locis, nec opinato obpressum est.' c. 31. 'Ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat.' XXI. 34. 'Perrupto medio agmine viam insedere.' XXV. 21. 'Omnia itinera insidere jubet.' XXVII. 18. 'Alteram' cohortem jubet 'viam insidere, quæ ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret.' XXXVIII. 2. 'Quidam, per notos calles breviore via prægressi, transitus insedere.' *Insessos omnibus istis viis* est in Gaertn.

Commeatus ex Samnio subvehebatur] Pal. 3. præfert *commeatus ex Samnio subicebantur*: quid hoc monstrum verbi sit, non prodigiali facio ideo Jovi. Pall. 1. 2. et Camp. ed. pro eo *subvehebantur*. Gebh. Mutarunt numerum sine causa: nam scripti *subvehebantur*. Ut frequenter Livius. Vel hoc lib. c. 23. 'Unde subvehi commeatus poterant.' Et c. 32. 'Sutrini commeatus benigne in castra advexere.' Sic XXIII. 12. *commeatum* editur, pro *commeatum*. Sic I. 4. ediderunt, 'In latrones præda onustos impetum facere.' Quasi non sit Livii 'impetus facere,' quod est in vett. libris. Lib. III. c. 10. 'Ne qui in loca summa urbis impetus cædesque inde fierent:' ubi frustra Rhenanus *fieret*. Eodem lib. c. 5. 'Multi per eos dies metus, multique impetus hinc atque illinc facti.' Alibi XXXIV. 39. 'Tum maxime impetus facientes recessere a muro.' *J. F. Gron. Commeatus subvehebantur* etiam omnes mei; nisi quod soli Harl. Gaertn. et Hav. habeant *subvehebatur*. Voss. 2. et Lov. 3. *subiciebantur*. Supra hoc lib. c. 6. 'Vestimenta, commeatus militibus benigne mittunt.' c. 13. 'Exclusos a commeatibus absumsissent.' Eodem cap. 'Commeatus ex montibus Samnitium invecti erant.' Eodem adhuc cap. 'Cuncta infesta commeatibus hostium fecerat.' Infra c. 17. 'Commeatus expediret, ab insidiis præcaveret.' c. 19. 'Avia commeatibus loca

Digitized by Google

gravis armis miles timere potest.' c. 48. 'Ne qua subvehi commeatus possent.' Quum in hoc uno libro tanta exemplorum copia sit; maximam etiam in reliquis reperiri, nullum est dubium. Verum ne immenso cumulo tædio sim, pauca tantum in medium proferam, in quibus tota locutio 'subvehere commeatus,' ne de ea dubitari possit, reperitur. Infra XXII. 16. 'Quum tantum ab tergo divitum sociorum Romanis commeatus subveheret.' XXVIII. 4. 'Magni commeatus frumenti Romam subvecti.' XLII. 31. 'Commeatus classi legionibusque ut ex Sicilia Sardiniaque subveherentur.' XLIV. 9. 'Vias commeatibus subvehendis ex Thessalia muniri jubet.'

Qui Luceriæ in præsidio erant, legatos misere ad consulem Romanum] *Qui Luceriæ præsidio erant*, omissa præpositione, Lov. 4. Ita XXXI. 8. 'Id præsidio Siciliæ provinciæ esset.' XXXVII. 21. 'Aliis terrori, aliis præsidio erat.' Verum et alterum apud Livium obvium XLIV. 44. 'Thraces, quorum duo millia in præsidio erant.' 'In præsidio impositum esse' habes XXIV. 37. Quum itaque reliqui codd. stent pro vulgato, id etiam mutandi nulla caussa est. Præterea *miserunt ad consulem Romanum* Gaertn. *misere ad consules Romanos* Leid. 2. et Lov. 1. Sed unus tantum erat Papirius consul, qui Luceriam obsidebat. Compendium autem scribendi *Cos. Ro.* in hunc errorem induxit librarios. Vide ad X. 10. § 2. Et sane iidem codd. qui hic *ad consules Romanos* præferunt, mox tamen servant *absisteret*, quum legendum fuisset *absisterent*, si hic numerus pluralis recipiendus foret. *Misere ad consulem rogatum* habet Lov. 4. Verum hæc lectio ex interpretis glossa marginali in contextum inrepsisse videtur; ubi, ellipsin hanc, 'misere legatos, ut absisteret,' ita supplendam esse, forte notatum fuerat. De hac ellipsi vide ad IV. 20. § 7. et c. 45. § 6. etiam ad XXXI. 14. § 3. Mox vocabulum *obsidione* non adparet in Lov. 2. ut verbum *absisteret* hic absolute ponatur, quemadmodum XXXVI. 45. 'Postquam celeritate navium suas eludi viderunt, tandem absiterunt:' et apud Sil. Ital. II. 281. 'Haud tamen absiterim, mortem licet arma propinquent.' Verum non tantum codd. reliqui vulgatum servant, sed etiam 'absistere obsidione,' 'obpugnatione,' Livio frequens locutio est. Infra XXIV. 34. 'Quum omnis conatus frustra esset, absistere obpugnatione placuit.' lib. XXXVI. c. 25. 'Ab capta Heraclea nuncius venit, ut obpugnatione absisteret.' XXXVII. 17. 'Pervicerunt, ut obpugnatione absisteretur.' XLIV. 12. 'Hujus novi præsidii fama absistere obpugnatione simul Romanos regemque coëgit.' Ita 'absistere spe' XXIV. 20. § 15. ubi plura vide.

§ 4 *Debuisse eos Pontium, Herennii filium*] Forte *Decuisse*, quia Pall. duo *Docuisse*. Gebh. Pall. duo *Docuisse*: ut fortasse verum sit *Decuisse eos*. Sed parum interest. *J. F. Gron. Docuisse* etiam Lov. 3. Alibi quidem 'docere' et decere,' quod ejus loco viri docti restituendum existimarunt, inter se commutari solent a librariis. Vide Burmann. ad Nason. Am. Eleg. III. 10. 48. et Trist. Eleg. I. 6. 26. etiam Var. Lect. Tibulli, quæ editioni Broekhusii subjiciuntur, Eleg. I. 2. 23. Adde quæ notantur hoc lib. ad c. 45. § 7. Quum tamen reliqui codd. vulgatum tueantur, nihilque obstet, quo minus servari posset, id etiam mutari displicet. Præterea vox *Pontium* deficit in Leid. 1. qui etiam *Herenni* præfert. Sed *Pontium Erenni filium* habent Voss. 1. et Lov. 1. *Pontium Herenni filium* Lov. 2. et 3. *Pontium Herenii filium* Gaertn. et fragm. Hav. *Pontium Hernii filium* Hav. *Pontium Heneum filium* Lov. 4. Mox *quo auctore Romano sub jugo misissent* legit Leid. 1.

Digitized by Google

Consulere, quid victis patiendum censeret] Vet. lib. *paciscendum*. Probe: agitur enim de conditionibus pacis. *Sigon. Patiendum* Pall. duo, atque totidem vett. edd. Sed Pal. 2. *paciscendum*, quod apprime blanditur Sigonio. Mihi non incongrue hic stare videtur vulgatum. *Gebh.* Ego etiam vulgatum præferendum censeo. Sigonianum enim *paciscendum* eo suspectius est, quod non nisi in dubiis fidei codd. meis Port. et Hav. invenerim. Invenit tamen et Hearne in Oxon. N. et B. Ceterum *censerent* Lov. 2. in quo eodem etiam culpa librarii defit vox *consulere*.

§ 5 *Quam in se ipsi ferre maluerint*] *In se ipsi facere* Neapol. Latinii. Similiter 'ferunt' et 'fecerunt' commutantur VII. 3. § 6. Tum *maluerunt* Port. a m. pr. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Supra v. 36. 'Quoniam legatione adversus se maluerint, quam armis, tueri socios;' ubi etiam male unus et alter codex *maluerunt*. Mox *nunciate Luceriam*, pro *nunciare*, Gaertn. *nunciare Luceriæ*, pro *Luceriam*, Hav. Male. Vide ad XXV. 22. § 1. Præterea *in bellum*, pro *inbellem*, idem Hav. Simili modo etiam alibi peccant librarii. Vide ad IV. 20. § 9. et V. 40. § 4.

§ 6 *Non novam inferentem ignominiam*] *Injuriam* Harl. et editi Aldo antiquiores, qui primus *ignominiam* substituit. Et hanc lectionem ejus probant uno ore reliqui omnes scripti.

§ 7 *Nihil recusatum: septem millia militum sub jugum missa*] Pal. 2. *unde septem millia*. Cui scripturæ numerus originem dedit. *Gebh.* Ita et Port. atque Hav. Sed recte monuit Gebhardus, numerum notis expressum huic scripturæ originem dedisse. Scriptum fuerat olim *VII. millia*: ex quo factum est *Uī*, sive *Unde millia*. Utramque deinde lectionem *Uī VII. millia* alius junxit. Præterea *Nihil recusarunt* Hav. Mox *Luceria capta*, pro *Luceriæ*, Voss. 2. et Lov. 3.

Receptis omnibus signis armisque, quæ ad Caudium amiserant] Ms. Fuldensis *quæ ad Caudium amissa erant*. Modius. Pal. 2. Modii retinens lectionem prodit *quæ ad Caudium amissa erant*. Gebh. Potius, quod in Flor. Voss. Mureti *amissa erant*. Nam qui amiserant, erant cum Publilio digresso in Apuliam: is acceperat Caudinas legiones. *J. F. Gron.* Non aliter etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. ac B. Hujusmodi variationes in Mss. passim obcurrunt. Vide ad XXIII. 29. § 16. Neutra lectio sensum turbat. Quum itaque vulgata non tantum in optimis, sed etiam plurimis Mss. supersit, eam etiam mutandi necessitatem non video. Quod autem Gronov. pro lectione *amissa erant* laudet Flor. vereor, ne manus aberrarit, et vel Fuldens. Modii, vel Pal. 2. Gebhardo excussum scribere voluerit. Certe Flor. ille, quem optimum omnium partis hujus in Præfat. vocat, hic mutilus est, et magnam satis aliquot capitum habet lacunam, ut ad c. 14. § 2. dictum est. Si autem alium innuat Flor. (se enim præter hunc aliquot Florentinos obiter et vellicatim consuluisse profitetur) ejus auctoritatem haud magni faciam. Quod insuper vir maximus ideo *amissa erant* probet, quia legiones Caudinas Publilius acceperat, isque in Apuliam digressus aberat; in eo aliquid humani passus est. Id enim ex superioribus non adparet. De exercitu post cladem Caudinam scripto nihil aliud invenio, quam hæc verba c. 10. 'In civitate, ira odioque ardente, delectus prope omnium voluntariorum fuit: rescriptæ ex eodem milite novæ legiones, ductusque ad Caudium exercitus:' ubi *ex eodem milite* illum accipio, qui ad furculas Caudinas sub jugum missus erat: 'Caudinæ' enim 'legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eumdem illum

Digitized by Google

hostem sub jugum miserunt, qui hac sua ignominia lætatus fuerat,' teste Livio XXV. 6. Non tantum igitur legiones Publilii, sed et Papirii, antea sub jugum missæ, signa armaque ad Caudium amiserant. Utriusque enim exercitum anno proxime elapso hanc ignominiam subiisse, probavi ad cap. 12. § 9. Præterea *omnibus* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quod eamdem ob causam servandum censeo.

Et, quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant] Diversitas mira Pal. 2. scripturæ non mihi indigna visa est annotatu: *et quidem omnia sup. gaudia equitibus recuperatis, quos pignera pacis recuperandæ, Luceriæ custodientibus Lucanis, Samn. ded.* Oræ tamen adpictum *custodiendos Luceranis Samn. ded.* Gebh. *Quos pignore*, vel *pignere, pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant* Harl. et editi ante Aldum, qui *pignora* recte substituit. Nam 'equites pignora pacis' nota est epexegesis: ut XXXVI. 40. 'A quibus obsides abduxerit, pacis futuræ pignus.' Vide alia exempla ad XXV. 34. § 10. *Quos pignora pacis recuperandæ Luceriæ cust. Lucerianis Samn. dederant* Gaertn. Neque aliter Port. et Hav. nisi quod eorum prior *pignere* a m. pr. *pignera* inter versus adscriptum habeat, alter *Luceranis* præferat. At, codd. hos, ut et Pal. 2. Gebhardi interpolatos esse, neminl dubium esse potest. De duplici ratione scribendi *pignora* et *pignera* vide ad III. 38. § 12.

§ 8 *Haud ferme alia mutatione subita rerum clarior victoria populi Romani est*] *Subita* exulat a Leid. 2. *mutatione subita rerum facta* præfert fragm. Hav. a m. pr. addita ultima voce, quam postea librarius recte expunxit: in nullo enim alio cod. obvia fuit. *Mutatione subita rerum clariore* Lov. 2. Præterea *victoria populo Romano fuit* Gaertn. quam lectionem ex compendio scribendi *po. Ro.* natam censeo. Vide ad XXXIX. 47. § 11.

Quod quibusdam in annalibus invenio] Sic Mss. non *invenitur*. J. F. Gron. Gronovio, pro *invenitur*, quod erat in prioribus excusis, *invenio* reponenti favent, præter unum Harl. omnes mei reliqui. *Invenitur* etiam ex uno tantum Oxon. L. 1. Hearnius profert; ut reliquos similiter *invenio* servasse sit verisimile. Et ita loqui solet Livius: ut II. 54. 'Vopiscum Julium in quibusdam pro Virginio annalibus consulem invenio.' VII. 42. 'Præter hæc invenio apud quosdam, L. Genucium tribunum plebis tulisse ad populum, ne fœnerare liceret:' hoc lib. c. 23. 'Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse:' ubi in quibusdam codd. similiter peccatur. cap. 42. 'Comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, in quibusdam annalibus invenio.' c. 46. 'Invenio in quibusdam annalibus, quum adpareret ædilibus, tabulam posuisse.' X. 2. 'Junium Bubulcum dictatorem missum in Salentinos, in quibusdam annalibus invenio.' cap. 26. 'Invenio apud quosdam, extemplo, consulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Deciumque.'

Pontius, Herennii filius, Samnitium imperator] *Pontius Heremi Samn. imp.* Leid. 1. *Pontius Herennii Samn. imp.* Lov. 1. *Pontius Herennius Samn. imp.* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Pontius Herennius*, reliquis omissis, Lov. 4. Sed vide hoc lib. ad c. 1. § 2.

§ 9 *De hostium duce dedito missoque sub jugum*] Pal. 3. *de host. cæde omissoque id quod magis mirabile.* In Pal. 2. et Camp. ed. quoque disparet vò *sub jugum.* Gebh. *De hostium cede omisso*, reliquis deficientibus, Voss. 2. *de hostium cæde omissoque* Lov. 3. *de hostium cæde omissumque* Lov. 2. *de hostium decedit omissoque* Leid. 1. *de hostium deditione omissoque* Lov. 4. *de*

Digitized by Google

hostium duce deditō omissoque Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed in illis prima litera voci *omissoque* adcrevit ex ultima præcedentis. Neque in his omnibus tantum desunt ultimæ voces *sub jugum*, verum etiam in Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Paullo ante *Ceterum eo minus miror*, pro *id minus*, Lov. 2.

Id magis mirabile est, ambigi] *Id quod magis mirabile est* Voss. 2. et Lov. 3. *id magis est mirabile Leid.* 1. *id magis mirabile est, tantum ambigi*, auctore Hearnio, Oxon. B.

Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore] Duorum L. Corneliorum antea meminit Livius, Scipionis ac Lentuli: Scipionis a. CDV. (l. VII. c. 23.) et a. CDXXII. (lib. VIII. cap. 17.) Lentuli autem a. CDXXVII. (l. VIII. c. 27.) Dubium igitur hic, de utro loquatur. *Glar.* Scriptores Capitolini, 'L. Cornelium dictatorem' cum 'L. Papirio magistro equitum' ascribentes, has res ab eo gestas esse, sentire videntur. Puto autem hunc esse 'L. Cornelium Lentulum,' qui ante consul fuit; qui ob res bene gestas ad Caudium 'Caudinus' appellatus sit: siquidem 'Caudinus' post fuit 'Lentulorum' cognomen. *Sigon.* Quisnam hic L. Cornelius dictator esse potuerit, quando cognomen a Livio non additur, necdum satis liquet; etsi quidam Lentulum existiment, consulem anno CDXXVI. fortassis, quia Caudini cognomen in eadem familia postmodum reperiunt, et ex hac victoria originem habuisse suspicantur. Et auctor est Livius cap. 4. superiore anno L. Lentulum, quem legatorum principem virtute et honoribus ob gestum consulatum appellat, in obsidione Caudina, ut pacis necessarias conditiones ab hostibus oblatas acceptarent consules adhortatum esse. Itaque simul cum aliis hoc anno deditum fuisse ex eodem constat; atque mox, deditione a Samnitibus non accepta, rediisse cum aliis in castra Romana. Sed, an confestim dictator dictus ignominiam ipse sit ultus, adhuc sub judice lis est. *Pighius* in Annal. ad a. CDXXXIII. pag. 351. Non video quid obstet, ne L. Cornelius Lentulus a suadenda pace Caudina cognomen accipere potuerit. Quo admisso, argumentum Sigonii, ex hoc cognomine pro L. Cornelio Lentulo ductum, corruit, et vere, ut Pighius inquit, adhuc sub judice lis est, utrum L. Cornelius, quem quidam hoc anno dictatorem fuisse volunt, ex Scipionum, an ex Lentulorum familia ortus sit. Ceterum *L. Cornelius cum L. Papirio*, duabus vocibus neglectis, Leid. 1. *Luciusne Cornelius dictator cum L. Cornelio* præfert Gaertn. Insuper *Cursore* exsulat a Lov. 2. ut mox *τὸ inde* a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 10 *Ultorque unicus Romanæ ignominiæ*] *Ultor unicus* Gaertn. *ultroque unicus*, transpositis literis, Leid. 1. et Lov. 4. *ultroque nunciis* Lov. 2. *victorque unicus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Alibi scribæ has voces in Mss. confundere soliti fuerunt. Vide quæ notavi ad Silii Ital. XIII. 730. Mox *haud spetiam*, pro *haud scium*, Klockian. *acceptis* sine ullo sensu Lov. 2. qui etiam *secundum Furium Camillus triumphaverit* præfert. *Triumphavit* est in Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XL. 14. § 10.

An consulis Papirii præcipuum id decus sit] Omnes Pall. *an consulum Papiriique præc. id decus sit:* quibus respondet Campani ed. *Gebh.* Scribendum *an consulum Papiriique præc. id decus sit:* monuimus ad III. 25. *J. F. Gron.* Eadem lectio mihi quoque in omnibus meis, et Hearnio in Oxoniensibus codd. obvia fuit.

§ 11 *Sequitur hunc errorem alius error*] *Τὸ error* in exsilium mittunt meliores duo Pall. *Gebh.* Abest eadem vox a Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3.

Digitized by Google

Sed male. Vide ad VI. 1. § 1.

Cursorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aurelio Ceretano iterum, &c. consul tertium] A. U. C. CDXXXI. (lib. VIII. c. 37.) 'Q. Æmilium' vocare videtur, et in quibusdam annalibus 'Aulium' dictum: quod ego errore codicum ita legi puto, pro *Ælio*, aut *Aulio*: et item a. CDXL. (l. IX. cap. 23.) et illud *iterum* referendum ad consulem Ceretanum, quippe qui ante etiam consul fuit, tametsi Papyrius ante quoque rem bene gesserit, ut illud *iterum* ad eum referri posse quibusdam appareat; sed mihi non probatur. *Glar. L. Papirium Cursorem consulem III.* et Capitolini triumphi ejus scriptores, et Livius ipse, qui post hunc eundem *IV. consulem* nominat, sentiunt. Quod autem ad 'Q. Æmilium Cæretanum' attinet, cum ne de hoc quidem nomine inter auctores conveniat, an *Æmilius*, an *Aulius* sit, ut ait Livius VIII. 37. intelligendum est, *Aulium* a Livio et scriptoribus Capitolinis magis probari: nam in vet. lib. apud Livium et hoc loco, et c. 23. *Aulius* est, non *Æmilius*. Cæterum *Cerretano* ex Capitolinis lapidibus et veteribus aliquot libris legendum est, non *Cæretano*. Sigon. Meliores duo Pall. *cum Aulio Cerretano*. Pal. 2. cum Camp. ed. *cum Q. Aulio Ceretano*. Andreas ed. alludens paululum *cum Q. Aurelio Ceretano*. Vides ex tam concordi consensu, quæ sit vera lectio. *Gebh. Primis comitiis* Oxon. Hearnii L. 1. Sed sæpe hæ voces a librariis commutatæ sunt. Vide ad V. 47. § 5. Tum *cum Q. Aurelio Cerretano* Harl. *cum Aulo Cerretano* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Klockian. *cum Aulio Cerretano* Voss. 2. et Lov. 3. *cumque Aulio Ceretano* fragm. Hav. *cumq*; *Aulo Ceretano* Lov. 2. *cumque A. Ceretano* Lov. 4. *cum Q. Alio Cerretano* Leid. 1. *cum Quintio Aulio Cerretano* Gaertn. Deinde *ob rem bene gestam Luceria* Lov. 2. *ob rem bene gestam Luceriam* Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *ob rem bene gestam ad Luceriam* Voss. 2. Leid. 3. et fragm. Hav. a m. sec. Tum *consul tertius* Voss. 2. et Lov. 3. *consul tertio* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Gaertn. Port. et Hav. Vide ad V. 16. § 1. Voces *iterum, ob rem bene gestam Luceriæ, continuato* desunt in Hav. Cæterum contra Sigonium observandum est, Livium Papirii quartum consulis numquam meminisse. Sed existimant viri docti, nomen ejus ut et collegæ excidisse in initio c. 22. quintum vero consulis meminit c. 28.

Mugillanus; et in cognomine erratum sit] *Muglanus* Lov. 4. *Mugilanus* Voss. duo, Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. Sed *Mugillanus* verius scribi, dictum est ad IV. 7. § 10. Tum *et in eo cognomine* Leid. 2. In verbis proxime præcedd. *ante L. Papirius* Gaertn.

CAP. XVI. § 1 *Aulius cum Ferentanis uno secundo prælio debellavit, urbemque*] Oppidum intelligit nomine 'Ferentum:' de quo Horatius Od. III. 4. 'et arvum Pingue tenent humilis Ferenti:' quo loco ait Acro, 'Ferentum oppidum est Apuliæ, Venusinæ civitati vicinum, in valle situm.' Itaque Diodorus lib. XIX. p. 707. 'Ῥωμαῖοι δὲ διαπολεμοῦντες Σαμνίταις Φερέντιν πόλιν τῆς Ἀπουλίας κατὰ κράτος εἷλον. Fuit autem 'Ferentium,' quod et 'Ferentinum' est dictum, in Samnitibus, de quo sic Stephanus: Φερεντῖνος, λέγεται καὶ Φερέντινος πόλις Σαμνίτων ἐν Ἰταλίᾳ, τὸ ἐθνικὸν Φερεντινός. Hujus meminit Livius X. 17. idque oppugnatum esse una cum Romulea scribit A. U. C. CDLVI. Porro autem, 'Ferentinum' alterum in Volscis, sive in Latio, fuisse, satis constat. Quod ipsum, Volscis ademptum, Hernicis donatum esse a Romanis, Livius scribit IV. 51. Itaque VII. 9. 'Ferentinum' Hernicorum urbem vi captam esse ab iisdem ait, et Ptolemæus 'Ferentinum' inter mediter-

Digitized by Google

raneas urbes Latinorum statuit III. 1. Ab hoc cives 'Ferentinates' appellati sunt, ut hoc libro Livius c. 42. 'Præter Aletrinatem, Ferentinatemque et Verulanum, omnes Hernici nominis populi populo Romano bellum indixerunt.' Et Plinius IV. 5. 'Ex agro Falerno Ferentinates.' Hinc, concilia Latinorum ad lucum Ferentinæ habita esse, scribit Livius I. 50. et VII. 25. Quod, ut supra dixi, concilium Dionysius lib. IV. p. 247. τὴν ἐν Φερεντίνῳ ἀγορὰν vocat. Hinc etiam idem Livius I. 51. meminit 'aquæ Ferentinæ,' et II. 38. 'capitis Ferentini.' Postremo Ferentiam oppidum collocat in Tuscis Ptolemæus III. 1. quam 'Ferentinum' etiam nominat Plinius III. 5. cum ait 'Fesulæ, Ferentinum.' Præter hæc sunt etiam populi quidam nomine 'Frentani,' Apulis finitimi. De quibus Mela II. 4. 'Picentes, Frentani, Apuli.' Et Plin. III. 5. 'Peligni, Frentani, Marucini, Vestini:' et post, III. 12. 'In ora Frentanorum.' Item 'Anxani, Frentani.' Ptolemæus item III. 1. post Apulos statuit Frentanos, Pelignos, et Marrucinos. Et Polybius III. 88. Μαρουκίνην, καὶ Φροντάνην χώραν. Quæ cum ita sint, non est dubium, quin hoc libro extremo c. 45. sit legendum *Frentani*, ubi vulgo legitur 'Marrucini, Marsi, Peligni, Frentini.' Hæc dixi, ut intelligerent omnes, quanto cum studio atque judicio in veterum auctorum lectione versandum esset. *Sigon.* Multa quidem hic Sigonius, sed parum ad Dionysium. 'Frentinum' oppidum novimus, et 'Frentanos' gentem Italiæ: 'Ferentanos' nullos. Scribendum *Forentanos*. Stephanus Φόρεντον, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Φορεντανός. Στράβων πέμπτῃ. Adde Cluverium Ital. Antiq. IV. 12. p. 1225. *J. F. Gron.* In loco Stephani nihil præsidii est. Strabo, quem auctorem laudat Stephanus, lib. V. nusquam memorat Φόρεντον, sed Φερεντανὸν Etruriæ p. 226. Φερέντιον Latii p. 237. et Φρεντανοὺς, Samniticam gentem, pag. 241. seq. Itaque non sine causa suspicatur Holstenius, hic vel Stephani, vel Epitomatoris illius errorem esse. Cluverius ostendit locum Plinii Hist. Nat. III. 11. qui 'Forentanos' in Apulia, in qua tum Aulius rem gessisse videtur, locat. *Duk.* *Cum frequentariis* Voss. 2. et Lov. 3. *cum Terrentanis* Gaertn. *cum Ferrentanis* Lov. 1. a m. pr. *cum Frentanis* Leid. 1. 'Forenti' urbis nomen etiam restituendum censuit Gronovius hoc lib. c. 20. § 9. Ceterum *Aulus*, pro *Aulius*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. et C. *Aurelius* Harl. Vide ad cap. præced. § 11. Paullo ante *vides*, pro *inde*, Lov. 4. In verbis seqq. *in deditione accepit* Leid. 1. Male. Vide ad XXXIII. 10. § 5.

§ 2 *Pari fortuna consul alter*] Pall. 1. ac 3. *consulum alter*. Gebh. Ita etiam Gronov. a. 1665. in contextum recepit. Interim tamen *consul alter* superesse partim in excerptis notatur, partim ipse vidi in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus. Ex reliquis nihil notatum video, qui propterea vel, ut Gebhardus invenit, *consulum*, vel vocem hanc per compendium scriptam exhibuisse censendi sunt. Vide ad IX. 32. § 2. In his similibusque compendiis exponendis sæpissime librarios errasse, videbimus ad X. 10. § 2. Mox *cum Satricariis* Leid. 2. Perperam litera *n* ob ductuum similitudinem dissoluta est in literas *ri*. Vide ad III. 30. § 3.

Præsidiumque eorum in urbem acceperant] *Receperant* Lov. 4. Ita VIII. 26. 'Ex composito ab sociis in urbem receptus:' ubi vide. Unius tamen auctoritas non persuadet, ut vulgatum mutem. Nam et ita Livius loqui solet. Supra I. 11. 'Hujus filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut

Digitized by Google

armatos in arcem accipiat.' II. 3. 'De accipiendis clam nocte in urbem regibus conloquuntur.' III. 18. 'Accepti in urbem agmine in forum descendunt:' hoc cap. infra, 'Ab iisdem consilium petere jussi, quibus auctoribus præsidium in urbem accepissent.' Et iterum, 'Armatos clam hostes in urbem acceperunt:' ubi unus etiam *receperunt*. XXV. 25. 'Si in arcem accepisset eos.' c. 26. 'Ne qua vis hostium in arcem accepta impeditos mœnibus suos turbaret.' XXVI. 40. 'Romanos ad id ipsum missos in urbem acceperunt.' XLIII. 7. 'Tutius fuisse, claudere portas, quam in urbem eos accipere.'

§ 3 *Nam quum ad mœnia Satricæ*] Hic 'Satricam' genere fœminino dicit, cum supra libris duobus sexto ac septimo neutro genere protulerit: nisi quis dicat, diversa oppida Latinorum 'Satricum,' Samnitium vero 'Satricam,' aut, pro *Satrica*, *Satricula* legendum: unde tamen paulo post, ubi Satricula ab L. Æmylio oppugnatur, 'Satricanus' dixit Livius: nisi codd. in his quoque errent, ut plane suspicor. Unde quidam hic *Satrici* legunt, non *Satricæ*. Glar. Vet. lib. *Satricæ* per mendum. Intelligit enim Satricum, coloniam Romanam in Latio, quippe quum subjiciat, 'Plus ea voce, quam armis illatis, terroris colonis injectum.' *Sigon. Satricæ* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. fragm. Hav. et, quos Hearnius Oxonii consuluit, N. L. 2. ac C. *Satrici* primus editorum Froben. a. 1535. recepit.

Ad pacem cum precibus petendam] Sine præpositione 'precibus pacem exposcere' habuimus I. 16. § 3. ubi plura vide. Paullo post *a consule* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et edd. antiquæ, Aldina priores.

Ne ad se remearent] *Ne ad se remitterent* Port. et apud Hearnium Oxon. B. quod accipi posset pro iterum legatos mitterent. Simplex enim 'mittere' pro mittere legatos sæpissime poni, notum est. Vide viros doctos ad Phædri Fab. I. 2. 22. Potius tamen reliquorum codd. vulgatum servantium consensui fidem habeo. Mox *illatum*, pro *illatis*, Harl. Port. Gaertn. et Hav.

§ 4 *Itaque subinde quum exsequerentur quærendo a consule legati*] Pall. 1. ac 3. *Itaque subinde exsequentur*. Pal. 2. *Itaque subinde exiguntur, exsequuntur quærendo ad consules legati*. Gebh. [Vid. Lectt. Varr.] Lectio, quæ ante Gronov. vulgo in edd. exstitit, in nullo Msto mihi obvia fuit. Nam *subinde exsequuntur*, omisso medio *quum*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. fragm. Hav. a m. pr. Klockian. et plures Hearnii Oxonienses. *Subinde exsequerentur* Lov. 2. *subinde quum exsequuntur* fragm. Hav. a m. sec. *subinde exsequuntur* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. *subinde exsequentes*, plane ut Gronov. conjecit, Lov. 4. et Hearnii Oxon. B. quare recte eam lectionem ab illo in contextum admissam esse arbitror. De locutione autem 'exsequi quærendo' dictum est hoc lib. c. 3. § 11. Præterea *a Coss.* Lov. 4. *ad coss.* Voss. 1. *ad cons.* Harl. *ad consules* Lov. 1. a m. pr. Port. et Hav. *ad consulem legati* Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. Verum ex præcedentibus jam patuit, ad quem legati erant, aut, si id exprimendum Livius censuisset, jam supra factum oportuerat.

Paucos et infirmos crederet præsidio tam valido et armato vim adlaturos] *Paucos infirmos* Hav. *paucos et inermes* Hearnii Oxon. L. 1. quod requiri existimavit librarius ob sequens *valido et armato*. Sed aliud Livio visum fuisse, reliquorum codd. in vulgatum conspirantium auctoritas docet. Tum *crederent* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. quomodo legisse eos librarios, qui supra *consules* numero

Digitized by Google

plurali memorarunt, miram non est. Veram eumdem errorem et illos commisisse, qui *a consule* servarunt, stuporis vix credendi indicium est. Insuper *vim ablaturos* fragm. Hav. a m. pr. *vim illaturos* Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide quæ notantur ad XLII. 29. § 9. Mox *auctoribus* deficit in Lov. 2.

§ 5 *Ut de ea re consuli senatum, responsaque ad se ferri sineret, ad suos redeunt*] In Pall. tribus, ut et antiquioribus edd. apparet *responsaque ad se referri sineret. Et ad suos redeunt.* Gebh. *Responsaque adserere ferri* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *responsaque a se referri* Lov. 2. *responsaque ad se referri* reliqui codd. et editi usque ad Froben. qui a. 1535. *ad se ferri* substituit. Id autem recentiores servarunt usque ad Gronov. qui *referri* revocavit. Livius XXXVII. 28. 'Hoc tam triste responsum quum retulissent legati.' Cic. in Fragm. apud Non. Marcell. in voce 'Relatum:' 'Sed hæc videbimus, quum legati responsa retulerint.' Tum *et ad suos redeunt* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 3. 4. Gaertn. Port. et Hav. Verum illud *et* natum est ex præced. vocis literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Vocula *ut* deficit in Harl.

§ 6 *Duæ factiones senatum distinebant*] Integra restitit hæc lectio in sola Campani recensione. Nam Pal. 1. *Duæ hæc* (lege *hæce*) *factiones senatum destinabant.* Pal. 2. et Andreæ ed. *senatum distrahebant* ex putidissima glossa. Pal. 3. denique *Dum hæc factiones senatu destinabant.* Gebh. *Dum hæc factiones* Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *Dum hæ factiones* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *Duæ hæc factiones* Gaertn. *Duæ hæ factiones* Lov. 2. Deinde *destinabant* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVII. 12. § 2. *Destinebant* Leid. 1. et Lov. 4. *destruebant* Gaertn. *detrahebant* Harl. Port. a m. sec. Hav. et apud Hearnium Oxoniensis B. *distrahebant* edd. principes, quod Aldus recte in *distinebant* mutavit. Vide ad v. 20. § 4. Mox *ab populo Romano* Port. et Hav. Tum vox *fidelium* deficit in Leid. 2.

Certatum ab utrisque tamen est, ut ea reconciliandam pacem] *Certatum tamen ab utrisque est* Harl. et Lov. 4. *certatum ab utrisque tum est* Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Ad urbem reconc. pacem* Hav. *ad reconciliandum pacem* Lov. 2. a m. pr. Harl. Port. et Gaertn. a m. pr. Vide ad XL. 49. § 1. *Ad reconsiliandam pacem* Leid. 2. et ed. Rom. 1472. *ad conciliandam pacem* Lov. 3. Male. Livius XLII. 46. 'Omni ope enitendum fore Rhodiis, ut reconcilient pacem.' II. 32. 'Concordiam per æqua, per iniqua reconciliandam civitati esse.' Vide ad II. 41. § 9.

Consuli opera navaretur] *Opera daretur* Klockian. Vide ad VII. 16. § 4. *Opera novaretur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad II. 43. § 9. ubi locationem inlustravi. Adde Liv. XXV. 6. 'Quæ tamen, semel navata reipublicæ opera et uno felici prælio recuperarunt.'

§ 7 *Quum præsidium Samnitium, quia nihil satis præparati erat ad obsidionem tolerandam*] *Tum præsidium* Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. prope finem. Sed tota illa vox deficit in Klockian. Hinc *Samnitiumque nihil satis præparatum* Lov. 3. *Samnitium, quia non satis præparata* Lov. 4. Videntur dare voluisse *satis præparatum.* Sed male. *Nihil præparati,* ut 'nihil integri' XXXVI. 7. § 6. ubi plura vide. *Que* autem et *quia* sæpissime in membranis vett. confunduntur. Vide ad v. 29. § 3. Tum præpositio *ad* exsulat a Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. Sed, quum sæpe *at* pro *ad* scribi soleat, facile excidere potuit ob vocis præced. literas finales. Vide ad X. 38. § 13. Tandem *tollendam* Lov. 2. Qui

Digitized by Google

error facile committi potuit, si per epitomen *tol'endum* scriptum fuit.

Excessurum proxima nocte esset] Perperam Pall. duo, et Camp. *excursurum*. Pal. 2. *recessurum esset proxima nocte, enuntiare consuli*. Dispicite quid lateat in lectione quam vulgavit Andreas, *excussurum proxima nocte, nuntiare consuli*. Gebh. *Recessurum esset proxima nocte* Port. et Hav. *recessurum proxima nocte esse* Harl. *excussurum proxima nocte esse* Lov. 2. Leid. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *incussurum proxima nocte*, omisso τῷ *esset*, Voss. 1. a m. pr. altera autem manus inter versus emendavit *excussurum*: quod etiam præfert Lov. 4. Eodem vocabulo omisso *excursurum proxima nocte* est in Lov. 1. *excursurum proxima nocte esset* legunt Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et reliquæ edd. vett. usque ad Froben. 1535. Soli hic Leid. 2. et Klockian. vulgatum servant, nisi quod verbum *esset* etiam neglexerint. Similes varietates etiam in Oxoniensibus Hearne invenit: *incursurum* in N. *excursurum* et *recessurum* in C. et N. in margine: *excursurum* in L. 2. *recessurum* in B. Sed nihil muto. *Excessurum*, hic absolute positum, librariis displicuisse videtur, ideoque hæc monstra lectionum dederunt. Cic. Catil. II. 1. ' Abiit, excessit, evasit, erupit:' ubi, quemadmodum etiam hoc loco, subintelligendum est ' ex urbe.'

Nuntiare consuli satis habuit] Malumus e Thuan. et Chiflet. *enuntiare*. Quod est signatum verbum de iis qui arcana produnt. XXVII. 35. ' Custodibus ad portas positis, ne quis enuntiare posset cœpta.' XXXIX. 10. ' Veniam precata Deorum, si silenda enunciasset.' Cic. pro Roscio Amer. c. 38. ' Cæterorum legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enunciavit.' Tusc. II. 13. ' Ab homine propter vim doloris enunciante commissa, prodente conscios.' *J. F. Gron. Enunciare consuli* etiam Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. Hav. et Pal. 2. apud Gebhardum ad verba præcedd. Idem etiam se in omnibus Oxoniensibus, uno tantum B. excepto, invenisse, testatur Hearnius. Est autem verbum, ut Gronovius monuit, in hac re proprium. Livius X. 38. ' Adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum.' XXV. 13. ' Ea omnia, sicut acta erant, quum enunciata Beneventanis essent.' XXXIX. 13. ' Magnum sibi metum Deorum, quorum occulta initia enunciaret.' Cic. pro Rosc. Am. c. 40. ' Sociorum consilia adversariis enunciavit.' De Orat. I. 47. ' Ut ea explicet nobis, et illa dicendi mysteria enunciet.' Nepos in Pausan. c. 4. ' Orare cœpit, ne enunciaret, nec se, meritum de illo optime, proderet:' ubi videndi sunt viri docti. Justin. V. 1. ' Imsimulatur, mysteria Cereris initiorum sacra, nullo magis quam silentio sollemnia, enunciavisse.' Gellius I. 13. ' Hanc rem ne quis enunciaret, priusquam decreta esset.' Vide etiam Pricæum ad Apul. Apol. p. 137. Idem hoc verbum Livio restituendum censuit Jac. Perizon. ad XXV. 9. § 4. Id tamen scrupulum de veritate hujus lectionis injicit, quod eam in nullis aliis Mss. codd. invenerim, quam qui vel *esse*, pro *esset*, præferunt; vel vocem illam aut omittunt, aut transponunt; unde prima litera τοῦ *enunciare* ex finali præcedentis vel *esse*, vel *nocte* repetita esse videri potest. Accedit, præter unum Leid. 1. reliques codd. qui *enunciare* exhibent, minoris auctoritatis esse. Existimet igitur prudens lector, atque amplectatur, quod melius censuerit.

Quamque per portam, et quam in viam egressurus hostis foret] Vet. lib. *quaque porta*. Sigon. Omnes Pall. et Andreas *quaque porta*. Gebh. *Quaque porta* et Sigonii et omnium vett. librorum, nec non primæ editionis est. Tacitus Ann. I. 8. ' Ut porta triumph-

Digitized by Google

phali ducerentur funus.' Sed ne sic quidem omnia salva credere me patitur varietas scripturæ veteris. Prima ed. ignorat τὸ *esset*, habetque *aggressuros hostes*. Deest et τὸ *esset* in Voss. Vix me contineo, quin jubeam legi, resectis, quæ allita videntur, *Pars altera, præs. Samn., quia nihil satis præp. erat ad obs. tol., excess. prox. nocte, eunuc. cons. satis habuit, qua noctis hora, quaque porta, et quam in viam, fore.* Sed nimii sumus, nec talia, nisi majoribus præsidiis succincti, debemus audere. *J. F. Gron.* Quænam editionum prima hanc lectionem in contextum admiserit, nescio. Sed demum eam reperi in Mediol. 1480. hinc in multis aliis. Codicum vero nullus eamdem tuetur. Nam *quam portam* habet Harl. quod servari posset, si testes plures firmarent; ita enim 'egredi urbem' adstruitur XXIX. 6. § 4. *Qua porta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quos etiam audiendos non existimo. Compositio enim hæc orationis, ut in tribus diversis proponendis secundum per *que*, tertium per *et* vel *ac* primo connectantur, Livio admodum amata est. Vide ad II. 31. § 1. *Quaque porta* reliqui omnes, cum edd. Rom. 1472. et Parm. Aliam itaque edit. Rom. Hearne consuluit, qui ex ea *quamque per portam* profert: vicissim autem, quum nullum Oxoniensium ei consentientem memoret, ii omnes *quaque porta* exhibuisse videntur. Ita Cic. Tusc. I. 7. 'An tu, egressus porta Capena, quum Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum sepulcra vides, miseros putas illos?' Tum *quam viam*, omissa media præpositione *in*, Harl. Sed eam elisit vocis præcedentis litera ultima. Vide ad X. 13. § 3. Deinde *egressus hostis* Leid. 2. et Lov. 1. *egressuros hostis* Gaertn. a m. pr. *aggressurus hostes* edd. Rom. 1472. et Parm. Quamvis autem in verbis præcedd. Klockian. τὸ *quum*, multos scriptorum et nonnullos editos *esset* omisisse, superius dictum sit, Gronovio tamen, non eos tantum, sed et hic *egressurus hostis* ejicienti, et *foret* in *fore* mutanti, adsentiri non sustineo. Nimis enim audax videtur.

§ 8 *Portam etiam consuli aperuerunt*] Addendum *armatosque clam hoste in urbem acceperunt*. Gelen. *Consuli* legendum, non *consulibus*. Solus enim hic Papyrius erat. Alter consul Ferentanorum urbem oppugnabat. Probant item ea et sequentia et præcedentia. *Glar.* Hæc omnia *armatosque clam hostes in urbem acceperunt* absunt ab edd. principe Andreæ; aliter vero concepta in Pall. tribus, Campaniqne ed. *armatosque clam nocte urbem acceperunt*. Gebh. Pall. Thuan. Voss. Helm. *clam nocte*. Sed scribendum *clam hoste*, nempe ipsis Samnitibus. *Armatos* autem intellige Romanos. Sic voluit et Gelenius, qui primus hanc clausulam vulgatis adjecit. *J. F. Gron.* *Clam nocte* scripti: sed sententia videtur exigere *clam suis*: reliquis civibus non earum partium. *Idem.* *Consulibus* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. et fragm. Hav. pro quo recte *consuli* legendum Glareanus monuit. Verum ita jam ante Glareanum Gelenius notæ suæ præscripserat, eoque emendante *COS* Froben. a. 1535. in contextum recepit, quum multæ priorum haberent *COSS.* Gelenio autem et Glareano consentiunt Lov. 4. Hav. et Neapol. Latinii, qui et ipse eam lectionem probavit. Deinde pericope, quam Gelenius addidit, servant omnes mei, Hearnii Oxonienses, et Neapol. Latinii, nisi quod *clam nocte* præferant; quam lectionem admitti non posse, præcedentia evincunt; ubi jam dixerat Livius *eadem nocte*. Pro eo Gelenius *clam hoste* edidit, cujus loco deinde ἐκδόσει Sigonii *clam hostes* recepit, et Latinius probavit. Et eam etiam lectionem præferendam puto; licet Doujatius pro altera *clam hoste*

Digitized by Google

stet, quoniam huic parti, quæ Romanos in urbem accepit, non Romani, sed Samnites hostes erant. Romani enim hic 'hostes' vocantur, habita ratione Satricanorum in genere; apud quos factio, quæ prævalebat, ad Samnites defecerat: unde nunc urbs eorum a Romanis obsidebatur. Et ita mox eadem voce *hostium* Romani verbis seqq. designantur: 'Ab urbe plena hostium clamor sublatus.' Lectio *clam hoste* postea Gronovio displicuit, qui in ed. 1665. inter addenda propterea *clam suis* malebat. Præterea *receperunt* Harl. Male. Vide hoc cap. ad § 2. Paullo ante *desitum*, pro *descitum*, Voss. 2. errore librarii. Vide ad XXX. 3. § 5.

§ 9 *Insessis circa viam silvestribus locis*] Pal. 3. *insessis arta via silv. locis.* Gebh. *Infensis* Neapol. Latinii. Male. Vide ad cap. præc. § 3. *Arta via* in Pal. 3. apud Gebhard. ex literarum similitudine natum est. Mox *nec opinatum oppressum est*, pro *nec opinato*, Neapol. Latinii. Nostri nihil mutant, nisi quod *ne opinato* sit in Harl. Vide ad IV. 27. § 8.

Samnis cæsus, Satricanus captus, et omnia in potestate consulis erant] *Cæsus Samnis* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod recepi. Tum *in potestatem consulis erant* Port. Sed vide ad II. 14. § 4.

§ 10 *Quæstione habita, quorum opera*] *Concione habita* Hav. Tum *quorum opem* Gaertn. Mox *quos sontes reperit*, pro *comperit*, fragm. Hav. a m. pr.

§ 11 *Qui eo duce Luceriam receptam*] *Qui eo die* Harl. Tum *Luceriam captam* Voss. 2. et Lov. 3. Sed reliqui recte vulgatum defendunt. Paullo ante *Papirium consortem*, pro *Cursorem*, Klockian.

§ 12 *Non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens*] *Sed in corporis viribus* Voss. 2. et Lov. 3. *sed etium viribus corporis* Lov. 2. Vox *etiam* deficit in Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad II. 6. § 1. Similiter *excellens* exsulat a Port. et Hearnii Oxon. B. Paullo ante *omnium laude*, pro *omni*, Harl. Vide ad XLV. 19. § 13.

§ 13 *Præcipua pedum pernicitas inerat*] *Præcipue* Port. et Hearnii Oxon. B. contra mentem Livii; qui non indicat, præcipuam hanc Papirii laudem bellicam fuisse, quod pedum pernicitate valuerit, sed simpliciter tantum narrat, eum hac corporis dote omnibus ætatis suæ præcelluisse. Insuper *peditum pernicitas* Port. a m. pr. Tum *erat*, pro *inerat*, Harl.

Quæ cognomen etiam dedit: victoremque cursu] Hæc ita a Livio scribuntur, quasi Papyrius hic primus id cognominis meruerit, cum multi ante Papyrii 'Cursoris' nomen habuerint: nempe primum, quem Livius commemoret, puto A. U. C. CCCLXX. (lib. VI. c. 11.) et Censoris nomen a. CCCLXIII. quod etsi ibidem omissum, tamen a Livio postea in oratione Sempronii tribuni plebis, Appium incusantis, ponitur a. CDXLV. (lib. IX. c. 34.) *Glar.* Vett. libri alii *quæ cognomen via dederat*: alii *quæ cognomini viam dedit.* Hinc ego suspicor legendum *quæ cognomen avo jam dedit.* ['Livius hunc a cursu laudat, non avum: nihil igitur hic agit Sigonius.'] Ut intelligamus, quemadmodum necessario intelligendum est, non hunc primum invenisse hoc 'Cursoris' cognomen, sed avum ejus ante. Avus autem ejus fuit L. Papirius Cursor, qui censor fuit A. U. C. CCCLXI. et post etiam tribunus militum consulari potestate. Hic enim, de quo nunc loquitur Livius, in lapidibus Capitolinis L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. dicitur. *Sigon.* Quid fuerit initio in Pal. 2. ex rasura nimium alte descendente erui non potest. Pall. 1. et 3. *quæ cognomen etiam victori dedit.* Alii libri, referente Sigonio, *quæ cognomen via dederat*: alii, *quæ cognomini viam dedit*: unde fecit

Digitized by Google

ipse *quæ cognomen avo jam dedit.* Quæ omnino conjectura ridicula est, nullisque rationibus nixa. *Gebhard. Quem cognomen viam dedit* Port. *quæ cognomen via dedit* Hav. *quæ cognomen invictori dedit* Lov. 3. Reliqui nihil mutant. Sigonii conjectura refelli videtur testimonio Zonaræ, qui similiter L. Papirium dictatorem a Livio VIII. 29. memoratum, eumdem, cujus Livius hic meminit, Cursoris cognomen a pedum pernicitate habuisse tradit Ann. VII. 26. Ὧν εἷς ἦν καὶ Λούκιος Παπίριος, ὁ καὶ Κούρσωρ ὀνομαζόμενος διά τε τὴν ἕξιν (ἦν γὰρ δρομικώτατος) καὶ διὰ τὴν ἄσκησιν τὴν τοῦ δρομοῦ. An igitur Livius, ante hunc Papirium referens alium 'Cursorem' cognominatum, qui censor fuit IX. 34. et tribunus militum consularis VI. 11. aliquid humani passus esse censeri debet? vel an dicendum est, 'Cursoris' cognomen, quod majores jam obtinuerant, pedum pernicitatem huic L. Papirio confirmasse? quale quid in gentis Manliæ cognomine 'Capitolinus' accidisse, vidimus ad V. 31. § 2. in gentis Liciniæ cognomine 'Stolo' ad VI. 39. § 3. Insuper *victorisque cursu* Leid. duo, et Lov. 1. *victorque cursu omnium ætatis suæ fuisse fert*, id est *fertur*, fragm. Hav. a m. pr. in quo deinceps *victoremque* a m. sec. interpolatum est.

Cibi vinique eumdem capacissimum] *Ergo vini cibique eumdem capac.* habet Pal. 3. *Gebh. Vini cibique capac. eumdem* Port. *vini cibique eumdem capac.* Hav. Vox *eumdem* deficit in Lov. 4. supra autem *τὸ νι* in Harl. et fragm. Hav. a m. pr. *seu* secundo loco in Voss. 2.

§ 14 *Asperiorem (quia ipse invicti ad laborem corporis esset) fuisse militiam*] *Aptiorem* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. *nec tum illi asperiorem* Lov. 2. *nec cum ullo asperiore* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *iiūcti ad laborem corporis*, id est *injuncti*, Hav. Ita peccabatur VIII. 34. § 2. Eodem errore etiam *victus* et *iunctus* commutari in Mss. videbimus ad Epit. Liv. lib. LXVIII. 'Invictus ad laborem,' ut apud Ovid. Metam. XII. 166. 'Quod juveni corpus nullo penetrabile telo Invictumque ad vulnera erat, ferrumque terebat:' ubi vide Nic. Heins. *Ad laboris* Port. a m. pr. *ad labores* a m. sec. Deinde *militiam fuisse* Port. et Hav. *militiam suis* fragm. Hav. *Τὸ fuisse* exsulat a Leid. 2.

§ 16 *Quum ex equis descendetis*] *Quum sitis ex equis descendentes* Oxon. L. 1. unde Hearnius legendum conjicit *quum sitis ex equis descensuri.* Mox vocula *et* deerat in Lov. 2. *τὸ erat* in Leid. 2. Deinde *in socioque civesque* præfert Port.

§ 17 *Prænestinus prætor*] Sic etiam Plinius Hist. Nat. XVII. 11. et Aurelius Victor de Vir. Ill. c. 31. Vir clariss. in libro de Ædilib. Coloniar. et Municip. cap. 2. § 7. 'prætorem Prænestinum' intelligit 'magistratum municipii Prænestini,' eodemque trahit locum Livii XXIII. 19. de præfecto cohortis Prænestinæ, quæ in præsidio Casilini fuerat: 'Ceteri incolumes Præneste cum prætore suo Manicio (scriba is antea fuerat) redierunt.' Hoc non nimis certum est. Primum enim non constat; Præneste jam tum municipium fuisse; et propius vero est, non fuisse. Deinde adparet e verbis Livii, Prænestinos hos inter socios militasse: municipia autem habebant jus legionis. Vide Spanhem. Orb. Rom. I. 9. Denique, non probabile est, Romanos militibus, quos coloniis imperabant, vel ex municipiis scribebant, magistratus urbium illarum a cura reipublicæ abstractos præposuisse. Malo igitur cum Sigonio de Ant. Jur. Ital. II. 14. Lipsio de Milit. Rom. I. 7. et II. 10. et Perizon. in Dissert. de Prætor. § 19. utroque loco Livii 'prætorem' interpretari 'præfectum cohortis socialis.' Certe Manicium, quum 'prætorem' Prænestinum vo-

Digitized by Google

cat *Livius*, non fuisse magistratum urbis Prænestinæ argumento est, quod eum antea 'scribam' fuisse dicit. Et sic apud Livium VIII. 11. 'prætorem' Lavinienaium, qui Latinis auxilio mittebantur, præfectum eorum esse puto. *Duk.* Vox *prætor* sæpissime per compendium *pr.* in Mss. notatur. Id non intelligentes librarii hic in varios errores inciderunt. Omittitur enim in Lov. 4. ejus loco *tr.* legitor in Klockian. *pariter* in fragm. Hav. a m. pr. *præfectus* in margine Port. *P. R.* divisis literis in Leid. 2. et Lov. 1. unde *populi Romani* factum est in Lov. 3. qui error frequens est. Vide ad XXXI. 10. § 4. utraque vero *Prænestinus prætor populi Romani* servatur in Gaertn. Mox *eduxerat ex sub. suos*, pro *ex sub. suos duxerat*, Lov. 4.

Inambulans ante tabernaculum] *Ambulans* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. et fragm. Hav. a m. pr. Male. Non tantum enim plures codd. vulgatum tuentur, verum etiam τὸ 'inambulare' sæpius apud Livium obcurrit. Ita I. 54. 'Ibi inambulans tacitus summa papaverum capita dicitur baculo decussisse.' XXIII. 7. 'In foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulavit.' c. 43. 'Per muros inambulare senatores Nolanos jussit.' XL. 8. 'Solus, filio procul stante, multa secum animo volutans inambulavit.'

Expedire securim jussit] Pall. tres, et Camp. ed. *securem*. Gebh. *Securem* etiam Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Similiter varii codd. exhibent VIII. 7. § 20. Verum, *securem* se legere non meminisse, monuit Vossius Gramm. IV. 10. Præterea *jubet* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C.

§ 18 *Agedum, lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus*] *Agendum* Leid. 1. Hav. et fragm. Hav. quomodo librarios peccare soli-tos fuisse, videbimus ad h. lib. c. 38. § 7. *Agede* Voss. 1. *Age* Leid. 2. et Lov. 1. Male. Vide ad III. 62. § 4. Vox *lictor* deficit in Hav. Tum *incommodam, inquit, ambulantibus* Lov. 4.

Perfusumque ultimi supplicii metu, mulcta dicta, dimisit] Pall. 1. et 3. *cum post multa dicta dimisit*. Pal. 2. *perfusum ultimi suppl. metu muleta indicta dim.* Gebh. *Perfusum ultimi suppl. metu* Hav. *perfusumque ultum suppl. metu* Klockian. Leid. 2. et Lov. 3. *perfusumque ultimi suppl. metri* Voss. 2. et Lov. 3. Sed de locutione 'perfundere metu,' 'gaudio' dictum est ad II. 62. § 4. 'Ultimum supplicium' autem est pœna mortis. 'Ultimam pœnam' vocat III. 58. 'Die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam pœnam, dimissus.' Sueton. Cæs. c. 14. 'Senatu universo in socios facinoris ultimam statuente pœnam.' Plin. Ep. II. 11. 'Septemque amicorum ejus ultimam pœnam arguebatur emisse:' ubi vide Cortium. Hinc *cum post multa dicta dimisit*, insertis duabus vocibus, Voss. 2. et Lov. 3. Adparet pro *mulcta* in membranis scriptum reperisse librarios *multa*, quomodo exaratur etiam in Leid. 1. Lov. 4. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. de qua orthographia dictum est ad II. 52. § 4. Id autem non intelligentes locum adscitis vocibus interpolasse, et existimasse *post multa dicta* hic notare postquam multis verbis eum increpuisset. *Mulcta indicta* est in Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. altera, et Hearnii Oxon. N. et B. quomodo 'indicere exsilium' I. 60. 'Tarquinio clausæ portæ, exsiliumque indictum.' Præfero tamen *multa dicta*, quam lectionem et plures et meliores codd. tuentur. Ipsa autem locutio in hac re sollemnis ac propria est. Supra II. 62. 'Duo millia æris damnato multam dixerunt:' ubi plura vide. XLII. 9. 'Itaque multam ei se dicere.' XLIII. 16. 'Multamque pro conci-

Digitized by Google

one privato dixerunt.' Epit. Liv. lib. XLVII. 'Cn. Tremellio tribuno plebis multa dicta est.'

§ 19 *Quo magis innixa res Romana staret*] *In quo innixa* Gaertn. Verum alibi hanc constructionem me apud Livium legere non memini, qui vel 'inniti alicui,' aut 'inniti aliquo' dixit, ut vidimus ad IV. 19. § 4. quamvis ceteroquin Livius præpositionem *in*, cum qua verbum compositum est, in regimine repetere consueverit. Vide ad Præfat. § 11. Vulgatum itaque *quo magis innixa*, quod probant reliqui omnes codd. servo. *Quo innixa magis* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Quin eum parem destinarent animis Magno Alexandro ducem] Oggerunt codd. scripti et libri editi *destinant*. Gebh. Repugnat his verbis, quod c. 18. 'Quem ne fama quidem illis notam arbitror fuisse.' Si namque incognitus Romanis, dum viveret, Alexander, quomodo destinare potuerunt ei parem e suis ducem? Non ita immemor sui Livius, ut existimat Muretus Var. XV. 14. Scribebam *destinarunt*. Scilicet judicia scriptorum et hominum, qui postea fuere, et nunc sunt. Lib. XXVIII. c. 24. 'Quia regnum sibi Hispaniæ, pulsis inde Carthaginiensibus, destinarant animis.' Sed Voss. duo, et Helm. et omnes editi veteres ab Andrea ad Gryphium *destinant*. Quo magis etiam apparet, quod dixi. Cælius Curio primus mutavit. *J. F. Gron.* Non Cælius Curio mutatæ lectionis auctor est, sed potius Vascos. qui ita septennio antea edidit. Ceterum *destinant* etiam omnes mei. Præterea *qui eum parem* Leid. 2. et Gaertn. Vox autem *animis* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Male. 'Destinare animo' Livio in usu fuisse, non tantum probat locus a Gronov. modo laudatus, verum et alius VII. 33. 'Adeo morte sola vinci destinaverant animis:' 'in animo destinare' dixit VI. 6. 'Sibique destinatum in animo esse, Camillo submittere imperium:' et XXI. 44. 'Si hoc bene fixum omnibus, destinatumque in animo est.'

CAP. XVII. § 1 *Nihil minus quæsitum*] Ob hanc digressionem Livii in doctrina temporum imperitiam multis exagitat Dodwell. de Cyclis Dissert. X. § 73. cui respondere conatus est Clericus ad h. l. dicens, licuisse Livio agere de eventu belli, si id Alexander Romanis intulisset, ubi, cumque sermo fuit de magistratu viri fortis, qui Alexandri æqualis fuit. Immo ipse Livius mox dicit, Alexandri Magni tanti regis ac ducis mentionem effecisse, ut quærere libuerit, quinam eventus Romanis rebus futurus fuerit, si cum Alexandro foret bellatum: non autem addit, se id fecisse eo anno, quo Alexandrum mortuum crederet; quod tamen tamquam verum ponit Dodwellus, et quo unus ejus censura in Livium innititur, quum Alexander jam sexennio ante obierit.

Varietatibusque distinguendo opera] Pall. 1. ac 3. *destinguendo opere*. Reliqui quoque libri *opere*. Gebh. *Distinguendo opera* primum edidit Frobenius 1535. et deinde servarunt recentiores usque ad Gruter. qui in ed. postrema *opere* revocavit. Et recte. Ita enim omnes priores excusi omnesque omnino codd. Passim etiam Livius historiam Romanorum a se conscriptam 'opus,' non 'opera' numero plurali, vocat. Supra in Præf. 'Ut orsis tanti operis successus prosperos darent.' Hoc cap. 'Nihil minus quæsitum a principio hujus operis videri potest.' XXI. 1. 'In parte operis mei licet mihi præfari.' XXXI. 1. 'In partibus singulis tanti operis fatigari minime conveniat.' Ceterum *varietatibus quibus dest*. Hav. Paullo ante *ordine inclinarem*, pro *declinarem*, Hav. Livius XXI. 52. 'Ab auctoribus injuriæ ad vindices futuros

Digitized by Google

declinant.' XXV. 18. 'Se ab eo, etiamsi in acie obcurrat, declinaturum.'

. *Diverticula amœna, et requiem animo meo quærerem*] *Deverticula* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Et ita legendum esse, monui ad I. 51. § 8. Præterea *animo mō quærerem*, id est *animo modo*, Lov. 3. et Gaertn. *animo meo quærentem* Port.

§ 2 *Quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium*] *Cum sæpe tacitis* Lov. 2. *quæ sæpe tacitis* Port. et fragm. Hav. a m. sec. Tum *volutavi animum* Hav. Deinde, male in voces contributis literis, *ea sevocat in medium* fragm. Hav. a m. sec. et edd. principes. Pro eo quidem Mediol. a. 1505. recte ediderunt *eas evocat*, quos Aldus secutus est; verum Ascens. 1513. et postea ipse atque alii ejus loco substituerunt *eas sevocat*, donec Froben. 1531. *eas evocat* reduceret. 'Evocare in medium' autem, scilicet ex animo, dictum est eodem modo quo 'emittere in hostes.' Vide ad XXVIII. 14. § 11. Paullo ante *tum tanti regis*, pro *tamen tanti*, Port. Vide ad XXII. 17. § 5.

Ut quærere libeat, quinam eventus] Prima vocula deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *quisnam eventus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Vide ad VI. 32. § 5. Mox *humanis rebus*, pro *Romanis*, Leid. 2. Tum *debellatum*, pro *bellatum*, Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XXXVII. Insuper *futurum fuit*, pro *fu'it* vel *fuerit*, Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 3 *Pollere videntur militum copia et virtus, ingenia imperatorum, fortuna*] Pal. 2. addita particula connexiva, *mil. copia et virtus, ingeniaque imp.* Gebh. Similiter etiam Lov. 2. Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed *mil. copia et virtus, imp. ingenia, et fortuna* Lov. 4. Adparet librarios ita edidisse, quod tria hæc sine copula jungi displiceret, quomodo tamen Livius sæpissime loqui amavit, quod ipsi passim corruperunt. Vide ad IV. 3. § 12. et ad XXXVIII. 18. § 12. Insuper *pollere videtur militum copia* Port. Sed librarius existimasse videtur, verbo plurali locum esse non posse, quod omnia nomina sint singularia, quam ob caussam etiam forte *pollere videntur militum corpora* dedit librarius Harl. Sed, Livium verbum plurale duobus pluribusve substantivis singularibus junxisse, sæpius supra dictum est. Vide ad III. 31. § 7. *Videretur* est in Hav. Sed hic scriba voces per compendium scriptas *vidē-tur* et *vide'tur* confudit. *Copia militum et virtus*, transpositis dictionibus, est in Leid. 1. *militum copia et virtus ingenua, imp. fortuna* in Klockian.

§ 4 *Ea, et singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque, facile præstant*] Prima vox non adparet in Lov. 4. qui etiam *ab aliis rebus* præfert. Deinde etiam vox *ita* exsulat a Leid. 1. Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. In quam lectionem quum tot codd. consentiant, ea etiam displicere nequit; præsertim quia verisimilius videtur, illud *ita*, quod plerumque *τῷ sicut* respondere solet, a librariis additum, quam omissum fuisse; idque hominum genus ita et alibi peccavit. Sic XXXIV. 9. 'Romanam amicitiam, sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebat fide:' ubi ante Gronov. vulgo etiam edebatur *ita pari*. Vide quæ ad eum locum notantur. Tum *præstare facile* Lov. 4. *facile præstari* Harl. Port. Gaertn. et Hav.

§ 5 *Jam primum, ut ordiar ab ducibus*] *Nam primum* Voss. 1. Leid. 2. Harl. Port. et Hav. Atque, ita se in Oxon. N. L. 2. B. ac C. reperisse, Hearnius testatur. Sed nihil mutandum. Eleganter enim particula *Jam* inservit transitioni ac connectendis orationis periodis. Vide Duker. ad Flori Præfat. § 2. Ita mox

Digitized by Google

hoc lib. c. 19. 'Jam in opere quis par Romano miles?' Præsertim autem ita adhibentur voces *jam primum*. Infra XXI. 62. 'Prodigiis procurandis prope tota civitas operata fuit. Jam primum omnium urbs lustrata est.' Ab his vocibus Livius etiam incipit historiam, iis eam connectens Præfationi, I. 1. Vide etiam v. 51. Solent autem *jam* et *nam* passim in Mss. confundi. Vide Burmann. ad Sueton. Cæs. c. 44. Corte ad Plinii Ep. I. 6. Torren. ad Val. Max. II. 6. ex. 16. et III. 5. ex. 4. et quæ notavi ad Silii Ital. IX. 242. Adde quæ dicuntur ad Livii II. 29. § 11. III. 34. § 17. IV. 26. § 11. c. 49. § 16. v. 36. § 6. VI. 15. § 10. c. 27. § 7. IX. 3. § 5. c. 29. § 8. XXVI. 7. § 3. XXXII. 16. § 10. XXXIV. 4. § 4. c. 31. § 15. XXXIX. 52. § 8. et alibi. Similiter commutantur *ubi jam* et *ubinam*. Vide ad VI. 25. § 10. Præterea *exordiar* Lov. 2. Tum *a ducibus* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Paullo post *ab uno*, transpositis literis, pro *abnuo*, Leid. 2. Lov. 3. Port. et Gaertn. Hinc, alio ordine vocum, *Alexandrum fuisse* Port. et Hav. at verbum *fuisse* exsulat a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Quod adolescens, in incremento rerum] Scribe ex vet. lib. *quod adolescens, quod in incr. rerum*, ut tertia esse causa videatur. *Sigon.* Pall. duo codd. vetustique editi, *quod adolescens in incr. rerum*. Gebh. Hoc postremum *quod* est solius Sigoniani: nec necesse est, gravitatem Livii in minutias concidi. *J. F. Gron.* Sigoniano consentiunt tantum ex meis Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. eodd. admodum suspectæ fidei. Unde fit, ut credam, recte Gronovium vulgatum huic lectioni prætulisse. Præterea præpositio *in* deest in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Harl. Port. et Gaertn. Sed intercepta est a syllaba initiali proximæ vocis. Vide ad VIII. 33. § 6. Tum *adulescens* Lov. 4. Vide ad VI. 34. § 11. Paullo ante *clariorem eum tum facit* Gaertn. *clariorem eum tamen facit* Harl. et edd. antiqq. usque ad Froben. 1535.

§ 6 *Ut alios reges claros ducesque omittam*] *Reges clarosque duces* Harl. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *reges claros duces* Leid. 2. et Lov. 1. ut per adpositionem dicatur, reges qui clari duces fuerunt. Deinde *dimittam* Hearnii Oxon. L. 2. Cicero pro Quinct. c. 22. 'Ut alia omittam, hoc satis est.'

Cyrum, quem maxime Græci laudibus celebrant] *Pyrrhum* Harl. Port. Hav. et Oxon. B. apud Hearnium, qui se *Pyrum* invenisse testatur in L. 2. C. et N. pro quo tamen in posterioris margine *Cyrum* emendatum erat.

Vertenti præbuit fortunæ] *Vertici præbuit fortunæ* Port. *venienti præbuit fortunæ* Lov. 4. Vide ad v. 49. § 4. *Vertenti fortunæ præbuit*, transpositis dictionibus, Lov. 2. *præbuit vertenti fortunam* Gaertn. Non animadvertit librarius, *vertens* hic neutraliter, sive sensu passivo, usurpari, pro vertenti se fortunæ, vel versa fortunæ. Vide ad II. 62. § 2.

§ 7 *Recenseam duces Romanos, nec omnes omnium ætatum, sed ipsos eos, cum quibus*] *Ne censeam duces* Lov. 4. *Ne recenseam duces*, utraque lectione juncta, editi ante Aldum, qui primus *Ne* expunxit. Tum *omnium ætatium* Leid. 1. Quam scripturam supra ex duobus codd. recepi I. 43. § 5. quibus nunc duos optimæ etiam notæ Flor. et Klockian. quorum excerpta postea demum accepi, accedere moneo. Eamdem itaque lectionem etiam hic in contextum admisi. Similiter quoque cod. Memmian. Sueton. exhibere in Aug. c. 31. ad eum locum observavit, atque illustravit Burmann. Deinde *eos ipsos*, trajectis dictionibus; Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Vide ad II. 5. § 5. Ordinem tamen, qui vulgo obtinet, veriorem esse, reliquorum codicum auctoritas persuadet. Et ita XLII. 21. 'Patres

Digitized by Google

ipsum eum quærere jusserunt.' Præterea vox *cum* deficit in fragm. Hav. a m. pr. Mox *Alexandro fuit bellum*, pro *bellandum*, Port.

§ 8 *M. Valerium Corvum*] Ita omnes præferunt codd. nisi quod ultima vox desit in Hearnii Oxon. L. 1. et *Corvinum* legant Harl. et Hav. cum omnibus edd. ante Sigonium: cui bis hoc capite *Corvum* restituenti nemo dicto audiens fuit ante Gruterum, qui ita in postuma ed. vulgari curavit. Unde Gebhardus, qui ante eam in lucem emissam notas ad primam Gruteri ed. conscripsit, ad VII. 26. § 12. monere necesse habuit, *Corvi* cognomen bis hoc cap. restituendum esse. Vide quæ ibi dicta sunt.

C. Marcium Rutilum] *C. Marcium Ruptilium* Voss. 1. *C. Marcium Rutilium* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. qui *C. Rutilum*, media voce omissa, in L. 1. invenit. *C. Marcum Rutilium* Hav. *C. Cludium Marcium Rutilum* Harl. *C. Claudium, M. Rutilium* edd. Aldo priores. Vide ad VII. 17. § 6.

C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem] *C. Supplicium*, literis transpositis, fragm. Hav. *C. Suppliciun* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad III. 10. § 5. Ejus prænomen deesse monuit Hearne in Oxon. L. 1. Tum *Ti. Manlium Torquatum* Port., *T. Torquatum*, omissa media voce, Hearnii Oxon. L. 1. *Malium* habet Lov. 1. *Mallium* Gaertn. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Deinde *Q. Publilium Philonem* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. fragm. Hav. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *Q. P. Philonem* Hav. *Quintum P. Philonem* Lov. 2. Vide ad II. 55. § 4.

L. Volumnium, M. Curium] *M'. Curium* Capitolini lapides: item alii. *Sigon. M.* legunt omnes codd. Sed solent passim librarii minus notum prænomen *Manium* in *Marcum*, sive notam ejus *M'.* in alterius notam *M.* mutare. Vide ad XXVII. 25. § 2. *Currium* est in Leid. 1. *Curcium* in Gaertn. Præterea *Voluminium* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *Voluminum* Voss. 2. Lov. 2. et fragm. Hav. *Volumium* Hav. Vide ad III. 10. § 5. *L. Valerium* vocat Oxon. L. 1. ut Hearne testatur.

§ 9 *Si Punicum Romano prav. bellum*] Non admodum hoc clarum: præsertim illud *Romano*. Glar. Sensus, Si Alexander ante intulisset Romano bellum, quam Pœni; quod futurum erat, si senior in Italiam trajecisset: nisi malimus legere, pro *Punicum, Italicum*: nam sequitur, 'Longe alius Italiæ, quam Indiæ, visus illi habitus fuisset.' ['Hinc inscitiam historiæ Alexandri Sigonius prodit. Alexander enim cum ex India Babylonem redisset, jam classem destinarat in Carthaginenses, non in Romanos: etsi tum rebus humanis ereptus non esset, ac in Africam venisset, aliquot annis ibi bellandum erat, ponito X. jamque Alexander erat XLIII. annorum, sic senex, non tamen valde, venisset in Italiam. Sensus igitur est: Si Alexander prævertisset bellum Africanum, quam Romanum, hoc est, prius Africam aggressus, quam Italiam, id enim in ejus senectute futurum erat.'] *Sigon.* Pall. 1. ac 2. *sed si Punicum Romano prævertisset bellum*. Gebh. Non admodum clarum, præsertim illud *Romano*, inquit Glareanus. At Sigonius: 'si Alexander ante intulisset Romano bellum, quam Pœni; quod futurum erat, si senior in Italiam trajecisset.' Nihil minus sensit auctor. Et senior potius venisset in Italiam, si Pœni prius bellum cum Romanis habuissent, quam ipse Alexander: ita enim necessario tempora quædam intercedere oportuisset: sin prior Alexander, cur senior? potuisset enim proxime illa

Digitized by Google

tempora, quibus juvenis fatis cessit. Prorsus hic cæcutivit vir doctissimus. Alexander paullo ante mortem agitabat animo Punicum bellum, adversus Tyri ab se deviotæ colonos Carthaginienses, mari tum potentes. Justinus XXI. 6. Ideo Livius, si Africam, inquit, bello subjugare malnisset, antequam Italiam et Romanos aggrederetur, (atque ita, quoniam haud dubie aliquot anni elapsuri erant, dum ea provincia conficitur) senior in Italiam trajecisset. 'Prævertere' alias aliter; sed ut hic, et II. 24. 'Nec posse, quum hostes ad portas essent, bello prævertisse quicquam.' Cicero de Divin. I. 6. 'Si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes.' Sed vidit hoc postea Glareanus in additionibus ad Sigonii notas. *J. F. Gron.* Qui Livium cum scholiis Sigonii post ejus mortem apud Aldum edidit a. 1592. ex Glareani ad Sigonium additione meliora edoctus priorem partem scholii ita concepit: 'Si Alexander ante intulisset Pœnis bellum, quam Romanis.' Recte. Altera pars scholii, qua Livium conjectura tentat, *Indicum*, pro *Punicum*, legendum existimans, in prima ed. non comparuit. Postea tamen ipse Sigonius vivus in repetita ed. conjecturam illam proposuit. Adstructio autem ejusdem conjecturæ, ultimis verbis scholii constans, demum subjuncta est in ed. Aldi laudata. Verum neque illa necessaria est, quum vulgata lectio *Punicum* constanter supersit in omnibus Mss., eaque, ut viri docti docuerunt, commodissimum sensum præbeat. Ceterum *sed si Punicum*, addita voce, Voss. 2. et Lov. 3. Tum *Punicum cum Romano prævertisset bellum* Gaertn. Sed illud *cum* ex syllaba finali vocis præced. perperam repetitum est. Similia exempla habuimus ad v. 50. § 5. VI. 21. § 7. hoc lib. c. 41. § 6. et alibi. *Punicum Romano pervertisset bellum* Hav. *Punicum Romano prævenisset bellum* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Alibi ita peccari, videbimus ad XXIV. 5. § 6. *Prævertisset* hic rectum est. Supra III. 22. 'Ægre inpetratum a tribunis, ut bellum præverti sinerent.' c. 40. 'Decemviros exercitum ducere, nec rem aliam præverti.' VIII. 13. 'Coactique novi consules omnibus eam rem præverti, proficiscuntur.' XXVIII. 7. 'Prævertendum id ratus Corinthum descendit.'

§ 10 *In artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat*] Ultimam vocem truncavit Campanus. Alias Pal. 2. *in artes perp. præc. ordinato modo venerat*. Gebh. Ita et Port. et fragm. Hav. a m. sec. quum a m. pr. legeretur *in artes perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat*: quomodo etiam præferunt Voss. ambo, Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *Martis perp. præc. ordinato modo venerat* Hav. *in artes perp. præc. ordinatæ moderaverunt* Gaertn. *modus venerat* Leid. 2. et Lov. 3. Ut autem 'in modum artis venire,' ita 'in morem venire' XLII. 21. 'In monte Albano, quod jam in morem venerat, ut sine publica auctoritate fieret, triumphavit.' Similiter fere 'aliquid in religionem venire' sæpius apud Livium obcurrit. Si tamen codd. addicerent, haud displiceret *in artis modum verterat*, pro versa erat, ut VII. 2. 'Postquam ludus in artem paullatim verterat.' Eo modo 'vertere' apud Livium sæpissime usurpari, vidimus ad II. 62. § 2. 'Vertens' autem et 'veniens' inter se commutari in Mss. antea dictum est ad V. 49. § 5. Paullo ante *quem indolem, &c. tum disciplina* Gaertn. Vide ad VI. 23. § 8. Tum τὸ *erat* non conspicitur in eodem cod. qui etiam præfert *disciplina militaris ab inde ab initiis urbis*, pro *jam inde ab initiis urbis*. Male. Vide ad VI. 40. § 8. Vox *urbis* exulat ab Hav.

§ 11 *Quem juvenes duo, quibus cum Alexandro bellandum erat, senem vide-*

Digitized by Google

runt] Quum ejusdem prope ætatis viros numeret, non satis certo sciri potest, quinam illi sint juvenes. At ego Torquatum ac Corvinum designari puto, quorum alter quinto post Camilli mortem anno, alter decimo septimo singulare cum Gallis habuere certamen. *Glar.* T. Manlius Torquatus et M. Valerius Corvus, de quibus paullo post: 'Cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus.' ['Hæc ex Glareano habet.'] *Sigon.* T. Manlium Torquatum et M. Valerium Corvum intelligunt Glareanus et Sigonius. M. Valerius Corvus annorum trium et viginti, raro exemplo, consul creatus A. U. C. CDV. Septem igitur annos habebat, quum decederet Camillus a. CCCLXXXVIII. Itaque hic si senem Camillum vidisse juvenis commode dicitur, quanto magis C. Marcius Rutilus consul primum anno CCCXCVI. hoc est, octo annis post mortem Camilli. Ne Decium, Philonem, Sulpicium commemorem, qui omnes, ut plerique Corvo majores, juvenes senem videre potuerant Camillum. Quare igitur præcise *duo?* Membr. Vossianæ, et, ut me monuit Alb. Rubenius, Buslidianæ, *juvenes hii, quibus.* Quod consentiebamus esse *hi,* vel *ii:* quorum loco sic Mss. passim. Omissa forte alicubi adspiratione notam numeri se videre putarunt, reddiderintque *duo.* J. F. Gron. *Hii* non tantum ex meis Voss. 1. a Gronovio memoratus, sed et Leid. 2. ac Lov. 1. Neque aliter erat in Hearnii Oxon. N. et B. *hi* Port. et Hav. *duo hi,* utraque lectione juncta, Lov. 4. in quo tamen priorem vocem delendam esse, subscriptis notis librarius indicavit. *Juvenes ii* Leid. 1. Alibi sæpe pronomen illud *ii* pro numeri nota scribæ acceperunt, et per *duo* reddiderunt. Vide ad XXXVI. 43. § 11. Veram igitur scripturam, quod Gronovius facere veritus est, in contextum recepi. Non moramur hic Donjatium, qui vulgatum *duo* servat, existimans, illud *juvenes,* quod de Valerio septem annos nato, quo tempore Camillus moriebatur, commode dici Gronovius negabat, non præcise sumendum, in eo præsertim, qui annos virtute præcurrit; et ex illis quæ sequuntur, satis patere de his præcipue duobus sensisse Livium, quando nominatim eos Alexandro statim primo loco obponit. Verum quantopere etiam annos virtute præcurrerit, tamen ex disciplina Romana virtutis ejus specimina anno ætatis septimo nondum edere potuit, ut propterea *juvenis* diceretur. Præterea cur potius Manlium et Valerium indicasset Livius? qui eadem periodo illis jungit Decios et Papirium. Ex hoc enim argumentum peti nequit, quod eos primo loco memoravit. Nam id temporis dedisse videtur, quo ad honores summos evecti sunt, aut florere inceperunt. Tum *senem viderunt* Lov. 2. Paullo ante *gesserunt bella,* pro *gesserant,* Gaertn. et Port. inter versus: at vox *bella* deficit in Lov. 4. Hinc *ita demum exactores,* pro *ita deinde,* Port. Vide ad XL. 22. § 1. *Ita inde exactores* Gaertn. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Insuper *Quintii, Corneliique* Oxon. Hearnii C. Sed particulam copulativam, quam omnes reliqui ignorant, Livius sæpissime omittere consuevit, ut antea pluribus locis dictum est.

§ 12 *Militaria opera pugnando obeunti Alexandro*] Duæ posteriores voces non adparent in Gaertn. *abeunti Alexandro* legunt Lov. 2. 3. et Voss. 2. Vide hoc lib. ad c. 9. § 1. *Obeuntem Alexandro* Port. et Hav. Mox *non ea quoque,* pro *nam ea quoque,* Harl. Vide ad VIII. 27. § 2. Deinde *haud minus durum,* pro *clarum,* Klockian. Sed, voces has et alibi scribas in membranis antiquis confudisse, constat ex illis quæ viri docti notarunt ad Seren. Samm. vs. 497.

Digitized by Google

Cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus] Pall. 1. et 3. *cessisset videlicet oblatus Manlius.* Pal. 2. quoque caret *τῷ par.* Gebh. *Gessisse videlicet* Leid. 1. Sæpius librarios *gessi* et *cessi* commutasse, videbimus ad XXXVII. 52. § 3. *Cessissent videlicet* Lov. 1. et 2. ut referatur ad utrumque, Manlium Torquatum et Valerium Corvum. Alii tamen omnes, qui receptum tuentur, id etiam verius esse evincunt. Tum voces *in acie* deficiunt in Lov. 3. Hinc *oblatus Manlius Torquatus* Lov. 3. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *oblatus Marcus Torquatus* Gaertn. *oblatus P. Manlius Torquatus* Leid. 2. Lov. 1. et Voss. 1. in margine, qui in contextu *p*, pro *par*, habebat. Sed nihil mutandum. De voce *par* vide Gronov. ad Livii XXII. 27. § 3. Mox *Chorus* Voss. 1. *Corvinus* Lov. 4. Harl. et editi usque ad postremam Grateri, nisi quod interim Sigonius *Corvus* recte restituerit. Vide hoc cap. ad § 8.

§ 13 *Devotis corporibus in hostem ruentes*] *Corporibus hostium in hostem* Voss. 2. additis tamen stigmatibus, quibus vocem *hostium* delendam esse indicatur. *In hostes* Port. Mox *ille corporis robore, illi animo* Gaertn. quasi *ille* ad Papirium, *illi* ad Decios referendum foret: *ille* Papirius cessisset 'corporis robore,' *illi* Decii cessissent 'animo.' Sed male: utrumque enim ad solum Papirium pertinet; quem 'non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus' excelluisse, Livius dixit c. 16. Locutionem inlustrant quæ dicta sunt ad III. 35. § 8.

§ 14 *Victus esset consiliis juvenis unius, ne singulos nominem, senatus ille*] *Victus esset consilio juvenis unus, ne sing. nom. senatum, ille* Lov. 2. *τὸ unius* deest in Hav. quod tamen hic emphasin habet, oppositum voci *senatus*, qui ex pluribus constat membris. *Nomine*, pro *nominem*, legit Lov. 3.

Quem qui ex regibus constare dixit, unus veram] Cyneas hic fuit legatus Pyrrhi bello Tarentino. Plutarch. in Pyrrho p. 395. *Sigon.* Florus I. 18. 'Quis autem ille senatus fuit? quum perorante Ap. Cæco pulsi cum muneribus suis ab urbe legati interroganti regi suo, quid de hostium sede sentirent? urbem templum sibi visum, senatum regum esse, confiterentur:' ubi alios scriptores, idem testantes, laudavit Duk. Ceterum *quod qui ex regibus* Leid. 2. *quem quidem ex regibus* Lov. 2. Tum *constare dixi, unus veram* Lov. 2. *constare diximus veram* Gaertn.

§ 15 *Ne solertius, quam quivis unus ex iis*] Pall. tres, et Camp. ed. *quam quilibet unus.* At Andreæ *quam quis unus.* Gebhard. Tres Pall. Thuan. Voss. Helm. *quilibet unus*: ut XLII. 42. 'Queratur unusquilibet militis mei injuriam.' Plinius Epist. II. 4. 'Si pluribus pater tuus vel unicuilibet alii, quam mihi, debuisset.' Vide ad M. Senecam Controv. IV. 26. *J. F. Gron.* Lectio, quæ ante Gronovium vulgo exstabat, in nullo cod. superest; prima autem edd. in qua mihi obcurrit, fuit Mediol. 1480. priores, ut Rom. 1472. et Parm. habebant *quam quis unus ex iis.* Ex scriptis autem *quam quibus unus* obferunt Leid. 2. et Lov. 1. *quam unus* Harl. Reliqui mei et apud Hearnium Oxonienses *quilibet unus* recte præferunt. Livius VI. 40. 'Si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet.' Abesse poterat *unus*; sed vox illa emphasis caussa additur, ut in 'nemo unus,' 'quisquam unus;' de quo vide ad III. 12. § 4.

Commeatus expediret, ab insidiis præcaveret] Pal. 2. *commeatus pararet.* Gebh. *Pararet* etiam Port. et Hav. Sed Gaertn. utraque lectione simul recepta, *commeatus pararet, expediret.* Non dubito, quin *expediret* vera lectio sit, ex cujus interpretatione natum est *pararet.* Solitum autem fu-

Digitized by Google

isse librarium Gaertn. veram lectionem ejusque glossam simul recipere, vidimus ad IV. 55. § 5. Similiter 'expedire commeatus' l. XLIV. c. 26. 'Denunciare cœpit, ut commeatus expedirent.' Ita 'alicui vicarium expedire' hoc sensu dixit Liv. XXIX. 1. 'Quoniam igitur, adolescens, quid sentires, non dissimulasti, vicarium tibi expediam:' 'expedire naves' XLII. 27. 'Eas, quæ in Sicilia naves essent, reficeret, atque expediret.' Præterea *ab insidiis præcaveretur* Leid. 1. Vide ad XXXIX. 29. § 8.

Tempus pugnæ eligeret] Pall. 1. 3. et Camp. *deligeret*. Placet, quod principio scriptum exstitit in Pal. 2. *tempus pugnæ diligeret*. Vide notas nostras criticas ad Epist. Cic. Infra XLIII. 17. Pall. duo habent, *Hi non confecto Præneste ad diem dilectu.* XXV. 5. Pall. tres, *Consules dilectum cum ægre conficerent.* Gebh. *Diligeret* etiam Klockian. *delegeret* Leid. 2. et Lovel. 1. *deligent* Voss. 2. *deliget* Gaertn. cujus librarius additam notam *delig'et* perperam neglexit, ut sæpe factum. Vide ad II. 56. § 7. Reliqui omnes legunt *deligeret*, quomodo Gronov. jam edidit. Infra IX. 26. 'Dictator deligendus exercendis quæstionibus fuit.' XXIV. 8. 'Deligendi duo imperatores essent.' c. 46. 'Centurionum robora ex toto exercitu delegit.' XLII. 28. 'Unum moratus diem ad deligendos, quos duceret secum.' XLII. 27. 'A. Attilius Serranus, qui priore anno prætor fuerat, deligitur.' XLV. 21. 'Ex magistratibus ejus anni deligerent, qui ad id bellum cum classe mitteretur.' Cic. de Amic. c. 22. 'Quum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et deligendis et colendis. Verba autem 'deligere' et 'eligere' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXXIV. 29. § 10. De vocibus autem 'diligere' et 'dilectus' eodem sensu usurpatis vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 16 *Non jam cum Dario rem esse dixisset*] Omnes Pall. et Camp. *Nec cum Dario.* Rectius vero Andreas *cum Dareo.* Est enim *Δάρειος. Gebh.* Dele *τὸ jam.* Sic volunt Flor. Rott. Helm. Thuan. Voss. duo. *J. F. Gron.* Particulam *jam* ignorant etiam omnes mei, et Hearnii Oxonienses. Nescio autem, quid sit, quod Gronov. inter codd. qui eam deleant, etiam numeret Flor. quem hic mutilum esse, vidimus ad c. 14. § 2. nisi forte alium Flor. ab optimo illo diversum, innuat. Cæterum *Ne cum Dario* est in Lov. 2. et 4. Vide ad XXXVIII. 38. § 10. *Nec cum Dario* in Voss. 2. Harl. et Gaertn. Vide ad III. 47. § 7. *Neodum cum Dario* in Hav. *Non cum Dareo* in Voss. 1. a m. pr. et Leid. 1. quomodo eorum codd. prior etiam mox scribit cap. seq. § 3. De qua orthographia vide viros doctos ad Curtii III. 1. § 8. et ad Ovid. Ib. vs. 317. Ita, nomina urbium, quæ Græcis in *εια* exeunt, Latinis in *ia*, vel *ea* formari, videbimus ad XXXI. 43. § 5.

Inter purpuram atque aurum enervatum fortunæ suæ apparatibus] Vet. lib. *oneratum.* Quod placet: subdit enim 'prædam verius, quam hostem;' et præcessit 'mulierum ac spadonum agmen trahentem.' *Sigon.* Pall. 1. et 2. *oneratum fortunæ apparatibus suæ.* Pal. 3. *honeratum fortunæ apparatibus suæ.* Campanus quoque retentavit *oneratum*, Andreas *ornatum*, collineans eodem. Mihi autem vulgata lectio satisfacit. Infra XXIII. 18. 'Somnus enim et vinum et epulæ et scorta balneaque et otium consuetudine blandius ita enervaverunt corpora animosque.' *Gebh.* Sigeniani, uterque Voss. Helm. tres Pall. Thuan. Campanus *oneratum*: et alludens eodem Andreas *ornatum.* Terentius Heautont. III. 1. 42. 'jam ancillas secum adduxit plus decem, Oneratus veste atque auro.' Auctor ad Herennium IV. 49. 'Sicut Gallus e Phrygia, aut ariolus quispiam, depressus

Digitized by Google

et oneratus auro.' Quodque maxime huc facit, Seneca de Benef. VI. 31. 'Demaratus Lacedæmonius solus' (Xerxi) 'dixit, ipsam illam, qua sibi placeret, multitudinem, indigestam et gravem, metuendam esse docenti: non enim vires, sed pondus habere.' Tacitus Annal. XV. 52. de Nerone ventitante ad villam Pisonis, 'omissis excubiis et fortunæ mole:' sic et aliæ vett. edd. *Enervatum* in primo invenio Ascensio. *J. F. Gron. Enervatum* in nullo Moto obvium habui. Nam *ornatum* est in Port. Hav. et edd. ante Ascensianam 1513. *enervatum* exhibentem plerisque. *Honeratum* in Leid. 2. et Lov. 1. ex quibus vestigiis lectio a viris doctis reposita *oneratum*, quæ in reliquis codd. exstat, confirmatur. Passim enim 'onerare' in 'honorare' vel 'ornare' culpa scribarum in codd. antiqq. *abiit*. Vide ad XXXVI. 40. § 9. *Oneratum* etiam vulgavit ante Sigon. ed. Mediol. 1505. unde verisimile fit, eam lectionem Jani Parrhasii vel codici vel ingenio deberi. Ita fere III. 68. 'Nunc oneratum vestris fortunis hostem abire similis.' Ceterum *purpuram et aurum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Tum alio ordine *fortunæ adparatibus suæ* omnes codd. mei, quibus auscultandum censui. Mox etiam *verius prædam*, trajectis dictionibus, Leid. 1.

'*Nihil aliud quam bene ausus vana contemnere*] *Nihil alius* Lov. 1. *τὸ aliud* deest in Leid. 2. Locutio 'nihil aliud quam' inlustratur XXXI. 24. § 3.

§ 17 *Tenulento agmine comissebundus incessit*] *Tumulento agmine* Hav. Deinde *comes abunde* Lov. 3. *comes habunde* Gaertn. *comessabunde* Voss. 2. Reliqui in orthographia tantum variant, ac præferunt vel *comesabundus*, vel *comessebundus*, vel *commessabundus*; quales varietates etiam sunt in edd. antiquioribus. Vide ad XL. 7. § 4. Insuper verbum *incessit* non adparet in Harl.

Visus illi habitus esset, saltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti] Livius Apuliæ saltus Tauri montis verticibus comparat, et Italiæ quartam partem tot regionibus, quas vicit Alexander. Non mirum, si doctissimo illi seculo risum moverit, cum nostra ætate quibusdam hoc displiceat. Certe affectui suo aliquid dedit: sed judicent doctiores. *Glar.* Ant. Perizonius, ejecta voce *illi*, ut et distinctione post vocem *esset*, legendum censebat *Longe alius Italiæ, quam Indiæ, &c. visus habitus esset saltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti*. Quemadmodum autem interpunctionem ibi delendam judico, ita *τὸ illi* defendunt omnes uno ore codd. Ceterum *Lucanos montes*, transpositis vocibus, Port. et Hav. quemadmodum etiam mox *recentia vestigia* Lov. 4. In fine cap. *assumtus*, pro *absumtus*, perperam obferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Ita librarios sæpe peccasse, dictum est ad II. 42. § 4. Adde alia exempla V. 48. § 4. c. 54. § 1. VI. 2. § 11. c. 32. § 11. VIII. 18. § 2. hoc lib. c. 32. § 8. X. 39. § 6. XXI. 5. § 15. c. 49. § 11. XXII. 22. § 16. et alibi.

CAP. XVIII. § 1 *Quorum nemo intolerantior fuit*] *Intoleratior* Harl. Male. Supra V. 48. 'Quorum intolerantissima gens, humorique ac frigori adsueta:' et X. 28. 'Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque motus fuere:' quo utroque loco quidam etiam codd. *intoleratissima*. Sed vide ad priorem. Simili errore *perseveratius*, pro *perseverantius*, est XXI. 10. § 7. *Fuit* autem deficit in Hav. Paullo ante *loquitur*, pro *loquimur*, edd. Rom. a. 1472. et Parm.

§ 2 *Qui, si ex habitu novæ fortunæ*] *Qui ex habitu* Lov. 4. et Hav. *qui si exibitu* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. *si qui ex habitu* Klockian.

§ 3 *Dario magis similis, quam Alexandro, in Italiam venisset*] *Dareo* Voss. 1. Vide ad cap. præc. § 16. Tum

Digitized by Google

magis simul Port. Hinc *quam ab Alexandro* Lov. 3. Deinde *in Italiam si venisset* Voss. 1. a m. pr. et Lov. 1. At voces *in Italiam* haud recte exsulant ab Harl.

Et exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemque jam in Persarum mores adduxisset] Pall. duo *abduxisset*. Pal. 2. *oblitum et degenerantem*. Gebh. Vocula *et* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ea autem intercepta est a præced. vocis literis ultimis. Vide ad XXXV. 41. § 7. Hinc male *exercitum Macedonum oblitum* Hav. Tum *degenerantem*, omissa conjunctione *que*, Port. *et degenerantem* Hav. Præterea *jam* exsulat ab Harl. Denique *abduxisset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. et Gaertn. Vide ad XXVII. 29. § 1. *Addixisset* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Superbam mutationem vestis, et desideratas humi jacentium adulationes, etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus*] Duo monenda. Primum, *humi jacentium adorationes* legendum videri. Nam προσκύνησις illa Persarum satis nota, et ritum hunc 'adorandi' reges fuisse, non 'adulandi.' Secundo transposita verba esse, et præter Livii mentem, et præter verum. Anne *victis Macedonibus* graves eæ adorationes? illi vero 'victores' erant; nec video, quod acumen, aut quæ lingua hæc excuset. Cordi meo obsequar, et scribam, *etiam victis graves, nedum Macedonibus victoribus*. Fœdæ et serviles illæ adorationes, inquit, urebant angebantque etiam victas gentes: quidni hanc victricem? *Rubenius*, Elect. I. 21. Insectatur Livius impotentiam Alexandri, desiderantis humi prostratorum adorationes, (quas recte et scite *adulationes* vocat,) quas victi Macedones, nedum victores, ægerrime præstitissent. Cupiit enim Alexander se adorari a Macedonibus suis, qui secum victores orbis terrarum exstiterunt: quod vix præstitisset, si victoriæ jure imperasset, populus liberior et ab hujusce adulationibus abborrens. Hanc sententiam cum non assequeretur Philippus Rubenius, non necessaria conjectura verba partim mutavit, partim invertit: *humi jacentium adorationes, etiam victis graves, nedum Macedonibus victoribus*. At pergo, quomodo istæ adorationes seu adulationes victis Persis potuerunt esse graves, quibus assuetæ? Confirmo hanc meam opinionem XXX. 16. 'More adulantium,' (ita Mss. non *adorantium*) 'accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant, procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit.' *Gebh.* Persis nihil novum aut indecorum, victos victoresque adulari regibus pronos terræ. Hoc vero Macedonibus etiam victis ab aliena gente grave futurum dicit, nedum in rege suo cum illo victoribus. Bene hoc opponit ingenia gentium etiam subactarum. Hæc considerans minime adsentior Rubenio, τὸ *Macedonibus* delere volenti: certe in vituperium Persarum tacite dictum. *Adorationes* etiam 'adulationibus' substituit, speciem generi, me invito. Nam adorationis gestus erant, nihil res ipsa, nisi adulatio, gnaris scilicet omnibus, hominem, non Deum esse. Bene proprie ergo Livius. *Barthius* Advers. XIV. 10. Bene. Nam 'adulari' proprium est canum; atque adeo inde est προσκυνεῖν: quamvis alii aliter. *T. Faber*. *Adulationes* omnes editi scriptique. Atque adeo, adorationem regum, tantopere Græcis et Romanis liberis reprehensam vitatamque, κατ' ἐξοχήν 'adulationem' Latinos dixisse, verisimile est. Livius noster XXX. 16. 'Qui ubi in castra Romana et prætorium pervenerunt, more adulantium (accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit:' ita enim Mss. omnes, omnes dico, utrobique: quod nec Sigonius dis-

Digitized by Google

simulavit priore loco, quamvis displicere sibi fateatur. Valer. Max. IV. 7. 'Hephæstionemque, quia ei et statura et forma præstabat, more Persarum adulata, tamquam Alexandrum salutavit.' Idem VI. 3. 'Athenienses autem Timagoran, inter officium salutationis Darium regem more gentis illius adulatum, capitali supplicio adfecerunt:' ita et hic consensu omnes scripti et editi, nobisque mutare quicquam religioni est. Salmasius ad Solinum p. 38. 'adorata' et 'adoratum.' Sed hoc ex mera conjectura et sine ullo alio auctore recipere non ausim. Tertullianus de Jejunio c. 16. 'Unde et qui in idolis comendis et in aris ornandis, et ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur.' Similiter de superstitioso cultu Xenophon α' Κυρουπαιδ. p. 25. *ὅτι εἰκότως ἂν καὶ παρὰ τῶν θεῶν πρακτικώτερος εἴη, ὅστις μὴ, ὁπότε ἐν ἀνθρώποις εἴη, τότε κολακεύοι, ἀλλ' ὅτε ἥκιστα πράττοι, τότε μάλιστα τῶν θεῶν μεμνῆτο.* J. F. Gron. Iis, quæ viri docti, præsertim vero Gronovius, monuerunt, ut vulgatam lectionem *adulationes* adversus Rubenii conjecturam tueantur, nihil habeo, quod addam, nisi unum hoc; omnes, quos consului, codd. quosque Hearnius Oxonii inspexit, uno ore *adulationes* probare. Excipio tamen unum Hearnii N. qui in margine tantum *adorationes* exhibet. Accedit hac voce 'adulationis' etiam, ubi de eadem re verba facit, usum esse Curtium VIII. 5. 'Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciosa adulatio, perpetuum malum regum.' Insuper *mutationem vestibus, desideratas* Lov. 3. *mutationem vestium, desideratas* Voss. 2. a m. sec. et Hearnii Oxon. L. 2. *mutationem vestium, et desideratas* fragm. Hav. a m. pr.

Etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus] Parum hic vidit Rubenius, qui criticum ferrum adhibet loco sano: hoc enim vult Livius, ea fuisse mentis erectitudine Macedones, ut ne Alexandrum quidem adoraturi fuerint æquo animo victi, nedum victores. *Grut.* Hoc est, etiamsi victi fuissent, et ab externo hoste domiti, ut ad Senecam notavimus de Benefic. I. 10. Nec mutandum *etiam victis graves, nedum Macedonibus victoribus.* Sic v. 36. 'Itaque ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello acceptæ, cogitationes de postulatis Gallorum ad populum rejiciunt:' id est, si acciperetur, vel si accepta fuisset. Cicero pro Quinctio c. 28. 'Contenderet, ut per se adflictum atque eversum propinquum suum, non modo honeste partis bonis, verum etiam communi luce privaret:' ubi laborat Manutius, quomodo jam tum dicatur 'adflictus atque eversus:' diu, inquit, vexatum litibus: et potest etiam referri ad fundum Gallicanum, in quem nondum videtur Quinctius fuisse restitutus. Immo ad futurum respicit, si mala Nævii conata processissent: adflictum atque eversum, si potuisset. Justinus VIII. 2. 'Adversus quem Thebani Thessalique non ex civibus suis, ne victoris potentiam ferre non possent, sed Philippum Macedoniæ regem ducem eligunt:' id est, si victor is fuisset. *J. F. Gron.* Eodem ordine, in quem verba hæc Rubenius digessit, illa etiam exhibent edd. Mediol. 1480. ac multæ aliæ usque ad Aldum, qui quidem, ut nunc vulgo exstat, in contextum recepit, sed tamen inter errata priorem lectionem revocavit: unde iterum perstitit in reliquis usque ad Froben. 1535. in qua tandem, ut nunc fit, editum est. Turbat etiam Lov. 4. qui, omissa voce *etiam, victoribus Macedonibus graves, nedum victis*, præfert. Sed reliqui eum ordinem servant, qui vulgo nunc in editis superest. Et recte. Ut enim viri docti

Digitized by Google

docent, *victis Macedonibus* est, 'si Macedones victi fuissent.' Eo sensu multa apud Livium obcurrunt. Ita v. 2. 'Quidnam illi consules dictatoresque facturi essent, qui proconsularem imaginem tam sævam ac trucem fecerint?' ubi vide. Hoc lib. c. 43. 'Qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares, conjungi utique passi duo consulares exercitus, nihil crederent superesse spei:' id est, si passi essent conjungi. XXIII. 4. 'Eas causas suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem judices dare, quæ magis popularis esset:' id est, si judices essent, litem dabant secundum eam partem. XXIX. 14. 'Sicut traditum a proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem, ita meas opiniones non interponam:' id est, sicut libens traderem, si traditum esset. Vide Gronov. dicto loc. XXXI. 42. 'Per calles ignotos sequentibus eos hostibus in Ætoliam perduxerunt:' id est, si forte sequerentur, ut Gronov. ibi monuit, qui iterum consulendus est. Hac ratione 'me non audente' apud Statium Silv. I. 1. 82. Cruceus exposuit, si non ausus essem. Vide etiam quædam apud Jac. Gronov. ad Livii XXXI. 7. § 1. Similiter etiam Freinsh. hunc Livii locum intelligebat ad Curtii VIII. 5. § 6. Ceterum *et jam victis* est in Lov. 3. Ita et supra in Mss. peccabatur VIII. 5. § 3. Voces *graves nedum victoribus* desunt in Leid. 2.

Inter vinum et epulas cædes amicorum] *Inter epulas*, duabus mediis vocibus neglectis, Voss. 2. et Lov. 3. quomodo fere XXXII. 21. 'Hospitem Cyparissiæ Garitenem, contra jus omne ac fas, inter epulas prope ipsas occisum:' et de Alexandro ipso inquit Curtius III. 12. 'Abstinuisset inter epulas cædibus amicorum.' Videri etiam posset, id, quod per 'cibum et vinum' indicari solet, commode una voce 'epulæ' indicari. Vide ad IV. 37. § 2. Sæpe tamen etiam 'vinum et epulæ' simul memorantur. VIII. 16. 'Perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hostes adgrederetur.' XXIII. 18. 'Somnus enim, et vinum, et epulæ, et scorta, balneaque, et otium, consuetudine in dies blandius, ita enervaverunt corpora animosque.' XXXIX. 43. 'Forte epulantibus iis, quum jam vino incaluissent, nunciatum in convivio esse.' Indicat igitur Livius, Alexandrum in amicos sæviisse non tantum inter epulas, verum etiam, ut modo dicebat, quum jam vino incaluisset. Quum autem reliqui scripti vulgatum servent, hinc nihil etiam mutandum puto.

§ 5 *Quid, si trux ac præfervida ira*] *Crux* est in Voss. 2. ob similitudinem literarum *t* et *c* in scriptura Longobardica. Vide ad VI. 35. § 2. at vocem illam omisit Lov. 3. Tum *perfida ira* Hav. et Port. ambo a m. pr. quomodo errantes librarii pro *fervida* dedisse videntur: quas voces apud Claudian. confusas fuisse, existimat Nic. Heins. de Laud. Stilic. ad l. II. vs. 269. In priori autem horum codd. a m. sec. emendatum est *præperfida*, in altero *perfervida*, quomodo etiam præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Sed nihil muto. Alii enim vulgatum tuentur; et amat Livius composita cum præpositione *præ* hoc sensu, ut augeatur significatio simplicis. Ita 'præferox,' de quo vidimus ad III. 38. § 7. 'prævaltus' ad Epit. Liv. lib. VII. 'prævalidus' obcurrit VII. 5. et similia alibi. Vide etiam Burm. ad Suet. Aug. c. 70. et ad Tib. c. 60. Erroris originem vide ad IX. 10. § 7. Mox *nequicquam dubium*, pro *nec quicquam*, Voss. 2. Leid. 2. et Port. Alibi sæpe ita peccarunt scribæ. Vide ad V. 43. § 2. VI. 6. § 7. VIII. 36. § 7. hoc lib. c. 36. § 5. c. 43. § 20. aliisque locis. Tum *refert*, pro *refero*, fragm. Hav. a m. pr.

Nullane hæc damna imperatoriis vir-

Digitized by Google

tutibus ducimus] Pal. 2. *virtutibus ducibusque.* Gebh. *Imperatoris virtutibus ducimus* Leid. 1. quomodo etiam errabatur II. 43. § 7. Vide ad XXXII. 6. § 6. *Imperatoris virtutibus ducibusque* Hav. *imperatori his virtutibus ducimus* Lov. 3. Sed ultima vox non conspicitur in Port. et Hearnii Oxon. B.

§ 6 *Id vero periculum erat*] Pal. 2. excludit τὸ *erat.* Gebh. Similiter etiam Port. a m. pr. cujus postea margini alia manu adscriptum legitur. Mox *per eborum*, pro *Parthorum*, Lov. 3. *par horum* Leid. 2. Deinde *fuerit*, pro *favent*, Port. *faverunt* Lov. 2.

Quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse] Miror Freinshemium, virum alioqui minime obesæ naris, ad Curtium X. 4. § 15. scribere, 'Livium studio extollendi Romana temere prolapsum, ut hoc diceret,' et potuisse fidem habere levissimis Græculis, qui apud Arrianum de Expedit. Alex. VII. 15. a Romanis ad Alexandrum, ex India Babylonem redeuntem, legatos missos tradiderunt. Debuerat potius sequi Arrianum ipsum, multis, iisque non infirmis, rationibus hanc fabulam refellentem, et Casaubonum, qui ad Lampridii Alex. Sev. c. 68. hoc Livium persuasisse nollet. Adde ibid. Salmasium. *Duk. Illis arbitror notum* alio ordine Lov. 2. *vel notum arbitror* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *dictare*, pro *dictitare*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 20. § 8. In seqq. vox *non* perperam abest a Voss. 1. et Leid. 2.

§ 7 *Cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas*] Pall. 1. et 2. *cernis cernentes tum max. prope firm. Theb. minas.* Illud *ruinas* apparet esse ἐμβλημα quoddam pædagogorum: malim *prope fumantes Thebarum parietinas.* Cicero Sulpicio ad Fam. IV. 3. 'Dices, quid me ista res consolatur in tantis tenebris et quasi parietiels reipublicæ?' ubi vide nostras notas. *Gebh.* Ut Gebhardus in Pall. invenit, mihi etiam obvium fuit in Lov. 3. *Cernentes tum maxime prope fumantes Theb. ruinas* Gaertn. Lov. 4. et Port. a m. sec. qui *cernentes* ad sequens *homines* retulerunt. Sed utraque lectione juncta *cernente tum maxime prope cernentes fum. Theb. ruinas* Voss. 1. et Leid. 2. *cernente tum maxime fumantes Theb. ruinas* Hav. *cernente, tum maxime fumantes Theb. minas* Voss. 2. Omnino probari nequit, Gebhardum, levissima conjectura ductum, quoniam *minas*, pro *ruinas*, in duobus scriptis reperisset, inde *parietinas* effingere voluisse. Potius cogitatum oportuisset, literas *ru* coalescentes abiisse in *m*, atque ita pro *ruinas* scriptum esse *minas.* Ejusdem erroris alia exempla vide ad IV. 21. § 5. Paullo ante *civitate facta*, pro *fracta*, fragm. Hav. a m. pr. De hoc errore vide ad VI. 17. § 6.

Ausi sint homines (*id quod ex monumentis orationum patet*)] Pal. 1. *id quod monumentis orationum patet.* Pal. 2. *solemni lapsu quod monimentis.* Gebh. Unicus Flor. *orationum meritis patet.* Scribe *id quod ex monumentis orationum editis patet.* J. F. Gron. *Ausi sunt* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum vocula *id* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sed *id quod* Livius amare solet. Vide ad VI. 17. § 7. *Idque monimentis orationum* Lov. 2. *Que* et *quod* passim commutantur. Vide ad II. 41. § 8. Vocula *ex* deficit etiam in Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *paret* fragm. Hav. a m. pr. quod accipi posset pro 'adparet,' 'palam fit.' Minus probare, aut solis poëtis hoc sensu verbum illud concedere videtur Servius ad Virg. Æn. I. 118. 'Aliud est parere, et aliud apparere. Parere enim est obedire. Apparere autem videri. Et hæc observatio diligenter custodiri debet; licet eam

Digitized by Google

auctores metri caussa vel clausulæ pleramque corrumpant.' Ita tamen locutus est Suet. in Aug. c. 95. 'Immolanti omnium victimarum jocinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt:' ubi alia exempla ex Suetonio et aliis scriptoribus laudarunt docti commentatores. JCtorum *si paret* ex Cic. multis exemplis inlustrat Manut. ad Cic. Divin. in Cæcil. c. 17. Adde Brisson. de Form. lib. v. p. 371. et de Verbor. quæ ad Jus pert. Signif. in voce 'Parere:' etiam quos laudat Erhard. ad Petron. c. 137. Verum ipsum Livium ita locutum fuisse, nondum inveni. Quum itaque non modo ipse ille cod. a m. altera, sed et reliqui omnes in vulgatam *patet* conspirent; τὸ *paret* librariorum errori adscribendum esse, non dubito: præsertim etiam, quia verba hæc sæpissime a librariis confunduntur. Vide ad VI. 36. § 11. ad Epit. Liv. lib. VII. ad VII. 6. § 4. et apud Burm. ad Sueton. loc. laud. Caussa erroris fuit similitudo literarum *r* et *t*. Vide ad V. 55. § 3. Quid autem de lectione, quam ex unico Flor. Gronov. profert, dicam, non habeo; nisi in excerptis ejusdem cod. quibus Lovelii beneficio utor, notatum esse, in hoc cod. a cap. 14. § 2. usque ad fin. c. 22. lacunam inveniri. Membranas autem illas eum ed. contulerat Salvinius. Ceteroquin lectio, quam ex vestigiis ejus cod. eruit, non displicet. Mox *adversum eum nemo* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVII. Hic vero eam lectionem non admittendam esse, non modo consensus reliquorum codd. in vulgatum, sed etiam similis terminatio vocis proximæ persuadent.

§ 8 *Magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit*] *Concip., non unius tamen* Leid. 2. Male. 'Animo concipere,' ut 'mente concipere' I. 36. 'Inaugura, fierine possit, quod nunc ego mente concipio:' et Flor. I. 5. 'Fierine posset, quod ipse mente conciperet.' Cic. de Legib. I. 22. 'Adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit.' Vox *ea* deficit in Port. ejus loco *et* est in fragm. Hav. Sed septem priores voces exsulant ab Hav. Caussa exstitit vocis *magnitudo* repetitio. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11. Insuper *erat* male est in Leid. 1. Port. et Hearnii Oxon. C.

Paullo plus decem annorum] Immo *plus XII.* nam mox *XIII.* ponet, quorum ultimo perilt. *T. Faber.* Fabro consentit Doujatius. Male. Quamvis enim Alexander anno tertiodecimo perierit, ut Faber monet, Livius tamen, hic 'decem annos' memorans, ne jure ab ullo censore reprehendatur, diligenter sibi cavit, addendo *paullo plus.* Ita ab a. CDXII. quo incepit bellum Samniticum, usque ad a. CDXXXIII. quo clades ad furculas Caudinas contigit, effluxerunt tantum XXI. vel XXII. anni, et tamen Livius inquit IX. 3. 'Hostem per annos jam prope triginta vicimus:' ubi etiam dicendo *prope* sibi prospexit. Accedit *decem* constanter superesse in scriptis et editis.

§ 9 *Eo extollunt, quod populus Romanus, etsi nullo bello, multis tamen prœliis victus sit*] Pal. 1. *prœliis metus.* Pal. 3. *prœliis victus.* Gebh. *Extollant* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. 5. et Gaertn. Tum *que populo Romano* fragm. Hav. a m. pr. in quo *populus Romanus* interpolatum est a m. sec. sed *populo Romano* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *et nullo bello* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. a m. sec. nam a m. pr. ante fuerat *ullo bello.* Tandem *prœliis metus sit* Voss. 2. et Lov. 3. Ceterum idem, quod hic Livius, de populo Romano prædicavit etiam Lucilius apud Non. Marc. voce 'Bellum et prœlium.' 'Romanus populus victus vi et superatus prœliis sæpe est multis; bello vero numquam.' Vide quæ Mercerus ad eum locum notavit. Contrarium vero de

Digitized by Google

Alexandro M. ominatur Livius cap. seq. 'Prœlio victus Alexander bello victus esset.' Mox *fortuna non secunda* alio ordine Lov. 4.

Se hominis res gestas, et ejus juvenis] Scribe ex vet. lib. *se unius hominis*. Opponuntur hæc inter se 'unus homo,' idemque 'juvenis,' et 'populus,' idemque 'jam octingentesimum annum bellans.' Paulo ante dixit 'quod unus fuit, quod adolescens.' Elatorie autem dixit 'octingentesimum.' *Sigon.* Non agnoscitur media vox (*unius*) a Mss. *J.F.Gron.* *Se unius hominis* Hav. et Hearnii Oxon. N. B. et C. *se hominis unius* Port. et Gaertn. Reliqui vocem *unius* non agnoscunt: neque etiam eam requiro. Satis enim conspicitur oppositio inter 'hominem' et 'populum.' Insuper vox *juvenis* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *non intelligit*, pro *intelligunt*, est in Harl. et edd. antiqq. usque ad Mediol. 1505.

Cum populi jam octingentesimum bellantis annum rebus] *Octingentesimum* per auxesin dixit: neque enim ipse Livius tam diu vixit: ut non caviller, interim sub Numa Pompilio non bellasse eos. *Glar.* Lege *quingentesimum*. Numerus perfectus pro imperfecto est. Quod sequitur, 'secula,' accipe non pro centum annis, ut Festus; sed pro hominis ætate, quam Græci γενεὰν dicunt, quæ XXXIII. annos efficit. Sic 'secularis possessio' dicitur a Symmacho, et Nestor 'triseclisenex' a quodam poëta. *H. Vales.* Male. Respicit enim ad suam ætatem Livius, et respondet obiter levissimis illis Græcorum historicis. Hi certe ante cladem Crassi parum commodam comparationem inter virtutem Parthorum et Romanorum facere potuerunt, quandoquidem ante illud tempus parum aut nihil commercii inter illas gentes fuerit. Videri ergo possunt hi Græculi circa Livii tempora historias suas edidisse, in quibus Parthorum gloriæ contra Romanum nomen favebant. Quod autem ait auctor *populi jam octingentesimum bellantis annum*, re vera per auxesin dictum, quod jam Glareanus vidit. Sed ego hanc Livii orationem, una adjecta vocula, libenter mitigarem, *populi jam ad octingentesimum bellantis annum* legendo. Claudit hoc opus suum Livius morte Drusi, quæ in A. U. C. DCCXLI. incidit. Ipse mortuus est anno Tiberii IV. ut est apud Eusebium in Chronicis, qui annus est U. C. DCCLXVII. vel, ut alii volunt, DCCLXVIII. Historiam tamen suam vivo Augusto edidit. *Secula* jam interpretati sunt Valesius et Faber γενεάς. *Coutier.* Eodem modo locum acceperunt etiam Doujatius et Clericus. Sed Faber ad verba seqq. *quadringentesimum bellantis annum* scribendum conjicit. Scripti et editi *octingentesimum* constanter servant, nisi quod ejus loco *octingentissimum* sit in Voss. 2. *octingentes in unum* in Leid. 2. Ceterum, addita voce, *populi Romani* est in Lov. 1. et Leid. 2. τὸ *jam* autem non adparet in Lov. 2.

§ 10 *Miremur, si, quum ex hac parte secula plura numerentur, quam ex illa anni*] Videtur Livius accepisse 'seculum' pro ætate. Nam pro centum annis non erit hoc verum, quod ait; sed ætates populi Romani sunt duplo plures, quam anni Alexandri Magni ab urbe condita, usque ad Livii tempora. *Glar.* Quomodo? 'paulo plus decem' annis (sic enim scripsisse concedo, quamquam *XII.* dicere debuerat) Alexandro tribuit: mox 'tredecim' numerat: tum a parte Romanorum 'plura secula' esse ait: et tamen 'octingentesimum annum,' &c. Quid? non sunt hæc ἀσύστατα? Hoc unum video, qui excusem, *secula* esse γενεάς. Sed tunc scribendum esset non *octingentesimum annum*, sed *quadringentesimum annum*: ita ut populum Romanum cum Alexandro comparaverit, sed veterem il-

Digitized by Google

lum populum Romanum, non qui sub Augusto sene, sed (quod in primis notandum) sub iis ducibus, quod superius nominat. *T. Faber. Miramur* Voss. 2. Lov. 2. 4. et Gaertn. Tum *sicut ex hac parte* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. *quum sicut ex hac parte* Lov. 2. Deinde *plura secula numerentur*, trajectis vocibus, Voss. 1. *secunda prelia numerentur* Lov. 2. in quo eodem, ut et fragm. Hav. a m. pr. vox *anni* perperam a librariis neglecta est.

Plus in tam longo spatio, quam in ætate tredecim annorum] *Plus vitam longo spatio* fragm. Hav. a m. pr. Postea *XII. annorum* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Quin tu hominis cum homine, et ducis cum duce, fortunam cum fortuna*] *Quid tu hominis cum homine* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Verum librarii non intellexerunt vim voculæ *Quin*, de qua vide ad I. 57. § 7. *Quin tu hominis causam cum homine* Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Tum vocula *et* deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. et Port. voces *fortunam cum* in Gaertn. At omnia præscripta vocabula una cum præcedente *variaverit* desiderantur in Hav. omissa scribæ neglegentia ob vocis *fortuna* repetitionem. Vide hoc l. c. 11. § 11.

§ 12 *Quot Romanos duces nominem, quibus numquam adversa fortuna pugnæ fuit*] Pall. 1. et 3. *Quid Rom. duces nom. quibus non unquam adv. fort. pugna fuit?* Gebh. *Quid Rom. duces nominem* Voss. 2. Lov. 2. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Quid Rom. ducee nomine* Lov. 3. *Quo Rom. duces nomine* Leid. 2. *Quo Rom. duces nominem* Lov. 1. *Quod Rom. duces nominem* Leid. 1. Vide ad XLIV. 1. § 1. *Quot Rom. duces nomines* Hearnii Oxon. L. 2. Tum *non unquam* Lov. 3. et Gaertn. Similis varietas obcurrit hoc lib. c. 37. § 2. Eodem modo etiam confundi in Mss. 'non usquam' et 'nusquam,' vidimus ad II. 51. § 4. 'nullus' et 'nec ullus' ibid. c. 60. § 2. Deinde *adversa fortunæ pugna fuit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn. *adversa fortunæ pugnæ fuit* Leid. 1. *adversa fortuna pugna fuit* Hearnii Oxon. L. 2. Nihil mutandum.

Paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet] Pal. 3. habet *paginas in ann. magist. fastosque percurrere.* Gebh. *Pugnas in ann.* Hav. Hinc *factisque percurrere* Lov. 1. et Leid. 2. *festisque percurrere* fragm. Hav. a m. pr. *fasciisque percurrere* Lov. 3. Voces *fasti* et *fasces* sæpius in Mss. confundi, olim docui ad Silii Italici I. 10. *fascis percurrere* Hav. Mox dictio *Romanum* deficit in Lov. 3.

§ 13 *Et, quo sint mirabiliores, quam Alexander aut quisquam alius rex*] Hinc quoque Mss. τὸ *alius* expellunt. *J. F. Gron.* Expelliunt etiam, præter unum Harl. qui servat, omnes mei: suos quoque suffragari, testatur Hearnius. Præterea *Et sic mirabiliores* Lov. 2. *Et quo sunt mirab.* fragm. Hav. a m. pr. Mox *denos vicenos dies*, omissa copula, Hav. Tum *quam anni consulatum*, pro *annum*, Lov. 1. *annum* ed. Tarvis. prior.

§ 14 *Ab tribunis plebis delectus impediti sunt*] *A tribunis plebis* fragm. Hav. et edd. Aldo priores. Tum *dilectus* Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Post tempus ad bella ierunt: ante tempus comitiorum causa revocati sunt] Pall. 1. et 3. *renovati sunt.* Gebh. Omnia hæc verba perperam neglegentia librarii omissa erant in Leid. 2. *ad bella gerunt* præfernat Voss. 1. et Lov. 2. Tum *ante tempus comit. revocati sunt* Lov. 2. *ante tempus comit. caussa renovati sunt* Voss. 2. et Lov. 3. qui error in libris scriptis frequentissimus est. Vide ad III. 51. § 7.

§ 15 *Nunc temeritas, nunc pravitas*] *Puritas* perperam fragm. Hav. Mox etiam *alternis*, pro *alterius*, Lov. 3. Vide quæ notata sunt ad IV. 53. § 11.

Digitized by Google

'Exercitus tiro' autem, ut XXI. 39. 'Exercitu a Manlio Attilioque accepto tirone.' c. 43. 'Pugnabitis cum exercitu tirone.' XLII. 55. 'Si, vexatis hominibus equisque, tironem exercitum ducenti acie instructa obstitisset rex.' Cic. ad Fam. VII. 3. 'Signa tirone et collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit.' Frontin. Strateg. I. 3. ex. 2. 'Quum veteranum exercitum haberet, hostium autem tironem esse sciret:' ubi videndus est Ondend. ut et Jensius Lect. lib. I. Lucian. I. 8.

§ 16 *At, Hercule, reges*] Pall. duo *At at, Hercules, reges.* Gebh. Ita et Voss. 2. et Lov. 3. *Hercules* etiam Gaertn. et fragm. Hav. Ita quidem alibi Livium loqui, dictum est ad v. 4. § 10. hic tamen melioribus codd. vulgatum servantibus obedio. Videntur enim librarii pauci *Hercules* scripsisse, ut ita syllaba hujus et seq. vocis finalis eodem modo iisdemque literis terminarentur. Vide ad VI. 3. § 8. Mox *non solum liberi*, transpositis vocabulis, Gaertn.

Domini rerum temporumque] Demosthenes Olynthiaca prima pag. 1. Τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον, ἕνα ὄντα, κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι· πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει. *J. F. Gron.*

§ 17 *Invictus ergo Alexander cum invictis ducibus*] *Ergo invictus Alexander* editi ante Aldum, qui vocabula in eum ordinem redegit, quem nunc obtinent: cui adsentiuntur omnes scripti præter Harl. qui editis antiquis favet, et Port. *Invictus Alexander* præferentem. Tum *cum victis ducibus* Voss. 2. et Lov. 3.

Eadem fortunæ pignora in discrimen detulisset] Pal. 2. *in discrimine detulissent.* Gebh. Xenophon Κυρουπαιδ. lib. II. p. 53. Ὅπουγε τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἀρετῆς ἴσα πρόκειται, παραβαλλόμενοι δὲ οὐκ ἴσα εἰς τὸν κίνδυνον ἴσμεν. *J. F. Gron.* *Eadem fortuna pignora* Voss. 2. et Lov. 3. *pignera* Klockian. Vide ad III. 38. § 12. Tum *in discrimine detulissent* etiam Hav.

§ 18 *Immo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones*] *Immo etiam per. plus sub.* Leid. 2. et Lov. 1. *immo etiam eo plus pericula subisset* Voss. 2. et Lov. 3. *plus periculi* est 'majus periculum;' quod cadenti Latinitati crebro, raro integræ usurpari, pronunciat Barthius ad Rutilii Itin. I. 505. quem exemplis ex Ovidio adlatis errasse, ad eum locum docuit Burmann. Apud Livium, quem nemo jure ad tempora cadentis Latinitatis retulerit, multa similia exempla obcurrunt. Ita XLV. 36. 'Plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, injunctum.' XXIII. 17. 'Acerranis plus animi, quam virium erat.' XXVIII. 44. 'Plus animi est inferenti periculum, quam propulsanti.' Eodem sensu 'plurimum laboris' pro maximo labore III. 70. 'In dextro cornu plurimum laboris fuit.' IV. 38. 'Ubi suorum plurimum laborem vident.' XXI. 4. 'Plurimum audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat.' Ceterum *subiisset* Gaertn. Vide ad l. XXXVI. c. 20. § 9. *Subisset, et Macedones* Harl.

§ 19 *Romani multi fuissent, Alexandro, vel gloria, vel rerum magnitudine, pares*] Legerim lubenter, postulante tantum non ita sententia, *Romanis multi fuissent, Alex. vel gloria vel rerum magn. pares.* Modius. Probe Pal. 2. *Romanis multi fuissent.* Quod notavit quoque Modius, reticens, an ab ingenio, an ab libris. Campan. *Romani milites multi fuissent.* Gebh. *Romanis multi fuissent* Gronovius in contextum recepit, sed facti caussam non reddidit. Puto tamen, ad id codd. suorum auctoritate permotum fuisse. Certe eam lectionem plurimi meorum et Hearnii Oxoniensium probant; siquidem altera *Romani multi*

Digitized by Google

tantum memoretur in Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. fragm. Hav. et Oxon. L. 2. Præterea *gratia*, pro *gloria*, Hearnii N. in contextu, in cujus margine *gloria* adscripta est. Solent hæ voces sæpe in Mss. commutari. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 13. quæ olim notavi ad Silii Ital. XIII. 664. et quæ dicta sunt ad Liv. VI. 37. § 11. Præterea mox *suo quisque facto, si publico discrimine viveret* Leid. 2. 'Fatum' et 'factum' sæpissime confunduntur. Vide ad Livii III. 40. § 9. *Si publico discrimine*, pro *sine*, etiam Voss. 1. et Lov. 1. Tum *moriereturque* Voss. 2.

CAP. XIX. § 2 *Censebantur ejus ætatis lustris ducena quinquagena millia capitum*] De hoc numero quid dicam, nescio. Ipse certe auctor aliquot libris nullum retulit nobis censum. Libro tertio bis retulit, c. 3. et c. 24. sed numero haud quaquam conveniente cum L. Floro. *Glar.* Verum est, post censum locis a Glareano laudatis memoratum, Livium ad hoc tempus usque census acti non meminisse. Verum ex censibus istius temporis de numero capitum, quæ hujus ætatis lustris censebantur, constare non potest; ab anno enim, de cujus rebus nunc agit Livius, per centum quadraginta vel quinquaginta annos remoti sunt. Proximus igitur census, qui a Livio refertur, obcurrit X. 47. ubi 'censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo' haud longe absunt a numero Liviano hujus loci. Et tamen inter hunc annum et censum ibi memoratum vix tantum viginti quatuor anni intersunt: unde fit, ne numerus hic editus mendæ suspectus esse possit. Ceterum *ducenda quinquagena* habent Hav. et Port. a m. pr. *ducenta quinquagena* Lov. 1. a m. sec. Lov. 2. 4. 5. Voss. 2. Leid. ambo, Gaertn. et Port. a m. sec. *ducenta quinquaginta* fragm. Hav. a m. pr. Sed passim numeri cardinalis et distributivi nomina a librariis confundi solent. Ratio est, quod librarii numeros notis exprimere solitl fuerint, quos per cardinales, quam per distributivos, efferre deinde illis facilius erat. Vide ad XXXII. 28. § 11. Hic tamen distributivus est necessarius. Indicatur enim, quolibet lustro tot capita censa fuisse. Mox voces *capitum. Itaque, &c. urbano* neglegentia scribæ desunt in Voss. 2.

Urbano prope delectu decem scribebantur legiones] Decem legionum ex urbano exercitu mentio est a. CDVI. (VII. 25.) at VIII. 8. ubi ordo exercitus descriptus est, quatuor legionum urbani exercitus meminit, quatuor item Latinorum. Nec satis liquet, in tanta urbis necessitate cur non meminerit etiam decem legionum: nisi ad urbis custodiam quis reliquas detentas dicat. Præterea L. Lentulus, quum duo consulares exercitus apud Caudium obsiderentur, quas ego quatuor intelligo legiones, auctoribus Polybio, Dionysio Halicarn. ac Vegetio, fassus est IX. 4. illic patriam esse, et quicquid Romanarum legionum, et quæ sequuntur eo in loco reliqua. Et Antiochum magnum quatuor legiones vicere. Et quanquam ea rhetorica arte excusationem accipiunt, lectoris tamen animus suspensus manet. *Glar.* Vox *prope* deest in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hearnii Oxon. N. ac B. Tum *dilectu* Leid. 1. et Lov. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Deinde *scribuntur* Voss. 2. *describebantur* Hearnii C.

§ 3 *Quaterni quinique exercitus sæpe per eos annos*] *Et quaterni quinque ex.* Voss. 2. *quaterni quinque ex.* Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *quaterni quini ex.* Harl. *quaterni quoque ex.* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Tum *in eos annos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 4. Port. et, quos Hearnius Oxonii consuluit, B. et in margine N. *per eosdem annos* Voss. 2. *in eosdem annos* Lov. 3. Vide ad Livii X. 10. § 6.

In Samnio; in Lucanis gerebant bellum] *Gerebatur bellum* Harl. et edd.

Digitized by Google

vett. Verum referendum est ad præcedens 'quaterni quinique exercitus.' Recte itaque Aldus *gerebant* restituit. Et ita reliqui scripti. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Bellum gerebant* est in Hav.

§ 4 *Cum Sabinis, et Volscis, et Æquis, et omni Campania, et parte Umbriæ*] *Cum Faliscis, et Volscis* Hearnii Oxon. L. 2. *cum Sabinis, Volscis, et Æquis* Gaertn. *cum Sabinis, et Volscis, Æquis* Port. Deinde *ex parte Umbriæ* Gaertn. Paullo post *Etruriæque, et Picenatibus* Leid. 2. *Trinieque, et Picentibus* Lov. 3. *et Puriæque, et Picentibus* Lov. 4. *Etruriæque, Picentibus* Hav. Præterea *et Vestinis* Lov. 4.

Adjunctaque omni ora Græcorum Inferi maris a Thuriis Neapolim] Thuan. Helm. Voss. 2. *adjuncta omnis ora.* Sed non placet τὸ *Thuriis.* Neque enim Thurii pertinent ad Inferum mare, sed sinum Tarentinum; et inter Thurios Græcosque Inferi maris, Romanorum socios, multi erant tum populi interjecti, quibus nihil cum Romanis. Scribe *a Bruttiis.* Hi enim excipiuntur ab iis populis Inferi maris, quos aut socios Romanis, aut armis eorum fractos inventurus erat Alexander: nondum enim perdomiti Bruttii. *Neapolim* et *Cumas* appellat, cum jam nominaverit Campaniam; quia etiam Neapolitani et Cumani Græca origine. Dein iidem scripti codd. cum Chifl. et Buslid. *Ostiis tenus.* Sic enim usus ferebat, 'Ostia Ostiæ,' et 'Ostia Ostiorum.' Juvenalis Sat. VIII. 171. 'mitte Ostia Cæsar:' et Sat. XI. 44. 'Baias et ad Ostia currunt.' Quare apud Dionem lib. XXXVI. p. 10. de piratis εἰς αὐτὰ τὰ Ὄστια ἐσέπλεον, frustra corrigit vir doctus ad Florum εἰς αὐτὴν τὴν Ὄστιαν. Sosipater Inst. Gram. lib. I. p. 76. 'Ostia, exitus fluminum in mare, neutro genere semper pluraliter dicuntur; sed si urbem significare velis, singularem potius numerum observabis, uti Sallustius; quamvis etiam frequenter plurali numero urbem significet.' Sic 'Megara,' 'Gadira,' 'Clupea.' Cæsar de Civil. II. 23. 'Hic locus abest a Clupeis passuum viginti duo millia:' ubi Clacconius male sollicitat. Auctor de Africano bello cap. 3. 'A Clupeis secundum oram maritimam Adrumeti Cn. Piso apparuit.' Quum dicitur 'et inde Antio atque Ostiis tenus:' intellige, junctis qui sunt vel porriguntur inde a Cumis fine Antii et Ostiæ: ut erant Aurunci vel Ausones, Rutuli, aliquando a vetere Latio divisi. Non enim Samnites, quibus hic locus non est. Sic autem oratio procedit: 'Latium deinde omne cum Sabinis, &c. atque Appulis, et Samnites, adjuncta omni ora Græcorum, &c. Ostiis tenus:' hos omnes 'aut socios validos Romanis, aut fractos bello invenisset hostes.' *J. F. Gron. Adjuncta omnis ora* Leid. duo, Lov. 3. 4. fragm. Hav. et, teste Hearnio, Oxon. N. *adjunctaque omnis ora* Harl. et edd. antiqq. usque ad Aldum, qui quidem eamdem lectionem in contextum recepit, sed *adjunctaque omni ora* inter errata probavit. *Adjuncta omni ora* Lov. 1. 2. Port. Hav. et Oxon. B. et C. quod Hearnius Gronovio placuisse scribens ad verba ejus non adtendit. Nam verba *adjunctaque omni ora, &c. Samnites* resolvenda monet hoc modo, 'et Samnites adjuncta omni ora.' Non quod ita legendum esse censeat; sed tantum sic orationem procedere dicat. Tum *a Thuris* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. et Port. cum edd. antiqq. quod iterum Aldus inter errata emendavit. *Aut Huris* Klockian. *Athuris* Harl. et Gaertn. *Asturis* Voss. 2. et Lov. 3. *Athenis* Lov. 2. Gronovii emendatio *a Bruttiis* Doujatio non placuit, idque varias ob rationes: et quidem primo quod nullius codicis auctoritate firmatur; deinde quod Thurii in Bruttiorum Lucanorumque confinio positi, adeo exiguo intervallo remoti sunt ab Infero mari; adeo pari cum extremis

Digitized by Google

Bruttiorum spatio a Romanis finibus distant, ut, quæ rationes ad Thuriorum urbem, eædem ad excludendam Bruttiorum gentem valeant; denique quod Thurii sunt Græcæ nationis, de qua hic agitur, non Bruttii. Hinc *Neapolim et Cumas* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. *Neapolimque Cumis* Hav. *Neapolin et Cumis* Leid. 2. et Lov. 1. *Neapolique et Cumas* Gaertn. *Neapolique et Cumis* Lov. 2. *Neapoli et Cumis* Voss. 2. Lov. 3. Port. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. *Neapolim et cum hasset inde Antio* Klockian. Denique *Ostia tenus* apud me tantum superest in Lov. 2. Harl. et Hav. apud Hearnium vero tantum in B. *Ostiis* autem vel *Hostiis* in omnibus aliis meis, et reliquis quatuor Hearnii. Vide etiam Jac. Gronov. ad XXII. 37. § 1. et XXVII. 23. § 3. Vir doctus, qui, ut Gronov. monuit, *αὐτὴν τὴν Ὦστίαν* apud Dion. Cass. legendum censuit, est Freinshem. quem vide ad Flori III. 6. in princ. ubi etiam consulendus Dukerus, qui, Gronovio adsensus, sententiam ejus aliis exemplis firmat. Id autem nomen sine adspiratione scribendum esse, dictum est ad I. 33. § 9.

§ 5 *Non plus triginta millibus hominum et quatuor millibus equitum*] Pal. 2. *V. millibus equitum.* Gebh. *Triginta millibus hominum peditum* Oxon. L. 1. apud Hearnium. Sed posteriorem vocem, quæ in nullo alio cod. obvia fuit, ex interpretis glossa natam esse verisimile est, ut exponeret, quos 'homines' equitibus obpositos Livius intelligeret. Videri posset, sensum Livii esse, universum exercitum Alexandri ex triginta millibus hominum constitisse, quorum quatuor erant millia equitum; nisi Alexandrum triginta millia peditum omnis generis præter equites in exercitu, quo Asiam et Persas invasit, habuisse constaret ex Arrian. de Exped. Alex. I. 11. *Αὐτὸς δὲ ἴππων πεζούς μὲν σὺν ψιλοῖς τε καὶ τοξότοις, οὐ πολλῷ πλείους τῶν τρισμυρίων, ἵππέας δὲ ὑπὲρ τοὺς τετρακισχιλίους.* Præterea *et VII. millibus equitum* Klockian. *et quinque millibus equitum* Voss. 1. in contextu, (inter versus enim *quatuor millibus* adscriptum habet,) Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. quod verum videri potest auctoritate Arriani modo laudati, qui eumdem numerum equitum Alexandro tribuit; nisi forte Livius rhetorice numerum hunc non nihil minuisse dicendus sit, ut tanto minus Romanis parem futurum adpareret.

Hoc enim roboris erat] *Hoc ei roboris erat* Hearnii Oxon. N. quæ lectio ex non intellecto compendio *ei*, quo *enim* sæpissime in Mss. notari solet, orta est. Similiter notavimus in membranis antiquis peccari VII. 31. § 3. Vide etiam ad XXI. 63. § 12. Adde Gebhard. ad Cic. ad Famil. I. 11.

Impedimentum majus, quam auxilium, traheret] Vet. lib. *impedim. magis.* Sigon. Pal. 2. cum Camp. *impedim. magis.* Gebh. Ita et Lov. 1. Harl. Gaertn. ac Port. quæ varietas in codd. frequens est. Vide ad XXVI. 41. § 16. et mox ad § 7.

§ 6 *Romanis ad manum domi supplementum esset: Alexandro, quod postea*] Perperam Pal. 2. *Romanis ad bellum malum domi supplem. esset, et Alexandro, &c.* Gebh. *Romanis ad mag^m.* Lov. 2. Tum *esset* deficit in Leid. 1. Tandem *et Alexandro, quod postea* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn. Verum illud *et* repetitum est ex vocis præced. literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. et mox ad § 10. *Alexandroque postea* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8.

§ 7 *Arma, clipeus sarissæque illis*] *Illi* se in Oxon. L. 2. et C. invenisse, testis est Hearnius, quod in meorum nullo superest; quorum plerique pejus interpolati sunt. *Clipeus sarissæque illis, id est hastæ* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed, tres posteriores voces ex interpretis expositione margi-

Digitized by Google

nali in contextum verborum Livii inrepsisse, non est dubium. Et quidem hanc expositionem sumsit ex ipso Livio; qui mox, huic telo pilum Romanum obponens ac præferens, loco sarissæ 'hastam' vocat. *Clipeus seque illis, id est hastæ* corruptius Voss. 2. et Leid. 1. *clipeus seque illis, idem hastæ* Lov. 3. *clipeus sarissæque, idem hastæ* Hav. In quibus lectionibus librarii compendium scribendi *id ẽ*, sive *id est*, mutarunt ex imperitia in *idẽ*, sive *idem:* quomodo etiam alibi lapsi sunt. Vide ad v. 4. § 5. *Clipeus seque illis hastæ* Lov. 4. *clipeus sarissæ illis hastæ* Lov. 2. in quibus librarii *i.* pro *id est*, omiserunt. *Sariseque verruti, id est hastæ* fragm. Hav. a m. pr. *clipeus sarissæ seque illis* Gaertn. cujus scriba hac ratione duplicem lectionem *sariseque* et *seque*, quam in exemplari suo forte invenerat, nobis servare voluit. Patet itaque, omnes varietates, quæ hoc loco in scriptis obcurrunt, librariorum somnia esse, et receptam lectionem genuinam habendam; quæ in solis Harl. Klockian. et Port. integra superfuisse videtur. Certe ex illis nihil in excerptis notatum video.

Majus corpori tegumentum] Pall. omnes *corporis*. Non invenuste Camp. *majus corpore tegumentum:* ubi τὸ *corpore* per antiptosin, usitatam bonis scriptoribus, positum pro *corpori*. Propert. Eleg. 1. 11. 12. 'Alterave facilis cedere lympha manu.' *Gebh. Magis corpori tegum.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide modo ad § 5. *Majus corporis tegum.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 2. ac C. Ita quidem Livius locutus est 1. 43. 'Arma his imperata, galea, clipeum, ocreæ, lorica, omnia ex ære: hæc ut tegumenta corporis essent.' Hic tamen præfero, quod in aliis superest, *tegumentum corpori*. Est enim doctius, quam ut librariis tribui possit. Et apud Livium hoc quoque obvium. Ita 1. 20. 'Tunicæque pictæ insigne dedit, et super tunicam æneum pectori tegumen:' id autem eodem modo dictum est, quo 'remedium timori,' 'munimentum libertati,' hujusque generis alia, de quibus vide ad III. 46. § 3. *Corporis* non tantum præfert Lov. 4. sed insuper etiam *tegmentum*. Vide ad XXXVI. 32. § 6. Verum *tegumentum* et *tegumen* apud Liv. passim obvium. Quod autem Gebhardus *corpore* in ed. Camp. venuste per antiptosin pro *corpori* positum putet, non adsentior. Neque convenit exemplum ex Propert. laudatum: *manu* enim non est ablativus, sed casus tertius, quem hoc modo antiqui sæpe protulerunt. Vide ad XXIV. 19. § 6. Potius existimo, *corpore* in ed. Camp. tribuendum esse errori typographorum; vel, si ipsi ita in cod. suo invenerint, librarios ita scripsisse, quod vocem illam non ad sequentem, sed ad præcedentem referendam existimarent, ut foret *tegumentum majus corpore*, pro 'majus quam corpus.' Eadem lectio est etiam in ed. Mediol. 1505. et in margine quarumdam Asciensianarum.

Pilum, haud paullo, quam hasta, vehementius ictu missuque telum] Omnes Pall. *ictum missumque:* etiam Pall. 1. et 3. *hastæ*. Gebh. *Quam hastæ* etiam Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *ictum missumque* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ictum missuque* Lov. 2. *ictu missumque* Harl. Gaertn. et edd. priores illas, quas modo recensui, secutæ, usque ad Mogunt. qui *ictu missuque* substituerunt: quod in Port. et Klockian. unde nihil notatum video, fuisse videtur. Nihil etiam ex suis protulit Hearnius.

§ 8 *Statarius uterque miles, ordines servans*] Livius XXII. 18. 'Campestrem hostem, gravem armis statariumque, pugnæ genere facile eluit.' Amm. Marc. XIV. 2. 'Quum se in-

Digitized by Google

pares nostris fore congressione stataria documentis frequentibus scirent.' Loquitur de Isauris, quos in præcedentibus 'hostem discursatorem' vocarat. Vide ibidem Lindenbr. et Vales. Et ita Terent. in Prolog. Heaut. vs. 36. 'stataria comœdiam' obponit ei, in qua aguntur 'servus currens,' 'iratus senex,' 'edax parasitus,' 'sycophanta impudens,' 'avarus leno.' Deinde *ordinem servans* Voss. 2.

Inmobilis et unius generis] *Inmobilis et nimis gravis* Hearnii Oxoniensis C. Voculam *et* omiserunt Harl. et edd. usque ad Froben. qui a. 1535. eamdem interposuit orationi, adsentientibus omnibus aliis scriptis. Ceterum Freinshem. ad Curtii III. 9. § 7. monuit, male hunc locum a quibusdam explicari, quasi dicendo *unius generis* Livius indicaret phalangem constitisse ex æqualis ferme ætatis, roboris et staturæ militibus. Quamquam enim id ab uno aut altero rege postea animi caussa et per luxuriam ita observatum sit, tamen neque Alexandri phalangem ad eam formam fuisse, neque Livium hoc loco id voluisse; quod quidem seqq. verba abunde declarant.

Facilis partienti, quacumque opus esset, facilis jungenti] Pall. 1. et 3. *facilis urgenti*. Gebh. *Facilis patienti* Port. a m. pr. et Hav. Tum *quocumque* Harl. *quascumque* Leid. 1. *qua cuique* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *facilis urgenti* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Ita et alibi peccarunt librarii. Vide quæ notavi ad Silii VI. 1. Error autem natus est ex similitudine ductuum in vocibus *iugens*, sive *jungens*, et *urgens*. Ex eadem caussa perperam *facilis ingenti* dedit scriba Gaertn.

§ 9 *Uno prælio victus Alexander, bello victus esset*] Eodem modo ait ipse Alexander, milites contra Darium dum adhortatur apud Curtium IV. 14. § 15. 'Bello vincimus, si vincimus prælio.' *Modius.* Non Alexandri, sed Darii, milites contra Alexandrum hortantis, verba sunt, ut jam Freinshem. ad d. loc. Curtii observavit. Ceterum *uno prælio Alex. bello victus esset* Port. *uno prælio victus Alex. bello esset* Gaertn. *uno prælio victus esset*, reliquis omissis, Leid. 2. et Lov. 1. in contextu, cujus margini tria, quæ deerant, vocabula adscripta sunt. *Uno prælio victus Alex. esset* Hearnii Oxoniensis L. 1. Paullo ante *Jamjam in opere* fragm. Hav.

Quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregisset acies] *Quem Caudinum* Oxoniensis C. apud Hearnium: *quem audivit* Klockian. Tum *quæ fregissent acies* Harl.

§ 10 *Næ ille sæpe, etiamsi prima prospere evenissent*] *Nec ille sæpe* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Port. a m. pr. *Næ ille spe* Harl. Vide ad Livii VII. 7. § 6. Hinc *etiamsi prospera even.* Port. *etiamsi prima prospera even.* Hav. Vide ad XXI. 21. § 9. Sed *prospere* servant meliores. Supra v. 51. 'Invenietis omnia prospere evenisse sequentibus Deos.' XXIII. 27. 'Cui ut omnia prospere evenirent.' XLIV. 31. 'Quia prima successerant prospere.' Vide etiam Cortium ad Sall. Catil. c. 26. § 5. *Etiamsi prima prospere non evenissent* Voss. 2. et Lov. 3.

Inbellem Asiam quæsisset] Vide ut acceperit illud *quæsisset*, et num pro 'quæstus esset.' Quod ipse tamen non memini legere. *Glar.* Id est, vel 'repetisset,' vel 'adeo optasset.' Mire heic hæret Glareanus. *Grut.* Livius III. 34. 'Jam plebs ne tribunicium quidem auxilium, cedentibus in vicem adpellatione decemviris, quærebat.' Ceterum *quæsivisset* Lov. 4. Mox *si bellum fuisse*, pro *sibi bellum*, Leid. 1. ubi posterior syllaba *τοῦ sibi* a prima seq. vocis tanto facilius intercipi potuit, si *sibe* Livium olim scribere solitum fuisse credamus Quinctil. Instit. I. 7. *Sibi bellum dixisset fuisse* Gaertn.

Digitized by Google

§ 11 *Sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvene cum sua conferentem*] *Mortem bell.* Gaertn. Quomodo scribas interdum lapsos esse, dixi olim ad Silii XIV. 630. Tum *ab hoc ipso juvenem cum sua conf.* Lov. 4. *ab hoc ipso juvene caussa sua conf.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad IV. 44. § 10. Paullo ante *quod eum regem Alexandrum*, pro *quod Epiri regem*, Lov. 3.

§ 12 *Vix ætatem Alexandri subfecturam fuisse reor*] *Alexandro suffect.* Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Vox autem *fuisse* non adparet in Gaertn. Paullo ante vox *quum* aberat ab ed. Rom. 1472.

§ 13 *Quum et fœderibus vetustis juncta Punica res Romanæ esset*] Fœdera hæc renovata iterum atque iterum, et quo tempore, late tradit Polybius III. 22. et seqq. *Sigon.* A Polybio dissentit Livius. Polybius enim primum fœdus cum Karthaginiensibus ictum refert anno primo post reges exactos, tertium circa transitum Pyrrhi in Italiam. At Livius primi meminit VII. 27. tertii diu ante Pyrrhi in Italiam adventum IX. 43. Ceterum *τὸ et* deficit in Port. et Hav. Tum alio ordine *Punica res* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Frobeniana 1535. priores.

Potentissimas armis virisque urbes armaret] *Armis utrisque* Lov. 4. *armis viribusque* Hav. Vide ad VIII. 13. § 1. Tum *armasset* Port. Hav. et Hearnii Oxoniensis B.

Simul Punico Romanoque obrutus bello esset] *Et simul* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Illud *et* insertum est ex vocis præced. syllaba finali. Vide ad hujus cap. § 6. Tum *esset* deficit in Lov. 4. sed eo transposito *obrutus esset bello* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *bello obrutus esset* Port. et Hav.

§ 14 *Sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem adversus Antiochum, Philippum, et Persen*] [Vide Lectt. Varr.] Interpolatores sæpe particulam *sed* addidisse, ut orationem Livianam, quam male cohærere putabant, melius connecterent, vidimus ad VI. 32. § 8. Hic tamen eam servant constanter omnes mei. Flor. autem a Gronovio memoratus, in quo particula illa a m. pr. aberat, non videtur esse, qui a præcipua bonitate in hac parte operis Liviani laudatur, (cum enim hic lacerum esse vidimus hoc lib. c. 14. § 2.) sed alius minoris auctoritatis, cui, dissuadentibus reliquis, auscultandum non existimo. Tum *Macedonum hostem* Gaertn. Deinde copulam, a Gronovio expunctam, abjiciunt omnes mei, excepto uno tantum Harl. cujus testimonio fidem non habeo. Insuper *adversis Antiocho, Philippo, Perse*, quod Gronovio placuit, ut 'adversa Patrum voluntate' I. 46. § 2. ubi etiam olim *adversum voluntatem* ante Gronov. edebatur. Sed nihil mnto. Omnes enim codd. vulgatum servant, nisi quod *Persem* habeat Lov. 4. Vide ad XLII. 25. § 2. *Adversus Antiochum* est 'bello adversus Antiochum.' Ita 'cum Æquis' est bello vel prælio cum Æquis, II. 40. 'Eo anno Hernici devicti: cum Volscis æquo Marte discessum est.' Præterea vox *illa* exsulat a Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensi L. 1. abesse etiam a Pall. duobus Gebhardus ad verba seqq. monet. Paullo ante *Non equidem*, pro *Nón quidem*, Lov. 4.

Absit invidia verbo] Vet. lib. *vero.* Sigon. Pall. duo *Absit invidia, et civilia*, extrito *τῷ verbo:* sicut paullo ante *τῷ ulla* post *clade.* Pal. 2. *Absit invidia vero.* Probo vulgatam lectionem. Livius XXVIII. 39. 'Ita bello afflixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia) sed ne posteris quidem timenda nostris essent.' *Gebh. Absit invidia, et civilia*, media voce exclusa, Voss. 2. *Absit invidia verbo,*

Digitized by Google

ut ante Sigonium legebatur, Voss. 1. in contextu, et Harl. *Absit invidia vero verbo*, duplice lectione recepta, Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxoniensis N. in margine. Reliqui omnes *vero*. Quamvis autem huic consensui haud facile adversari soleam, hic tamen diffiteri nequeo, priscam lectionem, quam etiam Gebhardus probavit, magis placere. Non modo enim Livius ita locutus est loco, quem is jam indicavit, verum etiam XXXVI. 7. 'Hoc ego adjuncto (absit verbo invidia) qui dubitare de eventu possim?' Et 'verbi invidiam' memorat Cic. pro Sulla c. 8. 'Id potius profers, quam verbi invidiam, contumeliamque maledicti.'

§ 15 *Utique numquam iniquis locis laboravimus*] Persæpe immo. Sed scribendum *numquam nostris locis*, confirmavimus Observat. IV. 17. Andreas Romæ ediderat *numquam iniquis nostris locis*. Proximæ etiam ex ipso expressæ, meliore omisso, pejus elegerunt. Dixerat Romanos pari loco nunquam cessisse hostibus: quod si, ait, hoc magnum est, illud certe concedetur, ubi loco prævaluissent, semper ejus commoditate usos. *J. F. Gron. Numquam iniquis locis* unus meorum præfert Harl. *numquam iniquis nostris locis* etiam ed. Parm. duabus lectionibus junctis. Vide ad III. 44. § 4. Reliqui omnes Mss. quibus usus sum, ut et Hearnii Oxonienses, ac codex Memmii apud Doujatium *numquam nostris locis*, quod recte Gronov. probavit, et in contextum recepit. De voce 'suus' hoc sensu vide ad IV. 7. § 6. Tot itaque testibus hanc lectionem uno ore firmantibus, non opus est, ut vanis conjecturis locum tentemus cum Doujatio, et legamus vel *numquam nisi iniquis locis*, vel *numquam nisi iniquis nostris locis*, id est, locis, quæ exercitibus nostris iniqua erant. Frugibus inventis, glandibus vesci dedignor. Vox *utique* deest in Gaertn. pro *æquis utique* est *victi* in Hav. Ceterum sensus Livii esse videtur, numquam Romanos aperta acie, numquam æquis, utique numquam suis locis laborasse, quoniam vel equites, vel pedites hostium præstarent. Quum tamen sæpius Romani victi sint, idque Livius fateatur cap. præc. adsentior Dukero, adfirmanti numquam sibi persuasuram Livium, etiamsi Jovem lapidem jurare paratus sit, id semper iniquis locis, vel ex insidiis accidisse: huc igitur convenire, quæ ad cap. præc. § 6. perperam Freinsh. notarat. Paullo ante *numquam ab equite hostis*, pro *equite hoste*, Port. in margine.

§ 16 *Equitem, sagittas, saltus impeditos, avia commeatibus loca*] *Equidem sagittas* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. edd. Gruterianæ, Heinsii Elzev. et Gronovii prima. Eædem voces et confundebantur VI. 12. § 10. ubi vide. *Equidem Samnites, saltus* Lov. 2. Hav. et fragm. Hav. *Et quidem Samnites, saltus* Port. a m. sec. et codex Memmii apud Doujatium, cui id perperam placebat. Cur miles armis gravis, et per hoc pugnæ tantum statarie aptus, timere possit equitem et sagittas, sive milites sagittarios eorumque discursus ac subitos impetus, caussa adparet. Verum cur Samnites præcipue metuendi forent, ratio, quam nullam video, reddenda erat. Et quidem tanto minus hic emendationem Doujatii admittendam puto, quoniam persuasum est, Livium hic respicere ad infelix bellum, quod Crassus cum Parthis gessit. Conferantur cum hoc loco, quæ de equitibus Parthorum, qui ut et pedites sagittis pugnabant, tradunt Dio Cass. lib. XL. pagg. 127. et 130. Plutarch. in Crasso pag. 554. aliique. Quare neque illud probandum, quod in Gaertn. exstat *Equites Samnites*. Equites enim Samnitium præ eorum peditibus magis metuendos esse, alibi me legere non memini. Tum *sal-*

Digitized by Google

tus, impetus Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *invia commeatibus loca* male Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. in margine. Indicantur loca, in quibus non nisi difficulter et longe petiti commeatus suppetere possunt; quod militi armis gravi non tantum molestum, verum etiam periculosum erat. 'Invia' autem 'commeatibus loca' non his tantum, sed et levis armaturæ militibus perniciosa erant. Mox *miles neque timere potest*, inserta secunda voce, fragm. Hav.

§ 17 *Modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor et civilis cura concordiæ*] *Hujus, quo vivimus* Gaertn. *quam vivimus* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. *Tum civilis caussa conc.* Leid. 2. et Lov. 1. Voces has sæpe in Mss. commisceri, videbimus ad IX. 29. § 1. *Civilis cura concordiæ. Amen* Lov. 3. *civilis cura. Amen* Voss. 2.

CAP. XX. § 1 *M. Follius Flaccina*] *M. Foslius Flaccinator*, ex consulatu Capitolino. *Sigon. M. Elius Flaccina* Voss. 1. *M. Elius Flactina* Leid. 2. et Lov. 1. *Añ. Follius Flaccina* Leid. 1. *Aulus M. Follius Flaccina* Lov. 2. *M. Follius Flaccina* Voss. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. *Follius Flaccina*, omisso prænomine, Lov. 3. 4. et fragm. Haverk. *M. Follus Flaccinus* Port. Hav. et Oxon. B. qui *M. Folius Flaccinator* invenit in N. *L. Flaccus inde* in L. 1. Ei autem consentit Harl. nisi quod dictionibus transpositis præferat *Inde L. Flaccus*, adstipulantibus edd. Aldo prioribus. Klockian. præfert *M. Ollius Flaccina tertium*. Alibi vocem *ſñ*, sive *inde*, et numeri ternarii notam *III.* in Mss. commutari, vidimus ad IV. 9. § 13. *Foslius*, pro *Folius*, etiam IV. 25. § 2. Livio restituit Sigonius, cui etiam in hujus anni consule consentit Pighius in Annal. ad CDXXXV. p. 354. Vide etiam hoc lib. ad c. 26. § 7.

L. Plautius Venox] *Venno* ex consulatu Capitolino, ut dixi. *Sigon. L. Plautius Venox* præter edd. ante Sigonium servant etiam Harl. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. et N. cujus C. *L. Plautius Vennox* præfert. *L. Plautius Nemox* Voss. 1. *L. Plautius ne mox* Lov. 1. in quo tamen additis stigmatibus vocem *ne* delendam esse indicatur. *L. Plautius ee mox* Leid. 1. et Lov. 4. *L. Plancius mox* Lov. 2. *L. Plautius mox* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. et Gaertn. *L. Plautius Velox* Klockian. *L. Plautius Nox* fragm. Hav. a m. pr. Sigonio adsentitur Pighius loc. laud.

§ 2 *Legati, quum senatum humi strati movissent*] Pall. duo meliores *quum senatum humi jacti mov.* Pal. 2. *humi prostracti*. Eleganti figura dictionis altera leetio procedit. *Gebh. Legati tum senatum* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Senatum humi stratum* Gaertn. *senatum humi jacti* Voss. 2. et Lov. 2. *senatum humi tracti* Lov. 4. *senatum humi prostrati* Port. a m. sec. et Hav. Infra XXV. 37. 'Alii strati humi suum quisque nominatim ducem inplorare:' ubi utriusque locutionis, 'sternere' et 'prosternere humi,' exempla videbimus. Hic tamen vulgatum defendunt integriores Mss.

Rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces] *Reicti ad pop.* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXVI. 40. § 10. 'Rejicere' in hac locutione sollemne inlustravimus ad II. 22. § 5. Tum *haud quamquam* Leid. 1. Lov. 1. 3. Harl. Hav. et fragm. Hav. Vide ad VII. 26. § 8.

§ 3 *Itaque de fœdere negatum; induciæ biennii*] Concinnior mihi videtur lectio Pall. 1. ac 3. *Itaque, fœdere negato, ind. bien., quum per aliquot dies fatig. sing. precibus, impet.* Gebh. Duo Pall. et alter Voss. *Itaque fœdere negato induciæ.* J. F. Gron. Codicibus, quos viri docti laudarunt, ex meis, præter Voss. 2. Gronovio memoratum, consentiunt Lov. 2. 3. 4.

Digitized by Google

Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. quam lectionem in contextum recepi. Præpositio *de* non adparebat etiam in Leid. 1.

Fatigassent singulos precibus impetratæ] Dispunge ita, ut sit, *fatigassent singulos precibus*, non autem *precibus impetratæ*. Nihil est enim tam familiare Livio, quam 'fatigare precibus.' ut I. 11. 'precibus raptarum fatigata.' *Sigon.* De locutione 'precibus fatigare' vide ad XXVII. 45. § 10. Eamdem distinctionem Gebhardo etiam non displicuisse, ex illis quæ ad verba præcedentia notavit, constat.

§ 4 *Et ex Apulia Theanenses Canusinique*] *Teanenses* sine aspiratione ex vet. lib. et Græcis Τέανον: hac de re sic Diodorus lib. XIX. p. 675. Ἐπόρθησαν δὲ καὶ τῆς Ἀπουλίας τὴν Δαυνίαν πᾶσαν, καὶ προσαγαγόμενοι Καρουσίους, δμήρους παρ' αὐτῶν ἔλαβον. *Sigon.* Recte Sigonius in seqq. § 7. neque *Theate* facere *Theanenses*, neque pertinere ad Apuliam. Theanum autem Appulum si hic intelligitur, quomodo post pauca subjicitur, 'Theates quoque Appuli ad novos consules C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam fœdus petitum venerunt?' Qui fœdus petunt dediti obsidibus datis? Et tamen hic quoque mirum ab Teano fieri *Theates*. Vide an priore loco scriptum fuerit *Et ex Appulia Cannenses Canusinique*. A Cannis postea ignobili vico, quem victoria Hannibalis nobilitavit, (sed 'urbis vestigia priscæ' dicit Silius VIII. 624.) hi Cannenses Canusinis vicini. Atque inde fugatus Terentius Varro cum reliquiis cladis Canusium se contulit, XXII. 49. Posteriori autem loco legendum *Teanitæ*, hoc enim ἐθνικὸν a *Teano*, ut ex Polybio observat Sigonius, aut *Teanates*, ut ab 'Arpino' 'Arpinates,' ab 'Antio,' 'Casino,' 'Priverno,' 'Antiates,' 'Casinates,' 'Privernates.' *J. F. Gron. Ex Apulia Tranenses* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. et L. 1. *ex Apulia Tramenses* fragm. Hav. *ex Apulia Thranenses* Lov. 2. A Gronovio *Cannenses*, pro *Teanenses* emendante, dissentit Doujatius, idque ob hanc rationem; quod, etsi Cannenses oppidum aliquando habuerint, id tamen, ubi anno ante pugnam Cannensem solo æquatum fuit, minoris dignitatis exstiterit. Mihi quoque vulgata lectio commode satis servari posse videtur: argumento autem ex verbis § 7. quo eam falsi arguere conatur Gronovius, eo loco respondebo. Ceterum ratio, qua Doujatius vulgatum tuetur, nullius momenti esse videtur. Licet enim Cannensium oppidum, ubi anno ante prælium Cannense solo æquatum est, minoris dignitatis fuerit; potuit tamen hoc tempore, de quo Livius nunc agit, magni satis momenti fuisse. Insuper *Canisinique* Leid. 1. *Camisinique* Port. *Canusiique* Voss. 2. et Lov. 3. Mox voces *populationibus fessi* exsulant ab Hearnii Oxon. L. 1.

Obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditionem venerunt] *Obsid. L. Palutio coss' datis* Lov. 1. *obsid. vel Plautio consuli datis* Voss. 2. et Lov. 3. *obsid. L. Plautio datis* Harl. *obsid. Flacco et Plautio consulibus datis* Hearnii Oxon. L. 1. Præterea Doujatius hoc cap. ad § 7. *in ditionem venerunt* legendum esse conjecit. Ita XXXII. 31. 'Ea quoque gens in ditionem venit.' XL. 28. 'Ingaunorum omne nomen, obsidibus datis, in ditionem venit:' ita utroque loco ex Mss. reposuit Gronovius. Solent autem 'ditio' et 'deditio' sæpius a librariis commutari. Vide ad XXVI. 21. § 17. Verum et vulgatum 'in deditionem venire' Livio frequens est. Ita II. 30. 'Paucis data venia, qui inermes in deditionem venerunt.' v. 32. 'Positis armis in deditionem venerunt.' XXIII. 27. 'Universa gens postero die in deditionem venit.' XXXI. 40. 'Priusquam experirentur certamen,

Digitized by Google

metu in deditionem venerunt.' lib. XXXIII. c. 17. 'Omnes populi Acarnaniæ in deditionem legati venerunt.' c. 37. 'Ea urbs ceteraque castella et Boii fere omnes in deditionem venerunt:' ubi plura vide. Quum itaque utraque locutio sæpius apud Livium obcurrat, et Mss. hic nihil mutent, a Doujatio dissentiens vulgatum servandum puto.

§ 5 *Eodem anno primum præfecti Capuæ creari cœpti*] Rott. et Helm. *Capuani.* Alius *Capua.* Sed Flor. Thuan. duo Voss. *Capuam.* Nec aliter Romæ dedit Andreas. Mediolani mutatum est. Ego reduci velim *Præfecti Capuam.* Et videtur elegantiæ exquisitæ, ut sit creatos præfectos, qui Capuam mitterentur. Ut 'proconsuli in Hispaniam' XXVI. 18. l. XXIV. c. 12. 'Luceriam succedere Graccho.' *J. F. Gron. Præfecti creari Capuæ* Lov. 4. *præfecti Capua creari* Port. *profecti Capua creari* Gaertn. *præfecti Capuam creari* Leid. duo, Lov. 1. 3. Harl. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Ejusdem fere generis est 'via Casilinum,' de quo vide Jac. Gronov. ad Livii XXII. 16. § 4. Adde J. F. Gronovium ad Epit. Liv. lib. LXI. Quo minus tamen hanc lectionem in contextum recipiam, illud obstat, quod non hoc tempore, sed bello demum Hannibalico, Capua in formam præfecturæ redacta fuerit. Vide XXVI. 16. Quin et summus Campanorum magistratus eorum lingua 'Medixtuticus' vocabatur; teste Livio XXVI. 6. quem forte Liv. Romana voce hic vocat 'præfectum;' quemadmodum 'prætorem' XXIII. 7. adeoque 'præfectus' hic diversus est ab illo, qui tempore belli Punici secundi creari cœpit. An itaque intelligi potest 'præfectus,' non qui Romæ a populo designatus 'Capuam' mitteretur, sed qui 'Capuæ' crearetur ex ipsis Campanis, arbitrio forte Romanorum; quum discordiæ intestinæ caussa inter ipsos non conveniret? Si tamen Romæ creatum; adeoque *Capuam* legendum esse verius videatur; ex ipsis Campanis tamen creatum esse putabo. Certe Campanus, non Romanus, erat Pacuvius Calavius summus Capuæ magistratus, quo tempore Romani ad Cannas internecione cædebantur, apud Liv. XXIII. 2. et Marius Blosius prætor Campanus, quo tempore primum Hannibal Capuam devertit. Quin etiam Camill. Peregr. in Campan. Felic. diss. IV. p. 513. ed. nupera in Thes. Ital. præfectum Capuæ creatum, et leges a prætore datas artæ amicitiæ et amicæ societatis effectum, non pœnam aut legem deditionis, fuisse observat. Præterea *eodem anno primo* Gaertn.

Legibus ab L. Furio prætore datis] *L. Furio P. R.* vel *L. Furio populo Romano* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. qui error in Mss. frequens est. Vide ad XXXI. 10. § 4. Utraque lectione juncta *L. Furio prætore P. Ro.* vel *populo Romano datis* dederunt librarii Gaertn. et apud Hearnium Oxon. C. Vide ad X. 30. § 1.

Utrumque ipsi pro remedio ægris rebus discordia intestina petissent] *Uterque* Lov. 1. et Leid. 2. in contextu, in cujus margine emendatur *utrique.* Tum vox *ipsi* deficit in Lov. 4. Hinc *pro medio ægris rebus* Voss. 2. Sed duæ initiales literæ vocis *remedio* interceptæ videntur ab ultimis præcedentis. Tandem *petiissent* Lov. 4. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

§ 6 *Et duæ Romæ additæ tribus, Ufentina ac Falerina*] Eamdem meminit Diodorus lib. XIX. p. 675. *Προσέθηκαν δὲ καὶ δύο φυλὰς ταῖς προϋπαρχούσαις τήν τε Φαλερίναν, καὶ τὴν Ὀφεντίναν. Sigon. Duæ Romanæ additæ tribus* Hav. *duæ Romæ conditæ tribus* Hearnii Oxon. N. in margine. Deinde *Ufetina* Voss. 2. *Ufertina* Lov. 3. In aliis exemplaribus etiam *Oufentina* legi, testis est Cluver. Ital. Antiq. l. III. c. 7. p. 1007. quod mihi

Digitized by Google

tamen in nullo Livii vel scripto vel edito cod. obviam fuit. Tum *atque Falerna* Voss. 2. et fragm. Hav. *et Falerna* Port. et Hav. *ac Falerna* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. Gaertn. Klockian. et apud Hearnium Oxon. L. 1. et N. qui *et Ferentina* invenit in L. 2. *et Faleria* habet Lov. 2. *Falerna* sive Φαλερνᾶ memoratur etiam apud Joseph. Antiq. Jud. XIII. 9. Φαλέρναν vocat Diodor. loco a Sigon. laudato. At, priori loco Φαλερνᾶ legendum esse, viri docti docuerunt. Vide Manut. ad Cic. ad Fam. VIII. 8. et Camill. Peregr. in Campan. Fel. Diss. II. § 34.

§ 7 *Theates quoque Apuli ad novos consules, &c. fœdus petitum venerunt*] *Theates* hic Livius ponit 'Appulos,' quod nescio, an quisquam alius: certe Plinius l. III. c. 12. 'Teatinos' in Marrucinis numerat, quorum oppidi 'Teateæ' etiam meminit Ptolemæus III. 1. Sed et hæc et similia omnia prosequi ejus est, qui commentarium scribit. *Glar.* Parum constat, qui sint *Theates Apuli*. Nam 'Theate' 'Theatinos' edit, ut 'Reate' 'Reatinos,' quos tamen non inter Apulos, sed inter Marrucinos collocat Plinius. De 'Teanensibus' autem dixit paucis ante versibus: 'Teanenses Canusinique populationibus fessi, obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditionem venerunt:' ut supervacaneum fuisse videatur, eosdem ad novos consules fœdus petitum venisse, nisi si, quia pacis per omnem Apuliam præstandæ auctores venerant, audacter id petentes impetraverint. Cæterum 'Teana' duo fuisse, auctor est Strabo lib. VI. p. 285. unum cognomine 'Sidicinum,' alterum 'Apulum:' et Plinius III. 11. 'Apulorum,' inquit, 'tria genera sunt, Teani a duce Gares, Lucani subacti a Calchante, et Dauni.' Vet. lib. *Teates* habent. Stephanus populos et cives 'Teani' vocat Τεανούς. Polybius tamen III. 91. nominat *Calenos, Teanitas, Dunnios, Nolanos*, ut Campanis mediterranea incolentes, Καληνοί, Τεανῖται, Δαύνιοι, Νωλανοί. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Teates:* sed qui sint isti, interpretes certant, et adhuc sub judice lis est. Tandem Sigonius eruit, 'Teana' duo fuisse; unum 'Sidicinum,' alterum 'Apulum.' Pal. 2. exscriptor, hæsitans forte super obscuriore nomine, supposuit *leguti quoque Apuli ad novos consules, &c.* Gebh. *Teatis quoque Apuli* Voss. 2. *Teates quoque Apuli* Lov. 3. 4. et Klockian. *Trates quoque Apuli* Gaertn. *Reatini quoque Apuli* Lov. 2. *leguti quoque Apuli* Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Quæ lectio si probatur, existimandum est, anno proximo Teanenses et Canusinos Apulos in deditionem venisse, nunc vero omnes Apuliæ populos de pace cum Romanis ineunda legatos misisse. Et ita necesse non erit, ut supra § 4. pro *Teanenses* cum Gronovio legamus *Canusinos*, invitis omnibus Mss. Verum vocem *leguti* hic suspectam illud reddit, quod non nisi in pejoris notæ codd. reperiatur. Gronovius eodem loco, pro *Theates*, hic *Teanitæ* legendum existimat; atque eo modo Polyb. ἄστεα urbis Teani formasse docet. Contra Doujatius vel *Teanenses* legit, (et, ne verba hujus cap. § 4. obstent, ubi Teanenses datis obsidibus in deditionem venisse dicuntur, unde eos hoc anno fœdus petere non potuisse Sigonius et Gronovius probare conantur, reponit; primo, eos obsides quidem fuisse deditionis dedisse, deditionem vero forsitan nondum secutam esse; secundo, si tamen secuta sit, nihil prohibere, quo minus spe melioris conditionis ad sequentes consules venerint, quum se, pacis apud reliquos Apulos auctores, universam gentem in deditionem populi Romani adducturos spondissent) vel, si hæc non probantur, pro *Theates* legebat *Uriates*, ab Uria Apuliæ oppido sub monte Gargano. Ceterum neque ego

Digitized by Google

Gronovii sententiam admodum probo. Quamvis enim *δίκυον* ea forma proferat Polyb. et forte alii Græci, apud Latinos tamen nondum ita formatum obcurrit. Neque habeo tamen, quod ejus loco substituam. 'Theatinus Apulus' est apud Frontin. de Colon. p. 110. pro quo p. 145. est 'Teanus Apulus.' Stephan. etiam in voce *Τέανον* gentile ejus urbis *Τεανὸς* esse docet. Forte cum Doujatio *Temenses* legendum, et existimandum, eos, quamvis priori anno in deditionem venerint, nunc tamen missis legatis conditionem suam meliorem facere voluisse; ac tandem audacter spondendo, se pacem populo Romano per omnem Apuliam præstaturos, fœdus, quamvis non æquum, impetrasse. Insuper *petitum fœdus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Venere* autem, pro *venerunt*, Gronov. 1665. edidit, invitis codd. scriptis, qui omnes vulgatum servant, nisi quod *invenerunt* sit in Voss. 1. a m. pr. Paullo ante in verbis præcedd. *simul*, pro *semel*, est in Hav. Vide ad XXIV. 22. § 14. Tum vox *rebus* non adparet in Gaertn.

Consules C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam] *Consules centum C. Junium* Leid. 1. *consules Q. Junium* Lov. 2. *consules Junium* Port. *consules Caunium* Lov. 1. *consules C. Minü* Gaertn. Deinde *Bubulcumque Æmilium* Lov. 3. et 4. a m. pr. qui a m. sec. legit *Bubulcum et Æmilium*; neque aliter est in Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. *Bubulcum, Æmilium* Port.

Pacis per omnem Apuliam præstandæ populo Romano auctores] Pal. 2. *per omnem Apuliæ oram*. Gebh. Ita et Port. *per omnium Apuliæ oram* Hav. *pacis per omnem Apuliam præstandum* Gaertn. Tum *populi Romani auctores* Lov. 2. *populo Romano auctore* Lov. 4.

§ 8 *Id audaster spondendo impetraverunt, ut fœdus daretur: neque ut æquo tamen fœdere*] Pall. tres *impetravere*. Gebh. Nihil sollicitarem, si haberetur, *ut fœdus daretur: non æquum tamen; sed ut in ditione populi Romani essent*. Aut hoc modo: *impetravere, ut fœdus daretur; nec æquo tamen jure, sed ut in ditione populi Romani essent*: nam *τὸ ut* inter *neque et æquo* non agnoscit Flor. *impetravere* autem, etsi parum intersit, omnes scripti, non *impetraverunt*. Justinus XXIII. 1. 'Qua victoria erecti, quum pacem æquo jure fecissent.' *J. F. Gron.* Vocem primam ignorat Leid. 2. Deinde *impetravere* omnes etiam mei, nisi quod *imperavere* sit in Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 20. § 10. In reliquis verbis nihil mutant codd. mei, nisi quod *neque tamen ut æquo fœdere* alio ordine sit in Leid. 1. *neque ut æquo cum fœdere* in Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 3, § 8. Quod autem *τὸ ut* in Flor. deesse dicat Gronov. non de optimo omnium hujus partis cod. intelligendum videtur ob caussas dictas hoc lib. c. 14. § 2. quare merito aliorum omnium consensum unius ejus testimonio præferimus. Neque displicere debet vocum *fœdus* et *fœdere* repetitio. Vide ad I. 3. § 9. Doujatius etiam nihil mutandum censuit.

Sed in ditione populi Romani essent] Vet. lib. *sed ut in ditione*. Est autem hoc unum e tribus generibus societatis ineundæ, de quibus Livius XXXIV. 57. Aut enim victis leges dantur, aut pares bello paciscuntur, aut, cum nunquam hostes fuerint, fœdere jungantur. *Sigon.* *Τὸ ut* servant etiam omnes codd. exceptis solis Harl. et Port. Præterea *in ditionem populi Romani esse* Hav. quæ lectio, dissentientibus reliquis Mss. ex librarii errore orta videtur. Vide ad II. 14. § 4. *In ditione essent populi Romani*, alio ordine, præfert Lov. 4.

§ 9 *Nam Florento quoque valido oppido Junius potitus erat*] Quidam *Turento* restituerunt; sed non recte, ut puto. Nondum enim Tarentum in

Digitized by Google

manus Romanorum venit. Fortassis autem *Frentone* legendum ex Plin. III. 11. Quamquam eo in loco Plinii varia lectio est. Horatius autem Carm. III. 4. 'Ferenti' meminit, si quis forte hoc putet: est enim in Apulia. *Glar.* Quid sit hoc loco 'Tarentum,' ambigitur: neque enim Tarentum Apuliæ est, neque a Romanis hoc tempore captum est. Neque vero 'Ferentum' habere locum potest, quod quibusdam placuit: est enim biennio ante captum. Vett. libb. alii *Acronto*, alii *Acerronto* cum habeant, me in hanc sententiam trahunt, ut putem legendum esse *Acheronto*, quod oppidum erat in Apulia, ut ait Horatius, et ejus interpres Acro: quamquam Horatius 'Acherontiam' vocat Od. III. 4. 'mirum quod foret omnibus, Quicumque celsæ nidum Acherontiæ, Saltusque Batinos, et arvum Pingue colunt humilis Ferenti.' *Sigon.* Mira hic caligo interpretibus de *Turento*. Pal. 2. *Aceronto:* unde Sigonius expediit *Acheronto:* quod ait fuisse oppidum Apuliæ, et ab Horatio Od. III. 4. vocari 'Acherontiam.' Andreas edidit *nam Florento quoque valido oppido.* Gebh. *Acheronto* Sigonius, cum inveniret *Tarento*, ex Aldo opinor aut Junta propagatum: nam Romæ Andreas, Becharius, Ascensius, Moguntini, *Florento*. In membranis Thuaneis *Torento* m. pr. sed secunda *Florento* subjecerat. Voss. *a Torento*. Helm. *Florente*. Ergo hic quoque, opinor, scribendum *Forento*, unde c. 15. *Forentani*. Nihil enim vetat credere, quam urbem Cerretanus Aulius in deditionem acceperat, eam triennio post aliquid novantem vi captam a Junio Bubulco. *J. F. Gron. Tarento* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *a Tarento* Leid. 2. *Aceronto* Port. et Hav. *Atorento* Voss. 1. a m. pr. *Atarento* a m. sec. et Lov. 1. *Florento* Harl. *Torento* Leid. 1. Nihil propius videtur, quam ut *Forento* cum Gronovio probem.

Nerulum vi captum] Pal. 1. *ne nilunt.* Pal. 3. *Nemium.* At Pal. 2. *Verulum.* Gebh. *Ne nilum* Lov. 3. *Venilum* Lov. 2. *Verulum* Voss. duo, Lov. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *Verulium* Port. *Nerulium* Leid. 2. *Nerulum* in Antonini Itinerario, *Nerulos* in tabula Peutingeriana memorari, dudum viri docti monuerunt. Paullo ante *in Lucanos porrectum* Port. a m. pr. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XXI. 28. § 7. *In Lucanos bellum porrectum* Harl. *in Lucanos bellum porrectum* edd. ante Aldum. Tum *repentino eventu*, pro *adventu*, Gaertn.

§ 10 *Qui se sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur*] Vet. lib. *sine legibus certisque magistratibus.* Sigon. Pal. 2. *sine legibus certisque magistratibus.* Gebh. Ita et Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *sine legibus certissime magistratibus* Lov. 3. et 4. Nollem, Sigonium vet. lib. scripturam in contextum recepisse. Vulgatum germanum ac genuinum Livii esse puto. Solet enim Livius ita passim præpositiones non interposita copula repetere, et quidem inprimis hanc *sine*. Ita VII. 2. 'Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu ludiones haud indecoros motus dabant:' ubi plura notantur. *Sine legibus certis* autem, ut apud Pompon. l. 2. § 1. ff. de Or. Jur. 'Initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine jure certo primum agere instituit.' Paullo ante *famam per socios vulgavit*, pro *fama*, Gaertn. *vulgaverat* Hearnii Oxon. C. Verbis autem seqq. *dati a senatu*, pro *ab senatu*, Lov. 4. et Gaertn. Denique vox *late* deficit in Gaertn.

CAP. XXI. § 1 *Exitu anni non consulibus ab se creatis*] Unicus ille Flor. *novis consulibus.* Promitterem utramque manum, si abessent *τὰ ab se.* Sensus foret, creasse quidem consules, non tamen, ut solebat fieri, eos successores habuisse ad exercitus. *J. F.*

Digitized by Google

Gron. Verisimile fit, Gronovium eam lectionem non in unico Flor. sed in alio quodam, vel Florentiæ vel alibi consulto, invenisse: rationem vide ad lib. hujus c. 14. § 2. Id autem me in hac opinione deinde confirmavit, quod scripturam illam in nullo optimæ notæ cod. sed tantum in Port. Gaertn. et Hav. invenerim; quibus accedit fragm. Hav. a m. sec. Elegans autem est mox *ceterum* post 'non' aliamve negationem, pro *sed*. Curtius IV. 8. 'Cupido, haud injusta quidem, ceterum intempestiva, incesserat.' Quin et, licet non præcesserit negatio, tamen eo sensu usurpari, docuit Freinshem. in ind. Flori hac voc. Præterea *exitus anni* Hav. *exitum anni* Gaertn. In præcedd. autem Junii prænomen *C.* deficit in fragm. Hav. alterius autem consulis nomen gentilitium *Æmilius* in Lov. 2.

Sp. Nautio et M. Popillio] Pall. 1. et 3. *Sp. Nantio et M. Pupulio.* Pal. 2. *Spurio Mutio et M. Pompilio.* Gebh. *Sp. Nautō* Leid. 2. *Sp. Mutio* Voss. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *Sp. Mucio* Oxon. B. apud Hearnium. Tum *M. Popilio* Voss. 1. et fragm. Hav. *M. Pupilio* Voss. 2. *M. Populio* Leid. 1. Lov. 4. et Gaertn. *M. Papilio* Leid. 2. et Lov. 1. *M. Pōpilio* Port. et Hav. *M. Pompilio* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. *M. Pupulio* Lov. 3. Sed utriusque nomen recte in vulgatis edd. superest, ut ex Fastis Capit. constat. Vide ad VII. 12. § 1.

Ceterum dictatori L. Æmilio legiones tradiderunt] Mirum vero, quid ita non narratur caussa creationis hujus, sicut nec paullo post Fabii, ut plane suspicandum hunc locum esse mutilum. Nos in chronologia nostra huic dictatori annum dedimus, quem alii septimo post hunc anno ei tribuunt, ubi tamen Livius manifeste scribit, Fabio consulatum continuatum, de dictatore ne verbum quidem faciens. *Glar.* Voces *L. Æmilio legiones tradiderunt. Ie cum* desunt in Voss. 2. et Lov. 3. omissæ negligentia librariorum ob repetitum prænomen *L.* sed *tradidprant* præferunt Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 2 *Cum L. Fulvio magistro equitum Saticulam obpugnare adortus*] *Saticulam*, ut ante. *Sigon.* Camp. *L. Fulino.* Deinde Scipio probat legendum hic *Saticulam.* Pall. duo *Satriculam* referunt. *Gebh. Satriculam*, præter edd. Sigonio priores, servant etiam Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac B. *Sacriculam* Voss. 2. et Lov. 3. Sed recte *Saticulam* Sigonius reposuit. Vide ad VII. 32. § 2.

§ 3 *Ad eximendos obsidione socios*] Pall. duo *eximendos ab obsid.* Gebh. *Exuriendos obsid.* Port. *eximendos ab obsid.* Voss. 2. et Lov. 3. Nihil mutandum. Infra XXIV. 41. 'Ibi quoque circumsessus adventu fratris obsidione eximitur.' XXXI. 14. 'Orantes, ut se obsidione eximeret.' XXXVII. 26. 'Quanto satius esse, vel socios obsidione eximere.' c. 52. 'Quod obsidione se ac fratrem exemissent.' XXXVIII. 15. 'Adveniens obsidione Iaiondenses exemit.' Vide etiam ad XXXIII. 23. § 2.

Hinc Satricani magno cum tumultu] Satricula hic oppugnatur, a qua denominativum erat, opinor, 'Satriculanus,' et a 'Satrica' 'Satricanus,' ut antea Livius usus est. *Satriculani* igitur hoc loco legendum videtur. Admonuimus paulo ante etiam nonnihil de hac re lectorem. *Glar.* De 'Saticulæ' civibus cum agatur, *Saticulani* certe legendum est. Nam Stephanus Σατικόλα πόλις· τὸ ἐθνικὸν Σατικολανός. Et Diodorus, lib. XIX. p. 710. ubi Saticulæ meminit a Romanis obsessæ, ait, 'Ρωμαίων Σατικόλαν τολιορκούντων Σαμνῖται ἐπεφάνησαν μετὰ δυνάμεως ἀδρᾶς σπεύδοντες λῦσαι τὴν πολιορκίαν. *Sigon.* Omnes nostri et Hearnii Oxon. B. et C. *Satricani* ser-

Digitized by Google

vant. Sed, in uno N. *Satriculani* se invenisse, Hearne testatur; pro quo recte *Saticulani* Sigonius reposuit.

In stationes hostium incurrerunt] Pal. 2. *cucurrerunt*. Debebat esse, ut jam aliquoties admonui, *incucurrerunt*. Gebh. *Stationes hostium incurrere*, omissa præpositione, Gaertn. *in stationes hostium cucurrerunt* Port. et Hav. Hinc proclive est legere *incucurrerunt*, de quo vide ad I. 12. § 8. ita syllaba initialis intercepta foret a vocis proximæ litera ultima. Vide ad V. 27. § 6. Quum tamen ea lectio non, nisi in suspectæ fidei codd. reperiatur; ita nunc Livium dedisse, sine gravioribus testibus non credam. *Incurrunt*, pro *incurr'unt*, est in fragm. Hav. a m. sec. Vide ad X. 12. § 4.

§ 4 *Spe alieni magis auxilii, quam viribus fretæ suis*] *Alieni magis consilii* Leid. 1. Alibi sæpe librarii ita in Mss. errare, atque has voces confundere soliti sunt. Vide ad II. 27. § 2. VIII. 11. § 3. et pluribus locis.

Justo mox prælio inito Romanos urgent] Vox *inito* exulat a Leid. 2. ejus loco *iniato* habet Lov. 1. *Tum urgunent* est in Klockiano. Similiter scriptum erat in optimis codd. V. 36. § 6. c. 48. § 1. ubi plura videri possunt, et VI. 33. § 12. *Urget* est in Gaertn. quem numerum requirere præcedentia 'utraque pars' perperam sibi persuasit indoctus librarius. Vide ad XXIII. 46. § 5.

Quamquam anceps dimicatio erat, tamen utrimque tutam aciem] *Dimic. anceps erat* Port. et Hav. *Tum utrimque tamen* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Hinc *totam aciem* Hav. Vide ad XXVIII. 4. § 7. Mox *habebat*, pro *habuit*, Lov. 4.

Quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit] Τὸ *et* abest a Voss. 2. Lov. 3. et Hav. abest etiam a primis edd. quod deinde Aldus recte interposuit. Vide ad II. 44. § 3. Deinde *accepit* Lov. 4. Male. Vide ad VI. 28. § 5.

§ 5 *Tum totam aciem in Samnites obvertit: ibi plus certaminis fuit*] *Dum totam aciem* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Vide ad XL. 47. § 7. Deinde *sibi plus certaminis* Leid. 1. et Lov. 4. Vide ad I. 55. § 5. *Sed plus certaminis* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. qui *ubi plus certaminis* invenit in B. Neque aliter mihi obviam fuit in Port. et Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tandem verbum *fuit* exulat ab edd. Aldina prioribus. Paullo ante *in eum petens incessit*, pro *in erumpentes incessit*, sine sensu Lov. 3.

§ 6 *Victoria sicut sera, ita nec dubia, nec varia fuit*] *Nec vana fuit* Leid. 2. Male. Livius II. 6. 'Ibi varia victoria, et velut æquo Marte pugnatum est.' XXIII. 18. 'Quam varia victoria priore Punico bello fuerit.' Justin. II. 5. 'Quibus quam varia fortuna fuisset:' qui ita sæpe locutus est. Eo modo 'varie bellare' V. 28. 'Quia tot annis varie ibi bellatum erat, multæque clades acceptæ.' c. 28. 'Eodem anno in Æquis varie bellatum, adeo ut in incerto fuerit, victine essent.' Similiter 'varians victoria' apud Justin. XX. 1. Solent autem ita librarii passim variare. Vide ad XXII. 7. § 4. Mox *Fusa in castra*, pro *Fusi*, Gaertn. *nocta*, pro *nocte*, Port. a m. sec.

Plistiam ipsi, socios Rommorum, circumsidunt] Diodorus lib. XIX. pag. 710. Plisticam vocat, cum ait hæc de re ita, Πλειστικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. *Sigon. Plistium* Samnitium, *Plestinam* Marsorum, cujus mentio X. 3. vult Sigonius: priorem esse, de qua Diodorus l. XIX. Πλειστικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. Cluverius Ital. Antiq. II. 15. p. 772. unam eandemque urbem vult esse, et, quasi verius hoc nomen sit, apud Diodorum corrigit Πλειστίνην. Sane hic loci et mox 'Samnites ad Plistiam manserant,' nihil divortunt a vulgatis manu exarati. At in fine capitis sequentis,

Digitized by Google

ad Plistica obsidionem redeunt, tum *Plistica per vim Samnis potitur*, Florent. Thuan. Voss. codd. Quod mihi non temere esse videtur. Nam quod ait Cluverius, sociam in Samnio Romanis urbem tum nullam fuisse; mirum vero, si post tot expeditiones et excursiones in Samnium obtinuerint ibi præsidium aliquod, aut oppidum φρουρὰν ἔχον Ῥωμαϊκήν. *J. F. Gron. Post jam ipsi socios Romanorum* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. *post jam ipso socios Romanorum* Leid. 2. *Postiam ipsi socios Romanorum* Lov. 4. *Postiam Plistiam socios Romanorum* Harl. et edd. Aldo priores. *Plistia βίαν ipsis socios Romanorum* Klockian. *Plisciam ipsi socios Romanorum* Port. *Plistium ipsi socios Romanorum* Hav. *Plistiii ipsi socios Romanorum* Gaertn. Ceterum sententiam Sigonii, quam proposuit ad Liv. x. 3. § 5. *Plistiam* Samnitium, *Plesthnam* Marsorum fuisse, probat etiam Cellarius Orb. Antiq. l. II. c. 9. p. 486. Deinde *circumsident* Leid. 2. Verum, ut hoc loco *circumsidunt*, quod omnes reliqui scripti servant, ita *insidunt* est III. 50. 'Eunt agmine ad urbem, et Aventinum insidunt.' Passim *sidere* ac *sedere* eorumque composita commutari, docuerunt Burm. ad Quinct. Instit. Orat. II. 1. et Declam. XIII. 4. ad Sueton. Tiber. cap. 14. etiam Corte ad Plinii Ep. III. 1. Paulo ante *sepe objecta*, pro *spe*, Voss. 2. Vide ad Liv. VII. 7. § 6. Tum *Satricula tuendæ* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Sacricula tuendæ* Lov. 3. Vide h. cap. ad § 2.

CAP. XXII. § 1 *Bellum deinceps ab Q. Fabio dictatore gestum est*] Glareanus hunc dictatorem hoc anno fuisse sine consulibus existimat: verum errat; fuit enim *Q. Publilio et L. Papirio quartum consulibus*, teste Diodoro, qui in horum consulatu ait lib. XIX. p. 711. Ἐνιαύτιος δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου καθιστᾷν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν, προσεχειρίσαντο τότε Κόϊντον Φάβιον καὶ μετ' αὐτοῦ Κόϊντον Ἄλλιον ἵππαρχον· οὗτοι τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες παρετάξαντο πρὸς τοὺς Σαυνίτας περὶ τὰς καλουμένας Λαυρετάλας. Narrat deinde Romanorum, item ut Livius, fugam, et 'Q. Aulii' magistri equitum necem. Est enim apud Diodorum Ἄλιον, pro *Aulium*, ut cum dicimus *Clodius*, pro *Claudius*. Sigon. Errorem, quem Sigonius refellit, Glareanus commisit in Chronologia Livio subjecta ad a. CDXXXIX. Ipsum etiam falsi convincunt fragmenta Fast. Capitol. ad a. CDXXXVIII. Quin etiam, male Glareanum anno, quo Fabius dictator fuit, subjungere annum, quo Papirius Cursor et Publilius Philo consules fuerunt, patet ex Livii cap. 24. in princ. ubi novos consules M. Pœtelium, C. Sulpicium exercitum ab dictatore Fabio accepisse tradit. Ceterum vocem *deinceps* Hearne in Oxon. L. 1. non invenit: Tum a *Q. Fabio* legunt Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Verbum autem *est* omittitur in Harl.

Consules novi, sicut superiores, Romæ manserunt] Mirum et hoc loco consulum omisse esse nomina, auctorisne, an temporum, culpa hæsito. Cæterum Fabii dictaturam non videtur posuisse annuam absque consulibus. Sed non est dubium, historiæ hic aliquid deesse. *Glar.* Desunt nomina noverum consulum, sine dubio librariorum vitio: neque enim alias unquam ea studiose Livius prætermisit. Sunt autem apud Cassiodorum 'L. Papirius, Q. Publilius.' Itemque in Capitolinis tabulis, 'L. Papirius Cursor IIII. et Q. Publilius Philo IIII.' Et apud Diodorum lib. XIX. p. 707. Λεύκιος Παπίριος τὸ τέταρτον καὶ Κόϊντος Ποπλίλιος τὸ δεύτερον. Atque ita restituendum esse apud Livium puto, ut est in Capitolinis lapidibus. Nam in horum temporum consulibus nominandis mire diligens est, ita ut neque cognomina, neque

Digitized by Google

multiplicatorum honorum notas ullas prætereat, et 'L. Papirium' biennio post 'consulem quintum' tradit. Quod non faceret, nisi hoc anno eum consulem 'quartum' nominasset. Hoc ipsum, ut dixi, cum Glareanus non intelligeret, annum unum sine consulibus interseruit: 'L.' autem 'Papirium' et 'Q. Publilium' in insequentem annum transtulit, ita ut uno anno Livium antecedat contra omnium monumentorum auctoritatem. ['Glareanus ubique testatur, se pro uno anno cum nemine certaturum. At hic ita nunc clamat, quasi id non legerit apud eum.'] *Sigon.* In Livio desiderantur nomina consulum, negligentia potius librariorum, ni fallor, quam auctoris, fere numquam ea studio prætermittentis. Supplendus igitur in hunc fere modum Livii hic locus videtur: *Consules novi L. Papirius Cursor IV. et Q. Publilius Philo IIII. sicut superiores, Romæ manserunt.* Versus etenim integer ibidem a dormitante scriba prætermissus. *Pighius* in Ann. ad annum CDXXXVIII. p. 357.

Ad accipiendum ab Æmilio exercitum, ad Saticulam cum supplemento venit] *Ad accip. ab Æmilio Satr., exercitum suppl. venit* Leid. 2. et Lov. 1. *Satriculam* etiam omnes reliqui scripti mei et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. ut et edd. omnes ante Sigonium. Vide ad cap. præc. § 2. Similiter etiam iidem exhibent infra h. cap.

§ 2 *Ad Plistiam manserunt*] *Ad Plisciam* Leid. 2. et Lov. 1. *ad Plistina* Hav. *ad Philistiam* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad cap. præc. § 6. Mox *a domo* Gaertn. et fragm. Hav. Tum *militibus novis*, alio ordine, Harl.

Castra eodem, quo antea, loco posuerunt] *Quo ante* Harl. omnesque editi usque ad Jac. Gronovium, qui *antea* substituit, concinentibus reliquis scriptis. Vide ad XL. 12. § 3. Tum *locum posuerunt* fragm. Hav. *loco posuerant* Lov. 4. et ita etiam Port. in contextu, qui tamen inter versus adscriptum habet *posuerunt*.

Avertere ab obsidione conabantur] *Advertere ab obsidione* fragm. Hav. a m. pr. *abvertere ab obsidione* Lov. 1. *avertere obsidione* Lov. 2.

§ 3 *Id bellum tanti ducere, quod urbem obpugnabat*] Quid certe sibi hoc velit, vix equidem planum facere possum, etiamsi verba clara sint. *Glar.* Hujus loci sensus, quem sibi ignotum esse Glareanus ait, hic est: Dictator, ad oppugnationem urbis conversus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnatum, ac cæteris in rebus nulla belli species erat. Nam a Samnitibus securus, stationibus tantum, ne qua vis in castra fieret, oppositis, erat. Quo fiebat, ut Samnites, cum se contemni putarent, ferocius obequitarent vallo castrorum, neque quietem agere possent. *Sigon.* Sigonius in scholiis ad hunc locum contra Glareanum talem sensum elicuit: 'Dictator, ad oppugnationem urbis conversus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnabat, ac ceteris in rebus nulla belli species erat.' Sed ostendat mihi ex idoneo Latinæ linguæ auctore, *tanti ducere* idem esse illis, 'pro hac vel illa re tantum habere.' In Pal. 1. vitiose reperitur *dicere*: in Pal. 2. vero diversimode, *id bellum nitebatur ducere*: qui putavit 'ducere bellum:' quod mox cap. 23. Livius effert, 'quibus operæ est, trahere bellum.' *Gebh.* Sensum, quem ignorare se fatetur Glareanus, recte eruit Sigonius. Sed hic ipse sensus admonere illum poterat, scribendum esse *tantum ducere*. Id tantummodo pro bello habebat. Lib. XXVIII. cap. 32. 'Immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat.' *J. F. Gron. Id bellum tanti ducere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et fragm. Hav. Neque aliter Klockian. nisi quod in

Digitized by Google

eo lacuna sit ante hæc verba. *Id bellum tanti dicere* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. Sed *dicere* et *ducere* vel mille locis in Mss. commutantur. Vide ad XXXVIII. 48. § 1. *Eo, quod bellum tanti diceret, urbem opp.* Lov. 2. *id bellum nitebatur ducere* Portug. Gaertn. et Hav. Forte oratio per infinitivum concepta indoctis librariis displicuit, ideoque pro *tanti* dederunt *nitebatur*. Ita sæpius eos peccasse, dictum est ad I. 59. § 5. *Id bellum tantum nitebatur ducere* Hearnius laudat ex Oxon. B. C. L. 2. et N. nisi quod posterioris margini *tanti* adscriptum sit. Quæ lectio si in tot ejus codd. exstiterit, (de hoc enim ut non nihil dubitem, illud efficit, quod eam in nullo meorum invenerim) non modo scribæ duas lectiones junxerunt, verum etiam haud obscure indicant, Gronovii conjecturam *id bellum tantum ducere*, verissimam esse. 'Ducebat' igitur, id est existimabat, id tantum bellum esse, id solummodo pro bello habebat: quo sensu τὸ 'ducere' apud Livium frequens est. Lib. II. cap. 38. 'Et hanc urbem vos non hostium ducitis? ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit.' XXI. 41. 'Pacem cum victis fecimus; tutelæ nostræ deinde duximus, cum Africo bello urguerentur:' ubi vide quæ notantur. XXVII. 37. 'Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Hannibale, ut numquam satis castra castris conlata duceret.' XXXVI. 44. 'Jussit meminisse Romanæ virtutis, nec pro viris ducere regia mancipia.' XXXVIII. 26. 'Etsi non ipsi victi erant, suæ gentis hominum cladem pro sua ducebant.' XL. 56. 'Potentior quidem erat, quam ut fugam necessariam duceret.' XLII. 34. 'Vos quoque æquum est, omnia honesta loca ducere, quibus rempublicam defensuri sitis.' XLIV. 39. 'Majores vestri castra munita portum ad omnes casus exercitus ducebant esse.' Doujatius etiam sensum constare posse existimat, modo *quod oppugnabat* cum Sigonio accipiatur pro 'quatenus oppugnabat:' quod vellem demonstrasset. Neque probo conjecturam Ant. Perizonii, qui legendum censet *quo urbem oppugnabat*. Vulgatum enim, pro quo stant omnes codd. satis commodum sensum exhibet. Præterea paullo ante *dictator mœnia hostium versus*, omissa præpositione, Lov. 4. *dictator in mœnia versus hostium* Leid. 2. et Lov. 1.

Securior ab Samnitibus agere] *Et securior* Port. Gaertn. et Hav. Hinc *a Samn. egere* Gaertn. Mox *stationibus modo oppositis*, pro *oppositis*, Lov. 2. et *neq. in castra*, pro *ne qua*, Leid. 1.

§ 4 *Eo ferocius adequiture Samnites vallo, neque otium pati*] In veteribus libris *obequitare* legitur, non *adequitare*. Post hæc novæ orationis principium fieri debet: 'Et cum jam prope.' *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *Eo ferocius adequitatum est. Samnites vallo neque otium pati.* Pal. 2. cum binis priscis edd. *adequitare*. Gebh. Veteres libri, unde hoc Sigonius, haud scio qui sint: nostris certe, in quibus constanter *adequitare*, meliores non sunt. *J. F. Gron. Adequitandum est* legunt Voss. 2. et Lov. 3. Reliqui omnes, quos vidi, codd. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *adequitare* præferunt. Utrumque sensum haud incommodum reddit. Hinc codicum auctoritate standum, idque, quod ante Sigonium in omnibus edd. prostabat, reducendum existimavi. Vide ad I. 14. § 7. Accedit quod mox repetatur, 'quo tam ferociter adequitasset.'

Magister equitum Q. Aulius Cerretanus] *Q. Duilius Aulus Terretanus* Leid. 2. Et ita etiam est in Lov. 1. a m. sec. in quo *Aulius* a m. pr. scriptum fuerat. *Q. Avus Cerretanus* Lov. 3. *Q. Aulius Ceretanus* Gaertn. et fragm. Hav. *Q. Aulus Ceretanus* Port. et Hav. *Q. Alius Cerretanus* ed. Rom.

Digitized by Google

1472. et Parm. Vide ad IX. 15. § 11.

§ 5 *Tum in minime pertinaci genere pugnæ*] Omnes libri *cum minime pert.* Gebh. *Cum in minime pert.* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Cum minime pert.* Voss. 2. Lov. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. cujus codex B. præfert *tum minime.* Sed præpositio *in* vel intercidit ob vocis præced. literam finalem, vel seq. initialem. De priori vide ad X. 13. § 3. de altero ad XXXVII. 1. § 2. *Tum in certamine pert. genere pugnæ* Lov. 2. Mox *fortuna opes exercuit* Leid. 1. alio ordine: pro quo Donjatius legendum censuit *exercuit copias.* Ita quidem interdum variant librarii. Vide viros doctos ad Nepot. Miltiad. c. 5. Nihil tamen mutandum est, quia in vulgatum constanter conspirant codd. et τὸ *opes* pro 'copiis' sæpe sumatur. Vide quæ viri docti ad eumdem locum Nepotis notarunt.

Ut insignis utrimque clades et clara ipsorum ducum ederet funera] Si verbum *ederet* nominativum habet *fortuna,* necesse est, ut *insignes utrimque clades* legamus. Sin autem *insignis* nominativus est, copula *et* abundat. *Glar.* Prius verum est: *insignes utrimque clades* legit etiam Lov. 2. Ant. Perizonius ad margiuem Livii notavit, vel locum medicina egere, vel *insignis* accipiendum casum quartum numeri pluralis. Vox *ducum* deficit in Harl. et edd. Aldo prioribus. *Ut in singulis utrimque clades et clara ips. duc. ederent funera* habet Klockian.

§ 6 *Quod tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique*] Lege *quo tam fer. adeq., inde se fundi fugarique* ratione evidenti: etsi non varient scripti. *J. F. Gron. Quo tam ferociter* Voss. 1. et Lov. 1. Sæpe *quo* et *quod* in Mss. commutantur. Vide ad lib. XXXVI. c. 33. § 3. Deinde *equitasset* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Male. Vide modo ad h. cap. § 4. Tum *et inde se fundi* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Verum illud *et* perperam repetitum est ex ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Τὸ *fugarique* deficit in Lov. 4. Sed infinitis locis hæc verba apud Livium alioque scriptores jungi solent.

Orando hortandoque equites prælium integravit] *Orando* deficit in Lov. 2. *orando hortando equites,* sine copula, Leid. 1. Ita XXIX. 2. 'Ut fluctuantia viderunt signa, hortantur, orant, ut perculsos invadant.' Et sæpe Livius duo aut plura verba *hendiadys* jungit. Vide ad II. 54. § 4. V. 51. § 8. VI. 41. § 2. Præterea *prælium intravit* Lov. 4. *prælium iteravit* Leid. duo, Lov. 1. Harl. Port. Klockian. Hav. Hearnii Oxon. B. C. ejusque N. in margine, cum editis ante Aldum, qui primus *integravit* reposuit. Utrumque Livio in usu est: et quidem 'integrare prælium,' 'pugnam' VII. 7. 'Clamore prevolant ante signa, et novam integrant pugnam.' III. 70. 'Conficerent equos virosque, ne quis reveheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam:' ubi plura exempla vide. 'Iterare prælium,' 'pugnam' I. 12. 'Jupiter optimus maximus resistere, atque iterare pugnam jubet.' VI. 32. 'Postero die iterata pugna.' Hic tamen *integravit* magis placet. Solent autem librarii in commutandis his vocibus peccare. Vide ad XXVIII. 15. § 10.

§ 7 *Insignem inter suos cientem pugnam*] Vox *insignem* perperam omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Livius XXXIX. 40. 'In bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis.' Curtius IV. 9. 'Insignis eo die pugna equitum et præcipue Aristonis fuit.

Ita permisit equum, ut uno ictu exanimem equo præcipitaret] *Ita percussit equum* Hav. De locutione 'permittere equum' vide ad III. 70. § 9. Tum *ex uno ictu* Voss. 1. a m. pr. pro

Digitized by Google

quo ut uno ictu postea inter versus adscriptum est. Utraque lectione simul recepta *ut ex uno ictu* præferunt Port. Hav. et Oxon. N. in margine, teste Hearnio; qui insuper monuit, se *ut ex novo ictu* in B. et *ut virum uno ictu* in L. 2. invenisse.

Nec, ut fit, ad ducis casum perculsa magis, quam irritata, est multitudo omnis: qui circa erant] Vet. lib. *Omnes, qui circa erant.* Sigon. *Nec fit, ut ad ducis* perperam fragm. Hav. De formula 'ut fit' vide ad IV. 52. § 4. Tum *percussa magis* Leid. 1. Vide ad lib. XXXIV. c. 15. § 2. *Ad ducis casum perculsa, magis irritata est* Leid. 2. ut *magis* accipiatur pro 'potius.' Vide vitros doctos ad Gratii Cyneg. vs. 90. Unius tamen cod. auctoritas reliquorum contenqui præferri nequit. Tò *est* deficit in Voss. 2. qui insuper præfert *irritata multitudo hostis omnis, quæ circum erat:* sed vocem *hostis* additis signis delendam esse indicabatur. *Irritata multitudo omnis, quæ circa erat* habet Lov. 3. *irritata est multitudo omnis, quæ circa erat* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *irritata est multitudo omnis: qui circa erant* Lov. 1. et Leid. 2. *irritata est multitudo omnis, qui circum erat* Leid. 1. et Lov. 4. *irritata est multitudo. Omnes, qui circumerant* Gaertn. Sed Sigonio, emendanti *irritata est multitudo. Omnes, qui circa erant,* alios consentire Hearnius monet. Consentit certe Gronov. mox ad § 9. De locutione 'qui circa erant' vide Duker. ad I. 4. § 6. et quæ notantur ad XXXVI. 14. § 12.

§ 8 *In Aulium, temere invectum per hostium turmas*] *Ælium* quidam legendum putant. Cæterum hoc in loco per aliquot versus vide ut congruant, quæque præcedunt, quæque sequuntur. Primum 'in eum tela conjecerunt;' deinde 'fratri dederunt;' denique 'ille eum trucidat.' Porro qui vivum eum retinere potuerunt, atque adeo dare, occidereque; ejus cadavere potiri non potuisse, mirum videri potest. Præterea amphibolon est in genitivo 'Samnitium imperatoris,' fratrine imperatoris, an ulti decus imperatoris Samnitium. *Glar.* Quinam sint, quos *Ælium* legendum putare dicit Glareanus, non invenio; nisi se ipsum indicet. Supra enim, se *Ælium* de hoc Cerretano legendum censere, professus est ad VIII. 37. § 1. Sed *Aulium* eum vocandum esse, viri docti ibidem monuerunt: quod, ab aliis substitutum, magis, quam 'Aulus' prænomen, quadrare ad eumdem locum concedit Glareanus. Et ita etiam hic omnes scripti et editi præferunt, nisi quod *Aulum* sit in Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. Portug. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Neque est, quod idem Glareanus videre jubeat, ut præcedd. ac seqq. congruant. Calumniatus esse, aut certe non recte accepisse videtur vocem 'dederunt.' Non enim eo indicatur, omnes, qui circa erant, captivum Aulium dedisse fratri imperatoris Samnitium; quo sensu Glareanum intellexisse, verba ejus docent; sed ideo ei dedisse ulti Samnitium imperatoris decus, quia conjectis telis scopum, quem petebant, ipsum nempe Aulium, non tetigerunt, atque in eo virtutis suæ exercendæ locum fratri ejus reliquum fecerunt. 'Concedere alteri decus' dicit Liv. l. XXV. c. 14. Quod autem Aulii ex equo detracti et interfecti corpus Samnites tamen potiti non sint, procursu equitum factum est, quo Romani superiores facti Samnites repulerunt, et ita spatium illud in castra referendi nacti sunt. Qui etiam in genitivo 'Samnitium imperatoris' amphibolon agnoscit, et nescire se fatetur quo referendum sit, nec illi ad singulas periodos subsistere necesse est. Quis enim non videt, et ad 'fratri' et ad 'decus' pertinere? quasi foret, decus ulti imperatoris Samnitium dederunt fratri ejusdem imperatoris. Supra ha-

Digitized by Google

buimus II. 40. 'Complexus inde suos dimittit:' ubi plura vide. Et ita est VII. 6. 'Neque eam voraginem conjectu terræ, quum pro se quisque gereret, expleri potuisse:' scil. 'quisque gereret terram,' ex præcedenti *terræ* revocandum est. Infra hoc lib. c. 27. 'Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit:' scil. *eques* eorumdem 'Samnitium:' ubi iterum hæret Glareanus.

§ 9 *Fratrique præcipuum decus*] Membranæ Thuaneæ, uterque Voss. Helm. carent copulativa: optime est enim adversativa, quæ intelligitur, *sed*, non copulativa. Vide ἀντίθεσιν. *Omnes, qui circa erant, in Aulum temere invectum per hostium turmas tela conjecerunt: fratri præcipuum decus ulti, &c.* Omnes quidem petierunt, sed frater defuncti tetigit scopum. Ita autem legendum et distinguendum: non *multitudo omnis. Qui circa erant.* Quod et Sigonius vidit. *J. F. Gron. Fratrique* in solo apud me superest Harl. 2. In reliquis meis et Oxoniensibus Hearnii deest constanter copula, a Gronovio merito ejecta: at quidam eorum alio modo corrupti sunt. Pro *Fratri* enim *Stratum* est in Lov. 2. *Fracti* in fragm. Hav. a m. pr. *Facti* a m. sec. Deinde *ulcisci*, pro *ulti*, in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *imperator* in Voss. 1. et Lov. 2.

Is victorem detractum ex equo magistrum equitum, plenus mœroris, &c. truvidavit] Omissa prima vocula *is*, insuper *victoremque, &c. pleni mœroris trucidaverunt* præfert Lov. 2. *plenum mœroris* Gaertn. Deinde, addita voce, *Aulum trucidavit* Hearnii Oxon. C. Voces *dederunt: is victorem detractum ex equo magistrum equitum plenus mœroris* deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. Cui neglegentiæ scribarum ea caussa exstitit, quod vox *imperatoris* proxime præcedens iisdem literis finiatur, quibus ultima omissarum *mœroris*.

Nec multum abfuit, quin corpore etiam, quia inter hostiles ceciderat turmas] *Neque multum abfuit* Gaertn. *nec inultum abfuit* Voss. 2. Vide ad III. 38. § 3. *Nec multum affuit* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad Livii XXIII. 8. § 11. *Nec multum afuit* Leid. 1. Recte. Vide ad IV. 12. § 7. Tum *corpore et quia inter* Voss. 2. *corpore etiam et quia inter*, utraque lectione juncta, Gaertn. Deinde vox *turmas* deficit a m. pr. in fragm. Hav. Mox *poterentur*, pro *potirentur*, Gaertn. Vide ad VII. 9. § 7.

§ 10 *Sed extemplo ad pedes descensum ab Romanis est, coactique idem Samnites facere*] *Descessum* Voss. 1. et Lov. 1. *decessum* Leid. 2. Vide ad XXXVI. 14. § 4. Tum *et ab Romanis*, inserta copula, Harl. *a Romanis* Lov. 1. 2. Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Præterea conjunctio *que* exsulat ab Hav. Hinc *inde*, pro *idem*, est in Lov. 1. a m. pr. Vide ad I. 19. § 7. Ceterum omnia hæc verba scribarum neglegentia omittebantur in Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 1. Mox etiam deest vox *pedestre* in Lov. 2.

Haud dubie superat Romanus, recuperatumque] *Superat*, id est, *supererat*, Port. et Hav. Vide ad VI. 4. § 2. Tum copula *que* non adparet in Leid. 1. Mox voces *victores in castra* omittuntur in fragm. Hav. a m. pr. et *redeunt*, pro *referunt*, est in Voss. 2.

§ 11 *Per equestre certamen tentatis viribus*] Pall. 1. et 3. *pene equestre*. Pal. 2. porro *per equestre certamen attenuatis viribus*. Gebh. *Pene equestre certamen* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *pene equestri certamine* Lov. 2. Tum *attenuatis viribus* Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. 'Vires adtenuatæ' Livio sæpe memorantur. Ita XXV. 11. 'Magna cæde ita adtenuari præsidii vires.' XXXI. 49. 'Bello Hannibalis adtenuatæ vires ejus coloniæ erant.' XXXIX. 49. 'Diutino morbo, ex quo

Digitized by Google

tum primum reficiebatur, viribus admodum adtenuatis :' et alibi. Verum licet Romani victores discesserint, Samnites tamen hoc prœlio non tam vires adtenuarant, quam earum periculum fecerant. Hinc etiam, spe Saticulam ex obsidione eximendi depulsi, Plistiam reversi sunt, et urbe hac per vim potiuntur. Vulgatum itaque *tentatis* servandum puto.

Ad Plistiæ obsidionem redeunt; intraque paucos dies] *Plisticæ*, et mox *Plistica* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. 2. ac 4. *Philistiæ* et *Philistia* edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide Gronov. ad cap. præc. finem. Tum *itaque* Leid. 1. quæ lectio ex non intellecto compendio *ĩt'q*; nata esse videtur. Mox *Samnis per vim* Port. et Hav. In verbis autem ultimis hujus capitis *per vim Samnis potitur* finit ingens lacuna cod. Flor. quæ c. 14. § 2. inceperat; atque ab illis iterum incipit contextus Liviani series.

Cap. xxiii. § 1 *Mutata inde belli sedes est*] *Multata* Lov. 3. Vide de hac varietate in Mss. interdum obvia quæ notavi ad Silii x. 463. *Muta* Leid. 1. Ita peccarunt etiam scribæ v. 51. § 2. Similium errorum exempla dabo ad x. 37. § 2. Tum *deinde* Gaertn. *ui* Lov. 2. quomodo lapsus est scriba, quod per compendium scriptum fuerit *iñ*. Vide ad v. 20. § 2. Hinc *cedes belli* Leid. 2. a m. pr. pro quo manu altera *belli cedes* substitutum est: qui error ex minus emendata pronunciatione verbi præeuntis facillime nasci potest. Vide ad Silii iii. 617. *Belli sedis* Flor. a m. pr. Vide ad v. 52. § 13. Vox *belli* deficit in Voss. 2. Verbum substantivum in Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Voces *inde belli sedes est: ad Soram ex Samnio Apuliaque traductæ legiones. Sora* deficiunt in Lov. 3. et 4. Eædem una cum proxima *ad* deficiunt etiam in Leid. 1.

Ad Soram e Samnio Apuliaque traductæ legiones] Præpositionem *e* abscidit Pal. 2. Campani recensio legit *ad Soram ex Samnio Apuliaque inductæ legiones*. Gebh. *Ad Soram Samnio*, omissa præpositione, etiam Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *ad Soram e Samnio* Harl. et edd. ante Jac. Gronov. qui *ex Samnio* substituit, consentientibus omnibus reliquis meis, nisi quod vocula auctior Lov. 2. præferat *et ex Samnio*.

§ 2 *Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum*] Sic Diodorus lib. xix. p. 710. Σωρανούς τε ἔπεισαν κατασφάξαι τοὺς παρ' αὐτοῖς Ῥωμαίους, συμμαχίαν δὲ πρὸς Σαμνίτας συνθέσθαι. Sigon. *Sora mutata ad Samnites defecerat* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Sed vox, quæ in his codd. interponitur, ex præcedentibus adscita est. Mox *Romanorum exercitus*, pro *Romanus*, Hearnii Oxon. C.

Magnis itineribus prævenisset] Sic Mss. non *pervenisset*. J. F. Gron. Ita etiam Hearne in Oxon. L. 1. 2. N. ac B. invenit, neque aliter est in meis, nisi quod *pervenisset* sit in Lov. 2. Harl. Leid. 2. et Port. Vide ad xxii. 2. § 1. Nec 'prævenire' ideo displicere potest, quia modo præcessit 'prior.' Livium enim aliosque scriptores ita sæpius locutos esse, ut 'prius' et 'ante' jungant verbis cum præpositione 'præ' compositis, adeoque voculæ illæ abundent, videbimus ad xxi. 20. § 8. In verbis præcedd. copula *que* exsulat ab fragm. Hav. a m. pr.

§ 3 *Et sparsi per vias speculatores*] Pal. 2. *sparsique*. Vulgatum *et* reliqui libri omnes respuunt. *Gebhard*. Respuunt quoque non tantum omnes codd. mei, verum etiam typis descripti usque ad Froben. qui primus addidit a. 1535. et recte. Videtur enim ad sensum necessario requiri. Interceptum autem puto ab ultimis literis vocis præced. Vide ad xxxv. 41. § 7. Deinde *per vicis* Gaertn. Vide ad vii. 22. § 9. Mox voces *nec jam procul abesse, alii super alios nunci-*

Digitized by Google

urent; obviam itum librariorum culpa omittuntur in Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *cum alii super alios* præferunt Harl. *et modo memoratæ* edd.

§ 4 *Obviam itum hosti*] *Obitum hosti* Flor. a m. pr. *obviatum hosti* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. quæ eodem errore etiam multos Sallustii codd. infectos esse, viri docti observarunt ad Jugurth. c. 5. recte monentes non esse verbum ævi Liviani, sed eo demum tempore in frequenti usu fuisse, quo plerique librarii vixerunt. Illos autem solitos fuisse verba barbara sui seculi scriptoribus optimi ævi Latinitatis passim obtrudere, aliis exemplis docui ad VII. 21. § 2. Quum autem Cellarius 'obviare' ad Vegetii, Macrobii, et æqualium sordes relegasset; iis antiquiores Palladium et auctorem Declam. quæ sub nomine Quinctiliani circumferuntur, eodem usos esse, docuit Duker. ad Auctor. de Latin. JCtorum p. 393.

Ad Lautulas ancipiti prælio dimicatum est] Diod. Sic. lib. XIX. p. 711. Παρεσκεύαντο πρὸς τοὺς Σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας Λαυτόλας. *Sigon.* Præpositio *ad* deficit in Voss. 2. Tum *Laurulas* Flor. *Lanulas* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *Lauculas* Hav. Sed vide ad VII. 39. § 7. et mox hoc lib. c. 25. § 2.

Nox incertos, victi victoresne essent, diremit] *Victores victine essent* Leid. 2. *ne victi an victores essent* Port. qui videtur dare voluisse *victine an victores*. Sed nihil muto. Vide ad v. 28. § 5. Tum *dirimit* Port. et Hearnii Oxon. B.

§ 5 *Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse*] *Inveni apud quosdam* Lov. 2. *Invenitur apud quosdam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 15. § 8. Inter eos, qui hanc pugnam Romanis adversam fuisse, atque in ea Q. Aulium magistrum equitum cecidisse referunt, est etiam hodie Diodor. Sic. lib. XIX. p. 711. Ceterum mox *in ea cec. quo Aulum* Leid. 2. et Lov. 1. *in eam cec. Q. Aulum* Lov. 3. *in ea cec. Q. Aulum* Lov. 2. Port. Harl. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *in ea cec. Q. Alium* Flor. Vide hoc lib. c. 15. § 11.

§ 6 *Subfectus in locum Aulii C. Fabius magister equitum*] Qui in superioribus pro 'Aulio' emendarunt perpetuo 'Æmilium,' hoc in loco id facere supersederunt. Ego sane non *Aurelius*, non *Æmilius*, non *Aulus*, sed vel *Ælius*, vel *Aulius* legendum censeo. Mirum vero, quod ea omnia ita variata in codd. de uno hoc reperias. *Glar. Cum Fabius* Klockian. *Claudius Fabius* edd. vett. Vide ad v. 26. § 2. *Q. Fabius* Lovel. 4. et fragm. Hav. Verum recte partim reliqui codd. vulgatum tuentur, partim priores, quorum lectionem recensui, licet mendosi, ejusdem tamen lectionis vestigia non obscura servant: in fastis enim Capitolinis idem etiam *Caii* prænomen huic Fabio tribuitur. Ceterum omnia hæc verba desunt in Leid. 2. et Lov. 1.

Cum exercitu novo ab Roma advenit] *Roma venit*, sine præpositione, Harl. *venit ab Roma* Gaertn. *ab Roma evenit* Port. in quo inter versus adscriptum tamen est *advenit*. Mox *subsistere*, pro *subsisteret*, Voss. 2. *subsistet* Gaertn. Vide ad II. 56. § 7. *Resisteret* Harl.

Qua ex parte hostem adgrederetur, subtitit occultus, ad omnia satis exploratis consiliis] *Qua ex parte hostium* fragm. Hav. a m. pr. Tum *subsistit* Leid. 1. et Gaertn. Hinc *occulte* Port. Gaertn. et Hav. Male. Infra XXII. 12. 'In aliquo flexu viæ occultus subsistebat:' ubi similiter variant libri. Vide quæ ibi notantur. Deinde *exploratus conciliis* Flor. *explorati consiliis* Hav. Paullo ante *et quove tempore*, priori voce addita, Harl. sed ea perperam ex vocis præced. literis finalibus repetita est. Vide ad XXXIX. 18. § 8.

§ 7 *Obsessi magis quam obsidentis*

Digitized by Google

modo] *Quam obsidentes* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. et Hav. Mox *signum repente proposuit pugnæ*, alio ordine dictionum, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

§ 8 *Ad accendendos virorum fortium animos*] *Ad docendos virorum fortium animos* Voss. 2. et Lov. 3. *ad accedendos victorum vir. fort. an.* Port. 'Accedere' et 'accendere' sæpe commutari, videbimus ad XXIII. 46. § 2. *Ad accendendos militum animos* Harl. quod ex glossa profectum est.

Nullam alibi, quam in semet ipso, cuiquam relictam spem] *Quam ex semet ipso* Voss. 2. et Lov. 1. *quam a semet ipso* Leid. 1. Nihil muto. Infra XXXIX. 31. 'In illis spem omnem vincendi et retinendæ Hispaniæ esse.' XL. 32. 'Postquam receptus pulsis nullus erat, nec usquam, nisi in certamine, spes.'

De magistro equitum novoque exercitu militem celavit] Vox *militem* neglexit librarius Harl. *militum* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Credo, indoctis displicuisse sibi minus notam constructionem 'celare aliquem de aliqua re,' quæ tamen apud Ciceronem frequens est. Ad Fam. VII. 20. 'Bassus noster me de hoc libro celavit:' et pro Deiot. c. 6. 'De insidiis celare te voluit.' Unde passiva forma 'celor de ea re' in Orat. pro Cluent. c. 66. 'Non est profecto de illo veneno celata mater:' pro Sulla c. 13. 'Credo, judices, celatum esse Cassium de Sulla nuo:' ad Fam. v. 2. 'Debes existimare, te maximis de rebus a fratre esse celatum.'

§ 9 *Tamquam nulla, nisi in eruptione, spes esset*] *Tamen quam nulla* Flor. *Tam* et *tamen* sæpe in Mss. commutari, videbimus ad XXII. 59. § 13. *Tà esset* omittitur in Leid. 2. et Lov. 3. Contra post eam vocem adjiciuntur hæ tres *ita verba fecit* in Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed sequens *inquit*, quod in omnibus constanter superest, efficit ne eo opus sit.

Deprehensi, nisi quam victoria patefecerimus, viam nullam habemus] Perperam Pall. duo, et Camp. ed. *victoriam*. Pal. 2. *nisi quam victores patef., viam nullam hab.* Gebh. *Victoriam* Voss. 2. *victores* Port. et Hav. Insuper *ac deprehensi* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 10 *Stativa nostra munimento satis tuta sunt, sed inopia eadem infesta*] *Stativis nostra munimenta satis tuta sunt* Lov. 4. *munimento* Port. solita scribarum decerratione. Vide ad IV. 10. § 10. Tum *sed inopia eadem infesta est* Gaertn. qui idem etiam mox *defacere* præfert, pro *defecerunt*.

Et, si hominee juvare velint, iniqua loca sunt] Vet. lib. *omnes*. Sigon. Libri omnes, qua calamo picti, qua typis excusi, *si omnes juvare*, quod ante nos quoque observavit Sigonius. *Gebh. Si omnes* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et editi ante Froben. qui a. 1531. *homines* substituit. Quam lectionem, si excerptis fidendum est, servant Flor. Klockian. et plures Hearnii Oxonienses. Videtur etiam eadem scriptura præferenda esse. Est enim hoc loco obpositio inter *homines* qui juvare volunt, et *loca* quæ iniqua sunt. Solent autem *omnes* et *homines* passim in Mss. confundi. Vide ad Livii III. 54. § 6.

§ 11 *In quæ, infecta victoria, sicut pristino die, vos recipiatis*] Lege *sicut die pristini*, ex Gellio X. 24. *Klock. In qua infecta victoria* Leid. 2. et Lov. 1. *in quæ inserta victoria* Voss. 2. *in quæ inferta victoria* Lov. 3. *in quæ infesta victoria* Lov. 2. Voces 'infestus' et 'infectus' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide viros doctos ad Nason. Metam. IV. 618. et Burm. ad ejusdem Ib. vs. 246. Ita apud Lucan. IV. 736. primus Thuan. quem cod. Nic. Heins. contulit, perperam præfert *infestaque semper Punica bella dolis*; ubi recte *infectaque* editur: *In quæ inperfecta victoria* Lov. 4. Vide

Digitized by Google

Burm. ad Suet. Tib. c. 47. Sed *infecta victoria*, ut 'infecta pax' dicitur IX. 1. 'Pace infecta redierunt.' XXX. 31. 'Ita infecta pace ex colloquio ad suos quum se recepissent.' XXXVII. 1. 'Ita infecta pace dimissi, urbe eodem die excedere jussi.' Deinde *sicut primo die* Port. et Hav. Male. Sed neque placere potest Klockii conjectura *die pristini*: quod Livio in usu fuisse aliunde non constat. De 'die pristino' vide Duker. ad Livii IV. 32. § 10. ac Burm. ad Suet. Aug. c. 94. Paullo ante *vos* deficit in Leid. 2. Tum *castra hic retinendo* Lov. 2. *castra hæc relinquendo* Hearnii Oxon. N. in margine.

Non munimentis arma tuta esse debent] *Armatura esse debent* Gaertn. *arma tua esse debent* Voss. 1. et Lov. 1. neque aliter est in contextu Leid. 2. in cujus tamen margine *tua* mutatum est in *tuta*. Ita et variabant codd. ad VII. 16. § 5. et hoc lib. c. 34. § 24.

§ 12 *Castra habeant repetantque, quibus operæ est trahere bellum*] *Habeant repetanturque* Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Habeant repetant quique* Voss. 2. et Lov. 3. *habeant repetitusque* Leid. 1. *habeant receptusque* Lov. 2. Tum *quibus opus est* Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *quibus opera est* Flor. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum ultima litera τοῦ *operæ* a prima vocis præced. perperam elisa est. Vide ad XXIII. 8. § 9. De locutione 'operæ est' vide ad IV. 8. § 3.

Omnium rerum respectum, &c. nobis abscindamus] *Vobis* Voss. 2. Lov. 3. Port. et Gaertn. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Tum *abscidamus* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide Gronov. ad XLIV. 5. § 5. et mox § seq.

§ 13 *Ferte signa in hostem: ubi extra vallum agmen excesserit*] *Ferre signa in hostem* Leid. 2. *Ferte arma in hostem* Klockian. Ita XXXVIII. 11. 'Hostes eosdem habeto, quos populus Romanus, armaque in eos ferto.' Nihil tamen mutantibus aliis codd. vulgatum servo. Infra XXVI. 13. 'Ad ipsam urbem Romam infesta signa ferri jussit.' Tum *extra vallum agmen excesserat* Gaertn. *extra vallum cesserit agmen* Harl. et edd. Aldo priores. Mox τὸ *est* deficit in Leid. 2. Pro *incendant* autem est *incedat* in Voss. 2. Leid. 1. Harl. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad VIII. 20. § 5.

Omnium circa, qui defecerunt, populorum præda sarcientur] *Quæ defecerunt* fragm. Hav. *qui deferunt* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *omnium, qui circa deferunt* Harl. Tum *præda parcientur* Lov. 3. *præda sarciuntur* Voss. 2. a m. pr. *præda sarcirentur* Haverk. Paullo ante *damna nostra* Voss. 2. Lov. 2. 3. Hearnii Oxon. L. 1. et edd. ante Frobenianam 1535. Vide modo ad § 12.

§ 14 *Ea oratione dictatoris, quæ necessitatis ultimæ index erat*] Rott. Helm. *Et ea oratione.* Flor. et Voss. 1. *Et oratione.* Et ita legendum. *J. F. Gron. Et oratione*, præter duos a Gronovio memoratos, ex meis etiam præferunt Leid. duo et Lov. 1. Vide ad II. 44. § 3. Solent autem librarii voculas *Et* atque *Ea* in Mss. confundere. Vide ad XLII. 5. § 7. *Ea ratione dictatoris* est in Lov. 2. Vide ad XXXV. 25. § 9. Præterea *necessitatis ultimæ iudex* Hav. et Lov. 3. Vide ad V. 26. § 6. Mox voces *vadunt in hostem: et respectus ipse ardentium* exsulant a Leid. 2. et Lov. 1.

Haud parvum fuit irritamentum] *Haud parum* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad V. 10. § 3. *Haud parcum irritamentum fuit* Harl. et edd. Aldina priores. Paullo ante *proximis tñ*, sive *tamen*, pro *proximis tm̃*, sive *tantum*, Hav. Vide ad IX. 12. § 6.

§ 15 *Et in tempore, postquam ardentia*] *Et ipse, postq. ard.* Lov. 2. Hav.

Digitized by Google

et Hearnii Oxon. B. Male. *In tempore* est 'tempore opportuno,' 'commodo,' 'quod convenerat.' Vide ad VIII. 7. § 5.

Ita circumventi Samnites, qua potest quisque] *Is circumventi* Harl. *Ita circumvenienti* Leid. 1. *Ita circumv* Flor. Tum *qua post quisque* Hav. *qua post est quisque* Leid. 1. *qua possunt quisque* Lov. 4.

§ 16 *In unum metu conglobata, ac semet ipsam turba impediens, in medio cæsa*] *In uno metu conglobata* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Hujus erroris fontem indicavi ad VI. 3. § 8. *In unum congregata* Lov. 4. in contextu, altera lectione margini adscripta. Verum scriptura hæc ex glossemate marginali nata videtur, et contra genuina in marginem rejecta esse. Contrario errore *conglobare*, pro *congregare*, in edd. vett. substitutum esse vidimus ad v. 47. § 5. *Conglobare* autem Livio haud infrequens fuisse, aliis exemplis docuimus ad v. 41. § 6. Sed et 'conglobare in unum' dixit VIII. 11. 'Multis itineribus dissipati quum se in unum conglobassent.' Tum *semet ipsam turbam impediens* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. qui error ejusdem generis est illi, quem in initio hujus adnotationis indagavi. Deinde *in medio cæsi* Leid. 2. et Lov. 1. quod eodem modo dictum esse posset, quo 'pars in fugam effusi' XXVII. 1. § 12. ubi plura similia videbimus. Quum tamen reliqui omnes in vulgatum conspirent, id etiam non mutari debere, verius videtur.

§ 17 *Capta hostium castra direptaque*] Hoc ordine verba primus digessit Gruter. eumque recentiores editores secuti sunt. Illis autem unus et alter scriptorum consentiunt. Antiquiores Grutero edd. præferunt *Castra hostium capta direptaque;* et ita etiam est in Flor. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. sed *Hostium castra capta direptaque* Port. et Hav. Mox *honustum*, perperam addita adspiratione, scribunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Flor. et Port. a m. sec. Vide ad lib. XXXVI. c. 40. § 9.

Haud quaquam tam victoria lætum] Græcissant Pall. 1. ac 3. *victoriæ lætum*. Gebh. Eamdem lectionem invenio etiam in Voss. 2. et Lov. 3. De hac locutione dixi ad Silii Ital. VIII. 548. Quum tamen, alibi Livium ita locutum esse, non invenerim, neque etiam Græcismos hos, nisi parcissime, adhibuerit, insuper codd. integerrimi *victoria* constanter tueantur, *victoriæ lætum* Nostro vindicare non audeo. *Victoria lætus*, quasi ad dictatorem referendum foret, præferunt Port. et Hav. contra mentem Livii. Præterea *haud quamquam* Leid. 1. Lov. 1. 3. et Harl. Vide ad VII. 26. § 8. Vox *quaquam* omittitur in Lov. 2. sequens *tam* in Leid. 1.

CAP. XXIV. § 1 *Ad Soram inde reditum*] Abjecta præpositione Camp. *Soram inde reditum*. Gebh. Præpositionem servant omnes alii scripti et excusi, nisi quod Florentino tantum a m. recentiori addita sit. Ita cap. præc. 'Ad Soram ex Samnio Apuliaque traductæ legiones.' v. 19. 'Inde ad Veios exercitus ductus.' Vide Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 6. pag. 668. Ceterum *Ad Soram ita reditum* est apud Hearnium in Oxon. L. 1. Sed *inde* est 'deinde,' post partam ad Lautulas victoriam. Vide ad XLII. 55. § 6.

Novique consules M. Petelius, C. Sulpicius] *Patelius* ex consulatu Capitolino. Diodorus l. XIX. p. 711. Μάρκος Πέτηλλος, Γάϊος Σουλπίκιος: at Πέτηλλος mendose. *Sigon.* ℨ *Petellius* ostendunt Pall. tres: alterum Andreas *Claudium Sulpicium* indigitat: mendose. *Gebh.* Vide ad III. 35. § 11. Perperam codd. multi *Petilius, Petillius, Petelius, Petellius:* Flor. etiam *Pætalis*. Secundi consulis prænomen deerat in Lov. 3. *C. Supplicius* præ-

Digitized by Google

ferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad III. 10. § 5.

Exercitum ab dictatore Fabio acciperent] Pal. 2. *acceperunt*. Gebh. Ita et Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *recipiant* Voss. 2. Tum *a dictatore* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. fragm. Hav. et Gaertn. in quo posteriore deficit etiam vox *Fabio*.

Novisque cohortibus in supplementum adductis] Pal. 2. *deductis*. Gebh. *Novis cohort.* Hav. Tum *abductis* Port. Vide ad I. XXVII. c. 29. § 1. *Inductis* fragm. Hav. a m. pr.

§ 2 *Ceterum, quum propter difficilem urbis situm nec obpugnandi*] *Urbis statum* Voss. 2. et Lov. 3. prima syllaba vocis *situm* deficit in Klockian. intercepta a literis ultimis vocis præcedentis. Omnia autem hæc vocabula et præcedentis duæ posteriores syllabæ exsulant a Leid. 2. Mox *satis certa rectaque ratio iniretur*, inserta media voce, Gaertn.

Aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria esset] *Haud tempore longinqua* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. *haud tempore longinqua* Leid. 2. Vide ad XXVIII. 2. § 11. *Aut tempore longinque* Voss. 2. et Lov. 3. Verum erroris hujus fontem indicatum vide ad VI. 3. § 8. Vox *periculo* non adparet in Leid. 1. *Præcepo* per se 'periculosum' notare potest. Ita IV. 11. 'Quod Ardeatibus in re præcipiti tanta foret cura subventum.' XXXIV. 49. 'Libertatem nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, effrenatam et præcipitem esse.' An tamen unius codicis testimonio standum sit, dubito.

§ 3 *Clam ex oppido profectus, quum ad vigiles Romanos penetrasset*] *Jam ex oppido profectus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. Apud Nasonem quoque *clam* non semel in *jam* degenerasse, observat Nic. Heins. in fragm. Adversar. quod Tibullo subjecit Broekhus. p. 465. Contra *jam* in *clam* abiisse in antiquis Ciceronis libris, qui apud se sunt, testatur Manut. ad Fam. I. 2. *Oppido profectus*, omissa præpositione, præfert Voss. 2. Tum *ad vigiles Romanos pervenisset* scripserat primo librarius Lov. 4. Sed ultimæ voci notis, quibus aliquid delendum indicatur, subjectis, deinde adscripsit vocem *penetrasset*.

Duci se extemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit] Pal. 2. sine copula habet *deductus trad. urbem promittit*. Campanus *deductisque*. Gebh. Omnes mei scripti et editi recte *deductusque*. Verum *extemplo*, solito scribarum errore, Flor. a m. pr. Vide ad XXXIV. 33. § 8. Tum *ad consulem* Voss. 2. Sed 'novos consules' exercitum ab dictatore Fabio accepisse, retulit Liv. hoc cap. Vide de hoc errore ad X. 10. § 2. *Id consules* Lov. 3. Tum *traditur urbem promittit* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 4 *Visus inde, quam, quonam modo id præstaturus esset, pervunctantes doceret, haud vana adferre, perpulit*] Miram, hercle, nemini hactenus hic visum τὸ *Visus*: quod quid hic facit per Deos ad Livii sententiam? Omnino reponendum *Jussus inde, quum, quonam, &c.* Modius. Si admittatur lectio F. Modii *Jussus*, quam et ego in Pall. omnibus reperi, quo tibicine sustentabuntur illa *haud vana afferre?* Rectius ergo cum antiquissimis edd. prætulimus τὸ *Visus*. Gebh. *Jussus*, ut Modius reponendum existimat, inveni etiam in Flor. Leid. utroque, Voss. utroque, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. eamdemque lectionem ex edd. exhibet Mediol. 1505. Solent autem passim 'visus' et 'iussus' in Mss. confundi. Vide ad III. 4. § 11. v. 50. § 5. VII. 10. § 2. c. 25. § 11. VIII. 15. § 7. X. 14. § 17. XXI. 28. § 1. XXXIX. 47. § 4. Adde Nic. Heinsium ad Ovidii Epist. Heroid. XVII. 157. et Bentl. ad Horat. Od. III. 27. 71. Causa est affinitas ductuum literarum *iu* et *ui*, præsertim in scriptura Longobardica.

Digitized by Google

Vide ad IX. 1. § 9. *Rursus*, pro *Visus*, est in edd. Mediol. 1480. 1495. et Venet. 1498. Tota vox exsulabat a Lov. 2. Sed verius puto, ut cum Gebhardo nihil mutemus. Tum *ut quonam modo* Port. et Hav. *quum quodam modo* Lov. 3. *ut quondam modo* Flor. a m. pr. Hinc *præstiturus* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVII. 25. § 2. Deinde *percunctantes docerent* Leid. 1. *percunctarentur* Lov. 2. Insuper *adferre* deficit in Hav. Tandem *propulit* Port. qui error frequens est. Vide ad II. 61. § 5. IV. 21. § 8. hoc lib. c. 30. § 7. X. 4. § 7. et alibi. *Se haud vana afferre inquit: perpulit quoque, prope adjuncta, &c.* Lov. 2.

Romana castra ut sex millia ab oppido removerentur] Titubat et hæc lectio, maxime in numeris: quippe Pall. 1. et 3. *ut VII. milia.* Pal. 2. *ut tribus milibus ab oppido removeretur: agendum fore.* Gebh. *Ut tribus millibus* Hav. *ut tribus militibus* Port. *ut tribus miliaribus* Gaertn. *ut III. mil'* fragm. Hav. *ut III. millibus* Hearnii Oxon. B. et C. *ut sex millium* Voss. 1. et Lov. 1. *ut VI° milliario* Lov. 4. *ut septem millia* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 5 *Fore, ut minus intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes*] Lipsium et alios, qui stationes tantum diurnas fuisse putarunt, refellit Schelius ad Polybium c. 2. *Duk. Agendum fore*, quod se in Pal. 2. reperisse Gebhardus ad verba præcedd. notavit, mihi quoque obvium fuit in Port. et Hav. atque Hearnio in Oxon. L. 2. B. C. et N. Tum *ad custodiam urbis* Port. Gaertn. et Hav. Ita II. 18. 'Ut intentiores essent ad dicto parendum.' III. 8. 'Instructum et ad certamen intentum.' c. 60. 'Quum per totum diem stetissent intenti ad certamen.' X. 43. 'Partem copiarum revocare instructam intentamque ad obpugnandum.' XXIV. 19. 'Intento consule ad Casilinum obpugnandum.' XXVI. 44. 'Multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad omnia obcurrere jubet.' XL. 5. 'Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat:' et alibi. Verum, etiam vulgatum *intentus in aliquid* Livio frequens esse, vidimus ad IV. 27. § 11. Id igitur quum in optimæ fidei codd. et reliquis aliis constanter supersit, novandi caussam nullam video. Deinde *diuinæ stationes* aberrans scriba Hav.

Sub oppido silvestribus locis cohortibus insidere jussis] *In silvestr. locis* Lov. 2. Tum *insedere* Flor. Leid. 1. et Lov. 2. Vide ad IX. 2. § 3. Paullo ante vox *ipse* deerat in Leid. 1. in sequentibus autem *ardua et prope invia* præferunt Port. et Hav.

Missilibus telis eo conlatis] *Missilibus telisque* Lov. 2. Perperam. Vide ad VI. 13. § 2. Hinc *collocatis* Flor. De hoc errore dicam ad l. X. cap. 32. § 5.

§ 6 *Ad hæc saxa erant, et temere jacentia (ut fit) in aspretis*] *Ad hoc saxa erant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Ad hoc erant saxa* Port. Vide ad XXI. 52. § 10. *Ad saxa erant* Leid. 1. *Ad hæc erant saxa* Hav. Tum *temere jacentia*, præcedenti vocula *et* omissa, Lov. 4. a m. pr. Vide ad II. 44. § 3. et mox § 8. hujus cap. *In asperis* Lov. 2. Gaertn. et, teste Hearnio, Oxon. C. qui in L. 1. invenit *in altis*. Patet librarios illos voci sibi minus notæ notiorem substituisse. At nisi in Livio hospites forent, compertum habuissent, 'aspretum' apud eum sæpius obvium esse. Infra hoc lib. c. 35. 'Aspreta erant saxis strata:' ubi plura alia loca laudavit Gebhard. quibus plerisque turbant etiam Mss. Mox *quo loco tutior*, pro *locus*, Lov. 1. a m. pr.

§ 7 *Ubi quum constituisset Romanos, semitamque angustam et arduam, erectam*] *Cum statuisset Romanos* Gaertn. aliis omnibus invitis: quare verius videtur, primam syllabam τοῦ *consti-*

Digitized by Google

tuisset interceptam esse a voce præced. *cum*. De verbo 'constituere' vide ad XXVII. 16. § 11. Tum *semitam quam angustam* Hav. *semitamque in angustam* Gaertn. Deinde *erectam et arduam* Port. et Hav. *et arduam erectamque* Lov. 2. *ereptam*, pro *erectam*, Lov. 3. Vide ad III. 5. § 7. Mox *ascendisset*, pro *ostendisset*, Gaertn.

Vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint] Vocula *vel* deest in Harl. quam recte reliqui servant. De ejus hoc loco usu vide ad XXXVI. 41. § 2. Tum *multitudinem accrem'int* Leid. 2. *multitudinem acreuerint* Lov. 1. *multitudinem vi arcuerint* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Sed vocula media, quæ ab aliis libris abest, commode carere possumus; quare perperam repetita videtur ex præced. dictionis litera finali *m*.

§ 8 *Locus pro vobis, et nox erit, quæ omnia ex incerto majora territis ostentat*] *Locus pro nobis* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Tum *et vox erit* Port. Vide ad V. 44. § 6. Hinc *omnia extincto majora* Hav. Olim una serie scriptum fuerat *exinc'to majora*; ex quo, nota vel evanescente, vel librarii neglegentia omissa, parva mutatione fieri potuit *extincto*. Deinde *territet ostentet* Lov. 3. *territis ostentant* Leid. 2. quasi construendum foret *quæ omnia* (nempe locus et nox) *ostentant*; quum potius jungi debeant *quæ* (scilicet nox) *ostentat omnia majora*. Supra v. 39. 'In noctem dilatum consilium esse, quo plus pavoris inferrent.' XXXV. 4. 'Ne nox terrorem in tumultuario prælio augeret.' lib. XXXVIII. c. 5. 'Posse ratus ancipiti tumultu, nocte augente pavorem, memorabilem rem geri.' Paullo ante *vos decem numero*, vocula *et* omissa, Lov. 2. Vide hoc cap. ad § 6.

Ego jam terrore omnia inplebo: vos arcem intenti tenete] *Replebo* Harl. Tum *vos autem arcem*, media voce inserta, edd. antiqq. Sed recte eam primus omisit Aldus. In nullo enim superest Msto. Deinde *arcem interim tenete* Lov. 4. Male. Vide ad VI. 12. § 10. *Vos arce mittenti tenere* errore scribæ præfert Leid. 1.

§ 9 *Quanto maxime poterat cum tumultu*] Forte *maximo*. Gellius X. 3. 'Per injuriam cæsos, quanta maxima invidia potest, conqueritur.' Est tamen X. 40. 'Quanto maxime posset moto pulvere ostendere:' vel, ut volunt Mss. *Quanto maxime posset motu pulverem* (al. *pulveris*) *ostendere*. J. F. Gron. *Maximo* superest in uno meo Port. a m. sec. idemque Hearne in Oxon. L. 1. et B. invenit. De ea locutione vide ad VII. 9. § 8. IX. 10. § 10. Vellem aut plures, aut meliores codd. adsentirentur. Nunc horum auctoritas levior videtur, quam ut iis credamus.

Ad arma, et pro vestram fidem, cives, clamitans] Vocula *et* deerat in Lov. 2. Tum *pro vestra fide* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Port. et Gaertn. *pro nostra fide* Voss. 2. et Hav. *pro* interjectionem hic accipientes pro præpositione. In antiquis edd. et Lov. 4. est *proh vestram fidem*. Vide Dausquei. Orthogr. parte II. voce 'Proh;' et Erythr. Indic. Virgil. in voce 'Pro.' Deinde *o cives* Hearnii Oxon. C. Eam voculam sæpe librarii interjecerunt. Ita hoc lib. c. 9. § 5. 10. et alibi. Denique *clamitant* Hav.

Arx ab hostibus capta est; defendite, ite] Vet. lib. *ite, defendite*. Sic c. 4. 'Ite, consules, redimite civitatem:' et VII. 6. 'Irent, crearent consulem ex plebe.' *Sigon*. Vet. lib. Sigonii consentiunt Voss. 1. Port. et Hav. Reliqui ordinem verborum, ante Sigonium receptum, servant, nisi quod *ite* desit in Leid. 2. et Lov. 1. ubi vox illa intercepta esse videtur ab ultimis literis τοῦ *defendite*. Infra X. 4. 'Ite igitur, dicite, inquit, detegant nequidquam conditas insidias.' XXV. 38. 'Ite, Diis bene juvantibus, corpora curate.' Virgil. Æn. IV. 593.

Digitized by Google

'ite, Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.' Silius Ital. I. 506. 'Ite citi, remis velisque impellite puppim:' et vs. 571. 'Ite citi, deflete fidem maronque ruentes.'

§ 10 *Hæc incidens principum foribus, hæc obvia, hæc excurrentibus*] Ter *hoc*, pro *hæc*, exhibent Port. a m. pr. et Hearnii Oxon. B. *Hic* priori loco Gaertn. præfert; sed secundo omittitur in Lov. 2. Tum *incedens* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxonienses, et edd. vett. ante Frobenianam a. 1535. quod non placet. 'Incedere' enim nobilium personarum est, et notat cum aliqua dignitate ambulare, teste Servio ad Virg. Æn. I. 46. id autem in re turbarum ac tumultus plena non convenit. Contra 'incidere' recte dicuntur, qui casu obvii fiunt. Vide quæ notavi ad Silii V. 662. Sæpissime autem verba 'incedere' et 'incidere' in Mss. confundi solent. Vide ad I. 59. § 6. III. 8. § 8. IV. 13. § 3. V. 11. § 14. VII. 36. § 8. VIII. 8. § 13. XXVI. 39. § 21. XXVIII. 18. § 9. XXIX. 24. § 4. XLII. 59. § 7. Similiter 'procedere' et 'procidere.' Vide ad V. 48. § 7. 'accedere' et 'accidere;' de quo videbimus ad XXI. 10. § 12. Causa erroris fuisse potest affinitas duetuum literarum *E* et *I*; quæ efficit, ut sæpissime commutentur. Vide Gronov. in Diatr. Stat. cap. 54. p. 355. et Broekhus. ad Propert. I. II. Eleg. 22. vs. 14. Præterea *principum foribus* Leid. 1. Vide ad II. 27. § 12.

Acceptum ab uno pavorem plures per urbem fecerunt] Non displicet vetus lectio *plures per urbem ferunt*. Gelen. *Per urbem ferunt* non tantum servant omnes scripti, sed similiter quoque præferunt editi; nisi quod solus Froben. 1531. dederit *fecerunt*, sine dubio operarum aberratione. Præterea *acceptum ab uno pavore preberes per urbem ferunt* Voss. 2. quæ eadem lectio exstat etiam in Lov. 3. nisi quod servet *pavorem*. Sed *acceptum ab imo* est in Port. Vide ad VIII. 6. § 2.

§ 11 *Exploratoribus, quum tela et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent*] *Imploratoribus* Hav. *explorantibus* Hearnii Oxon. N. in margine. Tum *cautela et armatos*, pro *cum tela*, Klockian. Sed sex priora vocabula desunt in Lov. 3. negligentia scribæ, cui imposuit repetitio *vōē arcem*. Deinde *multiplicato murmure* Lov. 4. Ac tandem *audierent* Hav. *audiverunt* Lov. 4.

Avertunt animos a spe recuperandæ arcis] *Averterunt animos* Hav. quasi *averti'unt* scriptum fuisset. Vide ad X. 12. § 4. Tum *ab spe recuperandæ arcis* Port. et Hav. *aspe recuperandæ arcis*, id est *aspere*, Leid. 1. Vide ad VII. 12. § 4. *A spe recuperandæ artis* Gaertn. Vide ad IV. 56. § 3.

§ 12 *Portæque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refringuntur*] Pal. 1. *a semisomni ac maxima parte inermibus restringuntur*. Forte *rescindumtur*, ut edidit Camp. Pro eo habet Pal. 3. *refringuntur*. Pal. 2. *portæque a semisopitis, &c.* Gebh. Langius et Lambinus in Ciceronem de Offic. I. 38. non potuerunt ferre *magna parte*, proque eo substituerunt *magnam partem*, idem, opinor, hic facturi, si iis hujus loci in mentem venisset. Optimis scriptoribus usitata esse, 'magnam,' 'majorem,' 'maximam partem,' docent Manutius ad Cicer. ad Famil. VIII. 9. et Palmerius in Spicileg. tom. IV. p. 848. Fac. Grut. Nec tamen alterum contra libros scriptos mutandum est. Vide Fabrit. et Græv. ad Cic. de Offic. l. d. *Duk.* Conjunctio *que* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Hinc *a semisomnis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. *ab semisomni* Voss. 2. et Lov. 3. *ab semisomnibus* Lov. 2. Vide ad XXXVII. 20. § 13. Eodem errore *hostibus*, pro *hostis*, et similia alia passim in Mss. obcurrunt. Vide ad lib.

Digitized by Google

XXII. c. 8. § 7. *Ab semisonis* Harl. *ab semisopnis* Port. *a semisopitis* Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide ad XXV. 29. § 3. Hinc *maxima parte manibus* Hav. Tandem *refunguntur* Voss. 2. et Lov. 3. Gebhardus *rescinduntur* legendum conjicit, quia in uno cod. *restringuntur* reperit: cui adsentiri nequeo. Partim enim alibi librarii has voces in Mss. commutare soliti sunt. Vide ad v. 37. § 1. Partim 'refringere' Livio in hac re proprium est. Infra X. 10. 'Porta refracta consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere.' XXIII. 18. 'Moliri portas et claustra refringere parat.' XXV. 9. 'Vigiles obtruncant, refringuntque portam proximam.' c. 24. 'Prope Hexapylon est portula magna vi refringi cœpta.' c. 25. 'Refractisque foribus a cæde tamen temperatum est.' Et ita Ovid. Met. VI. 597. 'Exnlulatque, Evoëque sonat, portasque refringit.' Etiam Plinius, sed metaphorica locutione, Epist. II. 14. 'Nunc, refractis pudoris et reverentiæ claustris, omnia patent omnibus.'

Quarum per unam præsidium Romanum clamore excitatum inrumpit] *Quarum per ĩuiam* Gaertn. Error ortus est ex similitudine literarum *un* et *iui*; quas vix in Mss. dignosci posse, observat Bentl. ad Horat. Od. I. 15. 15. Deinde *præsidium Romanorum* Voss. 1. Leid. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Insuper *clamore excito* Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *erumpit* Port. et Hav. quorum librarios locum ita intellexisse patet, præsidium Soranum clamore Romanorum excitatum per unam portarum refractarum ex urbe erupisse; quos verba seqq. meliora ac veriora docere potuissent, si ad ea adtendissent. Inde enim constat, de præsidio Romano, per portam a Soranis refractam in urbem inrumpente, verba hæc accipienda esse.

Concurrantes per viam pavidos cædit] Vet. lib. *per vias*. Sigon. Ita et Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. Port. Hav. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *per una* Lov. 2. Tum *cursantes* Port. et Hav. Sed cum per compendium *c̃cursantes* scriptum fuisset, facile prima syllaba, unica tantum litera notata, a litera sequenti elidi potuit, qua ratione etiam *cursatio*, pro *c̃cursatio*, sive *concursatio*, unus codex præfert v. 40. § 3. *cursum*, pro *c̃cursum*, sive *concursum*, X. 19. § 16. Contra *concursu*, sive *c̃cursu*, pro *cursu*, datum erat in uno cod. X. 5. § 2. 'Concursare' in hac re proprium est. Vide ad XXXV. 49. Supra etiam IV. 6. 'Concursare toto foro candidati cœpere.' Phædr. Fab. II. 5. 1. 'Est ardelionum quædam Romæ natio, Trepide concursans:' et Fab. III. 10. 24. 'Dum quærunt lumen, dum concurrent familia.' Præterea *pavidos redit* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 13 *Quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt*] *Quos reliquos fortuna cæde ac fuga fecerat*, duabus vocibus neglectis, Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *in ditionem accip.* Flor. Vide ad XXXIII. 20. § 5.

§ 14 *Ducentos viginti quinque, &c. vinctos Romam deducunt*] Vet. lib. *CCXXXV.* Sigon. Ita et Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. N. et B. *ducenti et XXXV. vinctos Romam deducunt* Gaertn. *ducenti XXXV. vinctos Romam deducunt* Port. *ducenti triginta quinque vincti Romam reducuntur* Hav. Nihil mutandum arbitror. Quum olim per notas scriptus esset numerus, incerti librarii, quemadmodum exprimendum foret, extulerunt casu primo. Alii deinde hos secuti, ut posteriora prioribus convenirent, etiam *vincti* dederunt, et verbo addiderunt terminationem passivi; quæ per notas scribi solita facile vel omitti vel addi

Digitized by Google

potuit. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Sed nec prima syllaba verbi ejusdem mutanda erat. Sæpe 'deducere' et 'reducere' commutari solent. Vide ad VI. 26. § 8. *Vinctos Romam ducunt* Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. At mox sequitur 'qui Romam deducti erant.'

Destinabantur et infandæ colonorum cædis et defectionis auctores] Pall. 1. et 3. *destin. infandi colon. cædis, &c.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. nisi quod insuper omittant vocem *auctores*. Ejus loco *actores* præfert Lov. 2. Vide ad I. 26. § 5. Prius *et* deficit etiam in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Præsidio inposito Soræ relinquunt. Omnes, qui Romam deducti erant] Ex omnibus his verbis nihil, nisi tantum *qui præsidio deducti erant*, superest in Voss. 2. Leid. 1. ac Lov. 3. et 4. *Soræ relinquit* exhibent Harl. et edd. antiqq. usque ad Ascensium, qui an. 1513. *relinquunt* substituit, adsentientibus reliquis scriptis.

§ 15 *Cujus maxime intererat, tutam ubique, quæ passim in colonias*] *Cum maxime intererat* Lov. 2. Deinde *tutam ubicumque passim in colonias* idem Lov. 2. *tutam ubique passim in colonias* Voss. 2. et Lov. 3. Sed pronomen *quæ* interceptum est a præcedenti vocula *que*. Vide ad XXIX. 6. § 8. *Tutam ubique, quo passim in colonias* Port. et Hav. *tutam ubique, passim qui in colonias* fragm. Hav. Paullo ante *et securi* Voss. 2. Mox *esse multitudinem* alio ordine Gaertn.

CAP. XXV. § 1 *In agros atque urbes Ausonum bellum intulerunt*] *Auxonum* Voss. 2. hic et infra semper hoc cap. *Ausonium* Leid. 1. *Ansonum* Gaertn. Vide ad VIII. 16. § 1. Paullo ante *a Sora* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *ad Sora* Voss. 1. a m. pr. literam *d* manus altera tollendam esse indicat.

§ 2 *Mota namque omnia adventu Samnitium*] *Mora namque omnia* Port. *montanamque omnia* Lov. 3. Et ita fuit in Flor. a m. pr. in quo manus altera substituit *mota quæ omnia*. Tum *adventus Samnitium* Leid. 2. et Gaertn. Sed litera *s* fini vocis adcrevit ex initiali vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

Quum apud Lautulas dimicatum est, fuerant] *Apud Lausulas* Lov. 2. 4. *apud Lauculas* Leid. 2. Port. et fragm. Hav. *apud Laucullas* Hav. Vide paullo ante hoc lib. c. 23. § 4. Deinde *dimicatum esset* Harl. et edd. vett. usque ad Frobenium, qui a. 1535. *dimicatum est* edi curavit, consentientibus reliquis scriptis. Præterea τὸ *fuerant* non adparet in Harl.

Conjurationesque circa Campaniam passim factæ: nec Capua ipsa] Vocula *que* non adparet in Port. et Haverk. Tum *circa Capuam* Lov. 4. in ipso contextu. Deinde *ne Capua ipsa* Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Sed ultima litera *τοῦ nec* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad lib. XXIII. c. 8. § 9. et mox hoc cap. ad § 6.

§ 3 *Quin Romam quoque et ad principum quosdam inquirendos ventum est*] *Qui Romam quoque* Leid. 2. et Lov. 3. Tum *ad principium quosdam inquirendos* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad II. 27. § 12. Insuper *inquirendo* Port. et Hav.

Ceterum Ausonum gens, &c. in potestatem venit] *Certum* Port. et Hav. Vide ad XXXIV. 36. § 4. Hinc *in potestate venit* iidem codd. quod eodem modo dictum esse posset, quo 'venire in conspectu,' de quo vide ad XXXV. 27. § 4. Codicum tamen pro hac lectione stantium auctoritas non tanta apud me est, ut illis solis fidem habere audeam. Vide etiam ad IX. 38. § 1.

§ 4 *Ausona, et Minturnæ, et Vestina, urbes erant*] A. U. C. CDXIX. hic noster Livius VIII. 16. ait, Cales urbem Ausonum fuisse, quæ proximo deinde anno a M. Valerio Corvino expugnata colonia Romana facta est.

Digitized by Google

Plinius autem III. 5. ubi de Latio, Ausones habuisse sedem inter Circeios ac Lirim amnem, scriptum reliquit. Hæc omnia diversis temporibus fieri poterant: sed tamen judicet lector. *Glar.* Vet. lib. alii *Vestitia*, alii *Vestia*. Ego *Vescia* legendum puto. Nam *Vescia*, ut VIII. 11. dixi, Ausonum erat, auctore Stephano. *Sigon.* Pal. 1. *Vescuia.* Pal. 2. *Ausonia et Minturnæ et Vestitia.* Sigonius existimat hic legendum *Vescia.* Gebh. *Autsona* Klockian. *Auxona* Voss. 2. *Ausonia* Gaertn. *Ausonâ* Leid. 1. *Ausonia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et ed. Mediol. 1505. Alibi hujus urbis mentionem nondum reperi. Tum *Numtûnæ* Harl. *Nuntumnæ* edd. vett. pro quo Mediol. a. 1505. *Minturnæ* dederunt, id quod Ascensius 1513. et mox reliqui recte adoptarunt. Præterea *Vestina* Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. et edd. antiqq. nisi quod *Vestinia* sit in Tarvis. 1. *Vesticia* Port. et Hav. *Nesticia* Gaertn, *Vesona* Voss. 2. et Lov. 2. *Vescina* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 4. et Port. Sigonii *Vescia* emendantis conjecturam probat etiam Cluver. Ital. Antiq. l. III. c. 10. p. 1082. 'Vescini' incolæ hujus urbis ex ejusdem Sigonii emendatione obcurrunt l. X. c. 20. § 1. ubi etiam vide. Præterea *urbes exstant* Lov. 2. Mox *in proditione urbium*, pro *in proditionem*, Harl. et edd. vett. Verum restituerunt Mediol. 1505. quod postea etiam Aldus recepit. Tum *ad quos*, pro *ad consules*, Klockian. quæ lectio ex non intellecta compendiaria scriptura *ad eos* nata est.

§ 5 *Exoptantes Samnitium adventum, simul ad Lautulas pugnatum audierunt*] *Exortantes* Lov. 2. Sed, literas *P* et *R* sæpe in Mss. confundi, videbimus ad XXIII. 1. § 6. Hinc *ad Lautulas* Lov. 2. 4. *ad Lauculas* Leid. 2. Port. et Hav. Vide modo ad § 2. Inde *pugnatum audietur* Lov. 3. et Voss. 2. *pugnatum edierunt* Port. quomodo interdum lapsi sunt scribæ. Vide ad X. 12. § 2. *Audiere* Gaertn. *audiverunt* Lov. 4.

Pro victis Romanos habuisse, juventute et armis Samnites juvisse] Abest copula *et* ab Pal. 2. Pall. 1. 3. vero, et Camp. *juventutem armis Samnitem juvisse.* Gebh. Thuan. *juventute, armis Samnitem juvisse.* Etiam Pall. Voss. copula deficiebantur. Satis placet Thuanei lectio. *J. F. Gron.* Copula apud me in uno tantum superest Harl. In reliquorum autem verborum scriptura ceteri inter se dissentiunt. *Juventutem armis Samnitem* habent Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *juventutem armis Samnites* Voss. 2. Port. et Hav. *juventute, armis Samnitem* Lov. 4. *juventute, armis Samnites* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Cod. Thuanei lectio, quam Gronov. sibi placere testatur, ferri posset, si plures Mss. consentirent. Vide ad VII. 33. § 15. Nunc vero, quam unus tantum meorum suffragetur, vix eam probare possum. Copulam tamen, quam tantum non omnes ejiciunt, expungendam putavi. Infra XXXV. 44. 'Omnem se Græciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum:' ubi plura vide. Adde quæ notata sunt ad III. 68. § 4. Præterea *adjuvisse* Lov. 4. a m. pr. *munivisse* Port. *iisse* Hav.

§ 6 *Incerta pace agere*] *Inceria pace* Flor. Sed a manu altera superscripta est litera *m*, ut sit *pacem*. Inter aberrantis librarii peccata referendum est. Nam et optimi codd. interdum male a scribis habiti sunt.

Nec claudentes portas Romanis, ne accersunt bellum] Mss. Fuld. *arcessunt bellum.* Modius. *Ne claudentes*, vel *ne claudentis* Voss. 2. et Lov. 3. ultima litera *τοῦ nec* a prima vocis seq. intercepta. Vide hoc cap. ad § 2. Iidem vero codd. mox *ne* omittunt:

Digitized by Google

sed ejus loco nec præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *accersant* Hav. *arcessant* Klockian. *accerscent* quædam vett. edd. alias *accerserent*. Sed recte Modius *arcessant* restituit; quomodo non modo reliqui Mss. et edd. antiquissimæ Rom. 1472. Parm. et alias præferunt, sed se quoque in duobus Pall. reperisse, testatus est Gebhard. ad hujus lib. c. 9. § 12. ubi insuper vide quæ notantur.

Et obstinatos claudere, si exercitus admoveatur] Copula *et* deest ab Harl. et edd. Aldo prioribus. Tum *si exercitus moveatur* Flor. *si exercitus admoventur* Voss. 2. et Lov. 3. *si exercitus admoveant* Harl. Verum unus tantum erat exercitus hoc anno conscriptus, cui olim Fabius dictator, nunc ambo consules præerant. Scriptum fuerat *admoveaï*, id est *admoveatur*; pro quo librarius dedit *admoveät*, id est *admoveant*. Error hic in Mss. frequens est. Vide ad XXXVIII. 40. § 1.

§ 7 *Propinqua mœnibus insiderent loca; partim togati, tectis veste gladiis*] *Insederent* Leid. 1. Vide ad hujus lib. c. 2. § 3. *Prop. mœnibus loca ins.* alio ordine Lov. 4. Tum *partim togati* Leid. 1. Hinc *testis veste gladiis* Port. Mox in verbis seqq. *urbem ingrederentur*, pro *urbes*, Lov. 2. Port. et Hav. Male: intelliguntur enim tria Ausonum oppida modo memorata, ut ex verbis seqq. patet.

§ 8 *Simul custodes trucidare capti, simul datum signum armatis, ut ex insidiis concurrerent*] Prima vox deest in Port. et Hav. Sed, præterquam quod et plures et meliores codd. eam vindicent, Livium τὸ *simul* repetere solitum fuisse, vidimus ad III. 50. § 12. Deinde *simul clarum signum* Hav. Vide ad h. lib. c. 29. § 5. et X. 36. § 11. Tum *ut exiguis concurrerent* Port. Paullo ante *Ab his*, vel *Ab hiis*, Flor. Voss. duo, Leid. duo, Leid. 4. 5. Port. Gaertn. et fragm. Hav.

Eadem hora eodemque consilio capta] Omnia hæc vocabula errore scribarum exsulant a Port. et Hearnii Oxon. B.

§ 9 *Delataque Ausonum gens*] *Delataque* Voss. 1. et Lov. 1. quomodo etiam peccabatur VI. 2. § 9. VIII. 15. § 4. et alibi. *Delectaque* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad IV. 25. § 8. *Delecta*, sine copula *que*, Lov. 2. Tum *Auxonum gens* Voss. 2. *Ansonum gens* Gaertn. Vide hoc cap. § 1. Paullo ante *impetus factus est*, alio ordine, Lov. 2.

Perinde ac si internecivo bello certasset] Ms. Fuld. *perinde ac si internecivo bello certasset*, pro *internecino*. Modius. Antiquissima Andreæ ed. *internecivo*. Pal. 2. *internectivo*. Camp. *internitio bello*. Sed melius credo 'internecinum bellum' dici κατ' ἐξοχήν. Plautus Amphitr. I. 1. 33. 'Victores victis hostibus legiones revenimus demum, Duello exstincto maxime, atque internecatis hostibus.' Mox c. 26. 'Samnites ad internecionem cæsi.' Livius XXII. 58. 'Non internecinum sibi esse cum Romanis bellum:' ubi tamen perperam Pall. tres *Non internitione civium*. Trogus VI. 6. 'Quod non Græciæ laboribus assiduisque bellorum internecinis odiis consulens fecit.' XI. 9. 'Græcos veterum bellorum memoria internecinique cum Persis odii accendebat.' *Gebh. Inter se bello certasset* Gaertn. *interno cive bello certasset* Lov. 4. *interno cives bello certasset* Leid. 2. et Voss. 1. a m. sec. *interno cives certassent bello* Lov. 1. *internecivo bello certasset* Flor. Voss. 2. et Lov. 2. *internecivo bello certasset* Leid. 1. Harl. Klockian. et Port. cum edd. vett. Hodie passim in optimis edd. potius *internecinus*, quam *internecivus*, recipi solet. Vide apud Cic. Or. Phil. XIV. 3. ubi consulendus est Ferrar. apud Plin. VIII. 24. X. 8. apud Gell. II. 1. apud Apulei. Met. l. v. p. 96. ed. Pric. et alios. Utro modo legatur, perinde esse, pronunciat Jac. Gothofr. ad l. 14. C. Theod.

Digitized by Google

de accusat. ubi de internecivi actione agit. Contra *internecivus* præferendum esse, docere conatur Dausquei. in Orthog. part. sec. h. voce. Eamdem etiam orthographiam probare videtur Voss. in Etym. Ling. Lat. in voce 'Nex.' Vide etiam Torrent. ad Suet. Aug. c. 35. Huic etiam scripturæ favent codd. memoratæ lectiones. *Certasset bello* alio ordine est etiam in Port. et Hav. Insuper *proinde ac si* Lov. 2. Vide ad XXVII. 8. § 18.

CAP. XXVI. § 1 *Prodito hostibus Romano præsidio, Luceria Samnitium facta*] *Proditum host. Rom. præs.* Port. a m. pr. *prodito gentibus Romano præs.* Hearnii Oxon. N. in margine: quæ eadem lectio etiam in contextu Voss. 1. exstat, altera *hostibus* inter versus adscripta. Tum *Lucrecia Samnitum facta* Hav. in quo mox etiam in verbis seqq. omittitur vox *res*.

§ 2 *Ad internecionem cæsi*] *Ad interempcionem* Gaertn. Vide ad XXXVI. 34. § 2. *Ad internectionem* Port. *ad internicionem* Flor. ex interpolatione manus recentioris, Leid. 2. et Lov. 4. *ad internitionem* Leid. 1. Lov. 1. 2. Harl. et fragm. Hav. Vide Duker. ad Flori II. 17. § 16. Vulgatam scribendi rationem defendit Dausq. in Orthogr. part. sec. in hac voce. Paullo ante transpositis vocibus *Romanus exercitus* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. et Hav.

§ 3 *Ut Romæ, quum de colonis mittendis*] Pall. tres, et Camp. ed. *ut Romæ quoque, quum de colonis mitt. Luceriam senatus consuleretur.* Gebh. Thuan. tres Pall. Voss. Helm. Campanus *ut Romæ quoque, quum de colonis.* J. F. Gron. Eamdem voculam admittunt ex meis Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. omnes insuper, quos Hearne Oxonii consulnit. Videtur intercidisse in aliis ob similitudinem sequentis.

Consuleretur senatus, multi delendam urbem censerent] *Consul., multi sen. delendam* Lov. 4. Tum *delendam urbem consulerent* Hearnii Oxon. B. cujus codicis librario adhuc obversabat vox præcedens *consuleretur*. Vide ad XXIV. 48. § 13.

§ 4 *Præter odium, quod exsecrabile in his captos esset*] Quando initio hujus libri, ut antea diximus ad c. 12. § 9. Luceria Romanis amica esset, verisimile est, fœdere, non oppugnatione, Romanorum factam: quod Livius tamen speciatim de hac urbe non meminit, de Appulis tamen non omisit a. CDXXVIII. Deinde eadem urbs Samnitium facta est, videlicet in quam Samnites Romanorum obsides ponere non dubitarunt. Id autem intelligimus actum, dum ad Furculas Candinas Romani obsidebantur, etiamsi Livius ne verbo quidem meminerit. Rursus deinde Papyrius Censor cepit: sed cum ad Samnites rursus defecisset, hic secundario capitur. Ter igitur Romanorum fuit, sed bis capta. *Glar. Propter odium* Leid. 2. Lov. 3. Port. et Hav. Vide ad IV. 61. § 10. Hinc vox *odium* deficit in Voss. 2. Tum *ibi bis captos* Gaertn. *in his captos* Leid. 1. et ed. Parm. *in his captis* multæ aliæ ex vett. edd. Pro *esset* deinde Froben. 1535. substituit *erat*. Sed alterum superest in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Alio ordine *quod erat exsecrabile in bis captos* præfert Port. *quod erat inexsecrabile in bis captos* Hav.

Longinquitas quoque abhorrere a relegandis tam procul ab domo civibus] *Ab religendis* Port. a m. pr. *ab religandis* a m. sec. *ab relegandis* Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Tum *et tam procul ab domo* Voss. 2. et Lov. 3. *a domo* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. in quo posteriore quinque priora vocabula desunt. Mox in verbis seqq. *in certam*, pro *inter tam* Leid. 1. et *cogebant* Leid. 2.

§ 5 *Ut mitterentur coloni*] De Luceria colonia deducta in Apulia lo-

Digitized by Google

quitur, de qua sic Diodorus lib. XIX. p. 711. in consulatu priore: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ τὰ κατὰ τὴν Ἀπουλίαν πράγματα τελέως ἀποβάλωσιν, ἀναιδῶν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκρίαν, πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις. *Sigon.*

Duo millia et quingenti missi] Particula copulans *et* deficit in Port. et Hav. *mille et quingenti* exhibent Lov. 2. et Hearnii Oxon. C.

Capuæ quoque occultæ principum conjurationes patefactæ] Vetus lectio *conjurationes factæ*, non *patefactæ*. Gelen. Ut indicavit Gelenius, habent omnes nostri libri, tam cusi, quam scripti, *conjurationes factæ*. Gebh. Cum Gelenio scripsimus *occultæ principum conjurationes factæ*. Nec aliter Andreas, Beccharius, Moguntini, præter scriptos nostros. Lib. XXIV. c. 5. 'Conjuratio in tyranni caput facta indicatur per calonem.' Alterum video in primo Junta. *J. F. Gron. Patefactæ* est in primo apud me Aldo; cujus editio Juntinam quadriennio præcessit. Sed lectio illa in nullo meorum codd. superest. Omnes enim ut et Oxonienses Hearnii legunt *factæ*, nisi quod *factæ* sit in Leid. 1. Lov. 4. et Gaertn. sollemni scribarum errore. Vide ad IV. 4. § 10. Adde ad V. 27. § 6. Supra cap. præc. 'Conjurationes circa Campaniam passim factæ.' XXXII. 26. 'Quum conjurationem fecissent, spectaculo intentum populum adgredi statuerant.' Ceterum *principium* est in Lov. 1. et Klockian. Vide ad II. 27. § 12. *Conjurationes principum* alio ordine est in Lov. 4. In verbis præcedd. τὸ *Romanis* omittebat Hearnii Oxon. L. 1. *Esset*, pro *essent*, perperam præfert Harl.

§ 6 *Haudquaquam neglecta res est: quæstiones decretæ*] *Haud quamquam* Lov. 1. et 3. Vide ad VII. 26. § 8. Verbum substantivum deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. An, una insuper litera expuncta, tota periodus ita connectenda est? *haudquaquam neglecta re, quæstiones decretæ.* Sed et scriptorum lectio probari potest. Infra XXI. 36. 'Nunciatur, rupem inviam esse: digressus deinde ipse ad locum visendum: haud dubia res visa, quin,' &c. ubi, intercisis his periodis Livium gavisum esse, exemplis probabo. Potuit etiam τὸ *est*, quod superest in optimo Flor. Klocklan. et Harl. unde nihil notatum in excerptis vidi, excidisse, vel propter vocis præced. literas finales, vel quod per compendium unica tantum litera *ē* scriptum esset. Vide ad II. 33. § 5. VII. 34. § 13. IX. 8. § 13. et alibi sæpe. Mox in *quæstionibus exercendis* Leid. 2. *dicendis quæstionibus* Lov. 4. a m. pr. in quo inter versus emendatur *exercendis quæstionibus.*

§ 7 *C. Menenius dictus. Is M. Foslium magistrum equitum dixit*] *C. Mænius.* Hæc plebeia gens fuit; illa patricia. *Gelen.* Hos iterum ambos factos esse, scriptum est in tabulis Capitolinis. De quibus sic Diodorus lib. XIX. p. 718. Ὁ δὲ δῆμος εὐθὺς δύναμίν τε ἱκανὴν ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα Γάϊον Μάνιον, καὶ μετ' αὐτοῦ, κατὰ τὸ πάτριον ἔθος, Μάνιον Φούλβιον ὕπαρχον· τούτων δὲ τὰ πλησίον Καυίης κατεστρατοπεδευσάντων, οἱ Καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρουν ἀγωνίζεσθαι. Ergo Diodorus dictatorem creatum rei in Campanos gerendæ, non quæstionis in eos exercendæ causa ait. *Sigon.* Non Diodorus tantum, sed Fasti etiam Capit. tradunt, Mænium hoc anno dictatorem rei gerendæ causa creatum fuisse. Volunt nempe viri docti, eosdem Fastos secuti, ante sexennium, proximo anno post cladem ad furculas Caudinas acceptam, Mænium hunc cum eodem Foslio magistro equitum, dictatorem fuisse, sed quæstionum exercendarum causa; hoc autem anno rei gerundæ causa: nonnullos autem historicos, eorumque exemplo Livium, ultima illa dictatura

Digitized by Google

rei gerendæ causa prætermissa, perperam priorem ad hunc annum transtulisse, errore, ut fit, ex historiarum similitudine nato; quia utroque anno Luceria capta memoratur: quæ ergo Livius usque ad finem hujus capitis refert, pertinere ad gesta anni, qui calamitatem Caudinam secutus est. Vide Pighium in Annal. ad ann. CDXXXIII. p. 350. et ad a. CDXXXIX. p. 359. quibus locis sententiam hanc pluribus deducit, ac confirmat. Sigonius in Fast. ad a. CDXXXIII. priorem etiam dictaturam rei gerendæ causam in Mænium conlatam putat: quod quare minus placeat, vide ad hujus lib. c. 34. § 14. Ceterum *Menenius*, ut ante Gelenium edebatur, superest in Lov. 2. Harl. Port. a m. sec. et Hearnii Oxon. C. Vide ad VIII. 13. § 1. *Memnius* in Lov. 4. *Mevius* in Voss. 2. Tum magistri equitii prænomen exsulat a Lov. 4. Deinde *Folius* legunt Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Port. et Hav. *Falius* Leid. 2. *Follius* Lov. 4. Harl. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 20. § 1.

Itaque sive timore ejus, seu conscientia, Calavios, &c. mors, &c. judicio subtraxit] Membranæ Fuldens. longe aliter: *itaque sive timor, seu conscientiæ vis Calvios O. N. q. &c. judicio subtraxit.* Modius. Pal. 1. Andrem. Campanique edd. *itaque sive timor, seu conscientiæ vis.* Pal. 1. *itaque sive timor seu conscientiæ vi.* Pal. 3. *Ingens erat magistratus ejus. Terror itaque sive timor seu conscientiæ vix.* Sed non bella stat structura, nisi legas *itaque sive timor seu conscientiæ vi, &c. mors, haud dubie ab ipsis conscita, judicio subtraxit.* Ad quam non attendit Modius. *Gebhard.* [Vid. notam Gronovii in Lectt. Varr.] Quæ hodie prostat lectio, demum obvia fuit in Frobeniana ed. 1535. Una voce transposita, *sive timore seu conscientia ejus* præferunt Flor. Harl. et ed. Mediol. 1480. eamque secutæ aliæ multæ. *Sive timore, seu conscientiæ vi* Hav. et ed. Mediol. 1505. cum pluribus aliis neque ad Froben. *sive timor seu conscientiæ vis*, præter Vost. a Gronovio laudatas, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Klockian. Neapol. Latinii, Hearnii Oxon. N. C. L. 3. et B. atque edd. Rom. 1472. ac Parm. Neque inde dissentiunt Lov. 4. et fragm. Hav. nisi quod legant *sive timor, sive conscientiæ vis.* Forte crediderunt scribæ eorum codd. post *sive*, non *seu*, sed eamdem particulam repetendam esse. At perperam. Vide ad X. 14. § 9. Nisi aliud obstaret, vulgatum defendi posset simili loco Livii VI. 1. 'Cui judicio eum mors, adeo opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit.' Sed consensus codd. docet, minima mutatione τῷ *mors* in *morte* mutato, Gronovii conjecturam veram esse. Longior ambitus orationis librariis errandi causam fuit, eosque induxit, ut *mors* pro *morte* substituerent; quod ut cum præcedentibus consistere posset, ea etiam in paucis codd. et plerisque edd. paullatim variis modis mutata sunt.

Calavios Ovium Novumque] Vet. lib. *Ovum Novumque.* Sunt autem hæc Calavia gentis prænomina. Sigon. Hæc lectio iterum primum exstat in Froben. 1535. et ei fere consentit Flor. nisi quod *Calabios Obium Noviumque* præferat, litera *v* in prima ac secunda voce in *b* mutata: quod in Mss. frequens est, Vide ad V. 24. § 5. *Calabios Obvium Noviumque* est in Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Klockian. Harl. et Hearnii Oxon. B. et N. quorum ultimus *Calabium* in margine exhibet. *Calabios Obviumque* Voss. 2. et Lov. 3. *Calabium Obvium Noviumque* fragm. Hav. *Calabium Obvium Novumque* Lov. 2. *Calabros Obvium Noviumque* Leid. 2. et Lov. 4. *Calabros Obvium Novumque* Hav. et Port. in cujus posterioris margine *Cavios Calabios* adscribitur. *Calabrum Obvium Noviumque* Gaertn. *Calabium Obvium Novi-*

Digitized by Google

unaque Oxon. L. 2. apud Hearnium, qui in reliquis etiam *Obetum Novumque* invenit. Vulgatum præfero. 'Caviorum' gens apud Campanos celebris sæpius apud Livium memoratur. Vide hæc lib. ed c. 7. § 2. Unde etiam patet, recte *Otium* tumquam prænomen usurpari. Sigonio itaque adsentiri nequeo, ex cod. suo *Ovum Novumque* probanti. Longe enim alia fuit ratio prænominum apud reliquos Italiæ populos, quam apud Romanos. Illic enim sæpe 'Octavius,' 'Marius,' 'Decius,' 'Stenius,' 'Pacuvius,' ac similia pro prænominibus sunt, quæ Romanis nomina gentium fuerunt. Vide ad II. 23. § 4. et c. 40. § 9.

Ea capita conjurationis fuerant] *Ea enim capita* Port. Male. Addita est vocula ab illis, qui orationem ceteroquin male cohærere existimarunt. Vide ad X. 39. § 4. Contra vocula *ea* deficit in Lov. 3. Eam etiam sine sensus detrimento vel adesse, vel abesse posse, videbimus ad XL. 57. § 3. Quum autem constanter reliqui codd. vulgatum tueantur, nihil etiam novandum arbitror.

Haud dubie ab ipsis consita judicio subtraxit] *Haud ab ipsis consvita*, una voce omissa, Leid. 1. *haud dubie ab ipsis consciis* Voss. 1. et Lov. 1. *haud dubie ab ipsis conciis* Port. in contextu, cujus loco ad marginem altera lectio *consvita* adscripta est. 'Consciscere' in hac re sollemne verbum est. Supra III. 58. 'Appius sibi mortem consivit.' Infra XXXIX. 19. 'Non solum ne effugeret, sed ne mortis consciscendæ locum haberet.' XLV. 5. 'Renunciaret populo, Evandrum sibi ipsum mortem consivisse.' Eamdem locutionem etiam apud JCtos frequentem esse, patet ex Brisson. de Signif. Verb. ad Jus Pertin. h. voc. Deinde *auditio subtraxit* Lov. 1. *judicio subtrahit* Leid. 2.

§ 8 *Ut quæstioni Campanæ materia deesset*] Pall. duo, et Camp. ed. *ut quæstioni Campaniæ*. Gebh. Ita et Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *in quæstione Campaniæ* Lov. 2. *ut quæstioni Capuanæ* Hearnii Oxonienses N. et C. Vide ad VII. 30. § 21. Tum *materia defecit* Lov. 4. quod ex interpretis glossa natum videtur. 'Decessit materia quæstioni' dictum eodem fere modo, quo 'decessit hostibus spes,' 'mœstibus pavor,' 'cura plebi,' ac similia; de quibus vide Burm. ad Quinctil. Declam. VI. 6. et quæ notantur ad IV. 52. § 8.

Versa Romam interpretando res] Pal. 3. *versa est Romam interpr. res*, Gebh. Ita et Hav. Sed insuper *versa est Romam interpr. vres* Gaertn. *versa Romam interpr. vres* Port. in quo a m. altera interpolabatur *versaque Romam*. Voces *res* et *vres* in Mss. sæpe commutari solent. Vide ad XLV. 37. § 8.

Sed in universum, qui usquam coissent conjurassentque adversus Romanum populum] Pro certo habeo legendum esse *adversus rempublicam*: nam subdit 'coitiones honorum adipiscendorum causa factas adversus rempublicam esse.' Et hæc est trita loquendi forma. Error ex notis ortus *R. P.* Sigonius. Præclare Sigonius *adversus rempublicam* legendum esse, felicis ingenii sagacitate adsecutus est, docens errorem ex notis *R. P.* natum esse. Sane etiamnum *adversus RM. P.* legitur in Flor. et Klockian. *adversus remp.* vel *adversus rempublicam* in Voss. 1. Leid. utroque, et Lov. 1. 2. 3. et 4. Id, quod ante Sigonium vulgo edebatur, tantum superest in Harl. et Gaertn. Sed transpositis vocibus *adversus populum Romanum* in Voss. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. quasi compositio altera *Romanum populum* Liviana non esset. Verum de ea vide ad X. 16. § 6. Sæpissime 'respublica' in Mss. culpa librariorum in 'populus Romanus' abiit. Vide ad II. 48. § 9. IV. 48. § 13. ad X. 29. § 5. XXI. 62. § 10. XXVI. 36. § 5. XXVIII. 28. § 11. c. 42. § 15. XXXVII. 50. § 6. XXXVIII. 58. § 6. XXXIX. 16. § 3. Epit. l. XL. l. XLII. c.

Digitized by Google

33. § 8. XLV. 23. § 9. Adde Gronov. Obs. IV. 14. p. 228. Græviam ad Cic. Orat. Agrar. III. 4. Torren. ad Valer. Max. II. 2. ex. 9. cap. 9. ex. 6. et Cortium ad Sallust. Catil. cap. 31. Contrario errore 'populus Romanus' abiit in 'respublica.' Vide ad XXII. 37. § 12. Ex eodem fonte ortum est, quod in sollemni formula 'respublica populi Romani,' quæ scripta est quatuor his literis *R. P. P. R.* duæ posteriores, quibus indicabantur voces *populi Romani*, omissæ fuerint. Vide ad VIII. 9. § 8. Præterea *sed in universos* Lov. 2. *sed universos* Lov. 4. Verum *in universum* hic est 'in genere,' 'generatim.' Deinde *qui usque coissent* Port. quomodo et alibi scribæ lapsi sunt. Vide ad v. 45. § 1. Eodem errore *que* et *quam* sæpe in Mss. confundi, vidimus ad v. 22. § 3. *Qui coissent*, omissa media voce, Hav. Ea tamen hic necessaria est. Opponuntur enim 'nominatim Capuæ' et 'in universum usquam.' Tum *conjurassentque* Leid. 2. Vide ad XXIV. 10. § 2.

· § 9 *Et coitiones, honorum adipiscendorum caussa factas, adversus rempublicam esse*] Pal. 2. habet, ut voluit Sigonius, *et coitiones* (hic superscriptum *conjurationes*) *honorum adipiscendorum factas adversus rempublicam esse*. Neque secus primæ edd. At Pal. 1. *adversus remp. opulii esse*. Gebh. *Adversus rempublicam* non hoc loco Sigonius restituit, sed verbis præcedd. ut scholio ejus præscripta verba indicant. Neque etiam ita hic restituendi occasio ipsi subpetebat, quia eodem modo constanter exhibent omnes editi. Ex codd. autem pauci tantum in diversa abeunt. Gebhardi Pal. 1. consentiunt Voss. 2. et Lov. 3. *adversus populum Romanum esse* eodem errore illi, quem modo emendabat Sigonius, præferunt Hearnii Oxonienses N. et C. Insuper vocula prima *et* deficiebat in fragm. Hav. a m. pr. Tum *conciones* Port. a m. pr. et Lov. 2. Vide ad IV. 13. § 9. et hoc cap. ad § 14. *Conjurationes* Harl. Male. Dictator quidem se quærere jussum contendebat qui 'coissent' vel 'conjurassent' adversus rempublicam; at factiones candidatorum non 'conjuratione,' sed 'coitione' adversus Remp. facta, comprehendi poterant.

· *Latiorque et re et personis quæstio fieri*] Pal. 1. *lacriorque et re et personis*. Forte *alacriorque*, vel *acriorque et re et personis quæstio fieri*. Gebh. Omnes mei in vulgatam lectionem conspirant. Eam etiam genuinam, ac nulla mutatione opus esse, evincunt sequentia *sine fine ulla*.

· *Sine fine ulla quæstionis suæ jus esse*] *Sine fine ullo* Lov. 2. 4. et Neapol. Latinii. Male. Optimi enim et numero plures in vulgatum consentiunt. Et solet etiam Livius vocem *finis* genere sequiori usurpare. Vide ad IV. 2. § 4. Insuper vox *suæ* deficit in Lov. 4. Tum *uis*, pro *ius*, fragm. Hav. Vide ad III. 38. § 13.

· § 10 *Adpellantibus tribunos nemo erat auxilio*] Veteres omnes editi et scripti *adpellantibusque tribunos*. J. F. Gron. Copulans particula, quam etiam omnes mei tuentur, primum neglecta est in ed. Francof. 1578. *Adpellantibusque tribunis* perperam est in Harl. 'Adpellare tribunos' est eorum auxilium inplorare. Supra II. 55. 'Vocero adpellat tribunos.' VIII. 33. 'Tribunos plebis adpello, et provoco ad populum.' XLIII. 16. 'Adpellati a privato tribuni.' Fontem erroris vide ad VI. 3. § 8. Et quidem tanto facilius hic lapsi sunt librarii, quod eorum tempore potius dicebatur 'adpellare ad tribunos,' quam 'adpellare tribunos.'

· § 11 *Nec ii modo, in quos crimen intendebatur, sed universi simul*] *Nec hi*, vel *nec hii*, Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 4. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *nec modo*, media voce omissa, Harl. et edd. Aldo priores. Deinde *sed universe* Voss. 2. *sed universæ* Lov. 3. Mox alio ordine *id esse crimen* Lov. 4. et Harl. *id crimen*

Digitized by Google

esse omne Hav. Tum vox *quibus* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn.

§ 12 *Reos magis, quam quæstores idoneos ejus criminis esse*] Vet. lib. *quæsitores:* ut Virgil. Æn. VI. 432. 'Quæsitor Minos urnam movet.' *Sigon.* Ita non tantum omnes codd. mei, et Oxonienses Hearnii, verum non aliter etiam inveni in Parm. ed. Cic. in Verr. I. 10. 'Duo igitur consules et quæsitor erunt ex illius voluntate:' ad quem locum Ascon. *quæsitor* exponit: 'prætor de pecuniis repetundis quæstionem exercens. Nam proprie quæsitores dicuntur criminalium quæstionum:' et Servius ad l. Virg. laud. 'Quæsitores sunt, qui exercendis quæstionibus præsunt.'

Intellecturosque ita esse, simul magistratu abissent] Libri omnes iterum, *intellecturos ita id esse.* Gebh. *Intellecturosque ita esse* primus ediderat Gruter. omissa vocula *id*, quam non modo omnes priores excusi, sed etiam manu descripti, constanter servant. Contra, conjunctione exsulante, *intellecturos id ita esse* præferunt Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed recte Gronovius priorum edd. lectionem *intellecturosque id ita esse* revocavit, quam firmant Flor. Leid. 1. Lov. 2. Klockian. et Harl. Tum *si simul magistratu* Port. et Hav. *simul ac magistratu* Lov. 4. Male. Vide ad VI. 1. § 6. *Simul magistra*, ultima syllaba posterioris vocis neglecta, Klockian. Denique *abiissent* Voss. 2. Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad II. 4. § 2.

§ 13 *Tum enimvero Mænius, &c. progressus in concionem*] Vox *enim* deficit in Leid. 1. Harl. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus L. 1. et 2. sequens autem *vero* in Voss. 2. et Lov. 3. cujus loco *non* præfert Gaertn. Male. Vide ad II. 22. § 6. et Duker. ad I. 52. § 8. Hinc *Menenius* Lov. 2. et Port. a m. sec. *Menenius* Harl. *Memmius* Lov. 4. *Mevius* Gaertn. Vide hoc cap. ad § 7. Tum *prægressus* Hav. Vide ad IX. 10. § 7. Deinde *in concione* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. Port. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum ita jungenda forent verba 'in concione ita verba fecit.' Sed vulgatum servo. 'Progredi in concionem,' ut 'progredi in aciem,' 'in prælium,' et similia passim. Litera *m* finalis, quæ virgula notari solet, sæpissime a librariis vel omitti, vel perperam addi solet. Mox *ita fecit verba* Harl.

§ 14 *Etsi omnes anteactæ vitæ vos conscios habeo*] Legendum *Et omnes.* Gelen. Unus tantum Harl. priscam ante Geleninm lectionem servat; reliqui *Et omnes* præferunt, nisi quod vocula *Et* desit in Voss. 2. et Lov. 2. Vide ad II. 44. § 4. Tum *anteactæ viæ* Leid. 1. Hinc *consocios habeo* Hav. *conscios abeo* Klockian. Vide ad XXII. 59. § 19. Mox *et hic ipsi delatus honos ad me* Leid. 1. *et hic et ipse honos delatus ad me* Leid. 2.

Quod sæpe alias, quia tempora postulabant reipublicæ] Pal. 2. *tempora post. P. C. Q. F.* Gebh. Ita et Port. et Hav. *tempora postul. Romanum dictatorem* Lov. 2. *tempora postul. reipublicæ C. Q. Fabius* Gaertn. Forte ad verba seqq. *qui bello clarissimus esset,* in margine adnotatum est, intelligi Q. Fabium; idque perperam contextum postea invasit. Vocem *reipublicæ* non agnoscit Hearnii Oxoniensis C. Præterea *quod sæpe aliasque ita tempora* Klockian. *Quia* et *que* sæpe in Mss. confundi, dictum est ad v. 29. § 8.

Qui bello clarissimus esset, sed qui maxime procul ab his concionibus] Legendum *procul ab his coitionibus,* non *concionibus.* Gelen. Consentiunt Gelenio Flor. Klockian. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Port. a m. sec. et fragm. Hav. *conditionibus* præfert Leid. 1. reliqui *concionibus.* Vide paullo ante ad § 9. Insuper *bello proximus erat* Port. et Hav. Tum vox *maxime* deerat in Leid. 2. Mox

Digitized by Google

delegendus Port. *diligendus* Klockium. Hav. et fragm. Hav. Vide ad IX. 17. § 15.

§ 15 *Quoniam quidem nobiles homines*] *Quidem* Leid. 2. Lov. 1. Flor. et Hav. Vide ad XXXIX. 17. § 5.

Qua de causa vos existimare, quam me pro magistratu quidquam incompertum dicere] *Quam de causa* Port. cujus margini *quam hac de causa* adscriptum est. *Tum nos existimare* Voss. 1. et Gaertn. Deinde *qua me pro me mag.* Flor. Ultima litera *vō* quam intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Forte autem librarius scribere voluit *quam me pro meo magistratu.* Sed reliqui omnes in vulgatum conspirant. Supra hoc lib. c. 7. 'Consules in privato abditi nihil pro magistratu agere.' VI. 38. 'Si M. Furius pro dictatore quid egisset.' Insuper *incompatum*, sive *incomperatum*, Port. Vide ad XXXIX. 29. § 5. et hoc ipso cap. § 22. Mox in verbis seqq. *omni ope*, sive *opere*, Lov. 2. et Gaertn. Vide ad VIII. 16. § 4.

§ 16 *Dein, postquam ad id parum potentes erant*] Ita primus edidit Frob. 1535. eamque lectionem servant Flor. et Leid. 1. Priores editi cum reliquis, quos consului, codd. legunt *deinde*. Vide ad III. 3. § 6.

§ 17 *Adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam suam purgarent, visa*] Luxatus locus in Pal. 1. ac 3. quorum scripturam adnotare supersedeo. Pal. 2. *omnia tutiora, quam innoc. suam purgare, visa sunt.* Gebh. *Tuitiora* Leid. 1. Deinde *quam innoc. suam purgarent* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Voculam *ut* uncinulis inclusit etiam Klockius in contextu editionis, cujus margini variantes codicis sui lectiones adscripserat, sive indicans eam in cod. deesse, sive conjectura ductus eamdem delendam esse. *Quam innoc. suam purgarunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quam innoc. suam pugnare* Hav. Deinde *visa sunt*, addita voce, Hearnii Oxon. B. ut et Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. in quo eædem voces a m. pr. deerant.

In nos inrucrunt, et privatis dictatorem poscere rerum, verecundiæ non fuit] Pro *visa in nos*, transpositis syllabis, *in Sabinos* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. sed sine sensu. Deinde *in nos erruendo* Voss. 1. et Lov. 1. unde *in nos eruendo* factum est in Leid. 2. qui insuper præfert *verecundiæ non ut fuit.*

§ 18 *Ut omnes Dii hominesque sciant, ab illis, etiam quæ non possint, tenturi*] *Ut omnes, Dii homines, sciant* Flor. quæ lectio defendi posset ex illis quæ notantur ad XXIV. 16. § 9. Hic tamen vix uni mutanti fidem habere audeo. Supra III. 17. 'Consules, tribunos, Deos hominesque omnes armatos opem ferre decuit?' VII. 5. 'Ut omnes Dii hominesque scirent, se parenti opem latam, quam ejus inimicis, malle.' Vide Duker. ad Flori II. 6. § 42. *Tum ab ipsis* Leid. 2. Vide ad XXI. 41. § 17. Deinde *quæ non possunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *Quæ non possit* Lov. 3. Mox *vitæ* perperam deest in Leid. 2. Cic. Divin. in Cæcil. c. 9. 'Nihil est enim, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere.'

Me obviam ire crimini, et offerre me inimicis reum, dictatura me abdico] *Tè ire* deficit in Leid. 2. Pronomen *me* ultimo loco in Harl. et edd. ante Aldum. Infra b. lib. c. 34. 'Ut privatus obviam iret crimini, dictatura se abdicavit.'

§ 19 *In me primum et hunc M. Foslium*] *Et in hunc*, iterata præpositione, Lov. 2. quod quidem Livio frequens esse, dictum est ad VI. 28. § 6. hic tamen unius codicis fide admittere, temerarium puto. Deinde *M. Folium* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et, teste Hearnio, Oxon. N. L. 1. B. et C. *M. Follium* Lov. 4. Harl. fragm.

Digitized by Google

Hav. et Hearnii L. 2. Vide hoc cap. ad § 7. Eadem varietas et mox occurrit § seq. Paullo ante *senatu negotium fuit*, pro *ab senatu neg. fuerit*, Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. *Ab senatu datum negotium fuerit*, alio ordine vocabulorum, Port. et Hav.

Tutos a criminibus istis esse] Vet. lib. *criminationibus*. Sigon. Pall. tres, et Camp. ed. *tutos a criminationibus istis esse:* quod prodit quoque de suo Sigonius. *Gebh.* Codd. quos Sigonius et Gebhardus memorarunt, consentiunt Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et N. Unus tantum ab altera lectione stat Flor. Certe ex eo nihil notari video. Illam autem lectionem si præferendam judicas, exempla locutionis videbis ad VI. 15. § 7.

§ 20 *Abdicat inde se dictatura*] Pal. 2. *Abdicat se deinde dict.* Gebh. Ita et Hav. *Abdicat se deinde dictator* Port. *Abdicat deinde se dictator* Oxon. B. apud Hearnium. *Abdicat se inde dictatura* Harl. et editi ante Aldum. Mox *magister equitum*, pro *magisterio*, Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Iis enim ab senatu mandata res est] Vet. lib. *erat*. Sigon. Pal. 2. *his enim ab senatu res mandata erat*. Gebh. Cum Pal. 2. faciunt Port. et Hav. *res mandata est* etiam Voss. 1. et Leid. 2.

Adversus nobilium testimonia egregie obsolvuntur] Pall. 1. ac 3. exhibent *obsolventur*, et mox *obsolutusque*. Gebh. *Obsolventur* etiam Flor. Leid. 1. et Lov. 1. et § seq. *obsolutusque est* Lov. 3. quod erraticis librariis adscribo, qui sæpius *ab* et *ob* in verbis compositis commutarunt inter se. Vide ad II. 37. § 9. Tum *adversus testimonia nobilium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

§ 21 *Publilius etiam Philo*] *Publius etiam Philo* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. *Publius Philo* Port. *P. etiam Philo* Gaertn. et Oxon. C. *P. Philo* Hav. et Oxon. B. Vide ad VIII. 12. § 4.

Post res tot domi bellique gestas] Supra ad I. 34. § 12. ubi eadem locutio in vulgatis erat, vidimus, Gebhardum et Gronovium *belli domique* legendum censuisse. An itaque hic quoque ad eamdem normam legendum est *domi bellique?* Certe ita est in Port. Hav. et fragm. Hav. *gestas* deficit in Harl. et mox *invisus* in Leid. 1. Transpositis etiam dictionibus *dirit cunctam* præferunt Harl. et edd. Frobenianæ 1536. priores.

§ 22 *Quam dum recens erat, quæstio per clara nomina reorum viguit*] *Per electa nomina* exstat in Pal. 2. In Pall. 1. ac 3. *Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat quæstio: præclara nomina reorum ingruit.* Gebh. *Cum recens est quæstio* Port. Vide ad I. 40. § 7. *Dum recens quæstio erat* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *præclara nomina virorum viguit* Leid. 2. *præclara nomina reorum ingruit* Lov. 3. *per clara nomina virorum viguit* Leid. 1. *per clara nomina rerum viguit* fragm. Hav. a m. pr. *per. clara nomina reorum ingruit* Voss. 2. *per electa nomina reorum viguit* Port.

Donec coitionibus factionibusque, adversus quas comparata erat] *Donec concionibus factionibusque* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *donec ab concionibus factionibusque* Hav. Hearnii Oxon. B. et Port. a m. pr. in quo postea *ab coitionibus* emendatum est. Solent 'coitio' et 'concio' commutari. Vide ad IV. 13. § 9. *Donec concionibus factionibus*, omissa particula *que*, Lov. 3. *donec factionibus conjurationibusque* Harl. *donec factionibus coitionibusque* edd. ante Frobenianam 1535. Deinde *compta erat*, sive *comperta erat*, Voss. 1. Lov. 2. et Port. Vide ad hi. cap. § 15.

Digitized by Google

CAP. XXVII. § 1 *Earum fama rerum, magis tamen spes Campanæ defectionis*] Omnes libri *spe*. Gebh. *Spes* primum adparuit in ed. Mog. quod, excepta Aldina et Paris. 1529. servarunt reliquæ usque ad Gronov. Ex scriptis autem unus Hearnii Oxon. B. eam lectionem probare memoratur. Et ita legendum conjecit Doujatius. Reliqui manu exarati et edd. Moguntina priores *spe* exhibent; quod Gronovius iterum recepit, et hoc modo in prima notarum ed. exposuit: 'Fama earum rerum, magis tamen per illam spem, quam sua vi, quam per se, (hoc enim intelligitur) revocavit Samnites.' Verum hæc ejus expositio in iteratis edd. deleta est. Quin et *spes* verius esse arbitror; quod et Dukero in mentem venit, qui addebat, se non videre, quomodo *spe* retineri possit, nisi simul legatur *versi* et *revocati*; quod tamen neminem tentaturum existimabat.

In quam conjuratum erat] *In qua* Harl. et Hav. Male. Infra XXXIX. 16. 'Necdum omnia, in quæ conjuraverunt, edita facinora habent.' Mox *in Apuliam versus*, pro *versos*, fragm. Hav. a m. pr. Non probo. Vide ad XXXVI. 16. § 7. Insuper *rursus* deficit in Hearnii Oxon. L. 2. Ea autem voce inducta nihil quidem sententiæ decedet; at reliquis nihil mutantibus vulgatum servandum est. 'Rursus revocare,' ut 'rursus repetere' apud Suet. in Cæs. c. 2. ubi vide Casaub. Noster XLIII. 20. 'In Penestas rursus exercitum reducit.'

§ 2 *Si qui motus occasionem aperiret*] Pall. 1. 2. Andreæ Campanique edd. *aperirent*. At Pal. 2. *si qui motus occasione aperirent*; quasi pro *aperirentur* positum. *Gebh. Aperirent* partim edd. antiquæ, partim plerique codd. Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Et hanc lectionem non tantum Gronov. in priori ed. notar. probavit hoc lib. c. 15. ex codd. scriptis, verum etiam in contextum recepit. Ita VI. 22. 'Quatuor collegis tribunis ad prænidiam urbis, et si qui ex Etruria novi motus aperirentur, relictis.' Infra hoc lib. c. 43. 'In Samnio quoque, quia decesserat inde Fabius, novi motus exorti.' Sed *aperiret* primus recepit Froben. 1535. ejusque exemplo reliqui usque ad Gronov. Et id numero quidem pauciores, sed integritate ac fide præstantes codd. Flor. Leid. 1. et Klockian. tuentur. Supra VI. 32. 'Qui, si qui alibi motus exstitisset, ad subita belli mitti posset.' Reliquis librariis fraudi fuisse videtur illud *si qui*, quod tantum pluralis numeri esse male sibi persuaserunt. Vide ad III. 17. § 7. Quin et Gronovius ipse de emendationis veritate dubitasse videtur, quoniam iterata ed. eam loco laud. deleverit; quamvis tamen hoc loco priorem lectionem contextui reddere neglexerit, quod nunc præstiti. Insuper *conjurationem* est in Lov. 4. pro quo *occasionem* recte in ejus margine substitutum est.

§ 3 *Eo consules cum valido exercitu venerunt*] Lectio hæc exstat quidem in margine Voss. 1. sed tamen *Et consules* præfert contextus. Utroque juncto *Et eo consules* est in Port. et Hav. vel ordine mutato *Eo et consules* in Leid. 2. et Lov. 1. Optimi conspirant in vulgatum; quod a librariis mutatum esse videtur, ut verba Livii, quæ ex eorum sententia male cohærebant, melius connecterentur. Deinde *cum exercitu valido* Port. et Hav. quorum posterior etiam *convenerunt*.

Quum utrimque ad hostem iniqua via esset] Pal. 2. exprimit, *cum utique ad hostem iniqua via esset*. Gebh. Ita et Lov. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *utrique* Leid. ambo, Lov. 1. et Flor. Intellige, Samnitibus æque ac Romanis. Sed solent hæ voces in Mss. confundi. Vide ad VI. 31. § 8. Tum *ad hostes* Port. Male. Vide ad

Digitized by Google

v. 50. § 2. Hinc *in qua via esset* Harl. Tandem post *τὸ esset* addit Hearnii Oxon. vocem *civitati*, quæ formata esse videtur ex sequenti *cunctati*, sive, ut etiam scribebant, *cuitati*.

Cunctati sunt] *Cunctati castrametatique sunt* Harl. et edd. usque ad Aldum, qui *castrametatique*, in nullo præterea codice obvium, recte expunxit.

§ 4 *Brevi circuitu in loca plana, Campanos campos, agmen demittunt*] Hæc verba *Campanos campos, ὑποβολιμαῖα* censet Camillus Peregrinus. Loca enim plana esse, in quibus sita erat Suessula, ubi Samnites prius ad prœlium provocaverant Romanos. Dissert. II. de Campania § 26. *J. F. Gron.* Voces *Campanos campos* servant omnes scripti et editi; quin et in Flor. addita a m. altera præpositione *in loca plana, in Campanos campos* legitur. Vide ad XXXVIII. 18. § 12. Insuper *brevi circumitu* Leid. 1. Vide ad III. 47. § 2. Hinc *dimittunt* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. a m. sec. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. ac C. et edd. usque ad Frobenium, qui a. 1535. *demittunt* substituit: quomodo etiam in Flor. ex quo nihil notatum invenio, fuisse videtur. Vide ad VII. 23. § 6. Paullo ante *per apta loca*, pro *aperta*, vel *apta*, erat in Lov. 3. Vide ad XXXI. 22. § 8.

Ibique primum castra in conspectu hostibus data] Opinor in *conspectum*. J. F. Gron. Se facile in Gronovii sententiam iturum, profitetur Doujatius. Ita III. 69. 'Insequens dies hostem in conspectum dedit:' ubi tamen quidam codd. et edd. antiquæ legunt *in conspectu*. XXX. 12. 'Rex vinctus in conspectum datus est.' Cic. in Verr. v. 33. 'Tum se tamen in conspectum nautis paullisper dedit.' Ennius apud Cic. de Divin. I. 20. 'Nec sese dedit in conspectum corde cupitus.' Hic tamen constanter *in conspectu* servant omnes libri, et calamo et typis descripti, nisi quod præpositio desit in Klockian. qui codicum consensus efficit, ne quid temere mutandum existimem. Non tantum enim in usu fuisse 'dare in conspectum,' sed etiam 'in conspectu,' quemadmodum contra non tantum 'esse in conspectu,' sed etiam 'in conspectum,' multis docuit Burm. ad Phædri Fab. v. 1. 15. Præterea *in conspectu hostium* Voss. 2. Lov. 3. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Non sequor. Ita in loco Cic. laud. *se in conspectum nautis dedit*, non *nautarum*. Et usus hic dativorum passim Livio fuit in deliciis. Vide ad II. 26. § 11. v. 27. § 4. c. 33. § 3. aliisque locis.

§ 5 *Levibus prœliis, equitum sæpius, quam peditum, utrimque periculum factum*] *Prœliis eq., sæpius ped.* Port. *prœliis equitum se prius quam ped.* edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *urbs periculum factum*, id est *vestrum*, Leid. 2. et Lov. 1. Mox *Romanos*, pro *Romanum*, est in Flor. a m. sec. Vide ad III. 2. § 11. Librario tamen id fraudi fuisse videtur, quod mox sequatur *trahebant*, unde *Romanos* hic requiri putabat. Verum male; eodem enim modo 'Romanus' hic collective pro Romanis sumtum adsciscit verbum plurale, quo 'miles' pro militibus; vide ad III. 42. § 5. 'eques' pro equitibus; vide ad VIII. 38. § 5. 'hostis' pro hostibus; XXI. 41. § 15. Adde quæ notantur ad XXI. 50. § 3. Mox *ratione*, pro *morâ*, Harl.

§ 6 *Carpi parvis quotidie damnis, et senescere dilatione belli vires suæ videbantur*] *Capi* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. sæpius obvio scribarum peccato. Vide ad VI. 32. § 11. Vox sequens *parvis* deficit in Harl. et Hearnii Oxon. N. et L. 2. Tum *senescere dilationem belli vires suæ vid.* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *senescere dilatione vires belli suas videbatur* Lov. 3. *senescere dilatione vires belli suas*

Digitized by Google

vid. Harl. et fragm. Hav. *enescere dilatione belli vires suas videbatur* Voss. 2. et Port. a m. sec. Paullo ante *lucibus* non comparet in Leid. 2.

§ 7 *Itaque in aciem procedunt*] Pal. 2. *in aciem prodeunt.* Gebh. Ita et Port. et Hav. Male. Supra IV. 32. 'Quum Etrusci pleni animorum in aciem processissent.' VIII. 9. 'Instructis ordinibus processere in aciem.' XXI. 55. 'Arma capit, atque in aciem procedit:' ubi, verba hæc commutare scribas solitos fuisse, dictum est. Insuper *ita in aciem* Voss. 1. Leid. 2. Port. a m. pr. et Hav. De hoc errore dicam ad XXI. 53. § 7.

Equitibus in cornua divisis] *In cornu* Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *dimissis* Hav. Nihil muto. Vide quæ notantur ad XXVIII. 2. § 16.

Intentiores esse ad respectum castrorum, ne qua eo vis fieret, quum ad prælium starent] Incorrupta lectio *intentiores ad resp. castr., ne qua eo vis fieret, quum ad præl., star.* Gelen. Lectionem Gelenii probant Flor. et Voss. 1. Reliqui omnes codd. ignorant etiam verbum *esse*, sed *cum*, sive, ut est in Gaertn. *quom*, servant. Eadem lectio superest etiam in edd. Rom. 1472. ac Parm. Præterea *ne qua vis fieret*, media voce omissa, Harl. et Port. Sed in posterioris margine emendatur *ne qua vis eo fieret*, quomodo etiam inveni in Lov. 4. *ne qua ejus eis fieret* legit Lov. 2. *ne qua ea vis fieret* Leid. 1. Nihil muta. *Eo* est 'in eum locum,' 'in castra.'

Aciem peditum tutam fore] Incorrupta lectio *aciem pediti tutam fore.* Gelen. *Pediti* Gelenius, cum haberetur *peditum.* Romæ tamen Andreas quoque dedit *pediti*, sed mox mutatum est. Nempe hæret in ea voce scrupulus. Scribo *aciem pedite tutam fore.* Pedes ipse solus per se satis tutam præstabit aciem ex sese constantem. Lib. XXII. c. 46. 'Media acie peditibus firmata.' Et sic postea accepi Helmstadiensibus in membranis legi. *J. F. Gron.* *Pedite* sibi quoque, ut alia non pauca, in mentem venisse, nondum visa Gronovii nota, jactat Doujatius. Addit deinde, sensum non deteriorem fore, si legeretur, quemadmodum Bocharius aliique ediderunt, *quum ad prælium starent, aciem peditum tutam fore*, id est, dummodo consisterent; melius autem forte, *dum ad prælium starent.* Verum ita etiam cum iisdem edd. in præcedentibus recipiendum foret *ut esse*, sine quo vix sensus constare potest; quod tamen neque in ullo scripto, neque in antiquissimis edd. reperiri dictum est. Quo minus autem lectio Doujatio probata placere possit, accedit nunc insuper, *peditum* quoque neque in iisdem edd. antiquis exstare, neque in ullo meorum codd. nisi in uno suspectæ fidei Harl. reliquos omnes *pediti* servare. Vel itaque ea lectio cum Gelenio servanda, vel minima mutatione *pedite* cum Gronovio legendum est.

§ 8 *Consules Sulpicius in dextro, Pætelius in lævo cornu consistunt*] Chifl. uterque Voss. Busl. *Consulum Sulpicius in dextro*, non *Consules.* J. F. Gron. Non minus rectum est *Consules*, et forsitan vel ideo præferendum, quia ignotior scribis ea syntaxis. Lib. XXIV. c. 20. 'Consules, Marcellus Nolam rediit, Fabius ad populandos agros processit.' XXIX. 3. 'Jam reges, Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum, Masinissam aperta defectione hostem infestissimum.' XXX. 27. 'Prætores, M. Sextius Galliam est sortitus, C. Livius Bruttios.' Vide Sanctii Minerv. IV. 8. et ibi Perizon. *Duk.* *Consul Sulpicius* Hearnii Oxon. L. 2. qui *Consulum Sulpicius* se in N. reperisse testatur; et ita ex meis, præter utrumque Voss. Gronovio memoratum, servant Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Similiter et Aldus in contextu edidit; inter errata tamen postea *Consules* revocavit.

Digitized by Google

Infra XLIII. 15. 'Consulum Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit.' XLIV. 17. 'Consulum Æmilio Macedonia, Licinio Italia evenit.' Error ortus est ex compendiaria scribendi ratione *Coss.* Vide ad X. 10. § 2. Præterea *in dextro cornu* Leid. 2. Sed sufficit semel legi vocem *cornu*.

Aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumvenirentur] Alia lectio nihilo deterior *ne ipsi circumirentur*. Gelen. *Ad circumdandos hostes* Harl. *ad circumveniendos hostes* Port. et Hav. *ad circuendas hostes* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad X. 35. § 8. Deinde *ipsi circŭerentur* Port. et Hav. *ipsi circuirentur* Leid. 2. et Lov. 1. *ipsi circumventum* Lov. 3. *ipso circumvenirentur* Harl. et Gaertn. Reliqui Gelenio favent. Solent verba 'circumvenire' et 'circumire' in Mss. confundi. Vide ad XXXI. 21. § 13. Paullo ante *qua Samnites*, omissa media voce, Lov. 2. Port. et Hav.

§ 9 *Ad longioris pugnæ casus reservabantur*] *Ad longiores pugnæ casus* perperam Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4, Harl. et fragm. Hav. Similiter errant edd. Mediol. 1495. et Ven. 1498. Tum *reservabuntur* Flor. Mox *in primam aciem extemplo misit* Lov. 4. Sed vide ad l. XXVIII. c. 14. § 11.

§ 10 *Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit*] Incerta est distinctio in genitivo *Samnitium*. Nam et ad *acie*, et ad *eques* refertur: de utrisque enim loquitur; quale propemodum illud Virgilii Æn. I. 130. 'Nec latuere doli fratrem Junonis et iræ.' *Glar. Samnitium* refer ad præcedens *acie;* ad sequens autem *eques* subintelligendum est 'eorumdem Samnitium.' Vide hoc lib. ad cap. 22. § 8. Ceterum *Comta pedestri acie* Lov. 3. Sed literæ *mo* in prima voce interceptæ sunt a præcedentibus *om*. Tum *succendit* Leid. 1. eodem errore, quo etiam 'incedere' et 'incendere' commutari solent, ut et alia. Vide ad VIII. 20. § 5.

Romanus equitatus concitat equos] *Concitatos equos* Port. et Gaertn. *concita equo* Leid. 1. *concito equo* Lov. 3. *concitato equo* Voss. 2. Lov. 4. Harl. et fragm. Hav. *concitat equo* Flor. a m. pr. et Lov. 2. Paullo ante *intra duas acies*, pro *inter*, Voss. 2. Vide ad V. 27. § 2.

Donec universam ab ea parte avertit aciem] Præpositionem *ab* excludunt Voss. 2. et Lov. 3. quam etiam, si plures idem vellent, haud requirerem. Non enim jungendum 'avertit ab ea parte,' sed 'universa acies ea parte,' id est omnes non modo pedites, sed et equites Samnitium, qui ea parte, sinistro Romanorum cornu obposita, pugnabant. Deinde *everţit aciem* Klockian. *advertit aciem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. quomodo sæpe variant scripti. Vide ad I. 12. § 10. *Pervertit aciem* Harl. Nihil mutandum. 'Avertitur hostis,' quum terga vertit, ac fugam capere incipit: quod vel ita simpliciter effertur, vel etiam 'averti in fugam.' Vide ad I. 37. § 3. Omnium horum vocabulorum loco in Hav. sola erat vox *acie*.

§ 11 *Avectus ab suis nondum conserentibus manus ad clamorem, ab sinistra parte prius exortum*] Ms. Fuld. *evectus ab suis*. Modius. Membranæ Fuld. Modio consulti *evectus*. Pal. 2. *advectus*. Gebh. Meorum nullus Fuldensi consentit. Sed *adventus* est in fragm. Hav. a m. pr. *advectus* in Voss. 2. Harl. Port. et Hav. Utrumque, *avectus* et *advectus*, ferri potest. Quum vero et plures et optimi *avectus* legant, illud alteri præfero. Alibi ita variare codd. vidimus hoc lib. ad cap. 4. § 1. Tum *a suis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 4. et Gaertn. Hinc *conferentibus manus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sæpe hæc verba commutari solent. Vide ad XXII. 28. § 10. Utraque autem locutio 'conserere'

Digitized by Google

et 'conferre manus' Livio et aliis usurpatur. Vide ad VI. 42. § 5. *Conserentibus manum* Lov. 4. Vide ad eumdem Livii locum. Verum et hic vulgato, plurium atque optimorum codd. auctoritate firmato, adhæreo. Præterea *a sinistra parte* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *in sinistra parte* Harl.

§ 12 *Cum ad suum cornu tenderet*] *Dum tenderet* Lov. Male. Vide ad I. 40. § 7. Mox *dissimilem sibi*, pro *ibi*, Gaertn. Vide ad I. 54. § 4.

Signa in perculsos inferentem] *In pulsos* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Sed *pulsos* modo præcessit. Præterea *ferentem* Lov. 4. Vide ad II. 59. § 2. Paullo ante *Romanos locos pulsos*, pro *loco*, Port. a m. pr. De origine erroris vide ad VI. 3. § 8.

§ 13 *Ceterum omnia mutavit repente consulis adventus*] *Quorum repente omtia mut.* Harl. *Quæ omnia mutavit repente* Hearnii Oxon. C. *Ceterum omnia repente mutavit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Mox *et in conspectu ducis*, addita præpositione, Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *et conspectus ducis* Lov. 3.

Et majus quam pro numero auxilium advenerat, fortes viri] Pall. duo *aux. venerat.* Campan. *advenerant.* Gebh. Flor. *advenerant.* Et placet ita interpunctum, *et, majus quam pro numero aux., advenerant fortes viri.* Nam τὰ *majus quam pro numero auxilium* sunt titulus et ὑπόθεσις τῶν *fortes viri.* J. F. Gron. *Venerant* etiam fragm. Hav. *advenerant* itaque simul cum interpunctione Gronovii in contextum recepi. *Et manus* perperam est in Lov. 2. Tum *venerant, fortes viri* Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. *advenerat quod fortes viri* Port. et Hav. *advenerat quod forte viri* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *advenerat mille fortes viri* editi ante Aldum.

Et partis alterius victoria audita, mox visa etiam, prælium restituit] *Alterius partis* fragm. Hav. Vocula *et* deficit in Lov. 4. τὸ *etiam* in fragm. Hav. cujus loco *et* q̄ præfert Lov. 2. Deinde *restituunt* Lov. 4. quasi *victoria audita, mox visa* forent ablativi, ut vocantur, absoluti. Verum ita *restituunt* referendum foret ad proximum 'fortes viri.' At illi, qui cum consule advenerant, alterius partis victoriam, cujus ipsi auctores exstiterant, audivisse primo, et mox vidisse dici nequeunt. Vulgatum itaque verum est.

§ 14 *Tota deinde jam vincere acie Romanus, et, omisso certamine*] *Tota jam deinde* Hav. Tum *vincere Romanos* Harl. et Port. a m. sec. Insuper *comisso certamine* Harl.

Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est, perfugerunt] *Fugerunt* Lov. 2. *pereffugerunt* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. cujus librarius *effugerunt* a m. sec. emendavit: *pereffugē*, sive *pereffugere*, Gaertn. Hac ratione scribæ, quum duplicem lectionem, *perfugerunt* et *effugerunt*, in Mss. reperissent, utramque jungere voluerunt. Vide ad III. 44. § 4. De constructione 'urbi Beneventum nomen est' vide ad I. 1. § 5.

Ad triginta millia cæsa aut capta Samnitium, proditum memoriæ est] *At triginta millia* Hav. Vide ad VI. 24. § 8. Sed præpositio *Ad* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad X. 46. § 5. Deinde *proditum est memoria* Harl. *proditum memoria est* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. et fragm. Hav. Verum optimi tuentur vulgatum. Vide ad III. 54. § 12.

CAP. XXVIII. § 1 *Protinus inde ad Bovianum obpugnandum*] Vocabulum *inde* excluditur a Voss. 2. Præterea *ad Rōnū*, sive *ad Romanum*, Gaertn.

§ 2 *L. Papirio Cursore, C. Junio Bubulco iterum*] Quidam post *Cursore* adjecere *V.* Sed Livius duobus in locis dubitat de Cursoris cognomine, annis CDXXVIII. (lib. VIII. c. 23.) et CDXXXV. (l. IX. c. 15.) Tertio omisit ejus nomen a. CDXL. (l. IX. c. 22.) Nos tamen in Chronologia nostra,

Digitized by Google

Cassiodorum secuti, *quintum* posuimus. *Glar.* Nota quinti consulatus deest etiam in Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. et editis Aldo prioribus. Reliqui codd. (exceptis Leid. 1. et Hav. qui legunt *equitum*) cum edd. Aldina et eam secutis plerisque constanter servant. Vide ad VIII. 28. § 17. Deinde *et C. Junio* Port. Vide ad II. 17. § 1. *M. Junio* Harl. et Hearnii Oxon. L. 2. Tandem *Bubulo* Voss. 1. *Bubulco* Leid. 1. *Bubulo* Leid. 2. et Lov. 1.

C. Pœtelius cum M. Foslio magistro equitum] *Potelius* Flor. *Petilius* Port. Hav. et fragm. Hav. *Petellius* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. qualis etiam varietas ter supra cap. præc. in Mss. reperitur, et hoc cap. Vide ad III. 35. § 11. Deinde *cum M. Folio* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 3. Portug. Gaertn. Hav. Flor. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui in C. et L. 2. *cum M. Follio* invenit, quomodo etiam præferunt fragm. Hav. et Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 20. § 1. Ceterum pro M. Foslio magister equitum in Fastis Capitolinis hoc anno memoratur M. POETELIVS. M. F. M. N. LIBO.

§ 3 *Is quum audisset, arcem Fregellanam ab Samnitibus captam*] Q. Fabium dictatorem bis consulem ad arcem Fregellanam rem gessisse, non C. Pœtelium, scribit Diodorus. De C. tamen Pœtelio auctores sunt scriptores Capitolini. Diodorus sic lib. XIX. p. 726. Τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν Κόϊντος Φάβιος, ὃς ἦν αὐτοκράτωρ ἡρημένος, τήνδε Φρεγελλανῶν πόλιν εἶλε, καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τὴν Ῥώμην τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐξόγρησε. *Sigon.* Fregellas a Samnitibus captas fuisse, scribit c. 12. hic arcem ab iisdem captam. Videntur ergo Romani medio tempore urbem recepisse, quod præterit, ut sæpe de aliis urbibus solet, Livius. Vide Sigon. ad c. 2. et c. 12. et Gronov. ad c. 20. In ea re tamen Livium non plane excusari posse, putat Perizon. Animadv. Histor. cap. 4. *Duk.* Vocula *Is* deficit in Flor. Tum *audisset arcem Fregellis* legit Leid. 1. *audisset arcem Fregellam* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *audissent Fregellanam arcem* Hav. *audisset Fregellanam arcem* Voss. 1. et Port. *Fregellanam arcem audisset* Leid. 2. et Lov. 1. Hinc *a Samnitibus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *ex Samnitibus* Lov. 3. Mox *Fregellam*, pro *Fregellas*, Lov. 2. et 4.

Unde, post nocturnam Samnitium fugam sine certamine receptis Fregellis] Libri nostri concordi scriptura, *unde, nocturna Samn. fuga.* Gebh. Ab Aldo est. Scripti omnes et Andreas, Bec. Asc. Mog. *unde, nocturna Samn. fuga receptis.* Quod minime mutandum fuit. Cæsar Gall. I. 47. 'Propter linguæ Gallicæ scientiam, qua multa jam Ariovistus, longinqua consuetudine, utebatur.' II. 1. 'Qui minus facile eam rem imperio nostro consequi poterant.' III. 21. 'Ubi diligentia nostrorum, nihil his robur profici posse intellexerunt.' V. 42. 'Hæ celeriter ignem comprehenderunt, et venti magnitudine in omnem castrorum locum distulerunt:' quasi intelligeretur 'interveniente.' *J. F. Gron. Unde, Samnitium nocturna fuga* Voss. 2. *unde, nocturnam Samnitium fugam* fragm. Hav. a m. pr. Reliqui scripti omnesque editi ante Aldum Gronovio *nocturna Samnitium fuga* revocanti consentiunt. Etiam Oxonienses suos consonare, auctor est Hearnius. De hoc usu casus sexti vide eumdem Gronov. Obs. I. IV. c. 16. p. 271.

§ 4 *Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes contulerant*] In Mss. est *et Nolana agrestes*; videlicet 'multitudo.' *Gelen.* Architectus hujus lectionis *et Nolana agrestis* exstitit Gelenius, quæ meo judicio duriuscula est. Itaque Livio dignior

Digitized by Google

comprobata auctoritate librorum Mss. certe trium Pall. vetustissimarumque edd. *et Nolani agrestes*. Manavit autem inde, quod initio scriptum erat *ἀρχαϊκῶς agrestris*. Gebh. *Et Nolana agrestris* ab Gelenio est. Nos reduximus omnium veterum a nobis viserum scripturam, *et Nolani agrestes*. Est enim variatio talis, qualem defendimus a Sigonio III. 17. 'Ne Sabini, ne Veiens hostis.' *J. F. Gron. Nolani agrestis* præferunt etiam omnes mei, nisi quod *Nolani agrestas* sit in Leid. 1. et, si excerptis fidem habere possum, *Nolana agrestis* in Flor. Sed Gronovio adsentiri malo, quia passim ita Livius numerum variare solet. Vide ad XXXV. 40. § 6. Præterea *contulerat* Leid. 1. et Port. *contulerunt* Lov. 2. qui paullo ante dedit *sub adventu dictatoris*. Vide ad II. 55. § 1.

§ 5 *Et frequenter ibi habitatur*] Vet. lib. *habitabatur*. Sigon. Priorem lectionem *habitatur* servant Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. *quæ frequenter ibi habitabantur* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Infra XXIV. 3. 'Vix pars dimidia habitabatur:' et mox eodem cap. 'Arx procul iis, quæ habitabantur.' XXXVI. 22. 'Arx frequentius prope, quam urbs, habitabatur.' Sed inpersonale *habitatur*, vel *habitabatur*, quod reliqui defendunt, magis placet. Vide ad II. 62. § 4. Simili parenthesi Livius utitur hoc lib. c. 44. 'Ut stativa copiosa (et ita erant) petisse videretur.' XXI. 12. 'Ad prætorem Saguntinum (et ipse ita jubebat) est deductus.' XXVII. 1. 'Præda (et aliquantum ejus fuit) militi concessa:' ita Gronov. recte legendum docuit. Vide quæ ad eum locum notantur. Paullo ante *quo aptior aditus*, pro *apertior*, Lov. 2. 3. et Gaertn. Vide ad XXXI. 22. § 8.

Circumjecta muris incendit] Pal. 2. *accendit*. Campani ed. *circumvecta*. Gebh. *Accendit* etiam Hav. et Hearnii Oxon. B. Solent hæc verba in Mss. commutari. Ita ad VI. 3. § 8. Adde Cortium ad Sall. Jug. cap. 25. § 10.

Sive a Pætelio dictatore, sive ab C. Junio consule] *A C. Pætelio* Port. et Gaertn. Deinde *sive a Junio consule* Leid. 2. et Hav. Videntur librarii ferre non potuisse, alterius prænomen omitti, alterum eo ornari. Sed vide ad IV. 49. § 1. *Sive ab Junio consule* Port. qui tamen dictatori prænomen addebat. *Sive a L. Junio consule* Lov. 4. *sive a C. Junio consule* Voss. ambo, Leid. 2. et Gaertn. Mox *utrinque traditur*, pro *utrumque*, Leid. 2. Vide ad XXI. 45. § 1. Præterea *Nola capta est*, vocibus transpositis, Lov. 4.

§ 6 *Ad consulem trahunt, adjiciunt, Atinam et Calatiam ab eodem captas*] Hoc primum corruptum esse suspicabar eo, quod 'Atina' in Volscis, 'Calatia' et 'Nola' in Campania erant. Sed nihil obstat, quo minus Romani rem diversis locis gerere, et Samnites 'Atinam' in Volscis tum tenere potuerint. Nam et 'Fregellas' ab iis captas scribit Liv. hic, et c. 12. et 'Soram' c. 43. quæ utræque Volscorum erant VII. 28. et VIII. 22. et 23. Difficilior videtur locus X. 39. de 'Atinate agro.' *Duk. Ad consules* Harl. Gaertn. et Port. quorum posterior etiam *ab eisdem*. Sed supra tantum uni C. Junio consuli captæ Nolæ decus quosdam adscribere tradit. Error itaque ex compendio scribendi ortus. Vide ad X. 10. § 2. Tum *aditiunt* Flor. *adiciunt* Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *aiciunt* Leid. 1. *dicunt* Lov. 4. Vide ad I. 30. § 3. Deinde *Athinam* Port. et Hav. Insuper *Calatinam* Leid. 2. *Callatinam* Lov. 1. a m. pr. *Callaciam* Lov. 2. *Callatiam* Lov. 4. Paullo post *clavi fugiendi*, pro *figendi*, Port. 'Figere' et 'fugere' interdum in Mss. confundi, patet ex illis quæ notat Bentl. ad Horat. Ep. II. 2. 171. Adde

Digitized by Google

ad v. 38. § 8.

§ 7 *Suessa et Pontia eodem anno coloniæ deductæ sunt*] Vet. lib. *Suessam et Pontiam.* Sic x. 1. 'Soram atque Albam coloniæ deductæ.' Sic Diodorus lib. XIX. p. 726. Ὁ δὲ δῆμος κατὰ νοῦν τῶν πραγμάτων αὐτῷ προχωρούντων ἀποικίαν ἀπέστειλεν εἰς τὴν νῆσον Ποντίαν καλουμένην. *Sigon. Suessam et Pontiæ* vett. edd. nam neoterica *Pontia.* Volucrat Sigonius e suis *Suessam et Pontiam:* ut appareat, non esse illos codd. optimi commatis. Debebat enim fuisse *Pontias*, ut liquet ex versu sequenti. *Grut. Suessam et Pontiam*, ut Sigonius in suis reperit, Port. Harl. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. Ita sæpe in hac locutione efferenda variant librarii. Vide ad XXXIX. 44. § 10. *Suessa et Pontia* Voss. 1. Leid. ambo, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Suessia et Pontia* Voss. 2. *Suessa et Pontiæ* edd. Mediol. 1480. eamque secutæ aliæ usque ad Parisiensem, quæ a. 1529. iterum *Pontia* dedit, quod Froben. 1531. et deinde alii probarunt, donec Gruter. 1628. *Pontiæ* revocaret. Utroque modo, *Pontia* et *Pontiæ*, vocatur. Vide Cluverii Ital. Antiq. l. III. c. 7. p. 1015. et Cellar. Orb. Antiq. l. II. c. 10. p. 606. unde neque Torrent. apud Sueton. in Calig. c. 15. *Pontiam*, pro *Pontias*, ex conjectura reponentem, audiendum esse censeo. Quum autem plerique codd. hoc loco numerum singularem, mox pluralem servent, neque verisimile sit Livium, paucis tantum verbis interjectis, ita variare voluisse, utroque loco eamdem formam recipi præstat. Præterea τὸ *sunt* deficit in Lov. 3.

Suessa Auruncorum fuerat: Volsci Pontias, insulam sitam in conspectu] *Aurinicorum* Voss. 1. *Aruncorum* Hearnii Oxon. C. Tum *Pontiam* Flor. a m. sec. Lov. 2. Harl. Port. a m. pr. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Reliqui *Pontias* servant. Vide modo ad verba præcedd. Deinde vox *sitam* deficit in Port. et Hav. quam ceteri omnes recte tuentur. Supra VIII. 22. 'Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est.' Mox *incoluerunt*, pro *incoluerant*, editi ante Froben. 1535. invitis omnibus scriptis.

§ 8 *Minturnæ et Cassinum ut deducerentur coloniæ, senatusconsultum factum est: triumviros creavere*] Vera lectio, *et in tertiam Cass. ut deduc. coloni, senatusconsultum factum est: sed triumviros creavere.* Gelen. Vet. lib. alii habent, *et Minturna, et Casinum ut deducerentur coloniæ:* alii *Veternam et Casinum:* alii *Internam et Casinum.* Quæ voces in eam Gelenium traxerunt suspicionem, ut, *et in tertiam Cassinum*, affirmarit esse legendum; et pro *deducerentur coloniæ, deducerentur coloni* subjecerit. Ego autem restituendum puto ita: *et ut Interamnam et Casinum deducerentur coloniæ.* Etenim Velleius l. I. c. 14. post Suessam Auruncam coloniam deductam, cujus hoc loco meminit Livius, Interamnam deductam esse scribit. Et Livius X. 36. a. CDLVIII. ait, 'Samnites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina est, occupare conati:' neque tamen, quo anno deducta colonia sit, ante dixit, nisi hoc loco tradiderit. Movet etiam me loquendi forma, 'deducere colonias,' vel 'colonos in Casinum tertiam coloniam.' *Sigon.* Vetustissima Andreæ ed. vestigia habet veteris cujusdam scripturæ: *Minturnam et Cassinum ut deducerentur coloniæ, senatusconsultum factum est. Sex triumviros creavere.* Pall. 1. ac 3. *et internam Casinum ut deduceretur colonia, sicut factum est: et triumviros creavere.* Pal. 2. *et veternam Cassinum ut deduceretur colonia.* Sigonius vero pro certo habet, restituendum *et ut Interamnam et Casinum deducerentur coloniæ:* quoniam Velleius I. 14. post

Digitized by Google

Suessam Auruncam coloniam deductam Interamnæ meminit. Campan. edidit *Linternam Casinum ut deduceretur colonia, sic factum est.* Gebh. Et hoc (*et in tertium Casinum ut deduc. coloni*) a Gelenio. Scripti *et internam* (unus *veternam*) *Casinum ut deduceretur colonia.* Sic propemodum et Sigoniani: unde ille cum applausu Cluverii Ital. Antiq. l. III. c. 8. pag. 1040. *et ut Interamnam et Casinum deduceretur coloniæ.* Nec reprehendo: sed ne quid quantumvis minutum prætermittamus, videtur faciendum *et Interamna ac Casinum ut deduceretur coloniæ.* Nam et sic loquuntur veteres. Livius modo 'Suessa et Pontiæ eodem anno coloniæ deductæ sunt:' ubi non mutant boni libri: nec opus erat *Suessam et Pontias* cum Sigonio. Velleius I. 14. 'Tunc Sora atque Alba deductæ coloniæ, et Carseoli post biennium.' *J. F. Gron.* Similiter variant codd. mei: *et Viternam Cassinium ut deduceretur colonia* habet Port. neque differt inde Harl. nisi quod præferat *Casinum. Et Veternum Cassinum ut deduceretur colonia* Hav. *Minturnam Cassinum ut deduceretur colonia* fragm. Hav. a m. pr. neque aliter Voss. 2. nisi quod *Casinum* legat. *Minturnam et Cassinum ut deduceretur colonia* edd. Rom. 1472. et Parm. *et internam Cassinum ut deduceretur colonia* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 2. ac 4. *et internam Casinam ut deduceretur colonia* Flor. *et internam Casinum ut deduceretur colonia* Leid. 1. Lov. 1. 3. et Klockian. *et internam Cassinium ut deduceretur colonia* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Recte 'Interamnæ' coloniæ nomen Sigonium huc revocasse puto: quod deinde Cluverius Ital. Antiq. l. III. c. 8. p. 1040. probavit testimonio Olympiadum auctoris anonymi, qui Interamnam coloniam missam docuit Olymp. CXVII. a. 2. quo M. Valerius Maximus et P. Decius Mus consules fuerunt. Melius tamen Gronov. emendasse videtur *et Interamna ac Casinum ut deducerentur coloniæ*, quam, quod Sigonio placuit, *et ut Interamnam et Casinum.* In Gronovii tamen conjectura id dubium superest, utrum *Interamna*, an *Interamnam* legendum sit. Utrumque enim dici potest, ut ad § præc. dictum est. Codicum tamen vestigia posterius suadere videntur. Deinde *sic factum* Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *sicut factum* Lov. 3. et Voss. 2. a m. pr. ubi *sic* est a m. sec. Vide ad l. XXII. c. 10. § 1. Τὸ *est* deficit etiam in Lov. 3. qui præterea *et triumviros* præfert.

Quatuor millia. Insequentes] Distinctionem muta hoc modo: *sed triumviros creavere, ac misere colonorum quatuor millia insequentes consules M. Valerius, P. Decius.* J. F. Gron. Distinctio, a Gronovio recepta, non modo vera est, sed passim etiam in Mss. optimis atque edd. exstat usque ad Paris. 1573. quæ prima illam, quam Gronovius falsi arguit, proposuit. Sed eam ipse sensus loci refellit.

Insequentes consules M. Valerius P. Decius. Profligato] M. Valerius hic non est 'Corvus,' sed 'M. Valerius Maximus,' ut est in Capitolino horum consulatu. *Sigon.* Aliter concepta hæc sunt omnia in Pal. 2. *Insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio profligato.* Gebh. Et hic plurimum variant mei: *ins. cons. M. Valerius P. Decius conss.* Leid. 1. *ins. cons. M. Valerius P. Decio Coss.* Voss. uterque, Leid. 1. et Lov. 1. a m. pr. *ins. cons. M. Valerius R. Detio consul'* Lov. 3. *insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio P. profligato* Port. et Hav. *insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio consulibus profligato* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *ins. cons. M. Valerius P. Detius. M. Valerio P. Decio profligato* Florent. *ins. cons. M. Valerius P. Decius. M. Valerio P. Decio consulibus profligato*

Digitized by Google

Klockian. Nihil muto. Insequentium consulum mentio satis indicat, proxima pertinere ad anni sequentis gesta; neque opus est consulum nomina repeti.

CAP. XXIX. § 1 *Priusquam ea cura decederet Patribus Romanis*] *Ea causa* Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. Alibi hæ voces in Mss. commutantur. Vide ad III. 64. § 8. hoc lib. c. 19. § 17. XXI. 23. § 7. Adde Burm. ad Suet. Ner. c. 27. De locutione 'cura decedit' vide ad IV. 52. § 8. et Burm. ad Suet. Cæs. c. 24. Deinde *decederet Pr. Ro.* id est *prætori Romano*, Lov. 4. Vide ad XXXI. 10. § 4. Mox *et Etrusci belli*, conjunctione addita, Lov. 3. In præcedd. vox *profligato* deficit in Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *vere*, pro *fere*, est in edd. Rom. 1472. et Parm. Sed vide ad V. 52. § 15. Solent autem *f* et *v* sæpe in Mss. confundi. Vide ad XXI. 2. § 4.

§ 2 *Gens alia, cujus secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent*] *Gens aliqua* Hav. Vide ad XXV. 38. § 3. *Gens ulla* Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *secundum post Gallicos tumultus* Flor. Sed *post* natum est ex glossa interpretis, qui *secundum* hoc modo in margine exposuit. Sæpe illo sensu ea vox apud Livium usurpari solet. Vide ad VIII. 10. § 9. Sæpe etiam ei *post* substituerunt scribæ. Vide ad XXXIX. 41. § 5. hic vera lectio et ejus expositio in Flor. simul recipiuntur. Vide ad III. 44. § 4. *Secundum Gallicum tumultum* fragm. Hav. a m. pr. *secundum Gallicos tumultos* Gaertn. Vide ad V. 39. § 8. Insuper *terribiliora erant* Voss. 2. Paullo ante *nec ea erat tempestate*, alio ordine, Lov. 2.

Quum propinquitate agri, tum multitudine hominum] *Tum propinquitate* Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et edd. Frobeniana 1535. priores. Vide ad VI. 23. § 3. Tum *propinq. agrestium, tum multit.* Voss. 2. a m. pr. *propinquitate agrestum, multit. hominum* Lov. 3.

§ 3 *Altero consulum in Samnio reliquias belli persequente*] *Altero consule* Lov. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. cum multis ex vett. edd. Non sequor. Vide hoc lib. c. 32. § 2. Tum *in Samnium* Lov. 2. Hinc *prosequente* Leid. 2. Port. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. *persequenti* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Livium ita casum sextum participiorum singularium præsentis temporis interdum formasse, vidimus ad VI. 14. § 13. Hic tamen pluribus libris nihil mutantibus adhæreo. Mox vox *æger* deficit in Hav. ejus loco *ægre* præfert Leid. 1. a m. pr.

Dictatorem C. Junium Bubulcum dixit] Dictatorem nominat absque magistro equitum, cum auctore Dionysio lib. v. p. 338. numquam Romæ hoc factum sit. Id etiam II. 30. § 5. admonuimus. *Glar.* Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum, *dictatorem C. Sulpicium Longum, is magistrum equitum C. Junium Bubulcum dixit.* Etenim satis apparet, errore librarii *C. Sulpicii* nomen desiderari, neque enim Livius magistros equitum prætermittere solet. *Sigonius.* Quemadmodum Sigonius, etiam Pighius locum supplendum esse monet in Annal. ad a. CDXLI. p. 362. Supra etiam Livius, dictatorem memorans, magistri equitis nomen addere omisit VII. 6. § 12. ubi id Livii culpa factum esse potuit: sed hic potius ejus librariis adscribo; quia Junius non dictator, sed magister equitum fuit, ut ex fastis constat.

4 *Sacramento adigit: arma, quæque alia res poscit*] *Sacramento adegit* Port. Hav. et fragm. Hav. Deinde *arma quæque alia ut res poscit* Voss. 2. et Lov. 3. Mox alio ordine *tantis elatus adparatibus* est in Leid. 1.

§ 5 *Censura clara eo anno Appii*

Digitized by Google

Claudii et C. Plautii fuit] Pro 'C. Plautio,' 'L. Claudium' edit Diodorus lib. XX. p. 750. 'C. Fabium' Frontinus de Aquæduct. lib. I. in princ. 'C. Plautium' Capitolini scriptores. *Sigonius. Censura data* Gaertn. Ejusdem erroris exemplum habuimus hoc lib. c. 25. § 8. Causa ejus fuit hinc similitudo literarum *ci* et *d*, inde *r* et *t*. De priori vide ad X. 24. § 2. de posteriori ad v. 55. § 3. *Censura claro eo anno* legit Lov. 3. Tum prænomen *Appii* deficit in eodem Lov. 3. alterius censoris prænomen in Voss. 2. Præterea *Plautei* est in Lov. 3. *Plutei* in Lov. 4. Paullo ante voces hujus § initiales *Eadem in comparando cohibendoque bello consilia* exsulant a Lov. 3. et Voss. 2. in quibus *cohibendoque belli consilia* legit Klockian.

§ 6 *Memoriæ tamen felicioris ad posteros nomen Appii, quod viam munivit*] *Memoriæ tam fel.* Lov. 3. Vide ad XXII. 59. § 13. *Memoriæ tum fel.* Gaertn. Vide ad I. XXII. c. 17. § 6. Deinde *quod et viam munivit* edd. antiqq. Primus autem veculam *et* omisit Frobenius a. 1535. et recte. Nullus enim meorum agnoscit, nisi unus Harl. Mox *unus præfecit*, pro *perfecit*, Leid. 2. Vide hoc lib. ad c. 10. § 7.

§ 7 *Quia infamem atque invidiosam senatus lectionem*] Vet. lib. *atque ignominiosam*: egregie. Nam libertinorum filii lecti erant. *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *ob infamam*. Ceterum, quia libertini quoque tum in senatum lecti, probat impense Sigonius *ob infamem atque ignominiosam s. lect.* quod ipse in Pal. 2. comparere notavi. *Gebh.* Vide ne credas Sigonio, egregie in libro ejus legi *ignominiosam*. Immo alterum multo gravius pariter et elegantius. 'Invidiosa senatus lectio' est, quæ censoribus multum invidiæ conflavit; propter quam illi male audierunt, gravia hominum judicia et adversos rumores tulerunt. Lib. III. c. 38. Decemviri 'citari jubent Patres, haud ignari, quanta invidiæ immineret tempestas.' Alexander, occiso Clito, apud Justinum XII. 6. reputabat, 'quantum in exercitu, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ fecisset.' Cui quidem Plautii probitas adeo par non fuit, ut is magistratu se abdicaret. Martialis lib. de Spectac. Ep. 2. 'Invidiosa feri radiabant atria regis.' *J. F. Gron. Quod ob infamem* Voss. 2. Lov. 2. Port. et Hav. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. *Quia ob infamam* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *quia ob infamiam* Lov. 4. Tum conjunctio *atque* non adparet in Leid. 1. Port. et Hav. ejus loco *at* præfert Gaertn. Deinde *ignominiosam* Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. C. quod recte Gronovio displicuit. Vulgatum enim in optimæ notæ codd. constanter superest: 'invidiosum' enim dicitur, quod invidiam conciliat. Supra VI. 39. 'Opus esse nihil invidiosa continuatione honoris.' XXXIV. 7. 'Invidiosis nominibus utebatur modo consul, seditionem muliebrem et secessionem adpellando.' Ovid. Epist. Her. VII. 125. 'Contenta est oculis hominum mea forma probari: Laudatrix Venus est invidiosa mihi.' Epist. II. vs. 145. 'Inscribere meo causa invidiosa sepulcro.' Epist. VIII. vs. 49. 'Nec virtute cares, arma invidiosa tulisti.' Trist. I. 2. 67. 'Est illi nostri non invidiosa cruoris Copia.' Apud Cic. sæpe ea vox hoc sensu obcurrit. Insuper *legationem* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. *legionem* codex perantiquus Thuanæus, teste Gronovio; quem vide ad XXVII. 11. § 9.

Magistratu se abdicaverat] *Magistratu suo sacris religionem facere* Flor. omissa ultima parte hujus § cum § 8. et 9. et initio § 10. In margine tamen adscriptum est aliquid deesse.

§ 8 *Appius jam inde antiquitus insi-*

Digitized by Google

tum pertinaciam familiæ gerendo] *Appius nam inde* Gaertn. Vide ad IX. 17. § 5. *Appius jam deinde* Harl. et editi, pro quo Froben. 1531. recte *jam inde* subposuit: ita enim legunt reliqui scripti. *Jam inde antiquitus* idem est, ac si dixisset 'jam inde ab antiquo tempore.' De locutione autem 'jam inde ab' vide ad VI. 40. § 3. ubi 'jam inde ab initio' dixit, quod hic *jam inde antiquitus*. Solent autem 'inde' et 'deinde' commutari. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Præterea, transpositis perperam literis, *pertinaciam familiæ regendo* Gaertn. a m. pr. Vide ad XXVII. 40. § 2.

§ 9 *Poticia gens, cujus ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat*] *Potitia*. Græci enim Ποτίτιος. *Sigon.* Pall. tres, et veteres editi *Potitii*. Gebh. Thuan. et Voss. *Potiti gens*. Tres Pall. et Voss. alter *Potitii, gens, cujus ad aram*. Et hoc Livii puto. Sive autem deinde legas *docuerant*, ut ad prius, sive *docuerat*, ut ad propius referatur, parum interest. *J. F. Gron.* *Portitia gens* Harl. *Potiti gens* Leid. duo, Lov. 1. et Klockian. *Purici gens* Lov. 2. pro quo in margine emendatur *Potitii gens:* et ita præferunt Lov. 3. Gaertn. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *docuerat* autem deinde omnes servant. Quum itaque *Potitia* in pancissimis tantum codd. supersit, *Potitii* recepi in contextum. Deinde ad *aram Maximi Herculis* Hav. Male. Ipsa Herculis ara 'Maxima' cognominata est. Vide ad I. 7. § 12. Vox *Herculis* deerat in Gaertn. Præterea *fuit* est in Port. sed tota vox exsulat a Leid. 2.

Servos publicos ministerii delegandi caussa sollemnia ejus sacri docuerat] Pro *servos* retinent Pall. duo *senios*, quod non intelligo. *Gebh.* Eadem lectio est etiam in Lov. 3. Sed eam ex ignorantia scribarum natam puto, qui confuderunt literas *ni* et *ru*, ductibus sibi admodum similes in scriptura Longobardica. Vide simile exemplum II. 20. § 9. et XXI. 11. § 9. Deinde *publios* idem Lov. 3. Hinc *minist. deleg. gratia* Lov. 4. Vide ad VIII. 29. § 9. Tandem voces *ejus sacri* desunt in Voss. 2. sed sola *sacri* in Lov. 3. Supra I. 7. 'Sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quæ tum familiæ maxime inclitæ ea loca incolebant, factum.' Et mox 'Ne extis sollemnium vescerentur.'

§ 10 *Traditur inde dictu mirabile*] Campanus *memorabile*. Pall. duo, *Traditur edictum mirabile*. Gebh. *Traduturi dictum mirabile* Leid. 1. Olim una serie scriptum fuerat *Tradituriñdictum;* quod librarius non intelligens corrupit: neque multum abit Lov. 4. nisi quod una litera auctius *Traduturi edictum mirabile* dederit. *Traditur edictum mirabile* Lov. 3. *Traditur edictu mirabile* Voss. 2. *Traditur edictu memorabile* Lov. 2. 'Memorabilis' et 'mirabilis' in Mss. commutari, vidimus ad V. 14. § 6. *Traditur inde dictu numerabile* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *Traditur inde mirabile* fragm. Hav. a m. pr. *Traditum inde edictum mirabile* Gaertn. *Traditum inde dicatum mirabile* Klockian. Nihil mutandum. 'Mirabile dictu,' ut 'mirabile visu' I. 39. 'In regia prodigium visu eventuque mirabile fuit.' Florus 'mirum dictu' dixit I. 1. § 14. et II. 1. § 2.

Quod dimovendis statu suo sacris religionem adferre facile posset] Restituimus *religionem facere posset*. Gelen. Legerim contra Gelenium ex antiquissima ed. *quod dimovendis statu suo sacris religionem adferre facile posset:* tum quia Pall. 1. et 3. et ed. Camp. *religionem adferre facere posset:* Pal. 2. *religionem adferre posset*. Gebh. Luculentior videtur lectio, quam sustulit Gelenius, *religionem adferre facile posset*. Terentius Hecyra I. 1. 4. 'Quam sancte, ut quivis facile posset credere.' Vertumnus ad Pomonam Ovidio Met. XIV. 696. 'Referam no-

Digitized by Google

tissima Cypro Facta, quibus flecti facile et mitescere possis.' Duo Pall. Thuan. Voss. Campanus *adferre facere*. Voss. alter *adferre posset*. J. F. Gron. *Religionem adferre posset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 1. ac B. *religionem facere posset* optimi Flor. et Klockian. Juncta utraque lectione *religionem adferri facere posset* Lov. 4. *religionem adferre facere posset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. additis tamen notis indicant, τὸ *facere* delendum esse. Minori mutatione ei succurrendum putavit librarius Harl. scribendo *religionem adferre facile posset*, ut ante Gelenium scripti habuerunt. Ea lectio, si integriorum codd. fide niteretur, neque mihi displiceret. Nunc quum tantum in uno, eoque sæpissime pejoris notæ codice, inventa sit, ex interpolatione librarii nata esse videtur. Utrumque etiam, 'adferre religionem,' et 'facere religionem,' Latine et commode hoc loco dici existimo; quum autem illam locutionem plurium, hanc præstantissimorum librorum testimonium defendat, quin horum auctoritas illorum turbæ præferenda sit, atque Gelenius locum recte restituerit, non dubito. Præterea *inmovendis statu suo sacris* Klockian. *demovendis statu suo sacris* Hav. et Port. a m. pr. in quo *de dimovendis* a m. altera interpolatum est. Quæ iterum lectio ex conjunctione duplicis scripturæ *demovendis* et *dimovendis* nata esse videri potest. Quid autem differant 'demovere' et 'dimovere,' pluribus docuit Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. l. VII. c. 3. p. 618. unde constat, *demovendis*, quam *dimovendis*, potius huic loco convenire. Eam tamen scripturam in contextum admittere non austinui, quod auctoritatem pro ea stantium non satis gravem vulgato mutando putem.

Quum duodecim familiæ ea tempestate Potitiorum essent, puberes ad triginta] *Eo tempore* Lov. 4. quod ex glossatoris expositione natum videtur. Livio enim frequens est, ut *tempestas* pro *tempore* utatur. Supra I. 5. 'Multis ante tempestatibus ea tenuerat loca.' v. 45. 'Persuasum erat, tantum bello virum neminem usquam ea tempestate esse:' hoc ipso cap. supra, 'Nec erat ea tempestate gens alia, cujus arma terribiliora essent.' XXV. 24. 'Urbem, omnium fermæ illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit.' XXVI. 11. 'Ad lucum Feroniæ pergit ire, templum ea tempestate inclitum divitiis.' XXVII. 37. 'Carmen in Junonem reginam canentes ibant, illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingeniis.' Deinde *Putitiorum* Flor. et Leid. 1. *Potiti* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Puritior* Lov. 2. Insuper *quem puberes ad triginta*, scilicet 'essent.' *Gaertn.* De hac voculæ illius repetitione vide ad v. 35. § 4. Verum alii omnes ab uno hoc dissentiunt. Mox *inter annum*, pro *intra*, Lov. 4. Vide ad v. 27. § 3.

§ 11 *Nec nomen tantum Potitiorum interiisse, sed censorem etiam Appium*] *Nec nomen tamen* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 12. § 6. Tum *Putitiorum* Florent. et Leid. 1. *Puriciorum* Lov. 2. *Potitorum* Voss. 1. et Leid. 2. *Potiorum* Port. Hinc *interisse* Flor. Leid. uterque, Voss. uterque, Lov. 4. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. et quædam ex edd. antiqq. quod recepi. Vide ad XXXVI. 20. § 3. Insuper duæ posteriores voces deficiunt in Port. et Hearnii Oxon. N. ac B.

Memori Deum ira post aliquot tempus luminibus captum] *Memor Deum ira* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *memori Deorum ira* Lov. 4. *memori id cum ita* Voss. 2. *memori id eum ita* Lov. 3. Vulgatum probum est. Virgil. Æn. I. 4. 'sævæ memorem Junonis ob iram:' ubi vide viros doctos, et ante alios German. atque Emmeness. Ut autem 'memor

Digitized by Google

ira,' ita 'memor sententia,' 'exemplum,' 'ingenium,' et similia, de quibus vide Gronov. ad Livii XXXIII. 12. § 5. Tandem *fulminibus captum* Flor. a m. pr.

CAP. XXX. § 1 Q. *Æmilius Barbula*] Prænomen omittitur in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Questi apud populum, deformatum ordinem prava lectione senatus] *Questi ad pop.* elegantius habet Pal. 2. *Gebh. Ad pop.* etiam Port. et Hav. Livium sæpissime ita locutum esse, vidimus ad VII. 7. § 4. Ut autem dubitem, an etiam hoc loco ita loqui voluerit, id efficit, quod lectio illa non, nisi in paucis, iisque minimæ auctoritatis codd. reperiatur. Ceterum, *apud Patres* legendum, conjicit Pighius in Annal. ad a. CCXLII. p. 364. Sed nullos codd. adsentientes habet. Et potuerunt etiam ea de re questi esse oratione ad populum habita, ut invidiam censoribus, et præsertim Appio, excitarent. Præterea *parva lectione senatus* Harl. Vide ad XXIX. 37. § 16.

Qua potiores aliquot lectis præteriti essent] *Quod potiores aliquot* Port. *qui potiores aliquot* Gaertn. Voculæ *qua* et *qui* etiam commutabantur inter se VII. 38. § 6. *Quia potiores aliquot* Lov. 3. Vide ad l. XL. c. 29. § 8. Deinde *p̃ti⁹ essent* Leid. 2. pro quo *posteri essent* emendatur in margine. *Præteriisse* Lov. 4. Vide ad XXIII. 29. § 16.

§ 2 *Eam lectionem se, quæ sine recti pravique discrimine ad gratiam et libidinem facta esset*] *Eam lectionem sequi, sine* Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *eam lectionem se, quia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. Port. a m. sec. et Hav. *eam lectionem se, quod* Lov. 2. Pronomen *qui* sæpe confunditur cum voce *quia;* vide ad XXXVI. 33. § 5. etiam cum voce *quod;* vide ad XXXVII. 35. § 4. Tum *ad gratiam ac libidinem* omnes omnino codd. mei, Hearnii Oxon. L. 2. ut et typis excusi usque ad ed. Paris. 1573. quæ prima *et libidinem* dedit. Quamvis vero nihil intersit, priscam tamen lectionem reduxi. Mox *asserturos*, pro *observaturos*, Klockian.

Eo ordine, qui ante censores Ap. Claudium et C. Plautium fuerat] *Quo ante censores Ap. Claudium et C. Plautium citaverant* Lov. 2. Male. Nam ante consules Junium et Æmilium Ap. Claudius et C. Plautius jam censuram nacti senatum legerant, ut Livius cap. præc. retulit. *Quo ante censores* est etiam in Harl. et edd. ante Aldum. Deinde *ante censores aput Claudium* fragm. Hav. a m. pr. *ante censores apud P. Claudium* Leid. 2. Scriptum fuerat *App. Claudium;* inde factum est *ap̃ P. Claudium*, ut etiamnum in Lov. 3. superest, quod indoctiores in *apud P. Claudium* mutarunt. Voces *et C. Plautium* desunt in Hav.

§ 3 *Unum, ut tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearentur*] Andreas Patricius ad fragmenta Ciceronis notat, hic ab omnibus librariis peccatum eo genere, quo *in* et *ni* solent confundi: idque quia hactenus animadversum non fuerit, multorum errorum causam exstitisse: nec tetigisse scopum explicantes rationem de tribunatu militum: legendum autem et distinguendum, *ut tribuni, ni quatuor legiones, seni, deni a populo crearentur.* Equidem haud assequor, quid hæc correctio sibi velit, aut particulæ *ni* qui hic sit locus. Neque enim id explicat Patricius: disputat modo, singulis in legionibus sex tribunos militum fuisse ex Livii VII. 5. et Polybii VI. 25. Hoc autem ut ei concedatur, non evincit tamen, in Livii verbis esse quid peccatum. Nam libro septimo ponit sex tribunos unius legionis, quartam scilicet partem quatuor legionum, quas tum plerumque consules scribebant: et significat, quum antea omnes tribunatus essent beneficia consulum, quadrantem annui numeri sibi vindicasse populum. Nunc autem osten-

Digitized by Google

dit, crevisse auctoritatem populi, atque eam sibi vindicasse duas tertias, et in quatuor et viginti tribunis, qui quatuor legionibus attribuebantur, senos denos suffragiis creasse; octo reliquisse in beneficio consulum. Vide Lipsium de Militia, II. 9. *J. F. Gron.* *Unam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *uni* Voss. 2. Deinde *et tribuni militum* Gaertn. Vide ad XXI. 28. § 8. Vocalem *ut* omittit fragm. Hav. a m. pr. vocem *militum* Flor. Deinde *tribuni militum semidei* jocularis errore est in Port. a m. sec. Paullo ante *duo imperia dari eo anno cœpta* alio ordine vocabulorum præfert Hav.

Quæ antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis] *Quæ omnia* Lov. 1. et Leid. 2. Deinde *relictis sociis* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. *relictis socii* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *beneficio*, pro *beneficia*, Lov. 2. et Port.

Tulere eam rogationem tribuni plebei L. Atilius, C. Marcius] *Tulerunt eam rogationem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Deinde *L. Attilius* Voss. 2. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. *L. Actilius* Port. et Hav. Sed nomen hoc *Atilius*, ut in plerisque et optimis Mss. exstat, legendum esse, monuit Sigonius ad v. 13. § 3.

§ 4 *Alterum, ut duumviros navales classis ordinandæ reficiendæque causa*] Pro *classis ordinandæ*, *ornandæ* legendum est. *Gelen.* Ita recte, uno excepto Gaertn. qui *ordinandæ* obfert, legunt etiam omnes scripti. Sæpe scribæ voces 'ornare' et 'ordinare' confuderunt. Vide ad XXIV. 48. § 7. Ceterum hic etiam vocula *ut* deerat in fragm. Hav. a m. pr. Vide ad § præc. Tum *duumviros navalis classis ornandæ* Voss. 2. et Lov. 3. *duumviros navalis ornandæ* Hav. Hinc *ornandæ reficiendæ*, omissa copula, Voss. 2. et Lov. 3. quod, si plurium codd. testimonium firmaret, ferri posset; nam, ita etiam triumviros monetales 'auro argento ære flando feriundo' dici, notum est. Ordine inverso *ornandæque reficiendæ* præferunt Leid. 1. et Lov. 2.

M. Decius tribunus plebis] *M. Decimius* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. *M. Decimus* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. 'Deciorum' gens hoc maxime tempore floruit; 'Decimii' postea demum inclaruerunt.

§ 5 *Ni ad religionem visa esset pertinere*] *Nisi ad relig.* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. quæ varietas in Mss. sæpe obcurrit. Vide ad XXIII. 1. § 8. *Esset visa pertinere* Harl.

Tibur uno agmine abierunt; adeo ut nemo in urbe esset] *Ebur uno agmine* Leid. 2. Tum *abirent* Hav. Sed tota illa vox exsulat a Port. Præterea *nemo esset*, duabus mediis vocibus omissis, Lov. 4. quæ transponuntur hoc modo: *nemo esset in urbe* in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Paullo ante *prohibiti proximis censoribus*, pro *a proximis*, Port. et Hav.

§ 6 *Ejus rei religio tenuit senatum*] *Terruit senatum* Lov. 4. Verba hæc sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXIII. 1. § 10. Hic nihil mutandum. *Ejus rei religio tenuit senatum*, id est, 'ea res senatui religioni fuit.' Infra XLIII. 13. 'Quædam religio tenet, quæ illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam.' Ita 'opinio tenet' I. 28. 'Ne vos falsa opinio teneat, injussu meo Albani subiere ad montes:' et 'terror tenet' X. 26. 'Gallici tumultus præcipuus terror civitatem tenuit:' id est, Gallicus tumultus civitati terrori fuit. Mox vocem *Tibur* non agnoscit Gaertn.

Ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur] Forte prius *ut* superfluum. *J. F. Gron.* Non alia causa Gronovium permovisse videtur, ut prius *ut* superfluum crederet, adeoque deleudum juberet, quam ne eadem particula bis repeteretur, pau-

Digitized by Google

cissimis tantum vocibus interjectis. Id tamen Livio frequens esse, idoneo exemplorum numero docui ad I. 17. § 11. Quum itaque voculam illam constanter servent scripti et editi, non temere etiam ei controversiam movendam existimo. Ceterum, additis vocibus, *ad id ut darent operam* Lov. 4. Deinde *ut hii homines* Flor. *ut id homines* Leid. 1. *ut idem homines* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. neque aliter est in Port. a m. pr. in quo a m. altera emendatur *ut iidem homines*. Burmannus literis ad me datis legendum conjiciebat *ut urbi homines Romanæ restit.* illud *hi* enim supervacaneum esse, quum *homines* sufficiat, et intelligantur satis tibicines: et ita apud Phædrum, Petronium, et alios, 'hominem' dici de ea, cujus modo mentio præcessit. Vide quæ de hoc vocis 'homo' usu notavit ad Phædri Fab. II. 5. 19. Vellem codd. consentirent. Posses forte eodem sensu minima mutatione legere *uti homines Romanis restituerentur*. Certe mox § seq. codd. *ut hi* et *ut hii*, pro *uti*, scriptum præferunt.

§ 7 *Tiburtini, benigne polliciti*] *Tiburtini operam benigne poll.* Hav. Male. Cic. ad Fam. IV. 13. 'Nunc P. Nigidio ne benigne quidem polliceri possum.' Quem etiam alibi hoc modo locutum esse, ex vulgatis loxicis constat.

Primum adcitos in curiam hortati sunt, ut reverterentur Romam] Pall. 1. ac 3. *accitos eos*. Pal. 2. *primum accitos in cur. eos hort. sunt, ut hii revert. Romam*. Gebh. Voculam *eos*, quam in Pall. superesse Gebhardus monuit, primus omisit Curio. Quamvis autem interim Sigonius contextui reddiderit, neminem tamen, qui exemplum sequeretur, nactus est ante Jac. Gronovium. Servant autem omnes scripti (nisi quod *accitos in curiam eos* alio ordine sit in Port. et insuper *accitos in curiam eo* in Hav.) et edd. vett. Quin et quum voces plures *in curiam hortati sunt, &c. ab ingeniis hominum eos* desint in Leid. 2. inde etiam lectio illa firmari potest. Non aliunde enim error hic a librario commissus est, quam quod vocis *eos* repetitione media omnia perperam neglecta sint. Vide ad hujus lib. c. 11, § 11. Præterea, *hortati sunt, reverterentur*, una voce omissa, Port. *hortati sunt, ut reverterentur* Harl. edd. Rom. a. 1472. et aliæ ferme omnes ante Jac. Gronov. *Hortati sunt, ut hi revert.* Voss. 2. Lov. 3. Hav. et ed. Parm. Vide ad § præc. *Hortati sunt, ut ii revert.* Lov. 4. a m. pr. in quo τὸ *ii* a m. sec. expungitur. *Hortati sunt, ut hii revert.* Lov. 2. *hortati sunt, ut hii reverterentur* Leid. 1. Vide ad II. 56. § 7. Reliqui præferunt *hortati sunt, uti reverterentur*, quod jam Jac. Gronov. in contextum admisit.

Postquam perpelli nequibant] Valer. Max. II. 5. ex. 4. 'in proposito perseverantes.' *Gebh. Propelli* Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 24. § 4.

§ 8 *Alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa*] Nihil video mutari in Mss. Non tamen ita Livius scripsit, et vocem ultimam longissime hinc abire jubeo, additam a male otiosa manu. Sic enim perpetuo Livius, XXIV. 12. 'Ad lacum Averni per speciem sacrificandi descendit.' Etc. 47. 'Per speciem prædandi.' XLII. 52. 'Per speciem reconciliandæ pacis.' I. 41. 'Per speciem alienæ fungendæ vicis.' Adde XLIV. 37. XLV. 31. Et videa τὸ *causa* sic inculcatum fuisse X. 21. *Jac. Gron.* Haud male Jac. Gron. vocem *causa* delendam esse docuit, quam etiam superfluam et e notis insertam sibi videri, monuit Pighius in Annal. ad a. CDXLII. p. 365. Vir doctus etiam ad marginem ed. Curionis eamdem abundare notavit; denique Klockius etiam in contextu Liviano indacta virgula delevit. Superest quidem in

Digitized by Google

omnibus, quibus usus sum, codd. at Hearne, eam in Oxon. C. non conspici, auctor est. Exemplis a Gronov. laudatis adde hæc I. 3. 'Per speciem honoris spem partus adimit.' VIII. 22. 'Per speciem honorandæ parentis, meritam mercedem populi solutam interpretarentur.' XL. 13. 'Ut ferro te, et quidem eo die, per speciem comissationis occiderem.' XLIV. 19. 'Per honestam speciem majoris Ptolemæi reducendi in regnum.' Alibi etiam librarii eamdem vocem perperam interposuerunt. Vide ad XXXI. 12. § 4. Ceterum *celebrandarum cantu caussa epistolarum* præfert male Gaertn. Alibi voces *epulæ* et *epistolæ* sive *epistulæ*, ut etiam scribi solebat, in Mss. commutari, docuit Burmann. ad Suet. Cæs. c. 26. Deinde *invitavit* Hav. qui etiam legit *alii homines*, pro *alii alios*, quod ex interpretis expositione natum puto.

Vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt] *Cujus ferme avidum genus* Port. et Hav. *cujus avidum ferme id genus* Lov. 4. *Tò est* autem deficit in Hav. Dein *oneratos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVI. 40. § 9. 'Sopire' autem hic idem esse videtur, quod *καταγειν* Menandro, et 'deponere' Plauto. De utroque vide Burm. Præfat. ad Philelcutheri Emend. in Menand.

§ 9 *Ita in plaustra somno victos conjiciunt*] Vet. lib. *vinctos*: probe. Etenim nisi somno vincti fuissent, vinculis constringendi fuerant, quod Romam inviti perducerentur. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *in plaustra cunctos conjiciunt.* Andreas *in plaustra vinctos coniciunt.* Pal. 2. *somno vinctos*: quod avide probat Sigonius. Etenim, inquiens, nisi somno vincti fuissent, vinculis constringendi fuerant, quod Romam inviti perducerentur. Ego vero defendo lectionem vulgatam cum prisca ed. Campani, tum loco simili Tibulli El. I. 2. 1. 'Adde merum, vinoque novos compesce dolores, Occupet ut fessi lumina victa sopor:' ubi vide Animadversiones meas. Ut et Valer. Max. II. 5. 'Quos' Tiburtini 'in proposito perseverantes, interposita festæ epulationis simulatione, mero somnoque sopitos plaustris in urbem devehendos curaverunt.' Ovidius *πιθανώτερον* hanc rem narrat Fast. VI. 669. et seqq. 'Servierat,' &c. *Gebh.* Ignorant *τὸ somno* Thuan. uterque Voss. Helm. duo Pall. Andreas. Et alii quidem *vinctos*; duo Pall. et Voss. alter *cunctos*. J. F. Gron. 'Victus' et 'vinctus,' item 'devictus' et 'devinctus' sæpe permutari, dudum observatum est. Sed ratio, qua ductus Sigonius hic præfert *vinctos*, nulla est: neque enim novum est, nimio vino oneratos somno ita vinci, ut ab uno loco in alium transferri nihil sentientes possint, etiamsi non vinciantur. Liv. v. c. 44. 'victos somno.' Et sæpe alii. Vide Burmann. ad Val. Flacc. I. 300. *Duk. In plaustro cunctos* Voss. 2. et Lov. 3. *in plaustro victos* Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. *in plaustra vinctos* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *in plaustra somno victos* Harl. *in plastra somno vintos* Flor. a m. pr. in quo a m. sec. *in plaustra somno vinctos* emendatur: quomodo etiam præfert Klockian. Si *somno*, quod plurimi scripti ignorant, delendum constaret, *cunctos* præferrem. Ea enim voce omissa, *victos* sensum idoneum non habet; *vinctos* etiam admitti nequit. Nullus enim tibicines vinculis ligatos a Tiburtibus Romam adductos esse memorat. Quum tamen illud *cunctos* in paucis, iisque non optimis, scriptis supersit, nihil propius est, quam ut *somno vinctos*, quod duo optimi libri scripti præferunt, probetur; cui etiam in contextu locum dedi. De locutione 'somno vinctus' vide ad v. 44. § 7. 'Vinctus' autem et 'victus' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXX. 12. § 7. Mox *prius* exsulat a

Digitized by Google

Port. *Senserunt* autem, pro *sensere*, est in Gaertn. Deinde *plenos crapulæ os*, pro *eos*, in Harl. Sed ibi prima littera pronominis intercepta est ab ultima vocis præced.

§ 10 *Tunc concursus populi factus, impetratoque, ut manerent*] Ms. Fuld. *imperatoque:* quorum utrumvis satis convenit. *Modius.* Duo Pall. Modio concinunt, leguntque *imperatoque.* Gebh. Ita et Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. fragm. Hav. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. N. ac C. An huic lectioni patrociniun parari potest ex Ovidii Fast. VI. 685. 'Plautius, ut possent specie numeroque senatum Fallere, personis imperat ora tegi.' 'Imperare' et 'impetrare' sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad Livii II. 54. § 1. III. 22. § 2. VII. 25. § 5. c. 41. § 7. VIII. 3. § 8. IX. 20. § 8. XXXIII. 11. § 4. XXXV. 45. § 8. XLI. 29. § 19. Adde viros doctos ad Suet. Tib. c. 43. et Burmann. ad Vellei. Paterc. I. 11. § 4. Præterea *populi concursus* Lov. 1.

Ut triduum quotannis ornati, cum cantu atque hac, quæ nunc sollemnis est, licentia] Multa habet Pighius in Annal. ad a. CDXLII. *Duk. Ut tribunum* Lov. 3. Tum *quot annis*, disjunctis vocibus, Port. et fragm. Hav. *quod annis* Leid. 1. et Gaertn. Vide Noris. ad Cenot. Pis. Diss. IV. 2. § 2. p. 452. Deinde *in cantu* Portug. et Hearnii Oxon. N. ac B. *Concantu* Lov. 3. De hoc errore vide ad IV. 24. § 7. Denique *hac, qua nunc sollemnis est* idem Lov. 3.

Restitutumque in æde vescendi jus iis] *Restitumque* Flor. a m. pr. et Lov. 1. Sed librarii syllabam geminare neglexerunt. *Restitutum quod* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. Tum *jus in æde vescendi* Lov. 4. Deinde *jus habens* Gaertn. *jus hiis* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. *jus his* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. et Hav.

Hæc inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur] *Nec inter* Hav. Vide ad XXXII. 20. § 7. Tum *inter duum bellorum ingentium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Duum*, pro *duorum*, habuimus III. 25. § 4. Verum hic optimi stant a vulgato. Hinc *coram gerebantur* sine sensu Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. *gerebant* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad X. 10. § 1.

CAP. XXXI. § 1 *Consules inter se provincias partiti. Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit*] Lege *Consulibus inter se provincias partitis, Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruriæ sorte evenit.* J. F. Gron. Minima hæc est mutatio, et, quum prima vox per compendium *Coss* scribi soleat, in unius tantum litteræ *s* ad finem vocis *partiti* adjectione consistit. Ut tamen de veritate hujus conjecturæ, et utrum oratio hoc modo connectenda sit, dubitem, illud efficit, quod omnes libri scripti et editi nihil ea parte mutent, et similiter intercisæ periodi multis locis apud Livium reperiantur, quibus Gronovius paribus conjecturis opem ferre conatus est. Vide quæ notavi ad III. 22. § 3. Supersunt tamen multa adhuc alia exempla, quæ Gronovius silentio transiit. Præter illa quæ dicto loco adtuli, talia adhuc obcurrunt XL. 35. 'Prætores inde sortiti sunt: A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit.' XLI. 15. 'Inde consules prætoresque provincias sortiti. Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt:' et alibi. Si autem hic vulgatum sine codd. auctoritate mutemus, caussa dari nequit, cur non ibi quoque similiter mutandum censeamus. Præstare itaque videtur, ut manus abstineamus. Deinde *novum bellum Etruria* omnes iterum codd. calamo et typis exarati tuentur. Et tale fere est hoc lib. c. 42. 'Quum collegæ novum bellum Sallentini hostes decernerentur:' quæ per adpositionem eleganter dicuntur. Tandem *sorte evenit* Harl. Hav. Hearnii Oxon.

Digitized by Google

L. 2. C. et, quas vidi, edd. Frobeniana 1535. priores. Utrumque verbum 'evenire' et 'obvenire' in hac re usitatum. Prius habuimus v. 12. 'Valerio Potito Volsci provincia evenerat:' ubi plura dicta sunt. Alterum VII. 16. § 3. 'Ea provincia Cn. Manlio obvenit:' ubi similiter variant codd. X. 12. 'Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt.' XXV. 13. 'Fulvius, cui ea provincia obvenerat:' ita Gronovius ex melioribus, pro *evenerat*, restituit. XL. 35. 'A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit.' XLI. 9. 'Claudio Istria, Sempronio Sardinia obvenit.' c. 15. 'Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt.' XLIII. 15. 'Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit.' Quin etiam 'sorte obvenire' dixit Cic. in Verr. II. 6. 'Simulatque ei sorte provincia Sicilia obvenit.' Quum itaque pro hac lectione stent et plures et meliores Mss. eam etiam probare malui. In defendenda vulgata hujus loci lectione mihi adsentiebatur quoque Dukerus; et insuper Rivius refellebat, qui ad Sall. Jugurth. c. 35. scribebat, Livium plerumque fere uti verbo 'evenire;' semel tantum, quod sciat, dixisse 'obvenire' VII. 16. Nam Livium 'obvenire' tam de comparatione quam de sortitione provinciarum dixisse XXX. 40. 'Uti consules provincias inter se compararent, sortirenturve, uter Italiam, uter classem navium quinquaginta haberet. Cui classis obvenisset.'

§ 2 *In Samnio Cluviani præsidium Romanum*] Legendum est *Cluviam*: in distinguendo etiam peccatum erat. *Gelen.* Pall. 1. ac 3. *Climatum.* Gebh. *Cluviani* superest in Lov. 4. Harl. fragm. Hav. Klockian. et Hearnii Oxon. N. ac C. *Cluvani* in Port. *Cluuam* in Gaertn. *Cliviani* in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Claviani* in Flor. *Claniani* in Hav. *Clauiam* in Lov. 2. *Climatum* in Lov. 3. *Clamatum* in Voss. 2. Donjatius, quia Cluviam aut ad finis alicujus adpellationis oppidum in Samnio nullum invenit, aliis divinandum relinquit, an *Cluviam* exscripserint librarii, quum *Caudium* forte Livius scripsisset. Quam conjecturam probandam non esse arbitror. Clades enim Romana *Caudium* tantopere nobilitavit, ut verisimile non videatur, librarios ejus nomen satis notum in *Cluviam* temere mutaturos. Ignobile forte castellum indicatur; non enim Livius oppidum, sed tantum 'præsidium Romanum' vocat, cujus alibi mentionem non reperiri mirandum non est. Si omnia locorum nomina, quæ semel tantum apud antiquos memorantur, in dubium vocanda forent, quis non in scriptis eorum tentanda superesset? *Cluviam* tamen verum præstare nolo. Ea enim scriptura in uno tantum superest Leid. 1. Reliqui varia lectionum monstra obferunt. Judicium itaque suspendere malo. Mox *qui nequiverant*, pro *quia*, Voss. 2. et Lov. 3. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Vide etiam mox § 5.

Acceperant Samnites, verberibusque fædum in modum laceratos occiderant] *Samnites verberibus fæde admodum laceratos occiderant* Pal. 2. *Gebh.* Eadem lectio apud me etiam superest in Port. et Hav. *verberibus fædum in modum* legunt Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. *verberibusque fæde admodum* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed reliqui omnes recte vulgatum tuentur. *Cecidi* autem et *occidi* sæpius in Mss. confundi solent. Vide ad XXXVI. 36. § 6.

§ 3 *Huic infensus crudelitati Junius, nihil antiquius obpugnatione Cluviana ratus*] *Hinc infensus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXV. 40. § 2. Tum *nil antiquius* Hav. Vide ad VI. 40. § 3. *Nihil equius* Lov. 2. Male. Supra 1. 32. 'Longe antiquissimum ratus sacra publica facere:' ubi plura

Digitized by Google

vide. Tum *Cluvana* Voss. 1. *Clumana* Voss. 2. et Lov. 3. *Cliviana* Lov. 1. *Climana* Leid. 2. *Claviana* Hav. *Cluniana* Lov. 2. *Clunacia* Gaertn. Vide modo ad § præc.

§ 4 *Caput hoc erat Pentrorum Samnitium*] De Pentris Samnitibus item XXII. 61. *Sigon.* Cluverius Ital. Antiq. IV. 7. p. 1194. 'caput hoc erat gentis Samnitium:' immemor eorundem mentionem habuisse Livium lib. XXII. extremo: 'Appulorum pars, Samnites præter Pentros.' *J. F. Gron. Peutrórum* Hav. *Penetorum* Hearnii Oxon. C. Sed nihil mutandum. Cluverii conjectura displicuit etiam Holstenio annotat. in Cluverii Ital. Antiq. p. 265. ubi docet, etiam apud Dion. Halic. fragmentis lib. XII. in Excerpt. Peiresc. p. 533. memorari Σαυνιτῶν τοὺς καλουμένους Πέντρους, quod etiam Doujatius et Hearnius ad hunc locum observarunt.

§ 5 *Ibi quia haud tantum irarum erat*] *Ibique haud tantum ir.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad V. 29. § 3. *Ibi qui haud tantum irarum* Flor. Vide paullo ante ad § 2. Mox *sperande*, pro *spe prædæ*, idem Flor. Tum *minusque sævitum*, pro *minus itaque sævitum*, Lov. 3. a m. pr. et verbum *est* deficit in Lov. 2.

Prædæ plus pene, quam ex omni Samnio unquam, egestum] Non probo Pall. duos exhibentes *est gestum*; neque Pal. 2. *quam ex omni Samnio unquam congestum.* Gebh. *Est gestum* etiam Voss. 2. Lov. 2. et Gaertn. Adparet librarios, pro *egestum*, divisis vocibus scriptum credidisse *ē gestum.* Obposito errore *equidem*, pro *est quidem* vel *ē quidem*, habuimus l. VIII. c. 4. § 5. *Umquam congestum* Port. a m. pr. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Et hic librarii se scriptum invenisse crediderunt *ēgestum.* Male. De verbo 'egerere' vide ad VI. 3. § 5. Præterea vox *prædæ* deficit in Hav. *plus pene, ꝙ quam*, addita una voce, præfert Lov. 3.

§ 6 *Postquam præpotentem armis Romanum acies subsistere ullæ, nec castra nec urbes poterant*] Excidit e vulgatis particula *nec*, quam servant tamen edd. vetustæ, *Romanum nec acies subsistere.* J. F. Gron. *Tò nec*, quod non tantum edd. vett. sed etiam omnes codd. servant, primum omissum vidi in ed. Paris. 1573. Præterea *postquam ante præpotentem armis Romanum* Voss. 2. et Lov. 3. quorum librariis displicuisse videtur locutio 'subsistere Romanum;' quam eamdem ob caussam *substinere* vel *sustinere*, pro *subsistere*, præferunt Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Sed, genus hoc loquendi etiam alibi apud Liv. obcurrere, vidimus ad IV. 39. § 4. Solent autem librarii voces 'subsistere' et 'sustinere' in Mss. confundere. Vide ad locum Livii laud. et VIII. 15. § 9. *Acies subsistere ulla* legit Hearnii Oxon. B. *acie subsistere velle* Lov. 3. Deinde *nec urbes nec castra poterant*, mutato ordine vocabulorum, idem Lov. 3. *nec castra nec urbes potuerunt* Gaertn.

Omnium principum in Samnio] *Principium* Lov. 1. Vide ad II. 27. § 12.

Si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri posset] *Effusus pop. ex. excipi* Port. et Hav. *populando exercitus excipi effusus* Lov. 4. Hinc *atque circumveniri* Gaertn.

§ 7 *Transfugæ agrestes et captivi quidam, pars forte, pars consilio oblati*] *Transfugere agrestes* Klockian. *Transfugue* Flor. Hinc vox *captivi* deficit in Hav. Tum *τὸ pars* priori loco in Lov. 2. quæ lectio ferri posset, et referri ad illa de quibus late agitur III. 37. § 8. At, reliquis vocem servantibus, unius testimonio ei controversiam non moveo. Præterea *pars sorte, pars consilio* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad I. 4. § 4. *Pars consilio, pars forte* Harl. et edd. ante Aldum. Mox *ad consules* Lov. 3. et Port. a m. pr. Sed unus

Digitized by Google

tantum Junius bellum cum Samnitibus sortitus erat. Error itaque ex compendio scribendi ortus est. Vide ad X. 10. § 2. Tum *efferentes*, pro *afferentes*, Gaertn. a m. pr.

Pecoris vim ingentem in saltum avium compulsam esse] *Pecoris vim urgentem* Gaertn. Vide h. l. c. 13. § 2. Tum *in saltum avium vi compulsam esse* Gaertn. Port. et Hav. Sed vox *ui* ex præcedentis dictionis litera finali nata est. Vide ad X. 46. § 11. Zonaras Annal. VIII. 1. hanc historiam narrans, Samnites pecora sua compulisse dicit *εἰς τὰς ὕλας τὰς Ἀόρνους*; unde Pighius in Annal. ad a. CDXLII. p. 367. etiam hoc loco *in saltum Avernum* legendum esse conjicit. Mihi tamen verius videtur, vel Zonaram deceptum errasse, vel alios, quam Livium, auctores secutum esse, et eam ob caussam Livium ex Zonara emendandum non esse; 'saltus' enim 'Avernus,' certe si ille intelligendus esset, qui lacum cognominem cingebat, longe distabat a Boviano, nuper expugnato: historiam saltem in Samnio accidisse, tota Livii narratio indicat; quin et expresse id docet cap. seq. 'Dum hæc geruntur in Samnio:' quum lacus Avernus situs sit in Campania non procul a mari, pro Cumas, Baias, ac Puteolos. Mecum sentiebat Dukerus; eamdemque ob caussam, Pighii emendationem rejiciens, 'avium saltum' inlustrabat ex Liv. XXV. 32. 'In avios saltus montesque recipientes se.' Quod autem Pighius lectorem mirari jubeat, doctissimum Zonaræ interpretem Wolfium auctoris verba tam neglegenter vertisse, ut loci nomen celeberrimum silentio præterierit, id non tantum verum est, sed efficit, ut eo majore admiratione dignum videatur, nuperum ejus editorem Carol. du Fresne, dom. du Cange, qui in præfatione professus est, se interdum, maxime iis locis ubi auctoris mentem non omnino adsecutus Wolfius erat, ejus versionem Latinam emendasse; hic tamen verba modo laudata vertisse *in silvas altissimas et densissimas*.

Perpulerant, ut prædatum eo expeditæ ducerentur legiones] *Perpulerant* Port. et Hav. Tum *expedite ducerentur* Voss. 2. et Lov. 3. *expedit educerentur* Leid. 1. *expeditæ*, vel *expedite*, *educerentur* Port. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N.

§ 8 *Intrasse Romanos vidit saltum*] *Intra se Rom. vidit saltum* Leid. 1. et Lov. 1. *intrasse Rom. vidit in saltum* Lov. 4. Nihil muto. Vide ad VI. 34. § 9. Paullo ante *ingens exercitus hostium*, alio ordine, Port. et Hav. Tum *insiderat*, pro *insederat*, quædam ex vetustis edd. attamen invitis principibus, et omnibus scriptis. Vide ad II. 29. § 6.

Repente adortus cum clamore ac tumultu invadit] Antiqua lectio *repente exortus cum clamore ac tum. incautos inv.* Gelen. Lectionem, quæ ante Gelenium exstabat, unus probat tantum Harl. *adortus* etiam Hearne invenit in Oxon. L. 1. Sed *repente exortus*, quod est in reliquis scriptis, ut 'subito exortus' IV. 45. 'Certamen subito inter tribunos exortum:' ubi alia exempla vide. XXV. 16. 'Hostes subito exorti; et, ne dubia proditio esset, Flavius his se adjungit.' Insuper *incautos*, quod etiam Gelenius interseruit, non tantum est in reliquis codd. sed etiam antea jam recepit ed. Parm.

§ 9 *Dein, postquam, ut quisque liberaverat se onere, aptaveratque armis*] Vol ad arma sumenda dejectis sarcinis, vel armis vestitis ad prœlium. Scio sic explicari posse. Nec tamen nolim *arma*, si quis vetus liber patiatur. Lib. X. c. 33. 'Vixdum satis aptatis armis, in ordines eunt.' XXII. 5. 'Ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus.' Ibidemque c. 19. 'Trepidatione nautarum capere et aptare arma miles prohibetur.' Apud Silium v. 166. e-

Digitized by Google

que 'Bellatere jubas aptante.' *J. F. Gron.* Virgil. tamen Æn. x. 269. 'Atque animos aptent armis.' Ovidius 'ad arma' dicit Amor. El. i. 13. 14. 'Aptat et armiferas miles ad arma manus.' *Duk.* Quindecim mihi sub oculis sunt vel codd. vel eorum excerpta, iique omnes vulgatum servant, nisi quod *habitaveratque armis* præferat Klockian. *aptaveratque armis* Gaertn. Sed 'aptare' et 'optare' eorumque composita sæpe in Mss. confundi, dictum est ad III. 64. § 9. Nihilominus tamen Gronovii conjectura *aptaveratque arma* non displicet: quomodo Livius, non tantum locis a Gronovio laudatis, sed et alibi, locutus est. Ita v. 49. 'Suos in acervum conjicere sarcinas, et arma aptare jubet.' XLIV. 34. 'Alii aptare corpori arma, experirique sub his membrorum agilitatem.' Gronovii sententiæ se non inlibenter accedere fatetur Doujatius; addit tamen, se nec rejicere *aptare se armis*, pro eo quod est armis se apte induere, aut aptum reddere ad pugnam: ea enim ratione Suetonium dixisse in Tiber. cap. 43. 'aptare annulum digito:' in quibus jure miramur vel inlaudabilem negligentiam, vel stuporem interpretis Delphini. Ut enim loca Livii et Suetonii similia forent, vel ille 'aptaverat sibi arma,' vel hic 'aptaverat annulo digitum' dicere debuissent. Præterea *deinde*, *postquam* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et vett. edd. pro quo Frobenius 1535. *dein* substituit: et ita est in Flor. ac Lov. 4. Vide ad III. 3. § 6. *Deinc* præfert Leid. 1. Insuper *honere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *honore* Voss. 2. Lov. 3. et Flor. a m. pr. Vide ad l. IX. c. 8. § 9. Præterea distinctionem in hoc loco mutavi, qui ante minus recte interpungebatur. In verbis præcedentibus omissa erat vox *primo* in Lov. 4. *Congerunt*, pro *congerunt*, exhibet Port. a m. sec.

Notis ordinibus in veteri disciplina militiæ, jam sine præcepto ullius suæ sponte struebatur acies] Pall. tres *in veterem disciplinam*. Amplius Pal. 2. *obstruebatur acies*. Gebh. Vera lectio est *in vetere disciplina*, quam præferunt Flor. Leid. 2. et Lov. 2. Vide ad X. 18. § 8. Eodem ducunt reliquorum codd. plerorumque lectiones. *In vetere disciplinam* est in Leid. 1. ubi ultima litera postremæ voci adhæsit ex initio sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. Qui in similem codicem inciderunt, deinde emendarunt *in veterem disciplinam*, quomodo obferunt Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et N. Vulgatum igitur, quod in paucis tantum Mss. superest, mutavi. Deinde *trahebant acies* Lov. 3. a m. pr. *struebant acies* a m. sec. quomodo etiam præfert Voss. 2. Male. Vide ad II. 26. § 4. *Fruebatur acies* Lov. 2. 'Struere' in hac re proprium verbum esse, videbimus ad XLII. 51. § 3.

§ 10 *Consul, ad ancipitem maxime pugnam advectus, desilit ex equo*] *Consul adcipitem* Flor. a m. pr. in quo, litera *d* a recentiori manu expuncta, factum est *consul acipitem*. Tum *ad ancipitem magis ac maxime pugnam* inepte Gaertn. quæ omnia vocabula desunt in Lov. 3. *Ad ancipitem maxime pugnam eductus* est in Voss. 2. et fragm. Hav. Male. Infra XXVIII. 2. 'Citato equo ad primum clamorem et tumultum advehitur.' Supra II. 47. 'Cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus:' ubi vide quæ notantur. Deinde *desiliit equo* Lov. 4. *desilit ex quo* Hav. *desilit de equo* Gaertn. a m. pr. Nihil muto. Infra XXXV. 34. 'Desilire omnes ex equis jussit:' ubi alia videri possunt.

Et Jovem, Martemque atque alios testatur Deos] Pal. 1. *adque alios testatur Deos:* fortasse quadam τμήσει, pro *et alios attestatur Deos*. Pal. 2. *Martemque alios testatur Deos*. Gebh. Nul-

Digitized by Google

lam hic tmesin cogitasse librarium existimo, sed sollemni errore *adque*, pro *atque*, scripsisse. Vide Noris. in Cenot. Pisan. Diss. IV. cap. 2. § 2. p. 453. Pari modo sæpe *ad* pro *at* scriptum fuisse, vidimus ad III. 17. § 3. Ceterum vocula *et* deficit in Leid. 1. et Lov. 3. Tum *Martemque et alios* legit Gaertn. *artemque alios* Hav. in quo certe prima litera *τοῦ Martemque* intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6. et mox ad § seq. Τὸ *atque* autem omissum erat ob syllabam præced. Hinc *testatus* Lov. 4. Vox *Deos* tandem deest in Leid. 2. et Lov. 1.

Se nullam suam gloriam inde, sed prædam militi quærentem] *Nullam gloriam suam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Deinde *se prædam* Leid. 2.

§ 11 *Ab eo se dedecore nullam rem aliam, quam virtutem militum, vindicaturum*] *Abesse dedecore* Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 4. *ab eo se decore* Hav. Tum *quam virtute militum* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et Gaertn. Sed ultima litera *m* mediæ vocis a sequentis initiali intercepta est. Vide paullo ante ad § præc. *Quam virtute militem* Lov. 2. Deinde *ditaturum* Lov. 2. *dictaturum* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *dicaturum* Leid. 1. ubi syllaba prima intercidit ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Paullo ante vox *ditandi* non comparebat in Port. et Hav. cujus loco *dictandi* est in fragm. Hav. a m. pr.

§ 12 *Conniterentur modo uno animo invadere hostem*] Lege addendo *uno animo omnes invadere*. Gelen. *Quo niterentur* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed passim literæ *c* et *qu* in Mss. confundi solent. Vide ad IX. 2. § 15. *Quare niterentur* Hav. *conniterentur* Flor. *comiterentur* Voss. 2. *comiteretur* Leid. 1. *committerentur* Lov. 2. 3. et Gaertn. Deinde vox *omnes* deficit in Harl. Neapol. Latinii, et edd. prioribus, quam Froben. primus recepit an. 1535. Ei vero consentiunt reliqui Mss.

Victum acie, castris exutum, nudatum urbibus] *Victum aciem* Leid. 1. Hinc *castris excitum* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo etiam alibi peccarunt librarii. Vide Nic. Heinsium ad Claud. Bell. Getic. vs. 36. Insuper *nudatum juribus* Lov. 2. Mox *insidiatum*, pro *insidiarum*, fragm. Hav. *furto insidiari contemptantem* Klockian.

§ 13 *Sed quem esse jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum*] Lege *Ecquem esse*, et cum priori membro junge ita: dummodo conniterentur uno animo invadere hostem victum acie, castris exutum; ecquem esse jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum? *Sigon.* Pal. 1. et 3. *Si quem esse:* Pal. 2. *Sed nullum esse virtuti Romanæ locum inexpugnabilem.* Sigonius non male, si a libris, *Ecquem esse jam virtuti Romanæ*. Gebh. Lege inquit Sigonius, *Ecquem esse*. Libri nulli subscribunt: et hoc loco nescio quid peregrinum sonat. Justinus XVIII. 6. 'Regem aliquem poscere, qui cultiores victus eum Afrosque perdoceat; sed quem inveniri posse, qui ad barbaros transire velit?' *J. F. Gron.* Nullus etiam meorum codd. Sigonii conjecturæ favet, licet tamen non omnes vulgatum probent. Certe *Si quem esse jam virtuti Romanæ* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. *Sed quem esse virtuti Romanæ* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Sed quem esset virtuti Romanæ* Port. a m. pr. *Sed quæ esse virtuti Romanæ* a m. sec. *Sed nullum esse jam virtuti Romanæ* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. et L. 2. *Sed nullum esse virtuti Romanæ* Hav. et Hearnii B. *Sed quem nullum esse jam virtuti Romanæ*, duplici lectione juncta, Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Vulgatum, quod reliqui servant, cum Gronovio malo. Insuper *locum inexpugnabilem* Hav.

Ubicumque iniquo successum erat loco, memorabantur] *Ubicumque erat iniquo*

Digitized by Google

succ. loco Port. et Hav. Vox *loco* defit in Lov. 2. Deinde *memorabatur* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Utrumque ferri potest. Malo itaque receptam lectionem, pro qua stant optimi codd. *Memorabat* Hav. Vide ad x. 10. § 1. *Commemorabatur* Hav. et editi ante Aldum. Sed prima syllaba vel in codd. reliquis ab ultima vocis præced. intercepta, vel in eo, quem primi editores secuti sunt, ex ejusdem repetitione addita est: quod posterius propter reliquorum codd. auctoritatem, syllabam *com* ignorantium, verius puto; quamvis tamen nec *commemorabantur* incommodum foret. Paullo ante *Oranaque*, pro *Soranaque*, Flor. a m. pr.

§ 14 *His accensus miles, omnium immemor difficultatum*] *His accensis* Port. Originem hujus erroris indicavi ad VI. 3. § 8. Præterea *difficultatium* Flor. Quod recepi. Vide ad VII. 38. § 5.

Vadit adversus imminentem hostium aciem, ubi paullulum laboris fuit] *Imminentium hostium aciem* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Hinc *ibi*, pro *ubi*, iidem illi codd. quibus consentiunt omnes edd. Basileensi 1539. priores. Sæpius hæ voculæ in Mss. confundi solent. Vide ad Livii XXVII. 5. § 2. Hic tamen, mutata distinctione, veterem lectionem revocavi. Eamdem distinctionem autem non modo præferunt antiquiores edd. quæ *ibi* servant; verum insuper illæ etiam, quæ *ubi* receperunt, usque ad Gronovium; qui, hac lectione recepta, eam vix ferri posse animadvertit, ideoque immutavit. Unde, τὸ *ubi* potius operarum errore invaluisse, credibile fit. Veterem lectionem etiam Sigonius restituerat, sed neminem habuit, qui præeuntem sequeretur. Deinde *paullum* est in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Similiter etiam Frobenius 1535. edidit, eumque secuti sunt recentiores usque ad Gruter. qui in postrema ed. *paullulum* substituit, ut Frobeniana modo memorata antiquiores exhibuerant. Sæpius ita variasse librarios, videbimus ad XXXVI. 9. § 8. Verum hic etiam codd. sequi malui. Mox *exigitur*, pro *erigitur*, Hav. quæ lectionis diversitas etiam alibi in Mss. obvia est. Vide ad VI. 2. § 1. De ipsa locutione vide ad X. 26. § 8.

§ 15 *Versus extemplo est terror in insidiatores*] *Versus extemplo terror est* Port. et Hav. Tum præpositio *in* abest a Leid. 1. et Lov. 3. sed intercepta est a syllaba initiali vocis seq. Vide ad VIII. 33. § 6. Paullo ante *summam planiciem*, et *jam se*, transpositis vocibus, est in Lov. 2. Præterea *instetisse*, pro *institisse*, edd. Rom. 1472. et Parm.

Easdemque latebras] *Easdem latebras* Gaertn. *easdem quippe latebras* Flor. Mox verbis seqq. *palati et inermes*, pro *atque inermes*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

§ 16 *Sed loca difficilia, hosti quæsita, ipsos tum sua fraude impediebant*] Vet. lib. *sed loca diff. ab hoste quæsita ipsos cum sua fraude imp.* Sigon. *Loca difficilia hosti quæsita* probe vetustissima ed. Andreæ: cujus scripturæ elegantiam non assecuti scribæ fecerunt in Pall. tribus *loca difficilia ab hoste quæsita*. Campanus edidit *sed loca difficilia hosti exquisita*. Gebh. *Loca difficilia hostiæ quæsita* Flor. *loca difficilia ab hoste quæsita* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses N. L. 2. B. ac C. nisi quod codex posterior præferat *loco difficiliora*. Et hanc scripturam Sigonius in contextum recepit, nullo recentiorum lectionem ejus probante. Et sane ea potius, quam vulgata, ex interpolatione vel interpretis expositione nata videtur. Adi, quæ notantur ad VI. 11. § 4. Præterea *ipsos cum sua fraude* est quo-

Digitized by Google

que a Sigonii emendatione, quomodo etiam ante eum Mediolanenses 1505. ediderant. Neque aliter est in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii N. L. 2. B. ac C. Vocules *tum* et *cum* sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Utrumque commode ferri posse existimo. Et quidem a Sigonio plures, a prisca scriptura integriores stant Mss. *Ipsos tam sua fraude* habet Lov. 3. *ipsos tum fraude sua* Lov. 2.

Itaque ergo perpaucis effugium patuit: cæsa ad viginti millia hominum] Vox *ergo* exsulat a Lov. 4. Male: *itaque ergo* enim Livius jungere solitus est. Vide ad I. 25. § 2. et III. 31. § 5. quibus etiam locis nonnulli scribæ locutione ea obfensi particulam *ergo* neglexerant. Tum *paucis effugium patuit* fragm. Hav. Non sequor. Vide ad XXXVII. 11. § 3. Deinde *cæsi* Voss. 2. Ita Livium sæpius locutum esse, videbimus ad XXXVII. 39. § 12. Hic tamen, invitis reliquis codd. unum audire iniquum puto.

Victorque Romanus ad oblatam ultro ab hoste prædam pecorum discurrit] *Victoque Romanus* Flor. Vox *ultro* deficit in Harl. et edd. Aldina prioribus. Supra I. 17. 'Obferendum ultro rati, quod amissuri erant.' XXXII. 21. 'Nolite, si, quod omnibus votis petendum erat, ultro obfertur, fastidire.' XL. 23. 'In omnia ultro suam obferens operam.' Hinc *prædam pecudum* Hearnii Oxoniensis L. 2. et N. *Pecorum* tamen in posterioris margine adparet. Vide ad XXXVII. 39. § 4.

CAP. XXXII. § 1 *Omnes Etruriæ populi præter Aretinos ad arma ierant*] Pall. 1. et 3. *ad arma se contulerunt.* Amplius Camp. *ad arma ierant, ad oppugnandum Sutrium.* Gebh. Quid alibi volunt Voss. 2. et duo Pall. *ad arma se contulerant?* J. F. Gronov. Quædam edd. apud Hearnium *Arretinos.* 'Arretium,' ait Aldus in Orthographia, 'duplici *r* libri veteres et lapides.' De lapidibus credo verius esse, quod dicit, quam de libris: nam, in his non semper ita scribi, certum est. Sed illi haud dubie præferendi sunt. Adde Græv. ad Suet. Domit. c. 11. *Duk. Ad arma se contulerant* etiam Lov. 3. quæ lectio ex interpretis expositione, margini vel inter versus olim adscripta, in contextum inrepsisse videtur. 'Ad arma ire' Livius sæpius usurpavit. XXI. 48. 'Contactosque eo scelere, velut injecta rabie, ad arma itaros.' XXXIII. 26. 'Tum primum suo nomine ad arma ierant.' XLII. 2. 'Facile tamen adparuisse sibi, bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturum.' c. 21. 'Ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt.' Tum *Aricinos* Hearnii Oxoniensis L. 2. *Arretinos* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 4. et Flor. neque aliter pleræque edd. Parisina 1573. antiquiores hoc loco et c. 37. ut et X. 3. Reliquis vero locis, ubi hujus populi mentio fit, etiam illæ edd. quæ nunc dissentiunt, literam duplicem caninam servant. Hæc inconstantia displicet; quare hic et alibi *Arretinos* reposui, præsertim quum ita supersit in inscriptionibus antiquis, ut jam monuit Cluver. Itál. Antiq. l. II. c. 3. p. 571. Deinde *ad oppugnando Sutrio* est in Flor. manifesto scribæ lapsu, quem emendaturi alii longe pejus dederunt *ad oppugnandum Sutrium*, quomodo est in Lov. 2. Harl. Hearnii Oxoniensi C. et Neapol. Latinii.

Ab oppugnando Sutrio, quæ urbs, &c.] Sutrium coloniam deductam a Romanis post annos VII. quam Roma a Gallis capta est, scribit Velleius I. 14. Eamdem ἀτοικον hoc anno vocat Diodorus lib. XX. p. 750. Præterea Livius XXVII. 9. inter colonias numerat. *Sigon.*

Quæ urbs, socia Romanis, velut claustra Etruriæ erat, ingens orsi bellum]

Digitized by Google

Optimæ membranæ *quæ urbis socia Romanis*. Modius. Quis sit sensus lectionis, quam e membranis produxit suis Modius, non assequor. *Gebh.* Librarius cod. quo Modius usus est, eodem modo aberrans *urbis* dedit pro *urbs*, quæ habuimus *stirpis* pro *stirps*, t. 1. § 11. Tum vox *Romanis* exsulat ab Hav. Deinde *velut claustrum Etruriæ* Lov. 2. Verum hoc sensu numero plurali apud Livium usurpatur. Infra XXXII. 21. 'Cur excessit faucibus Epiri claustrisque illis inexpugnabilibus super Aoum amnem.' XLII. 67. Oppidum 'ante ipsa Tempe in faucibus situm, Macedoniæ claustra tutissima præbet.' Lib. XLV. cap. 11. 'Pelusii validum relictum erat præsidium: adparebat claustra Ægypti teneri.' At *velut castra Etruriæ* Leid. 2. et Lov. 1. sollemni scribarum aberratione. Vide Burmann. ad Ovid. ex Pont. Ep. II. 9. 37. Oudenderp. ad Lucani VI. 118. et quæ notavi ad Silii X. 648. Ceterum Doujatius Sutrium, quam Vellei. septimo anno post Romam a Gallis captam coloniam Romanorum factam scribit, et Diodorus circa hoc tempus coloniam vocat, hic tamen a Livio 'sociam Romanis urbem' vocari conjicit, quia non optimo jure, sed sine civitate, coloni erant. Verisimilius tamen esse, Sutrinos nondum hoc tempore colonos fuisse, dictum est ad VI. 3. § 2. Ad testimonium Diodori tanto minus adtendimus, quod Sutrium jam proximo post Romam ex manibus Gallorum liberatam anno ἀνοικίαν vocet lib. XIV. p. 456. apud Vellei. autem forte *Satricum*, pro *Sutrium*, legendum est. Vide ad d. l. Livii notata. Tandem *ingens orsa bellum* Lov. 2. *ingens orsum bellum* Harl.

§ 2 *Eo alter consul Æmilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit*] E tribus Mss. lege *Eo alter consulum Æmilius*. Gebh. Quinque alii cum Thuan. *Eo alter consulum Æmilius*. J. F. Gron. Per quinque codd. Gronovius tres Pall. et duos Voss. intellexisse videtur. Et ita tantum non omnes mei, ut et omnes Hearnii Oxonienses, præter unum B. qui *alter consul* servat. Passim apud Livium 'alter consulum' obcurrit. Quædam loca Jac. Gronovius notavit XXIV. 47. § 12. Adde II. 11. § 8. III. 38. § 4. VIII. 12. § 4. XXIV. 21. § 1. et XXVII. 25. § 6. Alia insuper passim obcurrunt. Error facillime nasci potuit, quia pro *consulum* librarii per compendium vel *cos.* vel *cons.* vel *coss.* vel *consul*, linea per ultimæ literæ cornu traducta, scribere soliti sunt. Vide ad X. 10. § 2. Deinde *ad lib. obsid. venit socios* fragm. Hav. in quo etiam prima vox *Eo* a m. pr. omissa erat. Sed ejus loco *Et* exhibet Lov. 2.

Commeatus benigne in castra ante urbem posita advexere] Pal. 2. *adduxere*. Gebh. *Commeatus benignos* Flor. sed vox *benigne* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Melius eam ceteri servant, quæ hic eleganter pro 'largiter,' 'copiose' accipi potest; ut XXXVI. 22. 'Ager Heracleensis benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat.' Ita contra 'maligne' est parce. l. VIII. c. 12. 'Materiam autem præbebat criminibus ager in Latino Falernoque agro maligne plebei divisus.' Lib. XXXIX. cap. 9. 'Maligne omnia præbentibus suis, meretriculæ munificentia sustinebatur.' Hinc *aduxere*, una litera omissa, Port. a m. pr. in qualem cod. incidens scriba Hav. substituit *adduxere*. Alibi sæpius ita variare codd. videbimus ad XXVII. 38. § 12. Paullo ante *Et advenientibus*, addita prima vocula, præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxonienses N. L. 2. ac B.

§ 3 *Consultando, maturarent, traherentne bellum*] *Cum consultando* Port. in margine a m. sec. *consilia dum maturarent* Lov. 4. Præterea *traherentve* Hav. Vide ad V. 28. § 5. Tota vox

Digitized by Google

traherentne omittitur in Port.

Celeriora, quam tutiora, consilia] Duæ mediæ voces exsulant a Flor. et Hearnii Oxoniensi L. 1. At similiter ad XXII. 38. 'Id sua sponte adparebat, tuta celeribus consiliis præpositurum.' Neque multum differt, quod habuimus II. 51. 'Quamvis in præcipitia, dum celeriora essent, agebat consilia.' Mox *signum pugnæ positum* Gaertn. 'Proponere' in hac re proprium verbum est. Supra hoc lib. c. 23. 'Signum repente pugnæ proposuit.' XXII. 45. 'Nihil consulto collega, signum pugnæ proposuit.' Et sæpe alibi. Per compendium scriptum erat *ꝓ positum*; idque errandi caussa librario fuit, eodem fere modo, quo *per* pro *propter* datum est sæpe: de quo vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Tandem *armati*, pro *armatique*, est in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat*] Duplicis generis tesseræ in re militari notæ fuerunt: alteræ, quibus milites se internoscerent; alteræ, quibus imperator militibus, quid agendum foret, indicabat. Vide quæ notavi ad Silii Ital. VII. 347. Posterioris generis tesseram hic intelligi, nullus non videt: excipio tamen professorum regiorum primicerium J. Doujatium, qui ad hunc locum monuit, per *tesseram* se intelligere symbolum, quod sub ipsam pugnam uno aut altero verbo ab imperatore datur, ut eo indicio commilitones inter se norint. Ceterum *et prandeat miles* Leid. 2. et Lov. 1. in contextu, pro quo *ut* emendatur in ejus margine. Vide ad XXI. 28. § 8. et mox § seq. *Ut plaudeat* Voss. 1. cujus margini recte *prandeat* adscriptum est. Insuper *fumatisque cibo miribus* sine sensu inepte Hav. Paullo ante *post*, pro *postquam*, erat in Lov. 3.

§ 5 *Ubi armatos paratosque vidit*] Lego *pransos paratosque*. Vide Lipsium Var. Lect. II. 9. Vidi enim librum veterem, qui habet *ubi cenatos paratosque*. Klock. *Armatos peractosque* Lov. 3. sollemni scribarum errore. Vide Burm. ad Nason. Ep. Her. v. 41. *Paratos armatosque* Gaertn. Reliqui nihil mutant: quare et mihi a vulgato discedere religio est. Supra VI. 26. 'Ita armati paratique obviam imperatoribus legionibusque vestris processimus.'

Proferri jussit, et haud procul hoste instruxit aciem] Pal. 1. et 3. *procul hostem*, sec. *procul ab hoste*. Gebh. *Procul ab hoste* Lov. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. C. *procul hostem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. De hac locutione vide ad XXI. 61. § 8. Potius nihil muto, atque existimo, ultimam literam τῷ *hostem* adhæsisse ex prima syllaba vocis seq. Vide ad III. 48. § 5. De constructione autem vocis *procul* cum casu sexto vide ad XXIV. 28. § 1. Deinde *proferri jubet* Gaertn. Paullo ante vox *consul* non adparebat in Lov. 4.

Ut ab adversariis clamor et pugna inciperet] *Et ab advers.* Hav. Vide modo ad § præc. *Ut adversarius clamor* Lov. 3. Insuper *clamor et pugna inciperent* edd. Rom. 1472. et Parm. Utrumque genus loquendi Livio familiare fuit. De altero vide ad I. 31. § 7. de altero ad XXXVII. 29. § 6. Sana igitur ratio suadet, ut scriptis vulgatum pertinaciter tuentibus adhæreamus. In verbis præcedd. *utrimque intenti*, inmutato ordine dictionum, Harl. Port. Hav. et edd. Aldina priores. *Intenti utrique* Lov. 3. Vide ad VI. 31. § 8.

§ 6 *Telum hinc aut illinc emissum est*] *Hinc atque illinc dimissum* Gaertn.

§ 7 *Nec segnius ab Romanis pugna initur*] Præpositionem omittunt Harl. et edd. primæ. Vide ad VI. 11. § 4. Quum tamen reliqui scripti eamdem servent, ego ei controversiam a me motam nolim. Omnia autem hæc verba exsulant a Voss. 2. Leid. 1. Lov.

Digitized by Google

2. 3. 4. et fragm. Hav.

Virtute Romanus superat] Pall. 1. et 2. *supererat*. Gebh. *Superat* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav. *supererat* Lov. 3. et fragm. Hav. Vide ad VI. 4. § 2.

§ 8 *Anceps prælium multos utrimque, et fortissimum quemque, absumit*] *Et multos utrimque, et fortiss. quemque* Port. et Hav. Sed levioris auctoritatis sunt, quam ut eos solos, invitis reliquis, audirem. Tum *adsumit* Flor. *assumit* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad hujus lib. c. 17. § 17.

Secunda acies Romana ad prima signa, integri fessis, successerunt] *Romana acies secunda* Leid. 2. et Lov. 1. *secunda acies, Romani* Leid. 1. *secunda acies Romanos* Flor. Tum *integra fessis successerunt* Gaertn. *integri fessi successerunt* Voss. 1. et Leid. 2. Sed ultima litera vocis *fessis* intercidit ob initialem sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *Fessis integri successerunt* Harl. et edd. vett. usque ad Frobenianam a. 1535. Deinde *acies Romana ad prima acies fuit, ante signa*, reliquis mediis omnibus omissis, Lov. 4. neque aliter Leid. 1. nisi quod *a prima* præferat. *Acies Romana ad primam accessit, ante signa* Lov. 3. Causa erroris fuit repetitio vocis *prima*. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11.

§ 9 *Ante signa circaque omnes ceciderunt*] *Ante signaque* Hav. Tum *ceciderant* Voss. 2. et Lov. 3.

Ni obstinatos mori Tuscos nox texisset] Contuens et hic locus in Mss. Pall. nam 1. et 3. *obstinatos morituros coss.* Pal. 2. *obstinatos morti Etruscos*. Gebh. *Obstinatos mori Etruscos* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Solent voces 'Tuscus' et 'Etruscus' confundi. Vide ad II. 47. § 6. Et quidem tanto magis pro *Tuscos* substituerunt hoc loco *Etruscos*, quia ita etiam in verbis præcedd. vocati erant. At Livium in hac variatione elegantiam captasse, docet Jac. Gronov. ad Liv. II. 7. § 2. Ceterum *obstinatos morituros coss.* Leid. 1. et Lov. 4. *obstinatos morituros consules* Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii C. *obstinatos morituros consules* Lov. 2. Similes librariorum lapsus videbimus ad XXXVII. 2. § 9. *Obstinatos morituros*, omissa sequenti voce, Hearnii Oxon. N. Ferre non potuisse videntur librarii genus loquendi, ad imitationem Græcorum formatum, 'obstinatos mori.' Ita tamen Liv. loquitur XXVIII. 22. 'Ut neminem cedere, atque obstinatos mori in vestigio quemque suo vidit.' XLII. 65. 'Quum ex insperato jam obstinatis mori spes adfulsit.' 'Obstinatus ad moriendum' dixit Curtius VIII. 2. 'Quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt.' Mox *ita haut victores prius, quam vita, pugnandi finem facerent* Klockian.

§ 10 *Post occasum solis*] In Pal. 2. ambigue scriptum est, ut possis etiam legere *post occasum solem*. Plinius, 'post mediam noctem, post solem meridiem, et post solem occasum agunt.' Plautus in Epid. I. 2. 41. 'Nam ni ante solem occasum hoc argentum eloces, Meam domum ne imbitas.' *Gebh.* Vide viros doctos ad d. l. Plauti, ubi et Plinii illud laudatur; et Laurent. in Antiquar. voce 'Occasus sol.' Verum omnes codd. quibus utor, uno ore vulgatum defendunt. Et passim etiam Livius 'occasum solis' memorat; vide Gronov. Observ. I. IV. c. 4. p. 58. numquam vero 'solem occasum;' quod nimis antiquatum videtur, quam ut Nostro convenire queat.

Nocte ab utroque in castra reditum] Præpositio *in* deficit in Gaertn. Ne 'redire castra' alicui placeat, videnda sunt quæ notantur ad II. 44. § 11.

§ 11 *Quidquam eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium gestum est*] Vet. lib. *memoria dignum*. Sigon. Ita et

Digitized by Google

Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxonienses. Sed optimi rectius nihil mutandum evincunt. Tum *est* deficit in Lovel. 4. *gestum est* in Voss. 2. et Lov. 3. *est gestum* legit Hav.

Quia et ex hostium exercitu prima tota acies deleta] *Qui et ex host.* Gaertn. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Quia ex hostium* Voss. 2. Lov. 2. et Hav. Vide ad II. 44. § 3. Tum vox *tota* omittitur in Voss. 2. et Lov. 3. Paullo post *subsidiaris*, pro *subsidiariis*, Lov. 1. Vide ad XXXII. 6. § 6. *Subsidiasis* Lov. 4. Vide ad III. 30. § 3.

Subsidiariis modo relictis] Hæc parum videntur convenire cum iis quæ paullo ante dixit: 'quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit.' 'Subsidiarii' opponuntur 'primæ aciei' VI. 8. IX. 27. et XXXIV. 15. Si ergo subsidiarii relicti fuerunt, quomodo prima acies non fulta fuit subsidiis? Hoc non possum expedire. *Duk.*

Vix quod satis esset ad castrorum præsidium] *Vixque satis esset* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. *Quod vix satis esset* Lov. 4. Vide ad XXVIII. 12. § 13. *Ad castrorum ad præsid.* Leid. 1. *ad castrorum subsidium præs.* Lov. 2. Sed additis notis librarius postea indicavit, vocem *subsidium* delendam esse.

§ 12 *Ut plures post prælium saucii decesserint, quam ceciderant in acie*] Vox *saucii* deficit in Harl. Tum *decess., quam ceciderint* est in Voss. 2. et Hav. quod si plures aut certiores servassent, in contextum recepissem. Ni quis hæc referre malit ad enallagen modorum, de qua videbimus ad XLI. 24. § 5. Præterea *ceciderunt acie* Leid. 1. quod eodem modo dictum esse potest, quo XXIII. 21. 'Qui ceciderant pugna Cannensi:' ubi Gronov. vulgatum contra Sigonium, *in pugna* substituentem, defendit. Nepos in Paus. c. 1. 'Eoque ipse dux cecidit prælio.' Ovid. Epist. Her. I. 21. 'Denique quisquis erat castris jugulatus Achivis.' Florus III. 16. 'Occiso palam comitiis Annio competitore tribunatus.' Curtius VII. 7. 'Cecidere eo prælio peditum duo millia.' Quum tamen reliqui codd. stent pro vulgata scriptura, ei adversari nolo. Paullo ante *tantum vulneris*, pro *vulnerum*, erat in Lov. 4.

CAP. XXXIII. § 1 *Q. Fabius insequentis anni consul*] Hic addendum *iterum*. Nam primum fuit a. CDXXXII. (l. VIII. c. 38.) postea vero adhuc ter Maximi nomen ad finem hujus libri meruit, quamquam in prioribus sæpe huic appositum est, sed perperam, meo quidem judicio, ut antea etiam admonuimus ad VIII. 18. *Glar.* Prænomen hujus consulis abest a Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. Omisit etiam Aldus, sed inter errata addendum monuit. Deinde, neglegentia librariorum factum esse, ut Fabio iterati consulatus nota non adscribatur, existimavit etiam Pighius in Annal. ad a. CDXLIII. p. 368. Sed vide quæ dicta sunt ad II. 16. § 7. De prolepsi, qua Fabio cognomen 'Maximi' ante censuram tribuitur, vide ad VIII. 18. § 4. Mox *bellum* deficit in Leid. 2.

Collega Fabio C. Marcius Rutilus datus est] *Fabio C. Martio Ruptilius* Voss. 1. et Lov. 1. in quo tamen a m. sec. *Martius* emendatur. *Fabio C. Martius Rutilius* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. *Fabio C. Marcius Rutilius* Leid. 1. fragm. Hav. aliique. *Fabio C. Martius Rutillus* Port. *Fabio C. Marcius Rutullius* Hav. a m. pr. in quo manus altera *Rutilius* emendavit. Vide ad VII. 17. § 6.

§ 2 *Et Fabius supplementum ab Roma adduxit*] Pall. duo *abduxit*. Gebh. *Abduxit* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Klockian. Eamdem lectionem quum etiam Salvinius in Flor. invenisset, adjecta nota indicavit,

Digitized by Google

sibi illam non displicere. Sæpe quidem 'abducere' et 'adducere' in Mss. commutantur, ut dicendum erit ad XXVII. 29. § 1. Hic tamen vulgatum præstare puto, licet alterum malint præstantissimi codd. Vide ad XXXVI. 40. § 3. Codd. obpono auctoritatem Prisciani, qui hunc locum laudans Gramm. l. XV. p. 1008. exhibet *adduxit*. Ceterum *et* non adparet in Hearnii Oxon. L. 2. Male. Vide ad II. 44. § 3. *A Roma* legit Gaertn. utrumque dissentiente Prisciano loco laudato. In verbis etiam proximis *et* ignorant Leid. 2. et Lov. 1.

§ 3 *Permulti jam anni erant, quum inter patricios magistratus tribunosque*] Vet. lib. *tribunosque plebis*. Sigon. Pall. duo cum Andreæ et Campani editis ejiciunt τὸ *plebis* intrusum ab Sigonio, et comparens in Pal. 2. *Gebh.* Vocem *plebis*, si bonos auctores haberet, facile ferrem: nunc, quia non modo editi veteres, sed et Flor. Rott. uterque Voss. Helm. Thuan. refutant, ex uno Sigoniano admittere non possum. *J. F. Gron.* Vocem *plebis* ex nostris, præter memoratos a Gronovio, ignorant etiam Leid. duo, Harl. Lov. 1. 2. 3. 4. Klockian. et fragm. Hav. ut et Hearnii Oxon. N. ac C. ut non inveniatur nisi in meis minimæ fidei Port. Gaertn. et Hav. atque in Hearnii L. 1. 2. et B. Recte itaque Gronovio displicuit: hinc iterum ex contextu ejeci. Alibi vero sæpe tribuni plebis simpliciter 'tribuni' vocantur. Vide ad II. 56. § 1. Præterea *Permulti anni jam erant*, in alium ordinem digestis vocibus, Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum consensui obtemperandum esse arbitratus sum.

Quæ velut fatalis cum tribunis ac plebe erat] Non cum tribunis ac plebe erat Appiana familia, sed contra tribunos ac plebem: ergo cum tribunis aut 'contendens,' aut 'bellatrix' intelligendum. Alii legunt *tum tribunis ac plebi*, eodem sensu, sed inculentioribus verbis. *Glar. Fatalis tum tribunis ac plebi erat* Frobeniani correctoris commentum. Ante illum ab Andrea ad Juntam omnes *fatalis cum tribunis ac plebe*. Nec secus illi, quos appellavi modo, scripti codd. nisi quod Rott. et Helm. defecti, *fatalis cum tribunis erat*, Flor. *fatales*. Suspicor fuisse *cum ex ea familia, quæ velut natalitibus cum tribunis ac plebe erat, certamen oritur*. Et genus hoc loquendi amat Livius. *J. F. Gron. Fatalis cum tribunis ac plebe* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Klockian. *Fatales cum tribunis ac plebe* Leid. 1. *fatalis cum tribunis ac plebi* Voss. 1. et Hearnii Oxon. N. ac C. Gronovii conjectura non displiceat. De locutione 'natus alicui rei' vide ad IV. 13. § 11. Præterea vox *erat* non conspicitur in Leid. 2.

§ 4 *Circumactis decem et octo mensibus*] Pall. duo *actis decem et octo mensibus*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Pariter fere Phædr. Fab. I. 18. 2. 'Instante partu mulier, actis mensibus, Humi jacebat:' ubi vide viros doctos, et præcipue Burmann. Mihi tamen recepta scriptura hoc loco non displicet, partim quia eam servant reliqui omnes codd. partim quia Livius verbum 'circumagere' hoc sensu sæpe usurpavit. Ita III. 8. 'Graviore tempore anni jam circumacto.' VI. 1. 'Neque eum abdicare se dictatura, nisi anno circumacto, passi sunt.' c. 38. 'Prius circumactus est annus, quam a Velitris reducerentur legiones.' XXIII. 30. 'Circumacto tertio anno Punici belli.' XXIV. 8. 'Nobis autem in adparatu ipso ac tantum inchoantibus res annus circumagitur.' XXVI. 40. 'Magna parte anni circumacta.' XXVII. 30. 'Vixdum inducirum tempore circumacto.' Deinde *XVIII. mensibus* Lov. 2. et Port. Mox *finitum censura*,

Digitized by Google

pro *censuræ*, Voss. 2. et fragm. Hav. *censuere* Lov. 3. et *temporis spatium* Lov. 4.

C. Plautius collega ejus] *P. Plautius* Hearnii Oxon. C. Prænomen deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *compelli, ut se abdicaret, potuit*, addita media voce, Lov. 2. 4. et Hav.

§ 5 *Non popularem magis, quam justam*] *Non tam pop., quam justam* Lov. 4. Mox *quam optime cuique*, pro *optimo*, Gaertn. Vox *cuique* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Legem Æmiliam recitaret, auctoremque ejus Mam. Æmilium*] *Legem civiliam recit.* Hav. *legem Æmiliam irritaret* Lov. 4. Τὸ *ejus* autem deficit in fragm. Hav. a m. pr.

Longinquitate potestatem dominantem, intra sex mensium et anni coëgisset spatium] Pal. 2. *egisset*, hoc est, 'constrinxisset,' et 'coarctasset.' Sic dicitur 'agere in gyrum.' At reliqui duo: *qui quinq. ante cens., et longinq. potest. dominantem, mora spex mensium et anni coëgisset spatio.* Utra elegantior, utra Livio dignior, non definio. *Gebh. Longinq. domin. potest.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Tum *egisset* Port. Non placet. Cic. pro C. Rabir. c. 2. 'Meque, ex comparato et constituto spatio defensionis, in semihoræ curriculum coëgisti.' Sed *mora sex mensium et anni coëgisset spatio* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quam scripturam, licet veri incertus dubitet Gebhardus, utra præferenda sit, alteri cedere existimo. *Sex mensum* est in Flor. a m. pr. Vide ad XXIX. 3. § 5. Ex eo postea *menstum* factum est, sed a manu satis antiqua.

§ 7 *Dic, agedum, inquit, Ap. Claudi, quidnam facturus fueris*] *Agendum* Voss. 2. facillimo lapsu scribæ, qui se *agēdum* exaratum invenisse credebat. Alibi sæpe ita peccatur. Vide ad VIII. 9. § 4. hoc lib. c. 16. § 18. et pluribus locis. Tum *quidni facturus fueris* Harl. *quidnam futurus fueris* Lov. 1. Vide ad XXXI. 45. § 2. *Quidnam facturus fueras* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn.

Quo C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses] *C. M. Furius* Harl. Deinde *M. Gregunnius* Port. Vulgatum verum est. Vide ad IV. 22. § 7. Deinde *censor factus fuisses* Harl.

§ 8 *Magno opere ad causam pertinere suam*] Ita præfert sola Jac. Gronovii editio, eamque secuta Amstelædam. quæ tamen se contextum Livii ad mentem J. F. Gronovii exhibere jactat. Mutationis causam non subjecit vir celeberr. sed codd. auctores habuisse non dubito. Certe ita ex meis præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Harl. Vide ad XXVIII. 18. § 4.

Etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset, &c.] Nisi hæc cavillatio revera est, non video, quomodo hic locus intelligendus: nisi forte quis aliquid ei deesse suspicetur, quod equidem nescio: id tamen etiam in oratione decemviri accidit lib. III. *Glar.* Hæc cavillatio hanc habet vim: legem Æmiliam de annua et semestri censura tenuisse tantum censores eos, quorum in magistratu lata est, quia bis de eorum magistratu scivit populus, primum comitiis censoriis, ut censuram in quinquennium obtinerent; deinde legem ferente Æmilio dictatore, ut obtinerent in XVIII. menses. Itaque videri latam legem illam in eos tantum censores, qui tum erant, non in eos, qui futuri erant. Hunc sensum non percipiens Glareanus hic aliquot verba intercidisse sine causa existimat. *Sigon. Si tenuerit* Lov. 2. Deinde *quorum magistratu* fragm. Hav. a m. pr. Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 50. Præpositio autem hic intercepta est, vel ab ultima præced. vel a prima litera seq. vocis. Prioris erroris alia exempla vide ad X. 13. § 3. posterioris ad XXXVII. 1. § 2.

Digitized by Google

Insuper *lata est* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C.

§ 9 *Quia post illos censores creatos eam legem populus jussisset*] *Qua post illos censores* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XL. 29. § 8. *Quia si post illos censores* Hav. Mox *populum jussisset* Flor. et Leid. 1. Ceterum verba *quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores* desunt in Gaertn. cujus neglegentiæ caussa fuit repetitio vocis *censores*. Vide hoc ipso lib. ad c. 11. § 11.

Quodque postremum jussisset, id jus ratumque esset] Tres priores voces desunt in Gaertn. Tum *adjuratumque esset* Flor. *ad jus ratumque esset* Leid. 1. et Hav. *id jus ratum esset* Port. et Hav. Vide ad l. VII. c. 17. § 12.

Aut eorum quemquam, qui post eam legem latam] *Aut quemquam* Leid. 2. et Lov. 1. *aut suorum quemquam* Gaertn. a m. pr. Tum *qui postea legem latam* Flor. omissa virgula, qua ultima litera vocis *eam* indicatur. Mox *ea lege teneri* Lov. 2. alio ordine.

CAP. XXXIV. § 1 *En, inquit, Quirites, illius Appii progenies*] Pall. 1. 3. et Camp. ed. *Est, inquit, Quirites.* Andreæ ed. *Et hic est, inquit, Quirites.* Gebh. *Est, inquit, Quirites* præferunt etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. et Gaertn. *Et, inquit, Quirites* Harl. Vide ad II. 12. § 13. *Et hic est, inquit, Quirites* pr. edd. usque ad Aldum, qui primus ei vulgatum substituit, quod in reliquis codd. superest. Paullo ante *Hoc sine ullius*, pro *Hæc*, Voss. 2.

Qui decemvir in annum creatus] Per notas scriptum fuerat *qui Xvir.* Hinc *qui IIvir*, vel *duumvir*, factum est in Lov. 3. *qui A virũ* in Leid. 1. *quia vir* in Lov. 4. Literas *A* et *X* in Mss. confundi, videbimus ad XL. 59. § 8. inde iterum, utraque lectione quasi juncta, *qui ante decemvirum* datum est in Hearnii Oxon. L. 2. *qui decemvirum* habet fragm. Hav.

Tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces et imperium obtinuit] Hic quintus poterat esse locus ad ostendendum, decemviros tribus regnasse annis, quemadmodum lib. III. ostendimus: sed satis est probationum. *Glar.* Vide ad III. 38. § 1. Ceterum voces *altero anno se ipse creavit: tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus* desunt in Voss. 2. Caussa erroris est repetitio vocis *creatus*. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11. Insuper *nec a se* habent Lov. 2. 3. et Gaertn. Deinde *privatus* deficit in Harl. Tandem *imperium accepit* ostentant Voss. 2. et Lov. 3. Nihil muto. 'Obtinere' hic non est consequi, sed perseverare in tenendo, obstinate tenere; quomodo hoc verbum supra accipiendum, docuit Gronov. ad Livii III. 36. § 9. Eo sensu nunc poni, docet sequens 'continuando;' ut et, quod deinde vocet 'retenta imperia.' Id non intelligentes interpretes 'obtinere' pro consequi positum existimarunt, et ideo per 'accipere' in margine exposuerunt, quod deinde in contextum admissum est.

§ 2 *Quam obruerunt eum male parta, male gesta, male retenta imperia*] *Obruerunt* primus vulgavit Gruter. in ultima, quæ ejus nomen præfert, ed. Omnes priores exhibent *obruerent*, quod etiam superest in Flor. Leid. utroque, Lov. 4. Port. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Quod recepi. Deinde *male gesta et retenta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed in ter iterata voce *male* emphasis est. Quare nihil muto. Paullo ante *nec aut continuando*, pro *nec ante*, Harl. quæ voculæ etiam alibi commutabantur. Vide ad X. 35. § 19. *Ne ante continuando* Flor. Vide ad III. 47. § 7. et hoc cap. ad § 15. Tum *obstitit*, pro *abstitit*, Gaertn. Solent verba cum *ob* et *ab* composita confundi. Vide ad II. 37. § 9.

Digitized by Google

§ 3 *Cujus vi atque injuriis compulsi, extorres patria, Saerum montem cepistis*] *Cui vi atque injuriis* Hav. *cujus vi atque imperiis* Lov. 4. Sed quatuor hæ voces omittuntur in Gaertn. Tum *compulsi atque extorres* Lov. 1. 2. et Voss. 1. inter versus. *Compulsi et extorres* Hearnii Oxon. C. Mox voces *hæc adv. quam trib. aux. vobis comp.* desunt in Lov. 2. *adversus quem* habet Leid. 2. *comparatis* Gaertn.

§ 4 *Duo exercitus Aventinum insedistis*] Donjatius ante conjecerat *duobus exercitibus Aventinum insedistis*. Sed recte postea eamdem conjecturam repudiavit. De locutione 'exercitus insedistis' vide ad XXXIII. 21. § 16. *Insidistis* est in Gaertn. *consedistis* in Port. et Hav.

Hæc, quæ fœnebres leges; hæc, quæ agrarias semper inpugnavit] *Funebres leges* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. a m. pr. Harl. Port. a m. pr. Gaertn. et Hav. Voces quatuor priores deerant in Flor. Tum *inpugnavit semper* Port. et Hav. *semper inpugnavit*, id est *inpugnaverit*, Gaertn. Mox *irrupit*, pro *interrupit*, idem Gaertn. *interrumpit* fragm. Hav.

§ 5 *Hoc est nomen multo, quam Tarquiniorum, infestius vestræ libertati*] *Hæc est nomen* Voss. 2. et Lov. 2. Tum *quam in Tarq.* Gaertn. Deinde *nostræ libertati* Voss. 1. Lov. 1. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. Sæpius hæc pronomina in Mss. confunduntur. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Quamvis autem, ea lectione recepta, Sempronius se unum ex plebe, ad quam gens ejus pertinebat, agnoscet, malo tamen vulgatum, quia eadem forma supra dixit *cepistis, vobis comparastis, insedistis*, non *cepimus, nobis comparavimus, insedimus*.

§ 6 *Quum centesimus jam annus sit*] Non omnino rotundum exhibuit numerum, id quod in orationibus sæpius fieri solet. Æmylius enim hanc legem tulit A. U. C. CCCXXII. hic autem est annus quadringentesimus quinquagesimus quintus. *Glar.* Vox illa *jam* habet hanc vim, ut centesimum annum jam præteriisse significet: sic enim res habet. Quod intelliget, qui summam annorum concipiet. *Sigon.* Vocula *jam* deficit male in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde verbum *sit* exsulat a Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Mox *a Mam. Æmilio* Gaertn. Tum *nobilissimi fortissimi viri* Hav. *nobilissimique fortissimi viri* Lov. 2. 3. Voss. 2. et Leid. 1. *nobilissimique fortissimique viri* fragm. Hav. a m. pr.

Nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit] *Nemo id jus esset* Lov. 1. *nemo id jussisse* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *nemo id inesse* Gaertn. Deinde *scit* Leid. 1. Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *sciit* Harl. et edd. vett. usque ad Aldum, qui *scivit* substituit. *Sciere*, pro *scivere*, obcurrit l. II. c. 11. § 6.

§ 7 *Immo vero omnes sciverunt; et ideo Æmilia potius legi paruerunt*] *Omnis sciverit* Voss. 2. et fragm. Hav. *omnes sciverint* Leid. 1. et Lov. 3. Deinde voculam *et*, quæ a prioribus omnibus edd. deerat, primus in contextum recepit J. F. Gronovius: cui consentiunt omnes scripti præter Lov. 4. Harl. et forte Flor. in cujus excerptis nihil notari video. Tum *legi parvenit* Gaertn. *legi paruerit* fragm. Hav. *legi paruerint* Leid. 1. In verbis seqq. *qua primi censores* Leid. 2. in margine, pro *primum*. Sed vulgatum præstat. Non tantum enim primi censores, sed illi etiam, in quorum magistratu lex Æmilia lata est, antiqua illa lege creati sunt.

Quia hanc postremum jusserat] Scribe ex Flor. Voss. utroque, Thuan. Mureti, *hanc postremam*. J. F. Gron. *Hanc postremam* etiam omnes mei et Oxonienses Hearnii cedd. Deinde *jusserat populus*, addita ultima voce, non tantum iidem omnes Mss. sed insuper etiam omnes typis excusi us-

Digitized by Google

que ad Gruteram, qui in ultima ed. primus eam omisit, lectionem illius servantibus posterioribus editoribus. Sed priorem in contextum revocavi.

Et quia, ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat nova] Alii in Mss. libris legi aiunt, ut Ferrarius ad Cic. Orat. Philipp. I. 9. *antiquam abrogat nova*. At ego legi *antiquæ abrogat nova*. Est autem 'obrogare legi' non tollere legem latam; id enim 'abrogare' dicitur; sed novam legem ferre veteris infirmandæ causa. *Sigon. Obrogat* ex vetustissimo exemplari Pithœus legit in lib. Collat. Leg. Jud. et Rom. tit. IV. verbis 'Prioribus legibus pluribus abrogat.' Sic etiam Sigonius de conjectura restituit. *Klock.* Non est hujus lectionis auctor Sigonius, quam exhibuit seculo ante natum eum in ed. sua Andreas. Vulgo *abrogat*. Pal. 2. *semper antiquæ abrogaret nova*. Gebh. Non nunc judicium interponam, utrum antiqui ac probatæ auctoritatis scriptores dixerint *abrogare legi*, ut contendunt Pithœus loco, quem Klockius laudavit, Gifanius in Observ. Ling. Lat. in voce 'abrogare,' ubi etiam Sigonii emendationem sibi displicere testatur, et Parœus in Lexic. Crit. voc. 'Abrogare,' aliique; licet tamen plerisque testimoniis, quibus id evincere viri docti conantur, controversia moveatur. Id tantum dicam, verius videri, hoc loco legendum esse *obrogat*: quamvis enim *antiquæ abrogat nova* supersit in Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. et fragm. Hav. *antiquæ abrogaret nova* in Port. et Hav. *antiqua abrogat novam* in Lov. 2. *antiquam abrogat nova* in Gaertn. attamen *antiquæ obrogat nova* defendunt optimi Flor. Leid. 1. Voss. 1. a m. pr. Klockian. et forte Harl. ex quo nihil in excerptis notatum invenio; etiam edd. Rom. a. 1472. et Parm. Neque aliter se in Oxoniensibus obfendisse, Hearnius testatus est. His testibus fidem derogare, durum videtur. Accedit, alibi numquam Livium hac locutione 'abrogare legi' usum esse, sed alibi 'abrogare legem' dixisse. Ita XXXIX. 36. 'Leges vetustissimas abrogatas, inclitamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatam.' Et ea forma semper dixit 'abrogare alicui magistratum,' non 'alicujus magistratui.' At, dicent, 'lex abrogatur,' quum tollitur; 'legi' autem 'obrogatur,' quum mutatur aliquid ex prima lege. Vide Ulpian. tit. 1. § 3. de priori autem hic agi videtur, ideoque *obrogat* ferri nequit, quamdiu nondum idoneis testimoniis probatum sit, optimos scriptores dixisse 'obrogare legi,' pro totam legem tollere, eamque infirmare. Verum dari mihi volo, id quod nemo negare posse videtur; 'legem contrariam' esse non modo quæ omnia antiquioris capita abrogat, sed etiam quæ tantum partem ejus immutat. Jam autem ideo potius Livius hic *obrogat* dixisse contendo, quam *abrogat*, quia Sempronius, qui hic verba facit, talem 'legem contrariam' intelligit, quæ legi antiquiori obrogat, non eam plane abrogat. Lex antiqua erat illa, qua censores constituti, eorum munus descriptum, et insuper definitum erat, ut quinquennium honore fungerentur: hujus antiquæ legis uni capiti, quod erat de tempore quo censores magistratum gererent, lex Æmilia obrogavit; de reliquis capitibus nihil novi statuit.

§ 8 *Te unum extra legem esse*] Ms. Fuld. *te unum exlegem esse*. Modius. Consentiunt Fuld. membranis Pall. tres, et Camp. ed. *te unum exlegem esse*. Gebh. Fuldenses, Thuan. Pall. tres, duo Voss. Helm. Campanus, *te unum exlegem esse*. Cicero pro Cluent. c. 34. 'Non quo illi aut exlegem esse Sullam, aut caussam pecuniæ publicæ contemtam atque abjectam putarent.' *J. F. Gron. Extra legem* tantum su-

Digitized by Google

perest in Lov. 4. Hearnii Oxon. N. et, ut videtur, Flor. ex quo nihil in excerptis notatum video. Sed *exlegem*, præter codd. Gronovio laudatos, præferunt Lov. 2. Harl. Klockian. fragm. Hav. a m. sec. et reliqui Oxonienses. Alii codd. haud multum in diversa abeunt, exhibentes *ex lege*. Ita est in Leid. utroque, Lov. 1. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Plura exempla hujus vocis vide apud Nonium Marc. in voce ' Iliex et Exlex,' et in primis hoc Varronis in Σατυραχία: ' Postremo quæro, parebis legibus, an non? Anne exlex solus vives?' Deinde vox *unum* deficit in Gaertn. vacuo tamen spatio relicto. Præterea in verbis præcedd. *An hæc dicis*, pro *hoc*, Voss. 2. et Lov. 3. *An hic dicis* Hav.

§ 9 *Tenuit Æmilia lex violentos illos censores, C. Furium et M. Geganium*] *Lex Æmilia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Tum *violentes illos censores* Flor. *violens* ex poëtis jam dudum inlustrarunt lexicographi; alibi tamen hujus vocis ita formatæ exemplum neque in Livio, neque in aliis orationis prosaicæ scriptoribus obvium fuit: nisi quod VIOLENS, cognomen Volumnii consulis, collegæ Appii Claudii, memoretur in tabulis Capitolinis ad a. CDXLVII. unde tamen id deductum sit, incompertum est. Supra vocabulum ' violens ' Nostro ex cod. minimæ fidei restituere conabatur Gebhardus ad I. 46. § 5. verum, quamvis et ex meis unus, sed non melioris notæ, accedat, tamen vulgatum ibi servandum docui: ' violentus ' enim alibi semper dixit Livius. Vide ad VI. 31. § 4. Pari modo *opulentus* potius, quam *opulens*, Livium dixisse, videbimus hoc lib. c. 36. § 11. Deinde *M. Furium* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. antiquæ pleræque; nisi quod in Rom. 1472. ac Parm. bit *Claudium Furium*. Sed passim *Caius* mutarunt librarii in *Claudius*. Vide ad v. 26. § 2. Ejus loco Ascens. in ed. 1513. substituit *Cn. Claudius*, et in margine *C. Claudius:* quomodo deinceps fere omnes editores vulgarunt. Recte. Vide ad IV. 22. § 7. Deinde *C. Geganium* Hav. *M. Gregaxium* Port.

Qui, quid iste magistratus in republica mali facere posset, iudicarunt] *Quidquid iste magist.* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. N. B. C. et edd. antiqq. *quid iste magistratus* fragm. Hav. τῷ *qui* omisso, quod a sequenti voce interceptum est. Deinde *mala facere* Flor. *malefacere* Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et edd. ante Jac. Gronov. qui *mali facere* vulgari curavit. Vellem, monuisset utrum ex Mss. Mearum nullus consentit, nisi forte Voss. ambo, unde in excerptis nihil notatum video. Doujatius etiam *mali facere* scribendum esse conjecit. Præterea *iudicarunt* Port. et ed. Mediol. 1505. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII.

Quum ira finitæ potestatis] *Ita finitæ potest.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXIV. 16. § 1. *Ita futuræ potest.* Gaertn. *ira infinitæ potest.* ed. Mediol. 1505. cujus lectionis auctor id ita accepisse videtur, quomodo consulibus ' infinita potestas,' id est maxima, adscribitur III. 9. § 4. ubi vide. Sed reliqui omnes servant *finitæ potestatis*, id est, ' minori temporis spatio circumscriptæ.' De hoc usu verbi ' finire ' vide Gronov. ad Epit. Liv. lib. XXXIV. Mox *belli domi*, pro *domique*, Voss. 2. et *horarium*, pro *ærarium*, Lov. 2.

§ 10 *Tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium*] *Tenuit deinde* Hearnii Oxon. N. in margine. Vide ad v. 17. § 4. et mox § 21. Hinc *intra certum annorum spatium* Flor. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Literarum *N* et *R*

Digitized by Google

similitudo erroris causa est. Vide ad VIII. 21. § 5. Paullo ante hoc cap. dixerat 'Quum centesimus jam annus sit ab Mam. Æmilio dictatore.'

Tenet C. Plautium collegam tuum] Pal. 2. *tenuit*. Gebh. Omnes mei recte in vulgatum conspirant.

§ 11 *Tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare valeat*] Pronomen *tu* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. a m. pr. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Verum culpa librariorum excidit, interceptum partim ab ultima litera præced., partim a prima seq. vocis. Vide ad XXXIX. 6, § 2. Basileenses 1539. ediderant *ut unus*, transpositis literis: id servavit Curio, pro quo manus docta ad marginem ejus ed. conjecit *et unus*. Deinde *exemtus es* Lov. 2. quod ex interpretis glossa natum videtur. *Eximius* enim hic est 'exceptus,' 'exemtus.' Cic. Divin. in Cæcil. c. 16. 'Quum omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium, cui consuleret, fuisse.' Verbum *es* deficit in Leid. 2. Præterea *in quo hic præcip. ac sing.* idem Leid. 2. *præcip. aut sing.* Lov. 2. *præcip. et sing.* Lov. 4. *præcip. an sing.* Gaertn. Tum *non valeat* Voss. 2. et Lov. 3. inserta negatione, quam contra in verbis præcedd. omittunt Lov. 4. et Port.

§ 12 *Quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regni nomen*] Hoc mihi non magis usquam alibi lectum est, quam Drakenborchio. Vide eum ad II. 2. 'Regem sacrificulum' præter eos, qui ibi laudantur, dicunt Servius ad Virg. Æn. II. 2. et VIII. 654. Gell. X. 15. et Macrob. Saturn. I. 15. 'Regem sacrorum' Servius ad Æn. VIII. 646. Æn. X. 228. Ovid. Fast. I. 333. Plinius Hist. Nat. XL. 37. et Inscript. apud Fabrett. CCCCLX. 89. *Duk. Quin tu regem* marg. Oxon. N. apud Hearnium. *Quem tu legem Flor.* De hoc errore vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIX. Tum *complexus regni nomen* Port. Har. et Heguii Oxon. B.

Ut qui optimo jure rex Romæ creatus sit, creatum se dicat] Locus obscurior, quia omisit eam partem orationis Appianæ, quam hæc verba coarguunt, et in vulgatis etiam interpunctione perturbatus est. Festus in 'Opima:' 'Ut qui optima lege fuerint, adjici solet, eum quidam magistratus creantur:' ea verba librariorum vitio transposita sunt, et ad paginam proximam sequentem pertinent. Non enim tam futilis Festus, ut 'opimam legem' fingeret: quod Scaliger miratur. Cicero Agrar. II. 11. 'Tum ii decemviri eodem jure sint, quo qui optima lege.' Philipp. V. 16. 'Demus igitur imperium Cæsari: sit pro prætore eo jure, quo qui optimo.' Philipp. XI, 12. 'C. Cassium proconsulem provinciam Syriam obtinere, uti qui eam optimo jure provinciam obtinuerit.' Seneca in Ludo: 'Censeo, ut D. Claudius ex hac die Deus fiat, ita uti ante eum quis optimo jure factus sit.' Formula virginis Vestalis capiundæ apud A. Gellium I. 12. 'utei. quæ. optuma. lege. fuat. ita. te. Amata. capio.' Formula, quæ vulgo adhibebatur in creatione omnium magistratuum et sacerdotum, abutebatur ad libidinem suam Appius. Aiebat, se censorem creatum, ut qui optima lege fuisset: ex ea formula quinquennalem sibi censuram deberi: eam enim de censura optimam legem esse, non legem Æmiliam. Respondet vere tribunus, post legem Æmiliam promulgatam nihil extra mensium sex et anni spatium largiri eam formulam censoribus; perinde facere Appium, ac si rex sacrorum, captans argutias ex vocabulo regni, quod et ipse ut qui optimo jure creatus sit, Romuli et ceterorum de septem imperium sibi arrogare velit; dicendo eam optimam legem de rege Romano esse, quæ de imperio Romuli rogata sit atque accepta initio urbis conditæ. Item si

Digitized by Google

hæc interpretatio valeret, interreges quoque ac dictatores maxime clavi figendi aut ludorum causa dictos, quippe qui omnes, ut qui optimo jure, eadem elusuros ad potestatem sibi augendam. Quare videndum, an cum his conciliari possit, quod habetur apud Festum: ' Optima lex: his verbis in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam plenissimum posset, jus esse ejus significabatur, ut fuit Manii Valerii, M. F. Volusi Nepotis, qui primus magister populi creatus est. Postquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est adjici, ut qui optima lege, utpote imminuto jure priorum magistratuum.' Utebantur et in aliis rebus. Lex Thoria: ' is. ager. locus. omnis. privatus. ita. uti. qui. optuma. lege. privatus. est. esto.' Sic et lex Rulli apud Ciceronem in Agrar. III. 2. Ulpianus tit. XXIV. ' Ut quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset.' *J. F. Gron.* De formula *ut qui optimo jure* vide Brisson. de Formul. lib. II. p. 134. Recte autem Gronovius monet, ut videamus, an cum his conciliari possint verba Festi in ' Optima lex.' Si enim in dictatore creando omissa sunt verba, *ut qui optima lege*, quia postea ab hoc magistratu data est provocatio, eoque ipsius jus ac potestas inminuta est, sequi videtur, eadem etiam omitti debuisse in creandis censoribus, postquam quinquennalis ante censura intra sex mensium et anni spatium coacta est; adeoque Appium ex adjectis verbis nullum cavillationi suæ colorem petere potuisse. Verum de hac difficultate aliorum potius judicium audire malo, quam meum interponere audeo. Videant igitur peritiores quid dicendum sit. Ceterum *Romæ rex creatus* alio verborum ordine Port. et Hav. Insuper *creatum se dicat* Lov. 2. Port. a m. pr. fragm. Hav. a m. sec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Creatum se diceret* Lov. 3.

Quem interregno quinque diebus contentum fore putes] Vet. lib. *quinque dierum.* Sigon. Nolui introducere lectionem restantem in Pall. tribus et Camp. ed. *quinque dierum*, quoniam vulgata nititur auctoritate vetustissimæ ed. *Gebh. Interr. quinque dierum*, ut Sigonianus, et tres Pall. Sunt tamen qui servent *diebus*, ut possis cogitare *interregni quinque diebus. J. F. Gron. Diebus* in nullo apud me cod. exstat, nisi in Harl. et forte in Flor. unde nulla adfertur varians lectio in excerptis meis. Verum *interrege* est in Voss. 2. *interregni* in fragm. Hav. Posterior hæc lectio favere posset Gronovii conjecturæ; prior inducere, ut legamus *quem interregem quinque diebus contentum fore putes. At quem ex interregno quinque dierum contentum esse putes* præfert Lov. 2. Mox *an ludorum*, pro *aut ludorum*, est in Harl.

§ 13 *Quam isti stolidos ac socordes videri creditis eos*] *Quam istos stolidos* Harl. et Hav. *Qui cum isti stolidos* Klockian. *O quam isti solidos* Gaertn. Vox *isti* deerat in Lov. 2. Deinde *aut socordes* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *ac secordes* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. ac quædam ex antiqq. edd. Vide ad VI. 37. § 8. et XXII. 14. § 5. Tum *videri credis* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Mox *dictatura a se abdicaverunt* Lov. 3. Hinc *initio creati*, pro *vitio*, Lov. 4. Tum *abieret magistratu* Voss. 1. a m. pr. *abiere* a m. sec. ut et Leid. 2. *abiret magistratu* Lov. 3. *magistratu abierunt* Port. et Hav.

§ 14 *Quid ego antiqua repetam*] *Sed quid ergo* fragm. Hav. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVII. 53. § 11. et mox h. cap. § 15.

Nuper intra decem annos C. Menius dictator]. Hic quintus est annus. Nam Menius dictator fuit A. U. C.

Digitized by Google

CDXLI. hic autem, ut jam diximus, CDXLV. quare locus haud dubie corruptus est. Nec obstat, quod jam diximus, numeros non ubique esse rotundos: duplo enim hic auctum numerum quis feret? nisi diversos sit authores secutus Livius. *Menius* autem, sive *Mænius*, trisyllabon legendum. *Glar.* Hem! *annos?* imo *dies.* Rationes non addam. *Faber.* Apparet scriptum fuisse nota numerali *X*, quæ perperam ita crevit ex *V*. Legendum enim *quinque.* Jac. Gronov. Supra hoc lib. ad c. 26. § 7. vidimus, Fastos Capitolinos dissentire ab annalibus illis, quibus Livius in digerenda historia usus est. Secundum Livium enim C. Mænium semel tantum fuisse dictatorem, et quidem quæstionum exercendarum caussa; idque ante quinquennium, si et annum quo dictaturam gessit, et hunc quo Sempronius orationem illam in Appium habuisse dicitur, simul comprehendamus eo numero: at secundum marmora Capitolina eum bis magistratum hunc summum gessisse; primum anno proximo post cladem Caudinam, ut quæstiones exerceret; iterum eo anno quo Livius eum quæstiones exercuisse narrat, idque ut bello præesset. Jam autem veriorem esse sententiam, quam Fasti Capitolini proponunt, sibi persuadet Pighius in Annal. ad a. CDXXXIII. p. 350. idque etiam ex hoc loco patere, in quo Livius, non annales, ex quibus historiam condidit, sed ipsam P. Sempronii tribuni plebis orationem secutus, ab anno, quo C. Mænius dictator quæstiones exercuit, usque ad hunc annum decem annorum spatium interfuisse scribit: quot præcise anni intersunt, si secundum Fastos Capitolinos C. Mænium dictatorem quæstionibus exercendis dictum statuimus proximo post cladem Caudinam anno. Nihil igitur hoc loco mutandum, sed tantum credendum esse, existimat Pighius (quod jam antea Glareanus suspicatus est) alios auctores secutum esse Livium in definienda dictatura Mænii, alios in concipienda hac P. Sempronii oratione. Opinionem hanc Pighii probarunt etiam Jac. Perizonius in Animadv. Histor. cap. 8. pag. 356. et Dodwell. de Cyclis Dissert. x. 71. Sigonius Comment. in Fast. Rom. ad a. CDXXXIII. conjicit, Mænium eo anno dictatorem rei gerendæ caussa dictum esse, quod minus placet: ita enim contra fidem omnium codicum, qui uno ore in *decem annos* consentiunt, locus hic emendatione indigeret, quem sanum esse Pighii sententia statuit. Ingeniosa etiam est Jac. Gronov. conjectura, eaque honori Livii optime consulitur. Eadem etiam Klockio in mentem venit; qui, deleta in contextu voce *decem*, inter versus adscripsit notam numeri quinarii *V*. Solent autem notæ numerales *X* et *V* in Mss. sæpe confundi. Vide ad XXXIX. 29. § 7. Ea admissa, Livius in concipiendo numero annorum rationem habebit utriusque extremi; at secundum Pighium alterius tantum. Utriusque autem rei exempla apud Livium obcurrunt. Vide ad IV. 20. § 8. Faber, *decem dies*, pro *decem annos*, scribendum conjiciens, existimat indicari tempus, per quod Mænius dictaturam gessit: eum in sex menses dictatorem creatum intra decimum diem honore se abdicasse. Sed ad mentem Livii non adtendit. Quæ etiam Livius de dictatura Mælii refert c. 26. ejusmodi sunt, ut decem dierum spatio peragi non potuisse videantur. Insuper Glareanus, monens *Menius* vel *Mænius* trisyllabon legendum esse, indicare voluit, male in multis edd. antiqq. *Menenius* tetrasyllabon legi: quam eamdem scripturam perperam etiam servant Lov. 2. et Harl. *Merius* vocatur in Voss. 2. et Lov. 3. *Mevius* in Gaertn. *Memnius* in Lov. 4. Præterea *Nuper ante decem annos* est in

Digitized by Google

eodem Lov. 4.

Quia, quum quæstiones severius, &c. exerceret, contagio ejus, quod quærebat, ipsi criminis objectata] Pall. duo, et Andreas *quo quærebat*. Gebh. Mss. fere *quo quærebat*. Non tamen est mutandum. Cicero in Verr. II. 30. 'Quin iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem quæsiturus non esset.' Sallustius Jugurth. cap. 31. 'Quæ nisi quæsita erunt, nisi vindicatum in noxios.' Seneca Herc. Fur. vs. 579. 'Et qui fronte nimis crimina tetrica Quærunt.' Deinde Pighius in Annal. ad a. CDXXXIII. p. 350. correctius verba lectum iri putat, si scribamus *quod quærebat, criminis ipsi*. Sed Voss. posterior *ipsa*, prior *ipse*: quod admittere possis, si et superius 'dictator, cui quum.' *J. F. Gron. Quo quærebat* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. a m. sec. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. Hearnii Oxon. N. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed recte Gronovius valgatum servat. Infra XXXII. 26. 'Proficisci ad eam conjurationem quærendam atque obprimendam jussus.' XXXIII. 36. 'Etruriam infestam prope conjuratio servorum fecit: ad quærendam obprimendamque eam M'. Acilius prætor missus.' XXXIX. 34. 'Negare Appius, rem evidentem pro dubia quærendam.' XLV. 16. 'Ad res capitales quærendas ex senatusconsulto retentus.' Plinius Epist. II. 11. 'Ne quid ultra repetundarum legem quæreretur.' Deinde *quod quærebat, criminis ipsi* scribendum conjicit etiam Klockius: *quod quærebat, ipsi criminis objectata* manus docta ad marginem edit. Curionis. Verum *quærebat ipsa criminis* præferunt Leid. 1. Lov. 3. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *quærebat ipse, criminis* Flor. Lov. 1. et Klockian. quod admitti posse Gronovius judicat, si superius legamus *dictator, cui, quum quæstiones*, pro *quia quum quæstiones*. Favere potest huic conjecturæ, quod *qui quum quæstiones* legant Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. Passim enim voculæ *cui* et *qui* in Mss. commutantur. Vide ad II. 33. § 8. c. 44. § 5. III. 41. § 4. hoc cap. § 18. XXII. 61. § 15. XXVII. 28. § 4. XXXVI. 7. § 6. c. 9. § 12. XLII. 28. § 1. Epit. Liv. lib. XLVIII. et ad Silii XII. 379. Vide etiam Cortium ad Sallust. Catil. c. 47. Hunc eumdem errorem commissum existimo in Msto Mediceo Plinii Ep. IV. 12. ubi vulgo editur, 'Cum in provinciam quæstor exisset, scribamque, qui sorte obtigerat, ante legitimum salarii tempus amisisset.' Medic. autem exhibet *cui sorti obtigerat*; unde Corte ferri posse existimavit *cui sorte obtigerat*; ego vero legendum puto *qui sorti obtigerat*. Quamvis enim concederetur, æque bene dici 'quæstori sortem obtingere,' ac 'quæstorem sorti obtingere,' non tamen ferri posset 'quæstorem sorte obtingere scribæ,' quem sortitione accipit; nisi simul admitteretur, consulem sorte obtingere lictoribus suis. *Sorti* tamen, quod Corte rejecit, ex Medic. pro *sorte* recipiendum puto. Vide ad XXVIII. 45. § 11. Mihi codd. *ipse* præferentes, non neglegendi videntur; eoramque auctoritate hanc lectionem in contextum admisi. Non tamen necessarium duco, ut propterea *quia* in *cui* mutetur. Facile enim pronomen demonstrativum intelligi potest. Mænius dictatura se abdicavit, quia contagio ejus, quod quærebat ipse, criminis objecta est, scil. ipsi. Et ita *qui*, quod nonnulli codd. præferunt, natum puto ex aberratione scribarum, qui etiam alibi sæpe hoc modo lapsi sunt. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Insuper *quæstiones s'ius*, id est *servius*, Lov. 1. a m. pr. *quæstiones s'ius*, id est *serius*, a m. sec. et Leid. 2. Tum *exerceat* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 2. Tandem *objecta* Leid. 2. Lov. 1. Hav. fragm. Hav. a m. pr. codex Memmianus apud Doujatium,

Digitized by Google

et quædam ex priscis edd. pro quo tamen recte jam Aldus *objectata* recepit, quemadmodum non tantum reliqui codd. sed etiam edd. Rom. 1472. ac Parm. præferunt. Infra x. 15. 'Nobilitas objectare Fabio, fugisse eum Ap. Claudium collegam.' Justin. xii. 16. § 4. 'Mortuo patrocinium Philippi laudemque paternæ militiæ objectabat.' Ovidius Epist. Her. viii. vs. 59. 'Hermione coram quidquamne objectet Orestæ?' Vide ad eum locum Nic. Heinsium, ut et Gudium ad Phædri Fab. ii. 9. 10. Error ortus est ex neglecta ultimæ syllabæ geminatione. Vide ad x. 37. § 2. Mox *iret obviam criminì* alio ordine Leid. 2. et Lov. 1.

§ 15 *Nolo ego istam in te modestiam*] *Nolo ergo* Lov. 3. a m. pr. et Gaertn. Vide ad § præc. Deinde, trajectis vocibus, *in te istam modestiam* fragm. Hav. Mox, *nec degeneraveris*, pro *ne degeneraveris*, edd. Rom. a. 1472. et Parm. Vide modo hoc cap. ad § 2. Voces autem *imperiosissima et* deficiunt in Lov. 2.

Non die, non hora citius, quam necesse est] Duæ priores voces neglegentia librarii exsulant a Flor. sed *non diem, non hora* legit Lov. 2. Deinde *non hora cujusquam necesse est* Lov. 4.

§ 16 *Satis est, aut diem, aut mensem censuræ adjicere*] *Aut mensem censuræ dicere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *aut mensem censuram eam diceret* Voss. 2. et Lov. 3. *aut mensem cessura ea diceret* Leid. 1. *aut mensem censura ea duceret* Lov. 4. Præcipua horum errorum origo est, quod more antiquo *adicere*, pro *adjicere*, scriptum fuerit; ut in Flor. Gaertn. aliisque codd. superest. Vide ad i. 30. § 3. Deinde prima litera præcedentibus juncta, et ita τῷ *dicere* adjuncta est litera vocis seq. initialis *t*: alii etiam ex *diceret* fecerunt *duceret*, millies obvio errore. *Aut mens. censuram geras* Lov. 2. Ceterum his verbis addidi interrogationem, quam sensum requirere puto.

Triennium, inquit, et sex menses ultra, quam licet Æmilia lege] *Triennium, inquit ei, sex menses* fragm. Hav. et Lov. 4. Vide ad xli. 15. § 6. *Triennium, inquit ei, sex mensibus* Voss. 2. et Lov. 3. *Triennium, inquit eis, ex mensē* Leid. 1. Tum *id*, pro *ultra*, Klockian. Hinc *Æmiliam legem* Lov. 3. Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. In verbis seqq. omittuntur τὰ *et solus geram* in Gaertn. At sola vox *geram* in Harl. et edd. Aldina vetustioribus. Insuper etiam τὸ *jam* in eodem Harl.

§ 17 *Quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est*] *Quem ne inde mortui quidem*, perperam in voces divisis literis, quæ olim continua serie scribi solebant, Port. Hav. et fragm. Hav. *quem ne in mortui quidem* Lov. 1. Male. Vide ad v. 31. § 7. et hoc cap. § 20. *Quem ne in demortui quidem loco* dedit ultima Gruteri ed. pro quo Gronov. *locum* reposuit; ejusque mutationis lectorem in prima notarum ed. monuit; quod in posterioribus omissum est. *Quem in demortui quidem loco nec subrogari fas est* Lov. 2. *subrogare* Flor.

§ 18 *Antiquissimum sollemne, et solum ab ipso, cui fit, institutum Deo*] *Antiq. sacrum ne, et solum* Lov. 4. Non adsecutus est librarius vocem *sollemne*, quæ tamen in hac re usitatissima est. Vide ad i. 5. § 3. c. 7. § 14. et Duker. ad i. 31. § 8. Supra hoc lib. c. 29. 'Servos publicos sollemnia ejus sacri docuerat.' Tum *ab ipso, qui fit, institutum Deo* Klockian. Vide hoc cap. § 14. *Ab ipso, cui sit institutum Deo* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad v. 3. § 8. *Ab ipso cum sit institutum Deo* Lov. 2. Mox *a nobilissimis* Lov. 4. et Gaertn. Tum *antistibus* Flor. Port. Lov. 2. 4. et Gaertn. *antestibus* Leid. 1. Deinde *ad verorum ministerium*, transpositis literis, idem Leid. 1. Præpositio *ad* deest in Port. a m. pr.

§ 19 *Gens antiquior originibus urbis*

Digitized by Google

hujus] 'Potitiam' intelligit, quæ ante adventum Æneæ Herculis sacrum faciebat, ut ait I. 7. *Sigon.* A. Perizonius in margine Livii monuit, ante vocem *gens* excidisse videri *quod, et*, vel simile. Verum τὸ *quod* mox § præc. præcessit, unde satis commode hic repeti potest. Ceterum *ingens antiquior* Voss. 2. Tum *originibus hujus urbis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Hospitio Deorum immortalium sancta] *Sacra* Pall. tres. *Gebh.* Ita et Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. Insuper *auspicio Deorum* Klockian. Mox *propter ac tuam cens.* Flor. pro quo manu sec. *propter hanc tuam cens.* emendatur: *propter te acta in cens.* habet Lov. 4. *propter te aut tuam cens.* Gaertn.

Intra annum ab stirpe extincta est] *A stirpe exstincta est* fragm. Hav. *extracta est*, omissis vocibus *ab stirpe*, Gaertn. Ceterum 'ab stirpe exstingui,' est funditus interire, ita ut soboles non supersit. 'Ab stirpe tolli' dixit XXXIV. 2. 'Virorum omne genus in aliqua insula conjuratione muliebri ab stirpe sublatum esse.' 'Ab stirpe interire' Sallust. in Cat. c. 10. 'Karthago æmula imperii Romani ab stirpe interiit.' 'Cum stirpe exstingui,' eamdem historiam referens, Livius dixit hoc lib. c. 29. 'Omnes intra annum cum stirpe exstinctos.' Ex quo loco etiam *intra annum* servandum patet. Nam ita etiam Valer. Max. I. 1. ex. 7. 'Omnes, qui erant numero super triginta puberes, intra annum exstincti sunt:' ubi videndus est Colerus. Omnia autem hæc verba ut et duo sequentia *nisi universam* desunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4.

Nisi universam rempublicam eo nefario obstrinxeris] In Pal. 2. a m. interpolatoris comparet vel *obstruxeris*, vel *destruxeris crimine*. Camp. *eo nefario adstrinxeris crimine, quod ominari.* Gebh. *Ubi universam remp.* Lov. 2. Tum *eo nefario abstinxeris* Flor. *strinxeris* Hav. 'Obstringere' in hac re usitatum esse, docuit Jac. Gronov. ad IX. 11. § 10. Ita XXVI. 48. 'Obstringere perjurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas, sacramentique religionem.' Præterea *crimine* addunt etiam Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed, quin vox hæc, quam Livium lectoribus subintelligendam reliquisse optimorum codd. eam ignorantium consensus evincit, ex interpolatione librariorum nata sit, non dubito. Mox *quo dominari*, pro *quod ominari*, inperite in voces contributis literis, Leid. 2. *quo domari* Klockian. *quod dominari* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. Hinc *te formidat*, pro *reformidat*, Port. additis tamen notis, quibus τὸ *te* expungendum esse librarius indicare voluit.

§ 20 *Urbs eo lustro capta est, quo, demortuo collega C. Julio censore, L. Papirius Cursor, ne abiret*] Pal. 2. *Urbs eo lustro capta, quo dem. collega C. Jullio censore L. Pap. censor.* Gebh. Verbum *est* non adparet in Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *emortuo collega* exhibet Lov. 2. *præmortuo collega* Lov. 4. *de mortuo collega* Port. additis notis, quæ doceant, librarium τὸ *de* deleri voluisse. Non recte. Vide etiam hoc cap. § 17. Deinde *L. Papirius censor* idem Port. Ceterum verba *C. Julio censore, &c. Malug. collegam* desunt in Hav. at verba *L. Papirius Cursor, &c. finitum lege tempus* in Lov. 4. Mox, *M. Malug. collegam subrogavit* est in Hearnii Oxon. L. 1. *M. Cornelius Malug. subrogavit* in Lov. 2.

§ 21 *Et quanto modestior illius cupiditas fuit, quam tua, Appi*] Prima vocula non est in Voss. 2. et Lov. 3. τὸ *fuit* defit in Leid. 2. et Lov. 1. *fuit illius cupiditas*, transpositis vocabulis, legit fragm. Hav. *illius cupiditatis fuit* Port. Vide ad VI. 3. § 8. Deinde *quam tu, Appi* Leid. 1. Gaertn. et

Digitized by Google

Hav. Sed ultima litera pronominis *tua* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Mox *finitum tempus*, omissa media voce, Leid. 2.

Tamen neminem invenit, qui se postea auctorem sequeretur] *Tum neminem* Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. Tum *auctorem sequetur* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 56. § 7. *Sequeretur auctorem* Gaertn.

Omnes deincepe censores post mortem collegæ se magistratu abdicarunt] Pall. 1. et 2. *censores post mortem censoris collegæ*. Pal. 3. *post mortem censorii collegæ*, Gebh. *Omnes deinde censores* Gaertn. Vide paullo ante hoc cap. ad § 10. Tum *post mortem censoris collegæ* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *post morte censoris collegæ* Port. *post mortem collegæ censoris* Harl. Verum addita vox, quam neque Flor. et Klockian. neque editi agnoscunt, est ex interpolatione interpretis. Insuper *abdicaverunt* Voss. 1. Leid. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *abdicavere* Harl. *magistratu se abdicarunt* Gaertn.

§ 22 *Te, nec quod dies exiit censuræ, nec quod collega magistratu abiit*] Prima vox abest ab Hav. Tum *nec quod dies erit censuræ* idem Hav. Male. Vide ad Livii VII. 38. § 1. *Nec quod dies exit censuræ* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. Port. a m. pr. Klockian. fragm. Hav. et edd. Moguntina priores. In similibus passim variasse librarios, vide ad XXXVI. 20. § 3. Illis tamen, qui hoc loco *exiit* substituerunt, partim displicuisse videntur τὰ *exit* et *abiit* juncta; partim credidisse, jam diu exiisse censuræ Appianæ diem, quia collega ejus se jam ante magistratu abdicarat. Sed priori respondeo, eadem tempora sæpe juncta obcurrere. Vide ad III. 46. § 9. Deinde alteri, jam ante quidem collegam Appii se magistratu abdicasse, non tamen quod dies censuræ exisset, sed quod *ob infamem atque invidiosam senatus lectionem verecundia victus* esset, ut docet ipse Livius hoc lib. c. 29. *necque dies exit* præfert Lov. 3. q;, sive *que*, et q, sive *quod*, sæpius in Mss. confundi, vidimus ad II. 41. § 8. Tum *nec collega* Leid. 2. *ne collega* Lov. 1. *ne quod collega* Voss. ambo, Leid. 1. et Gaertn. *neq; collega* Lov. 3. Mox *coërcet* deficit in Harl.

Virtutem in superbia, audaciam in contemtu Deorum hominumque ponis] Antiqua lectio *virt. in sup., in audacia, in contemtu Deor. hominumque ponis.* Gelen. Antiquiores edd. *audaciam in contemptum Deorum.* Sed, ut vulgatum est, edidit Gelenius, habentque Pall. duo, ut et Campani ed. Pal. 2. *virtutem in superbiam, in audaciam, in contemptum Deorum hominumque ponis.* Gebh. Pal. 2. Gebhardi consentiunt Hav. et Harl. nisi quod posterior servet *hominumque.* Particulam *que* ignorat etiam Port. *virtutem in superbia, in audacia contemtum Deorum hominumque ponis* legit Lov. 4.

§ 23 *Pro istius magistratus majestate ac verecundia, quem gessisti*] Duæ priores voces exsulant ab Hav. Deinde *verecundia, quam gessisti* Leid. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad VI. 3. § 8. *Verecundia, quem egisti* Lov. 2. quomodo fere locutus est VIII. 26. 'Prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus.' Sed aliorum in vulgatum consensus efficit, ne quid mutandum censeam. Simili modo variasse librarium cod. Fuld. modo observavit Modius hoc cap. ad § 25. Vide ad XXII. 28. § 1.

Ne verbo quidem inclementiori a me adpellatum vellem] *Nec verbo quidem inclem.* Harl. Vide ad I. 10. § 3. *Ne verbo quidem inclementiore* Lov. 2. 4. Tum *adpellatum a me* Lov. 4. Voces *a me* exsulant a Gaertn.

§ 24 *Sed et hæc, quæ adhuc egi, pervicacia tua et superbia coëgit me loqui*] *Sed hæc, quæ adhuc egi* Harl. *sed hoc, quæ adhuc egi* fragm. Hav. a m. pr.

Digitized by Google

sed et hoc, quæ adhuc egi a m. sec. *sed et hæc, quæ egi* Leid. 2. Tum *pertinacia tua* Port. Harl. et Hav. quod ex interpretis glossa receptum puto; qui indicare voluisse videtur, 'pervicaciam' hic malo sensu pro pertinacia sumi. Nam, teste Nonio, 'Pervicacia et Pertinacia hoc distant; Pervicacia est interdum bonarum rerum perseverantia; Pertinacia semper malarum.' Certe 'pervicax' malo sensu etiam obcurrit XLII. 62. 'Quod si Romani tum quoque insita pertinacia æqua adspernarentur, Deos hominesque et moderationis Persei, et illorum pervicacis superbiæ futuros testes.' *Pervicacia tua* est in Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 23. § 11. Tum *cogit me loqui* idem Lov. 2.

In vincula duci jubebo] Vet. lib. *te in vincula.* Sigon. Τὸ *te* spernunt Pall. duo, totidemque vetusti editi. *Gebh. Te* non superest apud me, nisi in Harl. Port. Gaertn. et Hav. neque id Hearne in Oxoniensibus, nisi in uno B. invenit. Deinde *duci jubeo* Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad III. 56. § 4. Hic tamen conspiratio optimorum codd. in vulgatam lectionem efficit, ut eam servandam judicem.

§ 25 *Nec quum ita comparatum a majoribus sit, ut comitiis censoriis*] *Nam quum ita* Hav. *Neque quum ita* edd. principes. Deinde *a majoribus compertum sit* Hav. Vide ad XXXIX. 29. § 5. *A majoribus comparatum sit* Port. *comparatum a moribus sit.* Alibi etiam 'mores' et 'majores' commutantur. Vide viros doctos ad Tacit. Annal. II. 2. Hinc *comitiis censoribus* idem Port. Vide ad XXII. 8. § 7.

Nisi duo confecerint legitima suffragia, non renunciato altero] *Ubi duo* Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 5. § 3. *Nisi duos* Port. a m. sec. Tum *confic. legitima suffr.* Flor. et Leid. 1. *Conficerent legitima suffr.* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *confecerent ut legitima suffr.* Hav. *confecerint ut legitima suffragia* Harl. et Port. in quibus τὸ *ut* perperam repetitum videtur ex vocis præced. literis finalibus. Vide ad VII. 41. § 8. *Fecerint legitima suffr.* Klockian. *confecerint legitima suffragia* edd. antiquiores, pro quo Ascens. *confecerint* recepit, altero in marginem rejecto. Hinc *non renunciatio altero* Leid. 1. *non renunciate altero* Hav. *non renunciante altero* Lov. 2. et 3.

Ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar] Ms. Fuldensis, inducta interrogationis nota, et addita negativa, *ego te, qui solus censor creari non possis, solum cens. agere non patiar.* Modius. Aut figendi nota interrogationis post τὸ *patiar*? aut legendum ex Pall. omnibus cascisque impressionibus, *solum censuram gerere non patiar.* Gebh. *Censuram gerere non patiar* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et priores edd. Verum licet interrogandi nota, quæ male in quibusdam edd. post *patiar* reperitur, tollatur, non tamen necesse est, ex codd. modo laudatorum auctoritate negandi particulam interponi. Præcessit enim in princ. § τὸ *Nec*, unde hæc pendent. Ita autem cohæret oratio: 'Nec ego te solum censuram gerere patiar.' Id animadvertit Ascens. quare, quum ederetur *neque, &c. gerere non patiar*, in prima ed. 1510. substituit *neque gerere nunc patiar*: sed triennio postea *atque gerere non patiar.* Verum, quum neutra lectio ullius codicis fide nitatur, præstat, ut præferamus lectionem vulgo exstantem *nec gerere patiar*, cujus Aldus auctor exstitit: ea enim auctoritate optimi Flor. et Voss. 1. firmatur. Ceterum *qui solum censor creari non possis, solum censuram gerere* Gaertn. *qui censor creari non possis solus, censuram gerere* Port. *qui censor creari non possis, solum censuram gerere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Quod autem *censuram agere* præferat Ful-

Digitized by Google

dens. apud Modium, quum nullus præterea consentiat, id potius librariis adscribam, qui alibi sæpe ita variare soliti sunt. Vide modo hoc cap. ad § 23.

§ 26 *Hæc taliaque quum dixisset*] *Hæcque quum dixisset* Leid. 1. *Hæc talia quum dixisset* Lov. 4. sed ibi τὸ *que* interceptum est a voce sequenti. Vide ad XXXVIII. 40. § 7. *Hæc et talia* Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *Hæc et alia* Hav. et Harl. Ita etiam variasse librarios vidimus ad V. 2. § 13. Hic vero nihil mutandum puto, quia optimi consentiunt in vulgatum. Prima litera vocis *talia* hausta est a finali particulæ *et*. Vide ad II. 44. § 6.

Prehendi censorem, et in vincula duci jussit] Lege ex Pall. *prendi censorem*. Sic mox ex iisdem c. 36. 'Ne qua inter colloquia insigni nota hæsitantes deprendi possent.' Vide II. 56. et VIII. 33. Infra XXV. 4. restitui ex Pall. binis Mss. *Ac, ni vades daret, prendi a viatore, atque in carcerem duci jusserunt*. XXIX. 21. *Ut, quod suum quisque cognosceret*, (princ. *cognosset*) *prenderet*: ita Pall. tres. *Gebhard. Prendi censorem* in contextum recepit Gronovius. Et ita præferunt omnes scripti, præter Voss. 2. Harl. et Hav. in quibus solis *prehendi* obcurrit. Vide ad II. 56. § 11. Tum *in vincla duci* Voss. 1. Vide ad III. 56. § 11. Mox *auxilio fuerant*, pro *fuerunt*, Flor. Deinde τὸ *solus* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

CAP. XXXV. § 1 *Consulique Fabio invitis montibus ducenti ad ferendam opem socios*] Pal. 2. *invitis montibus*: reliqui *in his montibus*. Gebh. *Inviis montibus* etiam Harl. Port. et Hav. Idem etiam placuisse videtur librario Gaertn. qui tamen *inviis* per errorem dedit: *iisdem montibus* Lov. 2. *in his montibus* Voss. 2. *in his montibus* Lov. 3. *in iis montibus* ed. Rom. 1472. Paullo ante *Cum ex Romæ geruntur*, pro *Dum*, Harl.. Sæpissime ita variant scribæ. Vide ad I. 40. § 7.

Tentandasque munitiones, si qua posset, acies hostium instructa obcurrit] Pall. 1. ac 3. *concurrit*. Campan. *occurrerit*. Gebh. *Si quas posset* Leid. 1. et Lov. 4. Male: *si qua* enim est 'si aliqua parte,' 'si aliqua ratione,' ut notum. *Signa posset* Voss. 2. et Lov. 3. Post has voces perperam vox *agmini* inseritur in Gaertn. et fragm. Hav. Tandem *concurrit* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *Flectit paullulum in clivos agmen*] Pall. 1. 3. et Campan. *deflectit*. Pal. 2. *conflectit paullum in clivos agmen*. Gebh. *Et flectit paullulum* Flor. et Leid. 1. Sed vocula *et* perperam repetita est ex præced. dictionis literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *Deflectit paullulum* Voss. 2. Lov. 3. Port. fragm. Hav. et Gaertn. *Conflectit paullum* Hav. Vide ad XXXVI. 9. § 8. *Flectit in clivos paullulum* Harl. In præcedentibus τὸ *quum* exsulat a Lov. 2.

(*Aspreta erant strata saxis*) *inde signa in hostem obvertit*] Male Pal. 2. *aspera*. Supra c. 24. 'Ad hæc saxa erant, et temere jacentia (ut fit) in aspretis.' XXVII. 18. 'Per aspreta primum nihil aliud, quam via impediti iere:' sic enim ibidem legendum, licet habeant Mss. omnes *aspera*. Lib. XXXVI. c. 15. 'Ea aspreta rupesque interjectas habet:' XXXV. 28. 'Tabernacula statuere in aspretis et inæquabili solo difficile erat.' *Gebh. Aspera erant* Harl. et Hav. *cuncta erant* Hearnii Oxon. L. 2. Vide hoc lib. ad c. 24. § 6. *Asperta erant* Flor. *et aspreta erant* Leid. 2. *aspreta erat* fragm. Hav. *flectit paullulum agmen in clivosa, aspera, tuta saxis: inde signa* præfert Klockian. Deinde *in hostem vertit* Harl. Male. Vide ad VI. 24. § 7.

§ 3 *Omnium, præterquam multitudinis suæ, qua sola freti erant, inmemores*] *Præterquam multitudinem suæ* Hav. Tum *qua sola freta erant* Gaertn.

Digitized by Google

Mox *adeunt raptim*, pro *adeo raptim*, Lov. 4. *adeo ruptim* Klockian. Eodem modo 'ruptus' et 'raptus' commutari solent. Vide ad VIII. 39. § 12. Deinde *adjectis missilibus*, pro *abjectis*, Harl. Vide ad III. 37. § 4.

Quo celerius manus consererent, stringerent gladios, vadentes in hostem] *Manus conferrent* Harl. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Locutiones 'conserere' et 'conferre manus' sæpe commutantur. Exempla vide ad IX. 5. § 10. Tum *stringerentque gladios* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *in hostes* Harl. et Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad V. 50. § 2.

§ 4 *Romanus contra, nunc tela nunc saxa, quibus eos adfatim locus ipse armabat*] Pall. 1. et 3. *Romanos*. Forte ἀρχαϊκῶς. Pal. 2. *Romani nunc tela*. Gebh. *Romanos contra* Voss. duo, Leid. duo, et Lov. 1. 3. ac 4. quod ἀρχαϊκῶς pro *Romanus* positum esse, nulla est verisimilitudo; sed potius inde ortum est, quod errantes librarii crederent, *contra* hic esse præpositionem, quæ, licet postposita, regeret tamen vocem præcedentem *Romanos*. Sed *Romani contra* Harl. Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. neque inde differunt Port. Hav. et Oxon. B. nisi quod etiam vocem *contra* omittant. His autem librariis inmerito numerum singularem displicuisse, patet ex illis quæ notantur ad III. 2. § 11. Vocem *contra* ignorat etiam Hearnii L. 1. licet *Romanus* servet. Deinde *non tela, non saxa* Leid. 2. et a m. sec. Lov. 1. ex scribarum errore. Vide ad IX. 6. § 5. Priua *nunc* exsulabat a Voss. 2. Hinc *locus adfatim ipse* Leid. 1. *adfatim ipse locus* Lov. 2. Ceterum A. Perizonius ad verba *nunc saxa, quibus eos*, &c. in margine Livii notavit, ulcus latere, ac locum medicinæ indigere, cujus suspicionis causam non video. Mox *gerere*, pro *ingerere*, Gaertn. Sed 'ingerere' in hac re proprium verbum Livio. II. 65. 'Saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes.' XXXVI. 18. 'Glandes et sagittas, simul et jacula ingerebant:' et alibi.

§ 5 *Scuta galeæque ictæ quum etiam, quos non vulneraverant, turbarent*] *Scuta galeæque icta* Voss. 1. Leid. 2. Harl. Hearnii Oxon. N. et edd. principes, nisi quod Parm. dederit *ictæ*. Id deinde Aldina, eamque secutæ recentiores omnes servarunt. Neque aliter præferunt reliqui calamo exarati. Utrumque dici potest. Vulgatum defendit locus Sallust. in Catil. c. 10. 'Otium, divitiæ, optandæ aliis, oneri miseriæque fuere:' alterum locus in Jugurth. c. 17. 'Quæ loca et nationes minus frequentata sunt.' Vide quæ Cortius hic et illic variisque aliis ad Sallust. locis notavit. Unde præstantiorum codd. fide nixus nihil muto. Hinc *ita ut etiam quos* Gaertn. et fragm. Hav. *nam etiam quos* Hav. *et jam quos* Harl.

Quibus eminus rem gererent] *Res gererent* Gaertn. a m. pr. Utrumque 'gerere rem,' et 'res,' Livio in usu fuit. Vide ad III. 70. § 10. ubi similiter variabant codd. Eadem etiam varietas obcurrit VIII. 9. § 3. Melius itaque est, ut et plurium et meliorum codd. scripturam servemus. Paullo ante *facilis*, pro *facile*, est in Harl.

§ 6 *Stantes et expositos ad ictus quum jam satis nihil tegeret*] Pall. 1. et 3. *ad jactus*. Gebh. Ita et Voss. 2. a m. pr. et Lov. 3. Vide ad XXVI. 40. § 10. *Expositos adjectus* aberrans Harl. Vocem *stantes* omisit librarius Lov. 3. Præterea *quum satis nihil tegeret*, alia voce omissa, Voss. 2. *quum jam nihil satis nihil tegeret* Leid. 2. et Lov. 1. *quum jam satis tegeret nihil* fragm. Hav.

Fluctuantesque et instabilem aciem] Vet. lib. *fluctuantemque et inst. aciem*. Sigon. Pall. tres, et Campan. *fluctuantemque et inst. aciem*. Gebh. Similiter et omnes mei, nisi quod *fluctuantemque instabilem aciem* præferat Lov. 1. Paullo ante in verbis proxi-

Digitized by Google

mis *et pedem referentes*, pro *etiam ped. ref.* Haverk. Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 7 *Eum impetum non tulerunt Etrusci*] *Tum impetum non tul.* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo etiam alibi aberrarunt librarii. Vide ad V. 33. § 11. X. 7. § 3. c. 11. § 4. XXI. 22. § 8. XXII. 22. § 10. et alibi. *Cum impetum non tul.* Hav. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. circa finem. *Impetum enim non tul.* edd. Rom. 1472. et Parm. In verbis seqq. *effusa fuga*, trajectis vocabulis, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Pene fuga effusa*, addita voce, Klockian. *versisque signis pugnæ, fuga effusa* edd. Rom. 1472. et Parm.

Prævecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent] *Præfecti per obliqua campi* Gaertn. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Sed error hic ortus videtur ex vitiosa pronunciatione verba præeuntis, qua eadem ratione etiam 'provectus' et 'profectus' confundi solent. Vide ad XXI. 2. § 4. *Præventis per oblica campi, quum se fug. obtul.* Klockian. Male. *Prævecti* est 'prætervecti.' Infra XXIV. 44. 'Præter undecim fasces equo prævectus senex:' ubi vide. *Per oblica* etiam Voss. 1. a m. pr. Literas *C* et *QU* commutari passim, dictum est hoc lib. c. 2. § 15.

§ 8 *In silvam Ciminiam penetrant*] Antiqua lectio *in silvam Cimin. penetratum*. Gelen. Ita non tantum etiam omnes scripti mei, sed ex edd. quoque Rom. 1472. ac Parm. Ceterum hæc verba cum tribus seqq. desiderantur in Leid. 2.

Romanus, multis millibus Etruscorum cæsis, duodequadraginta signis] *Multis militibus Etrusc. cæsis* Lov. 2. 3. 4. Harl. Klockian. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *multis militibus cæsis Etr.* Leid. 1. *multis cæsis militibus Etr.* Gaertn. Vide ad XXIII. 41. § 10. Tum *duodecim signis* Lov. 4. Mox *potitum*, pro *potitur*, Lov. 2.

De persequendo hoste agitari] *De sequendo hoste* Lov. 2. *de persequenti hoste* Leid. 1.

CAP. XXXVI. § 1 *Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda*] *Cimina* fragm. Hav. a m. pr. Et ita passim varii alii codd. præferunt infra hoc et cap. seq. *Cuminiam* Port. hic et sæpe infra. Vide Oudendorp. ad Front. Strateg. I. 2. ex. 2. Deinde *magis tunc invia* fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. *Magis tñ invia* Port. a m. pr. et Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. Hinc *at horrenda* Lov. 1. a m. pr. *ac horrenda* a m. sec.

Quam nuper fuere Germanici saltus] Sylvam Herciniam, opinor, vult dicere, cujus magnitudinem si Ciminiæ sylvæ comparat, impar erit, ne dicam inepta comparatio: si densitatem; qui id scire potuit Livius? Id vero haud immerito optimo cuique mirum videri potest, qua via Galli tam cito a Clusio Romam venire potuerint, si hæc tam horrenda silva penetranda erat. Quod si aliud iter ex Hetruria Romam ducebat; qua de caussa Q. Fabius consul eo non est usus? Longius erat, inquies: quid tum postea? Veturius Posthumiusque non erant in oculis? sed hoc est historiam scribere. Quid autem sibi vult, quod ait, 'Neminem præter ducem ipsum intrare ausum,' qui hic non intravit? deinde 'omnibus aliis cladis Candinæ nondum memoriam abolevisse:' statim autem consulis fratrem speculatum se iturum professum? Hæc qui cavillari volet, nonne habet, quo se tueatur? *Glar.* Cæsarem intelligit, qui, ut ait Florus III. 10. § 14. 'Germanos hostes Hercyniis quæsivit in silvis; sed in saltus et paludines genus omne diffugerat.' Et de Bello Etrusco I. 17. § 3. 'Ciminius interim saltus in medio, ante invius, plane quasi Calydonius vel Hercynius.' *Sigon.* Disputat heic mirifice Glareanus. Locum egregie explicat Florus I. 17. 'Ciminius interim saltus in medio, ante invius, (plane quasi Calidonius vel Hercynius) adeo

Digitized by Google

tunc terrori erat, ut senatus consuli denunciaret, ne tantum periculi ingredi auderet.' Comparatur res Romana ejus sæculi cum sequentibus sæculis. *Grut.*

. *Nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita*] Pall. 1. ac 3. *nulli ad eam ne mercat. quidem abdita ea intrare aut fere quisq. præter ducem ipsum aud.* Pal. 2. *nullus ad eam diem ne mercat. quidem abdita ea intrare aut fere, &c.* Vulgatum expressit Campan. *Gebh. Nullus ad eam diem ne mercator quidem abdita ea intrare* Hav. Et ita Harl. etiam, nisi quod *mercatorum* servet. *Nulli ad eam diem ne mercator quidem abdita ea intrare* fragm. Hav. *nullus ad eam ne mercat. quidem abdita ea intrare aut fere quisq. præter ducem ipsum aud.* Voss. 2. et Lov. 3. *abdita ea intrare aut fere quisq.* etiam Lov. 2. et Gaertn. *addita ea intrare haud fere quisq.* Leid. 1. et Port. a m. pr. Adparet, pleraque hæc lectionum monstra inde nata esse, quod librariis displiceret locutio 'nulli adita' pro a nullo. Sed vide quæ notantur ad VI. 11. § 4. *Nulli ne mercat. quidem ad eam diem adita* Lov. 4.

. *Eam intrare haud fere quisquam, præter ducem ipsum, audebat*] De Ciminia silva sermo est, tum ad huc invia Romanis; ceterum membranæ habent *ea intrare*. Modius. *Ea intrare* non modo præferunt codd. in his verbis aperte vitiosi, quorum scripturam ad proxime præcedentia retuli, verum insuper etiam Flor. Lov. 4. et Klockian. quod eodem modo accipi potest, quo 'ingressi via' X. 35. ubi vide quæ ad § 4. notantur: et ita 'intrare porta' XLI. 9. 'Lupus etiam quum Collina porta intrasset.' Præfero tamen *eam intrare*. Nam 'intrare porta Collina' est per portam Collinam intrare urbem, quomodo 'porta Collina urbem intravere' dixit Liv. II. 51. Et ita 'intrare silva Ciminia' foret per silvam illam intrare in aliam regionem, quod hic a mente Livii alienum est. Puto igitur in multis illis codd. ultimam literam *τοῦ eam* haustam esse a prima syllaba seq. vocis. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Deinde *audebant* Gronov. ex Mss. probat ad XXXVI. 16. § 6. ut et VII. 19. § 2. Illa tamen lectio apud me non superest, nisi in corruptis Voss. 2. et Lov. 3. Et sane, *quisque* verbo plurali jungi, multis exemplis probatum est ad locum posteriorem Livii; at, *quisquam* etiam eodem modo construi, nondum inveni. Ratio etiam differentiæ aperta est: *quisque* enim plurium, at *quisquam* tantum unius significationem habet. Vulgatum itaque servandum puto.

Cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat] Salvinius ad marginem ed. cum qua cod. Flor. contulit, conjecit legendum esse *obsoleverat*. Ita XXI. 52. 'Suspectaque ei gens erat, ut alia vetustate obsolevissent, ob recentem Boiorum perfidiam.' XXXVIII. 48. 'Veterem et obsoletam viam ingressos Ambracienses dixit.' Sed, nisi quod *absoleverat* præferat Lov. 4. *aboleverat* superest in omnibus scriptis et editis, easque lectio Livio indigna censeri nequit. Sæpe enim 'abolescere,' forma activa, posuit significatione passiva, pro 'aboleri.' Supra I. 28. 'Donec cum re nomen quoque vetustate abolevit:' ad quem locum vide quæ notantur.

§ 2 *Tum ex iis, qui aderant, consulis fratrem M. Fabium, Cæsonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem, qua consulem, genitum, tradunt speculatum se iturum professum*] Vetus scriptura, *Tum ex iis, qui ader., cons. frater* (*M. Fabium, Cæsonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem qua consulem genitum tradunt*) *specul. se it. professus.* Gelen. *Tum ex iis, qui ader., cons. frater* (*M. Fabium Cæsonem alii* Gelenius, *ἀντὶ τοῦ fratrem*, et mox *professus*, ubi antea *professum*. De posteriori consentit Th. et alii nobis visi, non de priore. Nec sane apparet ex

Digitized by Google

sequentibus, magis extra dubium ponere Livium, frater fuerit, necne, quam quo nomine fuerit. *Ex iis, qui aderant*, ait; quasi diceret, non convenit inter auctores de persona, non de nomine: quidam hoc tantum, unum narrant e comitibus consulis fuisse, alii amplius consulis fratrem; et sic quoque diversum nomen et gradum faciunt: nam quomodo *professus* dicatur, cum quis non fuerit nominatus, ostendimus Observat. IV. 4. Simillimum Sallustii Jugurth. c. 93. 'Marius cum Ligure, promissa ejus cognitum, ex præsentibus misit: quorum uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem nuntiavere.' Is autem error Gelenii est, quod aut uni homini duo facit prænomina, aut *Cæsonem* cognomen; quorum neutrum patitur Romana ratio: nam 'Cæso Fabius,' 'Cæso Quinctius' prænominibus a Livio appellantur: nec duplici prænomine simul usi Romani exemplum est ullum, præterquam, quod fingunt Servii Sulpicii. Sed de hoc alias disputabimus. Itaque resecandam putavi olim vò *M*: sed mitius rem expediri distinctione: *consulis fratrem Marcum Fabium, Cæsonem alii, C. Claudium quidam*. Primum dicitur intellectu vocis 'quidam' vel 'alii:' quod genus loquendi liberavimus insolentiæ crimine ad illud III. 37. 'Virgis cædi, alii securi subjici.' Foret integrum: Consulis fratrem, et quidem Marcum Fabium tradunt fuisse nomen, (est enim id idem quod 'sunt qui tradant') alii Cæsonem Fabium, quidam C. Claudium, &c. Florus I. 17. § 4. *fratrem*, Frontinus I. 2. ex. 2. *fratrem Fabium Cæsonem* appellant, non quasi aliquid certius, aut aliunde acceperint, sed brevitatis ergo. *J. F. Gron.* Verum est, pleraeque codd. lectionem a Gronovio restitutam probare. Si tamen excerptis optimi Flor. cura Salvinii cum editis collati, fidem habere possim, iis codex stat a parte Gelenii. Pauci in quibusdam mutant, *consulis frater, M. Fabium*, ut Gelenius volebat, quodque se in nullo cod. vidisse Gronovius indicabat, præfert etiam Port. a m. sec. licet cum Hav. mox servet *professum*. Singularis lectio, *Tum ex his, qui aderant, consulis frater M. Fabius Cæsonus, alii C. Claudium, quidam matre eadem, qua consulem, genitum eum tradunt, speculatum se iturum professus* obcurrit in Lov. 4. J. Perizonius ad marginem Livii notavit, sibi legendum videri, *Tum ex iis, qui ad., cons. frater, eum Fabium Cæsonem alii, C. Claudium quidam, &c.* vel certe, prænomine *M.* deleto, *Tum ex iis, qui ad., cons. frater, Fabium Cæsonem alii, C. Claudium quidam, &c.* adscripto etiam hoc loco ex X. 41. 'Sp. Nautius (Octavium Metium quidam eum tradunt) dux alaribus cohortibus erat:' vel denique se adsentiri Gronov. Obs. lib. IV. c. 4. p. 51. emendanti *Tum ex iis, qui aderant, (consulis fratrem Fabium Cæsonem alii, C. Claudium quidam, &c.* Verum sententiam ibi propositam Gronovius hoc loco revocavit, ut nimis a lectione codicum discedentem: in omnibus enim Mss. prænomen *M.* constanter superest. Mihi itaque emendatio vel Gronovii, notis ejus ad hunc locum expressa, vel Gelenii præcipue probatur; hanc unici codicis auctoritas, illam plurium Mss. consensus tuentur. Penes lectorem itaque eligendi arbitrium esto. Gronovium autem, credentem Gelenium aut uni homini duo fecisse prænomina, aut *Cæsonem* cognomen, et hinc præsertim emendationem ejus rejicientem, deceperunt operæ typographorum, interpunctionem Gelenii vitiantes. Is enim locum ita distinxerat, quemadmodum nunc in nota ejus restitui, ac distinctionem illam Frobenius tum in contextu Liviano, tum in notis ejus, ut et postea plures alii receperunt. Secundum eam Livius adfirmat, omnino fuisse

Digitized by Google

fratrem consulis, qui se speculatum iturum professus est, non convenire tamen inter scriptores rerum de ejus nomine: quosdam enim velle, fuisse consulis fratrem germanum, vel M. Fabium, vel Kæsonem Fabium dictum; alios, fuisse ejus fratrem uterinum C.Claudium. Primus deinde Modius in ed. Francof. 1588. distinctionem Gelenii inter voces *Fabium*, *Cæsonem* omisit in ejus notis; idem deinde Gruterus fecit in contextu Liviano. Eamdem etiam errorem in contextu edd. Gronovii operæ typographorum commiserunt, sine interpunctione *M. Fabium Cæsonem alii* exhibentes: quod ne ullus quidem recentiorum editorum emendavit. Quod autem ad Sulpicios, quibus duo prænomina hic adficta esse Gronovius uno tantum verbo addit, eorum ita sentientium, in primis autem And. Schotti sententiæ se pluribus opposuerat in addendis ad primam notarum ed. p. 748. verum omnem hanc disputationem in posteriori, quam hic secutus sum, omisit, quasi de ea re latius alias acturus. Caussa forte est, quod scrupulum injecerit Rupertus, qui per occasionem se eum hac de re moniturum scribit ad Reines. Vid. Epist. Reines. ad Rupert. p. 604. Et recte. Quibusdam enim Sulpiciis revera duplex prænomen in nummis et apud scriptores tributum esse, et quidem prænomen *Servius* cum alio præmisso, (ita tamen, ut Servius locum nominis gentilitii obtineat,) et duo hæc prænomina numquam cum gentilitio *Sulpicius* simul jungantur, docuit Ezech. Spanhem. de Usu et Præst. Numism. dissert. x. p. 27. Vide etiam Epist. Reines. ad Rupert. p. 584. (ubi tamen Rupert. in quibusdam errat, quæ ex Spanhem. refelli possunt maximam partem) et Bosium ad Corn. Nep. in Vit. Att. c. 2. Calculum tamen adjicere nequeo sententiæ Schotti ad d. l. Nepotis, qui existimat, ex duplici hoc Sulpiciorum prænomine conciliari posse dissensum Livii et Dion. Hal. quorum ille Sulpicium Camerinum, qui legatus cum duobus collegis in Græciam missus est, ut leges Solonis describerent, 'Publium' vocat; hic 'Servium.' Vide ad Livii l. III. c. 31. § 8. Quum enim ideo prænomen 'Servii,' alio ei superinducto, pro gentilitio usurpatum esse viri docti contendant, (quod nimis multi gentis Sulpiciæ eo uterentur,) id primis illis reipublicæ Romanæ temporibus convenire posse non videtur, quo nondum ex eadem gente orti tantopere aucti sunt. Sulpicius autem, in Græciam missus, fere circa reges ejectos, aut paucis annis post, natus esse debuit; quippe qui ante annum quinquagesimum post reges ejectos Romæ consulatum obtinuit, et anno quinquagesimo quinto a Tarquinio exacto hanc legationem obiit. Ceterum *Tunc ex his* insuper est in fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. *Tum ex ipsis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *spectaculum se iturum* Hav. *speculatum se iterum* Flor. In verbis seqq. vox *certa* deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2.

§ 3 *Cære educatus apud hospites, Etruscis inde literis eruditus erat*] Vide Fontanin. de Antiquitat. Hortæ I. 7. *Duk. Apud hostes* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 41. § 6. Vox autem *inde* deficit in antiquioribus excusis. Eam primus addidit Aldus, quam servant etiam omnes scripti. Mox *prope noverat*, pro *probe*, Leid. 1. et ed. Rom. 1472. ac quædam aliæ. Vide ad lib. XXXVII. c. 49. § 2. Ceterum verba *eruditus erat, &c. ita Etruscis literis* desunt in Lov. 4. omissa neglegentia librarii propter vocis *literis* repetitionem. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11.

Vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Græcis, ita Etruscis literis eruditi] Cicero de Divin. I. 41. 'Quocirca bene apud majores nostros senatus

Digitized by Google

tum, cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis sex singulis Etruriæ populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum.' *J. F. Gron.* Valer. Max. I. 1. ex. 1. 'Tantum autem studium antiquis non solum observandæ, sed etiam amplificandæ religionis fuit, ut, e florentissima tum et opulentissima civitate, decem principum filii senatusconsulto singulis Etruriæ populis, percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia, traderentur.' Ceterum *vulgatum Romanos* legit Leid. 1. *vulgo enim Romanos* Harl. Port. et Hav. Tum *ita tunc Etruscis* Gaertn. reliquis recte dissentientibus: *tum* enim præcessit. Paullo ante *Abeo*, pro *Habeo*, Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXII. 59. § 19.

§ 4 *Sed propius est vero, præcipuum aliquid fuisse in eo*] Vocula prima deficit in fragm. Hav. a m. pr. in quo etiam *propius* legitur itidem a m. pr. Vide ad IV. 17. § 5. Deinde *principium aliquid* Lov. 4. Alibi ita peccarunt librarii. Vide ad III. 14. § 4. *Præceptum aliquid* Voss. 2. qui mox etiam obfert *miscuerit*, pro *immiscuerit*: at Port. *immiscuerat* a m. pr.

Servus ei dicitur comes unus fuisse] *Servus ei dicitur unus comes fuisse* Lov. 4. Sed vocem *comes* ignorat Hearnii Oxon. C. sequentem *unus* Lov. 2. Mox *eo quod haud*, pro *eoque*, Gaertn. Vide ad II. 41. § 8. et mox ad § 6.

§ 5 *Regionis, quæ intranda erat, naturam ac nomina principum in populis accepere*] *Naturam ignominia principum* Klockian. *naturam agnomina principum* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. ac 4. Tum *ascipere* Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Paullo ante *nequiquam aliud*, pro *nec quidquam*, Leid. 1. et Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 18. § 5. *nec quidquam alius* ed. Rom. 1472.

Ne qua inter conloquia insigni nota hæsitantes deprehendi possent] *Neque inter colloquia* Flor. Infra hoc lib. c. 43. 'Saltusque pervios ceperant, ne qua subvehi commeatus possent.' XXXVIII. 4. 'Periculosum inceptum ratus, ne qua sentirent Romani.' XLIII. 18. 'Egredi Macedoniæ finibus non ausus, ne qua in regnum vacuum inrumperent Romani.' Similiter peccarunt librarii IV. 56. § 12. Tum *deprendi possent* Flor. Leid. 1. Lov. 3. et Port. quomodo Gebhardus se etiam in Pall. invenisse testatus est hoc lib. c. 34. § 26. Ita passim 'prendere' et 'prehendere' commutantur. Vide ad II. 56. § 11. Similiter 'deprendere' et 'deprehendere:' vide ad VIII. 18. § 6. et 'comprendere' ac 'comprehendere.' Vide ibid. § 10.

§ 6 *Iere pastorali habitu, agrestibus telis, gæsisque binis armati*] Lege addendo *agrest. telis, falcibus gesisque.* Gelen. Additam vocem *falcibus* agnoscunt omnes mei. Eamdem etiam Aldus in contextum receperat; sed deinde, mutata sententia, inter errata iterum ejici jusserat. Insuper *falcibusque binis cesis armati* Gaertn. *falcibusque cesis binis armati* Harl. *cæsis* etiam vel *cesis* Flor. Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. Similiter peccatur XXVI. 6. § 5. Origo erroris est similitudo literarum *C* et *G*. Vide ad VI. 25. § 6. De *gæso* vide quæ notavi ad Silii Ital. II. 444. Ceterum *Ierunt* Gaertn. *Inde* Lov. 4. Vide ad XLV. 2. § 7.

Abhorrebat a fide, quemquam externum Ciminios saltus intraturum] *Abhorrebat ab fide* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 4. et fragm. Hav. *quamquam abhorrebat a fide* Gaertn. Vide ad V. 51. § 1. *Quamq; abhorrebat ab fide* Lov. 3. Vide modo ad § 4. Tum *quemquam hesternum*. Vide ad XL. 14. § 2. Hinc *Ciminos saltus* Port. a m. pr. et Hav. *Cuminos saltus* Port. a m. sec. Vide ad cap. præc. § 8. Tandem *intratu-*

Digitized by Google

ros fragm. Hav. a m. pr. quomodo non dedit librarius, quod *quemquam intraturos* dici posse existimaret; (vide hoc cap. § 1.) sed quod perperam *intraturos* referret ad proxime præcedens *Ciminios saltus*. Vide ad VI. 3. § 8.

§ 7 *Usque ad Camertes Umbros penetrasse dicuntur*] *Camertes umbras* Leid. 1. Lov. 4. et Harl. *Usque ad Camertes ut penetrasse* Klockian. *Usque ad Camertes Umbros pervenisse* Port. quod ex interpretis glossa receptum puto.

Ibi, qui essent, fateri Romanum ausum] Vide unde pendeat hoc participium *ausum*: non enim a verbo *dicuntur*; sed supplendum 'fama est,' aut quid simile. *Glar.* Et cur non penderet a verbo *dicuntur*? 'dicitur' enim non tantum adjunctum habet casum rectum, verum et quartum. Vide ad I. 31. § 8. Ex præcedenti igitur *dicuntur* ad τὸ *ausum* repetendum est 'dicitur:' quod itidem repetendum foret, si scripsisset Livius *Romanus ausus*. Ceterum *sibi, qui essent* Voss. 2. Vide ad I. 55. § 4. *Sibi qui esset* Lov. 3. quasi *essent* ferri non posset ob sequens *Romanum ausum*. At Romanus fateri ausus est, qui ipse et servus comes essent. *Ubi, qui essent* Leid. 2. Harl. Port. Hav. et Hearnii L. 2. B. ac C. Vide ad XXVII. 5. § 2.

§ 8 *Hospitio acceptum nunciare Romanis jussum*] *Renunciare* Harl. quod in hac re proprium esse, videbimus ad Epit. Liv. lib. XLVII. Quum tamen alii omnes vulgatum tueantur, an unius, et quidem hujus, codicis auctoritate mutari par sit, dubito. Mox *triginta dierum*, alio ordine, Lov. 4.

Si ea loca intrasset; juventutemque Camertium Umbrorum in armis paratam imperio] Vox *loca* deficit in Lov. 3. Deinde *intrassent* præfert Leid. 2. ut referatur ad 'exercitui;' quam vocem, utpote conlectivam, cum verbo plurali interdum construi, vidimus ad III. 28. § 3. At unius cod. auctoritas mutandæ receptæ lectioni levior est. Tum *juventutemque Camertem* Lov. 4. *juventutemque Camertum* Port. Male. *Camertium* enim etiam Cic. dixit pro Balbo c. 21. et c. 22. Eodem modo ut 'Velentium.' Vide ad V. 15. § 11. Hinc præpositio *in* exsulat ab fragm. Hav. Sed intercepta est a vocis præced. litera finali. Vide ad X. 13. § 3.

§ 9 *Ipse substitit cum equitatu*] *Subsistit* Gaertn. Paullo ante *celata*, pro *relata*, est in Lov. 3.

§ 10 *Quæ extra saltum dispositæ erant*] Superius ait, in sylvam fusos confugisse hostes, et consulem Fabium potitum hostium castris: hic vero ait, extra saltum dispositas hostium stationes. Præterea, quid opus erat hac consulis simulatione, cum ipse hostes fuderat, castrisque exuerat? Deinde quo pacto hostes ludere poterat, cum ipsi per sylvam eundum esset, in quam illi confugerant? *Glar.* Nullum non sponte videre existimo, qua ratione tollendæ sint difficultates, quas Glareanus adversus narrationem Livii movit; quare iis respondere abstineo. Mox *tenuissent*, pro *tenuisset*, obfert fragm. Hav.

§ 11 *Contemplatus opulenta Etruriæ arva, milites emittit*] *Opulentia Etr. arva* Klockian. et edd. Rom. 1472. et Parm. Quosdam veterum *opulens* pro *opulentus* dixisse, jam lexicographi monuerunt. Vide etiam viros doctos ad Nepot. Chabr. c. 3. et Cort. ad Sall. Jug. c. 69. Hac voce ea forma etiam usum esse Livium existimat Gebhard. ad d. l. Nep. atque in eam rem laudat locum ex XLIII. 1. 'Legatus, in Illyricum a consule missus, opulentia duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem:' verum omnes edd. ibi servant *opulenta duo oppida*. Quum autem hic reliqui codd. ab uno illo et ab edd. vett. dissentiant, et Livius pluribus aliis

Digitized by Google

locis potius *opulentus*, quam *opulens*, dixerit, vulgatum etiam præferre non dubito. Pari modo *violentus* potius, quam *violens*, Livium dixisse, vidimus hoc lib. c. 34. § 9. Vox *opulenta* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Male. Infra XXII. 3. 'Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque jacent, frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti.' II. 14. 'Castra opulenta, conveeto ex propinquis ac fertilibus Etruriæ arvis commeatu, Romanis dono dedisse.' Deinde *Etruriæ arma* Port. a m. pr. sollemni scribarum lapsu. Vide quæ notavi ad Silii Ital. IV. 295. Præterea *militem emittit* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *militĕ mittit*, prima litera *τοῦ emittit* ab ultima vocis præced. elisa, Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. et fragm. Hav. *militem emittit* admitti posset, si certiores codd. consentirent. Vide ad VII. 35. § 2. *Milites mittit* Voss. 1. Port. a m. pr. et Hav. *prædatum milites emittit* Neapol. Latinii. Priorem vocem *prædatum* interponit etiam Gaertn. sed ex interpretis expositione adscita videtur. Paullo ante *Criminii montis* Leid. 1. *Cimini montis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. fragm. Hav. et Port. a m. pr. in quo *Cumini* emendatur a manu sec. Vide ad cap. præc. § 8. Ceterum verba *milites emittit*. *Ingenti jam abacta* culpa ac neglegentia librariorum exsulant a Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. eadem et insuper sequens *præda* a Lov. 3.

§ 12 *Abacta præda, tumultuariæ agrestium Etruscorum cohortes, &c. obcurrunt*] *Abacta ipsa præda* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. *abacta præda* Klockian. *abacta prædatum tumult.* Voss. 2. *abacta prædatum multuariæ* Leid. 1. *abacta præda multuariæ* Harl. *tumultu acie*, pro *tumultuariæ*, Leid. 2. *tumultuarie* Hav. Verum quum passim simplex *e* pro diphthongo *æ* in illo codice usurpetur, dubium est, utrum librarius eam vocem pro adverbio, an pro adjectivo acceperit. Vernic 'tumultuariæ cohortes,' ut 'tumultuariæ legiones' XL. 26. 'tumultuarius miles' I. 37. XXXV. 2. 'tumultuarius exercitus' V. 37. XXV. 1. c. 19. XXIX. 28. et XLI. 10. Tum *agrestium Etruscorum* Port. a m. pr. Male. Vide ad II. 63. § 2. Postea *occurrerunt* Port. et Hearnii Oxon. B. Vide ad X. 12. § 4. *Occurrerent* Hav. Insuper *principibus ejus regionis* alio ordine edd. ante Aldum, cui ordinem, qui nunc obtinet, subtituenti consentiunt scripti.

Adeo incompositæ, ut vindices prædarum prope ipsi prædæ fuerint] *Compositæ* Leid. 2. Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjecit *incomposite*: quod quemadmodum mutandum non censerem, si in id codd. omnes consentirent; ita nunc, dissentientibus iisdem, minime recipiendum existimo. Passim enim adjectiva pro adverbiis poni, notum est. Vide ad XXII. 12. § 7. Tum *ut indices prædarum* Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII. *Ut vindices prædatum* Leid. 2.

§ 13 *Late depopulato agro victor Romanus*] Prima vox non adparet in Leid. 1. Supra II. 60. 'Nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ.' XXV. 9. 'Popnlari agros, terroremque late agrestibus injecisse.' Tum *Romanus victor* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Opulentusque rerum omnium copia in castra rediit] Pall. 1. et 3. excusso vocabulo *copia*, *opulentiusque rerum omnium in castra rediit*, mire delicate Hellenisme. Sic 'dives agri.' Infra XXXV. 1. exhibent libri omnes Mss. et vet. editio, 'Eo victorem opulentum prædæ exercitum P. Cornelius reduxit.' *Gebh.* Duo meliores Pall. et Voss. alter *opulentusque rerum omnium in castra rediit*, sine *τῷ copia*. Videtur et recidendum *τὸ que*. Adi notas ad XXXV. 1. *J. F. Gron.* Non displicet locutio 'opulentus rerum

Digitized by Google

omnium,' qua Livium usum fuisse ex Mss. XXXV. 1. verisimile fit. Hic tamen Gebhardo et Gronovio eam probantibus favere neqneo, quod præter Voss. 2. omnes mei vulgatum tueantur. Sed nec recidenda videtur particula *que*, quæ in nullo etiam cod. deficit. Supra l. IV. c. 34. 'Exercitum victorem opulentumque præda triumphans Romam reduxit.' VII. 24. 'Victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit.'

§ 14 *Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant*] *Et forte quinque* Port. *Eo forte quoque* fragm. Hav. a m. pr. Deinde vox *plebis* non adest in Hearnii Oxoniensi L. 1. Vide ad II. 56. § 1. Quum tamen omnes eam servent, ego ei quæstionem unius fide movendam non censeo. Mox *Ciminum* Hav. et Port. a m. in quo ab altera manu *Cuminum* repositum. *Ciminium* Leid. 2. et Lov. 1.

Lætati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse] *Legati serius* Lov. 2. et Harl. *lætati seri jusse*, male in voces contributis literis, Flor. unde nullo sensu factum a m. sec. *lætati seriusse*. Tum *impedire bellum potuissent* Lov. 4. Mox in verbis seqq. *nuncii victoriæ Romanam revertuntur* Flor. unde altera quidem manu factum *Romam*, in margine tamen conjicitur legendum *nuncii victoriæ Romanæ revertuntur*. Ego tamen a vulgato, omnium reliquorum cod. auctoritate defenso, non discedo.

CAP. XXXVII. § 1 *Motum latius erat, quam profligatum, bellum*] *Quam profugatum* Voss. 2. et Lov. 2. literæ *li* inperita manu male effictæ in *u* facile commutari possunt. Mox *Cuminii montis* Port. a m. sec. *Cimini montis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad c. 35. § 8.

Concieveratque indignatione non Etruriæ modo populos] Pal. 2. binæque vetustæ edd. *concitaveratque*. Gebh. *Concitaveratque* Voss. 1. in margine, Leid. 2. Lov. 1. Harl. et principes edd. Ita II. 44. 'Quo undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Veientium gratia concitata.' c. 58. 'Bellum cum finitimo populo et potentissimo parari, qui omnem Etruriam sit concitaturus.' VII. 17. 'Concitatur deinde omne nomen Etruscum, et Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt.' Insuper *concitaveratque indignationem non Etruriæ modo populo* Hav. Sed vulgatum, quod primus Aldus in contextum admisit, recte plerique reliqui codd. defendunt. Vide ad III. 53. § 4. 'Concire' et 'concitare' passim in Mss. confundi solent. Quædam exempla vide ad I. 60. § 2. Et ita variatur X. 18. § 1. Adde similes scribarum errores obcurrere IV. 48. § 12. V. 30. § 4. VIII. 29. § 3. X. 21, § 2. c. 28. § 6. et alibi. *Concitosque atque indignatos non Etruriæ modo populos* est in Lov. 2. sine commodo sensu.

§ 2 *Itaque, quantus numquam antea, exercitus ad Sutrium venit*] Quod quidam pro *nunquam* reposuerunt *non unquam*, res est non magni momenti. Illud mihi magis considerandum videtur, quonam in loco hæc subsequens pugna, quod etiam apud veteres dubium fuisse ipse author fatetur, facta sit: et amphibolon de industria fecisse credimus Livium. Exercitus enim jam venisse ad Sutrium videtur, cum Fabii tamen reditus nusquam hic describatur, nisi quis hæc verba ita torqueat, ad Fabium ultra Ciminiam sylvam tantam venisse exercitum, quantus antea nunquam ad Sutrium venisse memoretur. Nam ad Perusiam paulo post ad finem hujus anni c. 40. depugnat. *Glar.* Si quis verba Livii ita accipere vellet, ad Fabium obpugnandum ultra silvam Ciminiam tantum exercitum venisse, quantus numquam antea ad Sutrium venit, a vero Livii sensu aberraret, qui pugnam hoc loco relatam ad Sutrium decertatam esse

Digitized by Google

credidit; quod ex eo constare puto, quia, non se, sed quosdam auctores esse hoc cap. subdat, tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam esse. Frustra etiam Glareanus obtendit, Fabii reditum nusquam hic describi. Non modo enim ex ipsa Livii narratione patet eo tantum animo Fabium, cæsis Etruscis, copias ultra silvam Ciminiam promovisse, ut bello intactam regionem depopularetur; quo peracto, ut in castra reverteretur, consequens erat; verum etiam Livium admodum properanter consuluisse, neque ad verba ejus adtendisse debuit, quum diserte c. præc. dicat, 'Cæsis fugatisque ils, late depopulato agro, victor Romanus opulentusque rerum omnium copia in castra rediit.' Ceterum *Itaque tantus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed nihil muto. Infra XXIV. 35. 'Quinque et viginti millia peditum, tria equitum, duodecim elephantos exposuit. Ne quaquam cum quantis copiis ante tenuerat ad Pachynum classem:' ubi vide. Deinde *numquam* Lov. 3. Harl. et edd. antiqq. *non numquam* Gaertn. Recte reliqui codd. *non umquam*, quod et Aldus contextui primus restituit. Pari modo etiam variant scripti hoc lib. c. 18. § 12. Tandem *exercitus antea* alio ordine Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Neque in silvis tantummodo promota castra] Non placet: lego *neque silvis tant. obmota castra.* T. Faber. Gronovius ad Senec. de Ira III. 8. hæc citans habet *e silvis.* Quid sit *in silvis promota castra* æque intelligo, ac *silvis obmota castra;* hoc est, neutrum intelligo. Livius VIII. 38. 'Neque signa loco promota.' *Duk.* Vellem addidisset Faber, quo sensu verba Livii, ex sua sententia emendata, accipienda credidisset. Sed nec præscripta notis lectio placere potest, quam demum edd. Gronovianæ exhibuerunt, sine dubio operarum errore, quum non modo excusi priores, sed etiam omnes scripti mei, et Hearnii Oxonienses B. C. et N. recte præferant *e silvis tantummodo promota,* nisi quod *ex silvis* sit in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. *exiluis* in Lov. 4. Victi Etrusci se receperant in silvam Ciminiam, ut c. 35. refertur, ex quibus nunc, copiis auctі, castra promovent: unde, cum victi essent, 'ad castra,' 'ad silvas' diversos tetendisse hoc cap. refert. Quisque sentit *silvis obmota* ferri non posse. 'Obmovere' enim antiquos pro 'admovere' dixisse, Festus auctor est. Cujus exempla ex Catone laudat Falster. in Supplem. Ling. Lat. ea voce. Caveant itaque tirones, ne magistros difficultatem vel legem 'obmoventes' imitentur. Ea voce Livium usum esse nondum reperi.

Sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies] *Sed tam avid. dimic. quam* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *in campum delata* Voss. 2. *in campos est delata* Lov. 2.

§ 8 *Deinde instructa primo suo stare loco*] Rursus Pal. 2. *primo suo substare loco.* Gebh. Ita et Port. Gaertn. et Hav. Sed prima syllaba *τοῦ substare* nata videtur ex similitudine vocis præced. *suo.* Insuper *deinde primo instructa* alio ordine Gaertn.

Relicto hostibus ad instruendam contra spatio] [Vid. Lectt. Varr.] Si qui Mss. haberent *hostibus,* conjicerem *relicto hostibus ad instruendum contra spatio. Ad instruendum;* id est, 'ad instruendam aciem.' Ut X. 19. 'Et Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit.' Et XXX. 21. 'Sed vix spatium instruendi fuit.' *Duk.* Nihil hic Frobenius mutavit: sed tantum lectionem ab aliis mutatam secutus est. Primæ edd. præferunt, ut Gronovius monuit, *relicto hostium ad instruendum contra spatio.* Hinc Ascens. 1513. *hostibus ad instruendum* substituit, quod proximæ edd. et cum illis

Digitized by Google

etiam Frobenianæ ambæ servarunt. Gruterus demum *instruendum* mutavit in *instruendam*. Ex scriptis *hostium ad instruendum* præferunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. *hostium ad instruendam* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *hostibus ad instruendam* Voss. 1. certe, quamvis cum ed. quæ hanc scripturam præfert, collatus sit, in excerptis tamen nihil varietatis adfertur. *Hostibus ad instruendum* Flor. et Lov. 2. quod recte a Dukero inlustratum revocavi. Præterea *dein*, præter Flor. et Voss. 2. a Gronovio laudatos, præferunt insuper Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. Mox etiam *detractare* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et ed. Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9.

§ 4 *Ut eo sibi e castris cibaria ejus diei deferri juberent*] Membranæ *cibaria ejus die*. Antique. *Modius*. Modius ἀρχαϊκῶς *ejus die*: secus est in nostris libris. *Gebh.* Vox *diei* deficit in Gaertn. *ejus die* præferunt Voss. 1. in contextu, Leid. 1. et Klockian. Sæpe genitivum hujus aliarumque similium vocum, ad quintam nominum declinationem pertinentium, eo modo efferunt librarii in Mss. Ita *die* in quibusdam obcurrit v. 23. § 4. VI. 24. § 7. VII. 8. § 5. hoc ipso cap. § seq. XXXVII. 29. § 2. *fide* VIII. 31. § 9. *spe* XXI. 40. § 7. Ita et alii apud alios scriptum invenerunt. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 52. § 3. et inprimis, quos etiam laudavit, Servium ac Pierium ad Virgil. Æn. II. 208. Id tamen quum inter antiquata habeatur, utrum Livio conveniat dubitari potest. Verum quia *pernicie* pro *perniciei*, quamvis casu potius tertio, constanter in omnibus Mss. uno Neapol. Latinii excepto, sit v. 13. § 5. Livio plane indignum esse, pronunciare non audeo. Ita igitur existimo, Livium eo uti potuisse, et forte etiam usum fuisse, non tamen admittendum, ubi unus vel alter codex obgerit: sed vel plurium in hac re, vel certe optimorum fide standum esse. Hic itaque quia pauci tantum ita præferunt, licet inter eos etiam sint quidam ex optimis, tamen potius vulgato adhærebo. Ceterum *ut eos ibi*, male in voces divisis literis, quæ olim continua serie scriptæ erant, Leid. ambo, et Lov. 1. ex quo deinde, ut aliquem sensum efficeret, datum est *ut eis ibi* in Port. et fragm. Hav. a m. sec. *ut eis ubi* Hav. qui etiam *ab aria*, pro *cibaria*, ostentat. Verum non hic tantum in duas voces divisa sunt, quæ cohærere debebant, verum etiam literæ *ci* coaluerunt in literam *a*. Paullo ante vox *quoque* deficit in Leid. 1. Tum *exceptas intra mun.* pro *receptas*, præfert Harl. *senserunt*, pro *sensere*, Gaertn.

Mansuros se sub armis] Pronomen *se*, quod a m. pr. aberat, a m. altera, quamvis satis antiqua, adscriptum est in Flor. Id sæpe omitti vidimus ad I. 23. § 5. et IV. 10. § 1. Nullus tamen reliquorum vel manu vel typis descriptorum adsentitur. Nota autem locutionem 'sub armis,' pro armatus, armis indutus; ex qua, quod ævo Theodosiano inprimis usitata sit, efficere voluisse videtur Ez. Spanhem. de Præst. et Usu Numism. diss. XI. p. 518. Manilium poëtam, cui eadem familiaris est, circa illa tempora vixisse. Verum, non eo tantum, sed et optimo ævo, in communi usu fuisse, docet hic locus Livii. Id insuper patet ex loco XLIV. 34. 'Aptare corpori arma, experirique sub his membrorum agilitatem.' Adde Virgil. Æn. v. 440. 'Aut montana sedet circum castella sub armis.' Alia ex Virgil. eodem et Ovidio exempla subpeditabit Burmann. ad Ovid. Metam. VIII. 313. Mox vox *certe* abest a Port. et Hav. Deinde trajectis vocibus *prima luce* præfert fragm. Hav.

§ 5 *Nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur*] Pall.

Digitized by Google

tres *nihilo quietus*. Gebh. Ita et Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *nihil quietius* Gaertn. Sed, passim adjectiva pro adverbiis usurpari, dictum est ad XXII. 12. § 7. Corruptius *Nihilo qui etiam Rom.* præfert Leid. 1. *Nihilo quin etiam Rom.* Lov. 2.

Decima erat fere diei hora, quum cibum capere consul milites jubet] Pall. duo *quum cibum capere commilitones jubet*. Gebh. Ita et Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Insuper *quum simul capere commilitones jubet* Gaertn. Adparet per opitomen scriptum fuisse *cons.* vel *con. milites jubet*; librarios autem duas voces diversas in unam junxisse. Similis itaque error est, atque ille, quo *congratulatione*, pro *cum gratulatione*, ejusque generis plura alia, sæpius in Mss. obcurrere vidimus ad IV. 24. § 7. Præterea *decuma erat fere diei hora* Flor. et Leid. 1. Vide ad II. 59. § 11. VI. 42. § 2. et alibi. *Decima erat fere die hora*. Vide modo ad § præc.

Præcipit, ut in armis sint] Pal. 1. *præcipitur, ut in armis sint*. Pal. 2. *et præcipit, in armis sint*. Gebh. *Et præcipit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Sæpius particulam hanc fulciendæ orationi Livianæ a mala manu additam esse, videbimus ad XXXVI. 31. § 11. et quidem hoc loco nata esse videtur ex prioris vocis literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *Præcepit* Lov. 2. *præcipit, in armis sint*, omissa vocula *ut*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Sæpe eam omitti post verba *jubendi*, dicetur ad X. 41. § 8. Potius tamen videtur, ut excidisse hic dicamus ob similitudinem vel vocis seq. vel ultimarum literarum vocis præced. (vide ad I. 51. § 2.) in optimis enim constanter superest. *In armis sint*, ut II. 30. 'Quum Volsci, Æquique et Sabini forte una omnes in armis essent.' XXXIII. 21. 'Coleam et Luscinum regulos in armis esse.' Vide Burmann. ad Ovid. Metam. VIII. 313. In verbis seqq. vox *hora* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Milites adloquitur, Samnitium bellum extollit, elevat Etruscos*] Lege *Samnitium bella*. Gelen. Ita etiam omnes mei. Præterea *militem adloquitur* Lov. 1. Vide ad VII. 35. § 2. Reliquorum tamen in vulgatum consensus efficit, ut eam lectionem veriorem existimem. Deinde *levat* Harl. *et levat* edd. antiqq. pro quo jam Tarvisii substitutum *elevat*; quod in scriptis aliis omnibus recte superest. 'Levare' pro minuere in Livio obvium esse, vidimus ad III. 72. § 7. Longe tamen frequentius est 'elevare.' VI. 23. 'Milites instigabat, elevando ætate auctoritatem collegæ.' XXVI. 27. 'Elevabatur index indiciumque.' c. 51. 'Famam captæ Karthaginis elevabant verbis.' l. XXVIII. c. 43. et 44. 'elevare res gestas.' XXXII. 21. 'Elevabat Romanum bellum.' XLIII. 11. 'Ignominiam acceptam elevare eos Patres acceperunt.' XLIV. 44. 'Simul elevat famam adversæ pugnæ.' XLV. 10. 'Multitudinis noxam elevabat.' Vide Burmann. ad Phædr. Fab. III. 10. 7. 'Aggravare' et 'elevare' eo sensu obponit Livius VI. 27. *Et levat* eodem modo per errorem datum erat pro *elevat*, quo *et quidem* pro *equidem* V. 53. § 3. Vide etiam quæ notantur ad XXVIII. 19. § 6. Mox *ait comparandam esse* Harl. et edd. vett. ante Aldum. *Comparandum esse ait* Hav.

Præterea telum aliud occultum scituros] *Præteros dein aliud* fragm. Hav. a m. pr. *Præterea telum dein aliud* a m. sec. Vox *telum* non adparet etiam in ed. Mediol. 1505. Male. Vide ad VI. 35. § 8. Etiam vox *occultum* deficit in Harl.

§ 7 *Et, quod sine munimento consederant, verisimilius erat, quod simulabatur*] Flor. *munitione:* omnes vero *consiederant*. J. F. Gron. *Munimentum* et *munitio* etiam confunduntur X. 11. §

Digitized by Google

6. Verum excerpta cod. Flor. quæ possideo, nullam hic varietatem ostentant: ut forte Gronovius scripturam illam in alio cod. invenerit. Omnes etiam mei *munimento* defendunt; sed *quod si non mun.* est in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *considerant* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Flor. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad II. 29. § 6. Hanc scripturam defendere etiam potest, quamvis vitiosa, aliorum codd. scriptura *consideraret*, ut præfert Port. *considerarent*, ut Hav. *constiterat*, ut Harl. et edd. Aldo antiquiores. 'Considere' autem et 'consistere,' unde hic 'constiterat,' solent alibi commutari. Vide ad Epit. Liv. lib. LXV. Tum *quod simulabant* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 26. § 4. Paullo ante *animis ... territis*, pro *animus ... territus* Gaertn.

Curati cibo corpora quieti dant] *Curata cibo corpora* Lov. 4. quod eadem ratione dictum esse videri posset, quo v. 45. 'Nuda corpora et soluta somno trucidantur:' ubi quædam dicta sunt. Præterea *quieti corpora dant* Lov. 2. Port. et Hav.

§ 8 *Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum subruendum*] *Colonibus* Lov. 2. Gaertn. et Hav. *canonibus* Leid. 2. et Lov. 1. *Dola dena p̄ calonibus* Klockian. Tum *ad vallum prorumpendum* Gaertn. Vide mox ad § seq. *Ad vallum promerendum* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *ad fossasque implendas*, addita prima voce, Lov. 1. *fossaque implendas* Port. a m. pr.

Intra munimenta instruitur acies] *Instructa acies* Lov. 4. *metiuntur acies* sine sensu Hearnii Oxon. C. Hinc *deletæ cohortes*, pro *delectæ*, Lov. 3. sæpius obvio errore. Vide ad IV. 25. § 8. VI. 2. § 9. VII. 6. § 11. c. 19. § 2. VIII. 24. § 7. IX. 25. § 9. X. 4. § 1. c. 26. § 14. et alibi. Deinde *ad portarum exitum* Gaertn. Tandem *locantur*, pro *collocantur*, Leid. 1.

§ 9 *Proruto vallo erupit acies*] *Prorupto vallo* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 4. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. sollemni scribarum errore. Vide ad IV. 29. § 3. Adde paullo ante § 8. et quæ notavit J. F. Gronovius ad Tacit. Ann. I. 68. et XV. 40. Similiter etiam commutantur 'dirutus' et 'diruptus.' Vide hoc lib. ad c. 45. § 17. *Promto vallo* est in Lov. 3. quomodo vel *prorupto* se quoque in libris invenisse, testatur Gebhardus supra dicto lib. IV. c. 29. § 3. Deinde *erumpit acies* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Vide hoc lib. ad c. 12. § 8. c. 39. § 9. c. 43. § 15. *Eripit acies* Klockian. Vide ad Epit. Liv. lib. VII.

Stratos passim incadit hostes] Pall. 1. et 3. *constratos*. Gebh. Ita etiam Voss. 2. et Lov. 3. *et stratos* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. et fragm. Hav. *est stratos* Leid. 1. *status* Gaertn.

Alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes, cædes obpressit] *Alios semisomnes* Voss. 1. a m. sec. Lov. 1. 2. Harl. fragm. Hav. a m. sec. et edd. antiqq. pro quo Frobenius 1535. *semisomnos* restituit, quod in reliquis scriptis et posterioribus editis superest. Vide ad XXV. 39. § 3. et quæ notantur ad VII. 21. § 5. Tum *maxima parte* Lov. 4. Male. Vide ad XLI. 6. § 6. Hinc *cæde obpressit* idem Lov. 4. Infra XXV. 39. 'Effusique, qua iter est, nisi quos cædes obpressit, exnuntur castris.' XXX. 6. 'Quos non obpresserat ignis, ferro absumti.' Mox *paucis armandi est datum spatium* idem Lov. 4. *armandi se spatium datum est* Gaertn.

§ 10 *Fundit Romanus, fugatosque persequitur*] Vet. lib. *fugatos eques pers.* Sigon. Consentiunt Sigonio Pall. tres, et Campan. *fugatos eques pers.* Gebh. Ita etiam plerique meorum codd. Præterea *fudit Romanus* fragm. Hav. Vide ad I. 56. § 12. Paullo ante *non signum certum, aut*

Digitized by Google

ducem sequentes Harl. Male. Vide ad VIII. 34. § 10.

Ad castra, ad silvas diversi tendebant] *Ad castra, silvas* Flor. Sed vide ad XXXVIII. 18. § 12. *Tenebant* Lov. 4. et 5. Sæpius hæc verba librarii commutarunt. Vide ad XXIV. 28. § 1. Indicat Livius, in fugam conjectos in varia loca abiisse, hos in castra, illos in silvas. Ea enim est vis vocis 'diversi.' Vide ad X. 33. § 10. Castra autem Etruscorum e silvis promota fuisse, et insuper aviditate pugnandi aciem in campos delatam esse, supra hoc cap. retulit Livius. Mox *refugium dedere* alio ordine Port. et Hav. Tum *in campis castra sita* Leid. 1.

Aurum argentumque jussum referri ad consulem: cetera præda militis fuit] *Tò jussum* deest in Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *ad consules* Lov. 3. et Gaertn. *ad conss.* Lov. 1. et 4. Sed indicatur tantum Fabius, qui bellum ad Sutrium excepit; quum interim alter consul C. Marcius in Samnio res gereret: ut ex præcedentibus et sequentibus colligitur. Sæpius ita peccasse librarios, videbimus ad X. 10. § 2. Præterea *ad consulem referri* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. quo ordine voces etiam digessit Lov. 1. Deinde *militibus fuit* Voss. 2. et Lov. 3. Supra IV. 49. 'Quum inter obpugnationem prædam militis fore edixisset.' XXI. 11. 'Ut vero pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore.' XXX. 14. 'Quidquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani est.' *Militis fore* ponitur, pro *militum fore*, (vide ad VII. 35. § 2.) quod non adsecuti librarii in *militibus* mutarunt; quamvis tamen similis erroris exempla sæpius obcurrant. Vide ad XXII. 8. § 7.

§ 11 *Hostium millia ad sexaginta*] Prima vox deficit in Gaertn. *millia sexaginta*, omissa media particula, Flor. Sed eam servant reliqui omnes. Forte scriptum fuerat a. ∞. *LX.* Et ita litera *a* pro *ad* intercipi potuit a vocis præced. litera finali, (vide ad V. 52. § 10.) quamquam et alibi omittitur, ubi tamen eadem ratio dari nequit. Vide ad X. 46. § 5. *Millia ad quadraginta* Hav. invitis reliquis. Forte igitur transpositio notarum, quibus numerus *LX* indicari solet, erroris caussa fuit.

Tum claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam] *Trans Ciminam* Voss. 1. et Lov. 1. idque voluit librarius Leid. 2. qui tamen corruptius *tranciminam* unica voce dedit. Vide ad c. 35. §. 8. Tum *ad Perusium* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. Denique *pugnatum* Lov. 2. Port. Hav. et Neapol. Latinii.

Coortis undique Tuscis Umbrisque obprimeretur] Vet. lib. *undique ab Tuscis.* Sigon. Pall. 1. et 3. *cohortis undique a Tuscis.* Pal. 2. *cohortis undique ab Tuscis;* ne divortio offendat Sigonianum codicem. *Gebh. Undique ab Tuscis* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. *undique a Tuscis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Gaertn. *undique Hetruscis* Lov. 4. Tò *undique* deest in Harl. Tum *coortis, &c. opprimerentur* Gaertn. *cohortis, &c. opprimeretur* Lov. 2. *cohortis, &c. opprimerentur* Leid. 1. et Lov. 3. *cohortes, &c. opprimerentur* Port. Vide ad II. 30. § 12. *Opprimerent* Voss. 2. Vide ad II. 26. § 4. Paulo ante *interclausus*, pro *interclusus*, fragm. Hav. a m. pr.

§ 12 *Ubicumque pugnatum est, res Romana superior fuit*] *Pugnatum, res* Leid. 2. *pugnatum fuit est, res* Lov. 1.

A Perusia, et Cortona, et Aretio] Pall. tres, ut et Andreæ ed. medio in oppido appellando scriptum habent *Crotone.* In ultimo vero Pall. 1. ac 3. referunt *Aterio.* Camp. *Artio.* Gebh. *Perusina* Flor. *Parusia* Port. Tum *Cortone* fragm. Hav. a m. sec. et Harl. *Cratone* Port. et Hearnii Oxon. B. *Crottone* ejusdem L. 2. *Crotone* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Klockian. Hav. Hearnii

Digitized by Google

Oxon. N. et edd. vett. pro quo Moguntini *Cortena* substituerunt. Deinde *Aretis* Leid. 2. *Arecie* Gaertn. *Arrecio* Port. *Arrectio* Leid. 1. *Arretio* in contextum recepi. Vide ad X. 37. § 4. Et ita præferunt vetustissimæ edd.

Quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempestate erant] *Capita et turmæ pop.* Lov. 3. *Etruriæ capita pop.* Port. et Hav. Tum *erant* deficit in Lov. 2.

Fraudusque ab Romanis petentes, induciæ in triginta annos impetraverunt] *A Rom.* Gaertn. quæ voces deficiunt in Voss. 2. et Lov. 3. Tum in *XX annos* Leid. 1. Tandem *impetravere* Lov. 4.

CAP. XXXVIII. § 1 *Cum hæc in Etruria gerunter*] Vet. lib. *Dum hæc.* Sigon. Ita non modo omnes scripti; verum etiam, quoscunque vidi, edd. priores.

C. Marcius Rutilus Allifas de Samnitibus vi cepit] Prænomen deest in Lov. 4. *Canarcius*, pro *C. Marcius*, præfert Klockian. Tum plerique codd. *Rutilius*, vel *Ruptilius*. Vide ad VII. 17. § 6. Hinc *Alifas*, vel *Aliphas*, Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hav. fragm. Hav. et plures ex vett. edd. *Aliphius* Port. et Hearnii Oxon. B. Sed male. Vide ad VIII. 25. § 4. Cæterum Allifas, quam urbem Romani hoc loco expugnant, etiam supra expugnasse dicuntur laud. loc. et tamen Livius alibi monere omisit qua occasione iterum in manus Samnitium pervenerit. Vide Perizonii Animadv. Hist. c. 4. p. 164. Paullo ante *consulatus*, pro *consul alter*, Hav. *consulum alter* fragm. Hav. Varietas lectionis ex compendio *cos.* vel *cons.* nata est. Vide ad X. 10. § 2.

Multa alia castella vicique, aut deleta hostiliter] Diversam plane ob hanc lectionem servat Lov. 4. Obfert enim *multaque alia cast. vicit, quæ aut debellata host.* Sed nullis adstipulantibus eum audiendum non existimo. *Castella vicique* sæpe junguntur. Infra XXXI. 30. 'Delubra ibi fuisse, quæ quondam pagatim habitantes in parvis illis castellis vicisque consecrata.' XXXIII. 36. 'Boii in castella sua vicosque dilapsi sunt.' Non probanda itaque est etiam lectio Lov. 2. *multa alia castella utique.* Pejus *castella vicique* habet Klockian. Præterea *aut*, sive *ante, deleta hostilia* Leid. 2. *hostilia* etiam Lov. 1. Ita scripsisse videntur librarii, quia illud *hostiliter* nullius emphasis esse videbatur, quum urbes vix aliter quam *hostiliter* deleri possint. At similiter auctor Epit. Liv. lib. LXXX. 'Quam rempublicam armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit:' ubi etiam ante Sigonium vox *hostiliter* omissa erat. Mox *in potestate venerunt* Gaertn. *venerunt* etiam Port. et Hav. Vide etiam hoc lib. c. 25. § 3.

§ 2 *Per idem tempus et classis Romana, &c. in Campaniam acta, quum adpulsa Pompeios esset*] Motum *in Campania acta.* Sicut *Athenæ in acta.* Vide Bon. Vulcanium in Apulei. Mund. c. 1. p. 13. Scaliger. in Virgil. Culic. p. 288. et Palmer. in Spicileg. p. 61. a. et 93. b. *Klock.* Vocula *et* deest in Hav. Tum *Campaniam alta* sine præpositione Port. Sed eam librarii negligentia, non Livii voluntate, omissam puto. Vide ad III. 6. § 7. *In Campania acta* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum errantis hujus scripturæ illam causam puto, quam dedi ad VI. 3. § 8. Infra XXII. 19. 'In littus passim naves egerunt.' Deinde *quum adpulsa Puteolos esset* Lov. 4.

Ad depopulandum agrum Nucerinum] *Ad populandum* Lov. 4. Harl. et edd. ante Aldum. Sæpe hæ voces commutari solent. Vide ad II. 62. § 2. Tum *agrum Lucerinum* Port. Gaertn. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. Vide ad XXIII. 33. § 5. *Agrum Luceri mi profecti* Hav. Mox *statim*, pro *raptim*,

Digitized by Google

Lov. 4. *inde vastis*, pro *vastatis*, Leid. 1. Vide ad XXIII. 30. § 7.

Unde reditus tutus ad naves esset] Pal. 2. *cum tutus reditus ad naves esset*. Gebh. *Unde cum tutus reditus ad naves esset* Gaertn. *inde cum tutus reditus ad valles esset* Port. a m. pr. in quo *unde* emendatur a m. sec. *inde cum tutus reditus ad vales esset* Hav. *inde cum reditus tutus ad naves esset* fragm. Hav. a m. sec. *unum*, pro *unde*, edd. Rom. 1472. et Parm. Mox *exciverunt*, pro *excivere*, Lov. 4. et Gaertn.

§ 3 *Quum occidione occidi possent*] Pall. duo *excidione*. Livius III. 28. 'Tum, ancipiti malo urgente, a prælio ad preces versi, hinc dictatorem, hinc consulem orare, ne in occidione victoriam ponerent.' cap. 44. 'Occidione occisi hostes.' X. 39. 'Aureum olim atque argenteam Samnitium aciem a parente suo occidione occisam.' XXVIII. 43. 'Cum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent.' XXX. 32. 'Tot exercitus occidione occisos.' *Gebh. Excidione* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Supra II. 51. 'Inter duas acies Etrusci occidione occisi:' ubi plura vide. Hoc lib. c. 44. 'Occidione occisi hostes.' XXII. 54. 'Occidione occisos cum duobus exercitibus consules.' *Occisione occidi* Hav. Vide ad III. 10. § 11.

Exuerunt prædæ, partem etiam occiderunt: quæ superfuit cædi] Pal. 2. *et partem etiam occiderunt. Quæ vero sup. cædi*. Gebh. Eamdem lectionem apud me servant Port. et Hav. qui insuper, at prior tantum a m. pr. præferunt *exuerunt prædam*. Sed *exuerunt prædæ, partem etiam occiderunt* Leid. 1. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *exerunt prædæ parte, etiam occiderunt* Voss. 1. a m. pr. pro quo a m. sec. *exuerunt prædæ partem, et multos occiderunt* emendabatur; et ita præferunt Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *exuerunt prædæ partem, et multos etiam occid.* Voss. 2. *exuerunt prædæ parte, et multos etiam occid.* Lov. 1. *exuerunt prædæ parte, multosque occid.* Lov. 2. *exuerunt prædæ partem et ut occidere* Lov. 3. *exuerunt prædæ partem et ut occidere* Lov. 4. Tum *cæde trepida multitudo* Leid. 1. *multitudo cædi trepida* Lov. 4. *cædi* decrat in fragm. Hav. a m. pr. Mox voces *ad naves compulsa est* exsulabant a Gaertn.

§ 4 *Tum lætum famam in Samnium ad hostes tulerat*] Pall. duo *tum latum*. Sed melior est vulgata lectio: opponit quippe terrorem Romanorum et lætitiam Samnitium. *Gebh. Tum latam* Lov. 1. et 3. Vide ad VI. 1. § 3. Similis varietas etiam obcurrit X. 21. § 6. *Tum lætam fama* Harl. sed ultima litera vocis *famam* hausta esta voce seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Voces *in Samnium* omittuntur in Flor.

Cladisque imaginem Furculas Caudinas memorabant] *Cladis imag.* Leid. 1. *cladisque imagines* Hav. Tum *Furculasque Caudinas* Leid. 2.

§ 5 *Eadem temeritate avidam ulteriorum semper gentem*] *Eadem temer. avida ulter. semper gentem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *ulteriorem* etiam Leid. 1. et Gaertn. Caussam errandi indicavi ad VI. 3. § 8. *Avidam ultionum* Lov. 2. et ita a m. sec. exstat in Flor. Mox *in saltus invidos*, pro *invios*, Lov. 1.

§ 6 *Belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset*] *Bellum Rom. decus* inepte Lov. 4. *a Samnitibus* Leid. 2. Lov. 1. 4. Gaertn. Port. et Hav. Tum *fortunam* Port. Tandem *vertisset* Lov. 2. *advertisset* Harl. et fragm. Hav. Vide ad I. 12. § 10. Ceterum voces *ad Etruscos avertisset: itaque armis* desunt in Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *miscebat*, pro *miscebatur*, Voss. 1. Vide ad X. 10. § 1.

§ 7 *Itaque armis virisque ad obtinendum C. Marcium consulem concurrunt*] *His accensi Samnites undique coorti armis virisque* Klockian. reliquis dissentientibus, quorum potior est auc-

Digitized by Google

toritas: Deinde *obtenendum* Port. *obtinendum*, vel *optinendum* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. *oppugnandum* Leid. 2. *opprimendum* Lov. 2. et Hav. Nihil muto. Infra XXVII. 41. 'Ut sterni obterique, priusquam instruantur, possint:' ubi vide quæ notantur. 'Premere,' 'tenere,' ac 'terere' in Mss. sæpius commutari, docuit Burmann. ad Rutil. Itin. I. 621.

Protinus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petituri] *Protinus inde Etruria per Marsos Sabinos petitur* Voss. 2. *protinus inde Etruria per Marsos ac Sabinos petitur* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *petitur* etiam Lovel. 4. *petitum* Gaertn. *per Marsos et Sabinos* Port. et Hav. Mox negandi particula *non* deficit in Lov. 2.

§ 8 *Obvius iis consul fuit. Dimicatum prælio utrimque atroci*] *Obvius his cons. fuit* Leid. 1. Sed *consulibus* ex eo natum fuit, quod librarii nescierint, quemadmodum compendium *cons.* efferendum foret. Vide ad X. 10. § 2. *His* autem vel *iis* etiam præferunt Flor. et plerique reliqui, nisi quod *is* ejus loco sit in uno fragm. Hav. Hinc *fuit* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *utrimque prælio* Port. et Hav. Sed *dim. prælium atroci atque incerto eventu* quædam ex vett. edd. Male. Prælium fuit atrox, non tamen atrocem eventum, sed tantum incertum, fuisse indicant sequentia. Mox *incerto evento* Harl. Verum quamvis æque *eventum*, atque *eventus*, in usu fuerit, malim tamen *evento* librariorum peccatum existimare. Vide ad I. 15. § 7.

Adversæ tamen rei fama in Romanos vertit] Pall. duo codd. Mss. *adversa tamen rei fama in Rom. restitit.* Quo velim involvulos quosdam acrius penetrare, ut exterebrent dignum auribus doctiorum. *Gebh.* Ita et meorum unus Lov. 3. Nescio, quid alii exterebrare conaturi sint: mihi vero lectio illa ex lapsu scribarum nata videtur. Et forte ejus auctores dare voluerunt *adversa tamen rei fama in Rom. vertitur*, quomodo in Lov. 2. superest: quod et ipsum vel librarii est commentum, vel interpretis expositio, quo *vertit* hic pro *vertitur* poni inperitiorem lectorem docere voluit. Vide ad II. 62. § 2. *Adversa tamen rei fama* etiam præferunt Flor. a m. sec. Leid. ambo, Voss. ambo, Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Non placet: minus scriptura, quæ in Gaertn. obvia erat *adversa tu rei fama.* Mox *ab amicissos quosdam equestris ordinis* Lov. 3. Præterea sequens *et* deerat in Lov. 4.

§ 9 *Ob hæc etiam aucta fama, et (ut solet) ingens terror Patres invasit*] *Et* redundat. *Gelen.* Meorum nulli, præter Harl. solum, id agnoscunt. *Ob hoc* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXI. 52. § 10. Tum *etiam acta fama* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXI. 61. § 4. *Etiam evecta fama* Gaertn. *aucta etiam fama* Lov. 2. Mox *dictatorem dici*, omissa copula, Voss. 2. et Lov. 3.

Nec, quin Cursor Papirius diceretur, in quo tum summa rei bellicæ ponebatur, dubium cuiquam erat] *Ne, quin Cursor Pap. die.* Lov. 2. et 3. *nec quin igitur Pap. Cursor dic.* Voss. 2. Displicuit librario cognomen nomini gentili præpositum, quod tamen Livio frequens est. Vide ad XXX. 1. § 9. *Dicerentur* male Port. Deinde *in quo tum fama rei publ. ponebatur* Leid. 2. et Lov. 1. *in quo tum summa reip. ponebatur* Lov. 4. in contextu, pro quo *bellicæ* in margine subponitur. *Exponebatur* Hav. Tum *cuiquam dubium erat* idem Lov. 4. *dubium cuique erat* Leid. 2. 'Quisque' et 'quisquam' sæpe commutantur. Vide ad V. 29. § 6. VI. 4. § 5. X. 18. § 13. c. 36. § 3. et alibi. Verbum *erat* deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 10 *Sed nec in Samnium nuncium perferri, omnibus infestis, tuto posse*] Pall. duo *si nec in Samn. nuncium perf.*

Digitized by Google

omn. *infensis*. Gebh. Vocula *sed* deficit in Lov. 3. et a m. pr. in fragm. Hav. *tamen*, vel *tĩ*, pro *in*, præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *Samnitium nuncium* Leid. 1. Gaertn. et Hav. Deinde *preferri* Voss. 2. Vide ad XXXVIII. 28. § 8. *Proferri* Hav. Vide ad v. 4. § 12. Deniqne *omnibus infensis* Voss. 2. Lov. 2. 3. et 4. Vide mox ad § seq.

Neo vivere Marcium consulem satis fidebant] *C. Marcium satis fid.* Port. et Hav. *C. Marcium consulem satis fid.* fragm. Hav. a m. sec. *Marcium et satis fid.* Leid. 2.

§ 11 *Infestus privatim Papirio erat*] Vet. lib. *infensus*. Sigon. Hanc lectionem, quam Sigonius in contextum recepit, servant etiam Lov. 4. et fragm. Hav. a m. sec. Ne tamen probem, obstat tot codicum, et inter eos etiam optimorum, alteram præferentium consensus. Ita 'infestus sanguini civium' III. 57. 'infestus superbiæ' c. 58. ubi etiam quædam vide: 'familia infestissima Patribus' IV. 54. 'infestus plebei' XXII. 35. 'infesta senatui plebs' XXIII. 2. 'infestissimus populo Romano' XXXIX. 51. 'infestissimus Romanis' XLII. 11. 'infestus Karthaginiensibus' Auctor Epit. Liv. lib. XLVIII. Passim autem 'infensus' et 'infestus' commutari solent. Exemplum paullo ante habuimus § præc. Plura vide ad Livii II. 46. § 7. Mox verba *ex cons. numero mitt. ad eum* exsulant a Voss. 2. et Lov. 3.

§ 12 *Non publica solum auctoritate moverent*] Hæc constans est lectio omnium meorum codd. neque aliter præferunt excusi antiqui usque ad Sigonium, qui primus, sive quod ita legendum censeret, sive operarum errore, substitnit *auctoritate monerent*, a quo id acceperunt reliqui omnes usque ad Jac. Gronovium: quum tamen mutationis caussam non addiderit, eam lectionem veriorem esse Hearnio persuadere non potuit; qui, servata ea, quam Sigonius substitnit, lectorem monuisse satis habuit, Jac. Gronovium *moverent* edidisse. At codd. Oxonienses et ed. Rom. quibus niti solet, etiam hic diligentius consulnisse oportnerat. Typographos *movere* et *monere* in ed. Sigonii commutasse, mirum non est; quum infinitis locis id etiam scribæ fecerint. Vide ad XXXV. 35. § 5.

Ut memoriam simultatum patriæ remitteret] Pal. 1. *ut memoria simultatium patriæ demitteret*. Pal. 3. quoque et Camp. ed. *simultatium*. Vide II. 14. Sic XXIV. 1. 'Permista omnium ætatium ordinumque multitudo:' ut et XXVI. 9. 'Pluresque omnium genetum atque ætatium capiebantur:' ut præit Pal. 1. Sic reperi in vet. cod. XXIV. 40. 'Neque sustinere ultra vim Macedonum posse.' *Gebh. Sed ut memoriam* Port. et Gaertn. *sed ut memoria* Hav. *ut memoria* Lov. 3. Tum *simultatium* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. quorum auctoritate recepi. Eodem modo optimi codd. etiam exhibent I. 60. § 2. et III. 66. § 4. Et hac forma elatum nomen probare videtur Vossius Gramm. IV. 14. Plura similia vide ad XLV. 3. § 6. Sed altera forma *simultatum* exstat XLI. 22. Deinde *patriæ mitteret* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *patriæ dimitteret* Lov. 3. Nihil mutandum. Infra XXXIX. 5. 'Ejusdem collegii alterum e duobus tribunis plebis suas inimicitias remisisse reipublicæ.'

§ 13 *Profecti legati ad Fabium consulem*] Ita præferunt omnes typis exarati usque ad Jac. Gronovium, qui ultimam vocem omisit: cujus exemplum J. Clericus secutus est. Eamdem vocem omiserunt etiam omnes mei, nisi quod dubitem de Flor. et Klockian. ex quibus nihil notatum video. Contra Hearnius, lectore de scriptura edit. Gronovianæ monito, nihil de consensu codd. Oxonienses

Digitized by Google

um subjungit; ut, si diligenter partibus suis functus est, illi potius τὸ *consulem* servare debeant. Forte existimari posset, vocem illam sive ejus compendium *cons.* excidisse ob similitudinem vocis seq. *cum*; de quo vidimus ad II. 59. § 9. Mihi tamen potius videtur, ut omittatur. Modo enim præcessit 'Alter consul Fabius,' et mox sequetur 'consul, demissis in terram oculis.'

Demissis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam esset acturus] *Demissisque oculis* Voss. 2. et Lov. 3. *demissis in terra oculis* Leid. 1. Curtius VI. 2. 'Demisso in terram vultu, adtonito stupentique similis stetit.' IX. 2. 'Quumque illi in terram demissis capitibus tacere perseverarent.' Tum *tacitus* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *quidnam acturus esset* Flor. Leid. ambo, Voss. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum auctoritatem secutus sum.

§ 14 *Nocte deinde silentio (ut mos est) L. Papirium dictatorem dixit*] *Nocte deinde silenti* Port. a m. sec. Male. Sollemne enim in hac locutione esse *nocte silentio*, constat ex loco Livii VIII. 23. 'Neque facile fuisse id vitium nosci, quum consul oriens nocte silentio diceret dictatorem.' Quod ita accipiendum videtur: dictum fuisse 'nocte,' et quidem 'silentio.' Certe hoc sensu duo illa vocabula accipiuntur apud Cæsar. Bell. Gall. VII. 28. 'Quos ille, multa jam nocte, silentio ex fuga excepit.' Deinde *Papirius dictatorem dixit*, omisso etiam prænomine, Lov. 4.

Sine responso ac mentione facta sui] Haud dubium mihi est, quin legendum sit, *facti sui*, non *facta sui*. Modius. Bonus augur Modius esse poterat, cum sic compareat in libris omnibus *facti sui*. Pall. 1. et 3. *sine responso ac monitione facti sui*. Pal. 2. *mentione facti sui ita legatos dimisit*. Herodianus VI. 4. § 7. *Τοὺς πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ἀνέπεμψεν ἀπράκτους*. *Gebh. Facta* servant non tantum Harl. sed et primis edd. proximæ Mediolan. a. 1480. Tarvis. utraque, easque secutæ reliquæ usque ad Modium. Verum reliqui scripti et edd. priores recte legunt *facti*. Deinde τὸ *sui* deficit in Port. et Hav. Præterea *sine responsione* Leid. 2. et Lov. 1. *sine responsu* Leid. 1. Multa nomina, quæ nunc secundæ declinationis sunt, olim ad quartam pertinuisse, dictum est ad IV. 9. § 6. hic tamen, reliquos potius, *responso* servantes, quam unum *responsu* præferentem, audio. Tum *monitione* Voss. 2. et Lov. 3.

Legatos dimisit, ut adpareret] Vet. lib. *ita legatos dimisit, ut appareret*. Sigon. Similiter Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. L. 2. ac B. At optimi constanter particulam, quam Sigonius in contextum recepit, repudiant. Neque etiam ulli editores Sigonii exemplum secuti sunt.

§ 15 *Papyrius D. Junium Bubulcum*] Pro *D.* quidam emendarunt *C. Junium*, qui ter consul fuit: sed poterat et alius esse. *Glar. D. Junium* legunt Lov. 1. a m. pr. et Harl. Prænomen omittitur in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. a *m.* sec. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. Similiter, quum priores edd. *D. Junium* exhibuissent, Aldus etiam prænomen expunxit, ejusque exemplo reliqui usque ad Frobenium, qui a. 1530. substituit *C. Junium*; quod prænomen ipsi etiam tribuunt Fasti Capitolini, qui in eo ab annalibus, quos Livius secutus est, in diversa discesserunt, quod proximo post Q. Fabium et C. Marcium consules anno L. Papirium dictatorem et C. Junium magistrum equitum sine consulibus fuisse tradant.

Ei, legem curiatam de imperio ferenti,

Digitized by Google

triste omen diem diffudit, quod Faucia curiæ fuit principium] Hæc verba in codice Aldino egregie corrupta habebantur. Nam, pro *diem diffudit, diem diffidit* in eo legitur, fortassis ex Angeli Politiani eximia ista scilicet emendatione c. 41. Miscellaneorum; de qua jure eum increpat Guil. Budæus Annotat. in Pandectas, (ad l. 2. 'Si quis cautionib.') apud quem Budæum, quid sit 'diem diffundere,' copiose explicatum reperies. Admonuit nos ejus loci eximius vir D. G. Amelius Marcomannus, compater meus, doctæ lectionis ac veræ eruditionis columen. In eodem Aldi codice, pro his verbis *quod saucia*, positum erat *qua id efficiat*. At Budæus legit *Faucia curia*; quod cur faciat nescio. Porro, quæ proxime sequuntur verba, varie leguntur, sed ex quibus nullum elicere potui sensum. Si, quid *curiæ* vocabulum hoc loco significaret, planum esset, facilius ea intelligerentur. Denique 'legis curiatæ' aliquoties mentionem facit Livius, at, quæ ea sit, nusquam explicat. 'Curiata comitia' erant, quando viritim inibantur suffragia per tribuum curias, ut ex Dionysio colligitur, quibus Camillus de exilio revocatus dicitur apud Livium v. 46. Et 'lex' ibidem 'curiata lata est, dictatorque absens dictus.' *Glar.* Curiatis comitiis mandari consuevisse imperium, ex eo intelligi potest, quod Livius ait v. 52. 'Curiata comitia rem militarem continent:' et 'curiatam legem' latam de imperio Camillo absenti tradendo. Et Cicero contra Rullum Orat. II. 12. 'Consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.' Et ad Lentulum (ad Fam. I. 9.) 'Appius legem curiatam ferre vult.' Erant autem 'comitia curiata,' cum populus descriptus in curias suffragabatur. Nomina XXX. curiarum interciderunt. Festus 'Tifatæ' et 'Titiæ' meminit; Livius nunc 'Fauciæ,' quam prærogativam fuisse significat in imperio mandando. Me, ut hæc dicerem, coëgit Glareanus, qui se non satis intelligere hunc locum inquit. ['Non veretur dicere Glareanus, se non omnia intelligere: Sigonio vero omnia invia sunt pervia scilicet.'] *Sigon.* Pal. 2. *triste omen diffudit, quod saucia cura afuit, principium duabus insignibus, captæ urbis et Caudinæ pacis.* Andreæ editio *triste omen diem diffidit.* Gebh. Scribendum esse *Faucia curia*, (et ita dedit Andreas Romæ, sed mox vitiarunt); dein 'quo utroque anno eadem curia fuerat principium,' diximus Observ. IV. 1. *J. F. Gron.* De lege curiata magna fuit contentio inter Sigonium et Gruchium, quorum de illa scripta in Antiq. Rom. tom. I. contulit Grævius. Quid sit 'diffindere diem,' multi docuerunt, quorum plerosque nominat Jac. Gronov. ad Gellii XIV. 2. Adde Victorium et Scaligerum ad Varr. de Re Rust. I. 2. Sigonium de Judic. I. 28. Interpretes Legum XII. Tab. et Bentl. ad Hor. Serm. II. 3. 79. qui bilem Gronovii non effugisset, si ante editum ab hoc Gellium Horatium publicasset. Nam non dubium est, quin eum plagii accusaturus fuisset, in Gellio pro *rerum diffissionibus* legentem *dierum diffissionibus*: quod dudum ita legi voluerant Politianus Miscell. c. 41. et post eum Lambinus ad Horat. l. d. Ceterum Gruchius de Comit. III. 1. *fuit principium* recte exponit 'prima ad suffragium sorte vocata est,' et docet, servatum fuisse, ut curia prærogativa boni ominis esset; atque ideo Papirium postero die auspicia repetisse, quia prima exierat Faucia curia, quæ mali ominis erat. Eodem modo in comitiis tributis tribum prærogativam 'principium' vocatam, ostendit in Observ. d. l. Gronovius. Quod hic Sigonius significat, nomina XXX. curiarum intercidisse præter tria, de eo aliter scribit de Ant. Jur.

Digitized by Google

Civ. Rom. I. 3. nam ibi apud Festum in 'Novæ Curiæ' præterea quatuor aliarum nomina legi adnotat. *Duk. Triste omen diffudit* Port. et Hav. quorum prior *triste omen diem distulit* præfert in margine. *Triste omen diem diffundit* Gaertn. *triste omen diem diffinit* Harl. *triste omen diem defidit* Lov. 3. *triste omen diem difidit* Lov. 4. *dfinit, difidit, diffudit* est in quibusdam ex vetustioribus edd. at in Rom. 1472. et Parm. *diffidit*, quomodo et reliqui servant Mss. Recte. Plura de hac locutione vide apud Jac. Gronov. ad Gellii XIV. 2. et quos ibi laudavit. Deinde *qua id faciat curia fuit principium* Leid. 1. *qua idem faciat cura fuit principium* Lov. 4. *quia idem faciat curia fuit principium* Voss. 2. et Lov. 3. *qua id effecerat curia fuit principum* Leid. 2. pro quo *effeciat* est inter versus adscriptum: neque aliter habent Lov. 1. et 2. nisi quod posterior *efficiat* præferat. *Idem quod Saucia cura fuit principium* Gaertn. *quod Saucia cura fuit principum* Hav. *quod Saucia curia fuit principium* Hearnii Oxon. N. B. et C. *quod Faucia curia fuit quia inde Faucia curia principium* Neapol. Latinii: *quo Faucia curia fuit principium* fragm. Hav. a m. sec. priori scriptura penitus erasa. *Quod Faucia curia fuit principium* Flor. Voss. 1. Klockian. Port. et Harl. quomodo etiam est in edd. Rom. 1472. ac Parm. Ejus loco proxime secutæ dederunt *Saucia curia*, quod Sigon. probare videtur de Antiq. Jur. Civ. Rom. I. 3. et de Ant. Jur. Prov. II. 1. Ei deinde *Fauciæ curiæ* substituit ed. Froben. 1531. quod usque ad Gronov. recte *Faucia curia* emendantem, et ex Fragmentis legum superstitibus inlustrantem Observ. IV. 1. obtinuit. Auctoritatem sequor Gronovii. Mox *duabus insignibus cladibus* Port. Gaertn. Hav. et quædam ex vett. edd. eodem errore, quo *penatibus*, pro *penatis* vel *penates*, et similia plura ejus generis data esse in Mss. videbimus ad XXII. 6. § 7. Vel etiam origo erroris esse potest illa, quam dedi ad VI. 3. § 8.

Quod utroque anno ejusdem curiæ fuerat principium] Recte etiam hic Gronovius legendum conjecit *eadem curia fuerat principium*; quod tamen, quia nullum codicem auctorem habebat, in contextum recipere ausus non est. Verum quam partim eo ducant vestigia quorumdam Mss. (nam *ejusdem curia fuerat principium* est in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *ejusdem curia fuerit principium* in Gaertn.) partim idem illud obvium fuerit in Lov. 4. ei in contextu locum dare, et alteri substituere non dubitavi.

§ 16 *Macer Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam*] Pall. 1. ac 3. *Macer Licinus tertiæ etiam cladis, quæ ad Crem. accepta est, abhominandam eam curiam fecit.* Gebh. Pall. duo *tertiæ etiam cladis.* Quod forte haud spernendum. Potest enim intelligi 'nomine,' vel 'crimine.' *J. F. Gron.* Pall. consentiunt Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. quod, ut Gronovius monuit, suppleri potest 'nomine,' 'crimine,' vel 'caussa' subintellectis. Vide Sanctium in Minerv. IV. 4. p. 561. ubi laudat haud dissimile ex Virgil. Æn. XI. 126. 'Justitiæne prius mirer, belline laborum?' ubi videndi sunt docti interpretes. Quædam etiam similia videri possunt apud Vechner. Hellenol. I. part. 2. c. 18. num. 8. *Tertiæ etiam clade* est in Leid. 1. *tertia etiam cladis* in Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *Macer Licinus* Voss. 2. *Marcellinus*, una voce pro duabus, Klockian.

CAP. XXXIX. § 1 *Legionibus ad terrorem traducti silvam Ciminiam exercitus nuper scriptis*] *Traductis* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *traductus* Lov. 2. *traditus* Lov. 4. Tum *silvam Comminiam* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *nuper scripti* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. fragm. Hav. cum quibusdam ex anti-

Digitized by Google

quis edd. *nuper scriptus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Mox verbum *pervenit* non adparet in Leid. 1.

§ 2 *Acceptisque a Marcio consule veteribus militibus*] *Acceptisque ab M. consule* Hav. *acceptisque armatis ab consulibus* Port. in contextu, recepta lectione margini adscripta. Tò *militibus* deficit in Lov. 4. Mox *in acie copias eduxit*, pro *in aciem*, Voss. 2. et Lov. 3.

Nec hostes detrectare visi pugnam] *Detractare* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9. *Detractavere pugnam*, media voce omissa, Lov. 2. *detrectavere pugnam* Hearnii Oxon. C. *Nisi*, pro *visi*, ejusdem codex N. et Gaertn. Ita quoque præfert ed. Mediol. 1505. Quæ lectio non displiceret, si plures ac fide digniores codd. eam probarent. Solent autem hæ voces in Mss. commutari. Vide ad IV. 40. § 2.

Quum ab neutris prælium inciperetur] Vet. lib. *inciperet*. Sigon. Pall. tres, et Camp. ed. *inciperet*. Gebh. *Inciperet* etiam omnes mei, nisi quod *inciperetur* sit in solo Harl. et ex uno Flor. nihil moneatur, ut is quoque ita legere videatur. Contra Hearnius ex solo Oxon. L. 1. *inciperetur* proferendo reliquos *inciperet* tueri, tacitus agnoscit. Ultimæ literæ ur sæpe in Mss. perperam vel adduntur, vel omittuntur. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

§ 3 *Nec suis diffidentes viribus, nec hostem spernentes, stativa in propinquo habuere*] *Nec sui diffidentes viribus* Voss. 2. et Lov. 3. *nec suis defidentes viribus* fragm. Hav. *nec suis fidentes viribus* Leid. 2. *nec suis Fidenates viribus* Lov. 1. Tum *in propinqua habuerunt* Gaertn.

§ 4 *Nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est*] Non est dubium, quin præcedd. verba de dictatore in Samnio res agente sint dicta; et nunc de Umbris sine ulla digressionis nota loquitur, eosque fusos ait, de quibus postea dicturus est: 'Tranquillas res jam Hetruscis turbavit repentina defectio Umbrorum, gentis integræ a cladibus belli.' Quare suspicor, pro 'Umbris' populum hic aliquem Samnitium legendum; etiamsi mihi non liquet, quis substituendus: deinde novam digressionem incipiendam: 'Et ad Vadimonis lacum,' &c. quomodo Livius sæpius orditur. *Glar.* Transit a bello Samnitium ad res in Etruria cum Umbris et Etruscis gestas, adhibita particula *Nam*; quod mirabile mihi cum videretur, inspexi veteres libros diligentius, quorum alios ita habere inveni, ut vulgo legitur; alios ita: *Nam et cum Umbr. exercitu acie dep. est, fusi tamen magis, quam cæsi hostes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in Etruria gestæ: et ad Vadimonis lacum Etrusci.* Tum intellexi, causam admirationis meæ probabilem esse. Deesse enim huic transitioni hæc verba, *Interea res in Etruria gestæ*, quæ in veteribus libris luxata erant. Itaque ita lege: *Interea res in Etruria gestæ: nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est, &c. Et ad Vadimonis lacum Etrusci.* Conjungit enim Umbrorum Etruscorumque, ut ante, bellum. Hinc temere Glareanus mendum esse putavit in voce *Umbrorum*; quos Samnitium populos esse voluit, et ad Samnitium bellum referenda hæc esse. ['Glareanus non est geographiæ tam imperitus, ut Umbros Samnites credat; nec hoc dixit: sed hoc loco putat aliud nomen substituendum.'] *Sigon.* Pal. 2. *Nam et Umbr. exercitu acie dep. est. Fusi tamen magis, quam cæsi hostes, qui inceptam acriter non tol. pugnam. Interea res in Etr. gestæ, et ad Vad. lacum.* Quam lectionem et Campanus obiicit nobis, sed alio ordine: *Interea res in Etr. gestæ. Nam et cum Umbr. exercitu acie dep. est. Fusi tamen magis; quam cæsi hostes, &c.* Quod dum profert Sigonius, quasi a se inventum, nimium ambitiose suo solemni facit.

Digitized by Google

Gebh. Voces *Interea res in Etruria gestæ* post voces *non toleraverunt pugnam* rejiciuntur etiam in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Ibidem etiam interponuntur in Klockian. sed paullo auctiores hoc modo: *Interim ab Fabio consule in Etruria res feliciter gestæ.* In reliquis codd. illa omnia non adparent; nisi quod in uno Florent. ante illa *nam et cum Umbrorum exercitu* adscripta sit vox *Etruriæ* a m. sec. Locum ex conjectura recte restituit Sigonius, cui insignem injuriam fecisse existimo Gebhardum, insimulando quasi restitutionem hujus loci deberet editioni Campani: quod crimen ut verisimile fieret, illam ab eo visam fuisse antea probandum fuerat. Ceterum *cum Umbrorum acie depugnatum est*, omisso τῷ *exercitu*, quædam ex edd. vett. invitis tamen scriptis et Rom. 1472. ac Parm. qui recte servant. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXIII. *Aciem depugnatum est* Flor.

Quia captam acriter non toleraverunt pugnam] *Qui acceptam* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *quia acceptam* Lov. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *quia inceptam* Hav. Tum *toleraverunt pugnam* Lov. 2. *tolerarunt pugnam aliter* Port.

§ 5 *Et ad Vadimonis lacum*] Polybius II. 20. Ὀβδῶνα λίμνην vocat. *Sigon.* Locum Polybii corruptum, et Ὀβδῶνα scribendum esse, conjicit Claverius Ital. Antiq. II. 3. p. 552. ubi plura de hoc lacu videnda. Mendose *et ad vanum nonis latum* legit Lov. 3. *Vademonis* Gaertn. De 'lege sacrata,' qua Etrusci exercitum coëgerunt, vide ad IV. 26. § 3.

Coacto exercitu] Pal. 1. *coapto exercitu.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. sollemni errore scribarum, qui sæpe *actus* et *aptus* in Mss. commutarunt. Vide ad XL. 18. § 6.

Quum vir virum legisset] Quid sit apud veteres auctores 'vir virum legit,' declarant Petr. Victorius Var. Lect. XVIII. 19. Turneb. Advers. XXV. 7. et Dodwell. Prælect. Camden. ad Spart. Hadr. XVIII. § 4. Vox *quum* deficit in Voss. 2.

Quantis numquam aliis ante simul copiis] *Umquam alias* Leid. 2. Deinde *alias antea* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XL. 12. § 3.

§ 6 *Res gesta est, ut ab neutra parte emissa sint tela*] *Gesta res est* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Hav. fragm. Hav. et edd. vett. quem ordinem Basileenses demum a. 1539. mutarunt. Deinde *emissas in tela* Flor. literis male in suas voces contributis, et finali vocis *sint* elisa ob initialem vocis seq. *A neutra parte* etiam Leid. 1. Lov. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Mox *commissa est in ipso certamine* Lov. 4. in quo *est* a m. altera deletum est. Deinde *in aliqua nova gente*, pro *cum aliqua*, Lov. 3.

§ 7 *Cadunt antesignani: et, ne nudentur pugnatoribus signa*] Legendum *propugnatoribus.* Gelen. De 'antesignanis' vide Lipsium de Milit. Rom. IV. 3. Schel. ad Hygin. p. 1052. seq. et Gronov. ad Livii XXIII. 29. *Duk.* Ita etiam legunt omnes mei. Infra XXXVII. 11. 'Navis rostris icta subprimitur: telis obruuntur propugnatores.' Insuper *cadunt ante signa* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *cadunt ante insigna* Lov. 3. Deinde *ne videntur* Gaertn. et Port. a m. pr. *ne viderentur* a m. sec. quemodo etiam præferunt Lov. 4. et Hav. Sed quatuor postremæ voces exsulant ab Hearnii Oxon. L. 1. Paullo ante *moveretur*, pro *movetur*, Flor. Vide ad XXXIX. 52. § 6.

§ 8 *Cietur miles*] *Citetur miles* Voss. 1. et Lov. 1. Mox *lab. ac per. eventum*, pro *ventum*, Leid. 2.

Omissis equis, ad primos peditum per arma, per corpora evaserint] [Vid.

Digitized by Google

Lectt. Varr.] Cæsar Bell. Gall. VII. 62. 'Ab siniſtro, quem locum duodecima legio tenebat, quum primi ordines hostium transfixi pilis concidissent, tamen acerrime reliqui resistebant, nec dabat suspicionem fugæ quisquam.' Curtius VII. 4. 'Satibarzanes in primos ordines adequitavit, demtaque galea,' &c. *J. F. Gron. Ad proximos ordines peditum* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. N. in margine. *Ad primos ordines equitum* Hearnii L. 2. *ad primos ordines peditum* Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et Hearnii L. 1. B. et C. *Ad primos proximos ordines pedtium* Gaertn. utraque lectione simul juncta; quod hujus codicis librario familiare esse, sæpius vidimus. Probum esse *ad primos ordines peditum*, Gronovio adsentior; eaque lectio verior videtur illa, quam etiam ferri posse putabat, et in pr. ed. notarum unice probabat *ad primos ordines per arma, per corpora evaserint*. Vox enim *peditum*, exceptis duobus scriptis unoque edito, omnium reliquorum testimonio firmatur, et 'primi ordines' simpliciter plerumque notant centuriones primorum ordinum. Vide Gronov. ipsum ad Liv. XXX. 4. § 1. At *primi ordines peditum* sunt pedites in prima acie pugnantes. Ad hos usque penetrarunt equites, eorumque locum subiere; et ita nova velut acies exorta est. 'Primus' autem et 'proximus' sæpissime in Mss. confunduntur. Vide ad v. 47. § 5. Mox *inter fusos*, pro *inter fessos*, Leid. 2.

§ 9 *Secuta deinde impetum eorum, utcumque adfecta fuerat*] Pal. 2. *ut tum affecta erat*. Pal. 3. *utcumque affecta erat*. Campanus *ut quocunque affecta erat*. Gebh. Commodius *erat*, ut Flor. Rott. Helm. duo Voss. Thuan. tres Pall. Mureti codd. *J. F. Gron. Erat* etiam superest in Hearnii Oxoniensibus, et omnibus nostris, nisi quod ea vox exsulet ab uno Leid. 2. Verum insuper *ut tum affecta* Hav. *ut cum affecta* Port. *utcumque effecta* Gaertn. Vide ad v. 18. § 4. Præterea *Secuta deinde inpetu eorum* Flor. Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. *Secura deinde inpetu eorum* Gaertn.

Tandem perrumpit ordines hostium] *Perrupit* Voss. 2. et Gaertn. Vide ad hujus lib. c. 37. § 9. *Prorumpit* Hav. Vide ad IX. 39. § 4. *Prorupit* Lov. 2. Hinc *hostium ordines* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 10 *Tunc vinci pertinacia cæpta, et averti manipuli*] *Tum vinci pertinacia cæpta* Leid. 1. et Lov. 4. Vide ad II. 12. § 15. *Tunc vinci a pertinacia cæpta* Gaertn. *Tunc vinci pertinacia cæpti* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *adverti manipuli* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Male. Vide ad 1. 37. § 3. Verba hæc sæpissime confundi, monitum est ad VI. 23. § 8. Mox *τὸ et* deficit in Hav.

§ 11 *Fortuna veteri abundantes Etruscorum fregit opes*] *Fortuna vetere* Leid. 2. Port. Hav. et Lov. 2. ac 3. Vide ad X. 18. § 8. *Fortunâ v'teri*, seu *fortunam verteri*, Gaertn. *fortuna vertere* Voss. 2. *fortuna vertente* fragm. Hav. Tum *fregerit* Leid. 2. Vide ad XL. 14. § 10. Tandem *cæsum in acie id, quod roboris fuit* idem Leid. 2. Sed pronomen *id* melius abest a reliquis scriptis.

CAP. XL. § 1 *Pari subinde periculo gloriæque eventu bellum in Samnitibus erat*] *Pari deinde periculo* Harl. cui nullus consensit. Hinc *periculo, gloriaque et eventu* Lov. 2. *periculo gloriæque eventum* Port. Deinde *bellum* deerat in fragm. Hav. a m. pr. Tum *in Samnitum erat* Hav. Mox *fecere*, pro *fecerunt*, Lov. 4.

§ 2 *Forma erat scuti*] Athenæus lib. VI. in fine auctor est, Romanos a Samnitibus usum scuti didicisse. Scaliger in Conjectan. ad Varr. p. 61. scribit, eum sequi opinionem Livii. Sed neque hic, neque alibi in Livio

Digitized by Google

quidquam de ea re legitur, et Lipsius de Milit. Rom. III. 2. firmis argumentis refellit hanc opinionem. Itanum Samnitem primum scutum fabricasse, tradit Clemens Alex. Strom. l. I. p. 307. et ex eo Euseb. Præpar. x. 6. In collectaneis ad Clementem adnotatur, Janum Parrhasium in Reb. Quæs. per Epist. p. 129. in utroque legere *Τρίτωνον* e Plinio, qui Hist. Nat. VII. 30. 'Tritanum in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem fuisse' dicit. Videtur quidem Clemens de eodem loqui, quem Plinius memorat; sed simul putasse, Samnitem natione fuisse, quem Plinius ex eo genere gladiatorum, qui 'Samnitea' vocabantur, fuisse significat. Quod porro dicit, hunc primum scutum fabricasse, id Parrhasius et Scaliger de scuto gladiatorum Samnitium interpretantur. Si usquam a Latinis scriptoribus proditum est, Tritanum hujus inventorem fuisse, tamen mihi probabile videtur, Clementem, rerum Græcarum, quam Romanarum, peritiorem, verba eorum perperam de scuto in universum accepisse. De Tritano, sive Tritanno, gladiatore Samnite, agit etiam Salmas. ad Vopisci Firm. c. 4. et in Exercit. Plin. pag. 26. ed. Traj. *Duk.*

Summum latius, qua pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali] Arma Samnitium inluatravit Lipsius Saturn. II. 11. Ceterum *ad summum lata* Lov. 2. Male. Livius indicat, summum scutum latius fuisse, quam imum. 'Summum scutum' est summa pars scuti. Ita II. 7. 'Ædificabat in summa Velia.' IX. 2. 'Præsidium etiam in summo saltu conspicitur.' Ita 'extremus annus' est extrema pars anni; 'prima urbs' prima pars urbis. Vide ad III. 30. § 8. *Ad summum lata* librario placuisse videtur, ut referatur ad præcedens 'forma,' quia mox sequitur 'ad imum cuneatior.' Sed *summum latius* superest in omnibus reliquis, nisi quod *latus* sit in Port. a m. sec. et in Hav. Sed hæc mutatio constructionis quam maxime Liviana esse videtur, cui orationem omnibus modis variare admodum est familiare. Tum *quo pectus* Voss. 2. *quam pectus* Leid. uterque, Lov. 1. 4. et Gaertn. Deinde *umeri* Flor. quomodo etiam in antiquissimo Msto Virgilii, in bibliotheca Mediceæ servato, scriptum obcurrere, Salvinius ad oram edit. Livianæ, in quam variantes cod. Florent. conjecit, monuit. Vide ad VIII. 8. § 10. Insuper *fastidio æquali* Flor. Leid. 1. et Klockian. Paullo ante *cælaverunt*, pro *cælaverunt*, fragm. Hav. a m. sec.

Id imum cuneatior, mobilitatis causa] *Ad unum* Lov. 1. et 2. solito scribarum errore, de quo vide ad VIII. 6. § 2. Tum *cuneato* Harl. *cunctatior* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hav. Infra XLIV. 4. 'Jugum montis, in angustum dorsum cuneatum, vix ternis ordinibus armatorum in fronte patuit.' Et eo sensu 'cuneus' XXXVII. 31. 'Coit deinde ex utraque parte in artiorem velut cuneum, Lamptera ipsi adpellant.' Errori caussa exstitit similitudo literarum *o* et *e* in scriptura Longobardica, de qua re vide ad XXXIX. 35. § 8.

§ 3 *Spongia pectori tegumentum*] Vide Lips. Saturnal. Serm. II. 11. ubi ait, 'spongiam' esse, quam in nota feminei sexus, qui gladiatoriam exercebat, vocet Juvenalis 'baltheum' Sat. VI. 255. 'Quale decus, rerum si conjugis auctio fiat, Baltheus, et manicæ, et cristæ, cruriaque sinistri Dimidium tegmen.' *Klock. Tegimentum* Lovel. 2. *tegmentum* Lov. 4. Vide ad XXXVI. 32. § 6.

Galeatæ cristæ, quæ speciem magnitudini corporum adderent] Ridiculum erratum, pro *galeæ cristatæ*. Gelen. Quidam emendarunt *galeatæ cristæ*: temere, meo quidem judicio. Videndum est etiam, quam bene habeant, quæ præcedunt, verba, 'Spongia pectori tegumentum:' neutrum enim

Digitized by Google

intelligo. *Glar. Galeatæ cristæ* primum vidi in ed. Mediol. 1480. Ante eam Rom. ed. 1472. et eo ipso anno 1480. publicata Parm. recte præferunt *galeæ cristatæ*. Neque aliter est in Mss. omnibus, nisi quod *galeæ cristaque speciem magnitudini corporum addiderunt* sit in Lov. 2. *galeæ cristæ*, sc. tectæ, quod ex præcedenti repetendum, in Leid. 1. *galeæque cristatæ* in Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *et galeæ cristatæ* in Harl. et Hav. *addiderunt* etiam idem Hav. præfert; sed ea vox exsulat a Gaertn.

Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis lineæ candidæ] *Aureatis militibus* Voss. 2. et Leid. 2. *auratis monilibus* Lov. 2. Tum *colores*, duabus prioribus syllabis omissis, Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *argentate lineate candide* Lov. 2. *argentatis lineæ Caudinæ* Hav.

Illi in sinistro consistunt] *Illi sinistro consistunt* Hearnii Oxon. B. Mox hoc ipso capite: 'Dextro ipse cornu consistit: sinistro præfecit magistrum equitum.' At reliqui omnes vulgatum tuentur. Supra VII. 34. 'Et ipse in summo constitit vertice:' ubi perperam etiam ab uno cod. aberat præpositio: alia ad eum locum dicta sunt. Hic vero præpositio, per compendium hoc modo i notata, excidit ob vocis præced. literam finalem. Vide ad Livii XXXV. 8. § 9.

§ 4 *Doctique a ducibus erant, horridum militem esse debere*] *Docti a ducibus erant* Leid. 2. et Lov. 1. *doctique a duce erant* Lov. 2. et Harl. Tum *horridum Romanum militem esse debere* Lov. 2.

Non cælatum auro et argento, sed ferro et animis fretum] Ita edidit Jac. Gronovius, cum antea circumferretur *auro argentoque*. Sed Gronovio adsentiuntur plerique meorum. Nam *cælatum aurove argento* tantum, ab illis in diversa abeuntes, præferunt Leid. 1. et Lov. 2. *auro vel argento* Harl. at voces *auro et argento, sed ferro et animis fretum* non comparent in Voss. 2. et Lov. 3. Contra Hearnius, ex solo Oxon. L. 2. laudans *auro vel argento*, et in contexta servans *auro argentoque*, etiam reliquos codd. ita exhibere tacite indicat. Præterea *ferro et armis* Hav. Vide ad XXII. 5. § 8.

§ 5 *Quippe illa prædam verius, quam arma, esse*] *Quippe illam prædam* Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *quippe illa præda* Leid. 1. et Gaertn. Ex quo fonte utraque vitiosa scriptura profluxerit, dictum est ad VI. 3. § 8. Vide etiam mox ad § seq. Deinde *et verius*, priori vocula male inserta, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *esse* deficit in Lov. 4. cujus loco *est* legit Hav. Mox *defortia*, pro *deformia*, Leid. 1.

§ 6 *Virtutem esse militis decus*] *Et virtutem* Leid. 2. Tum *esse militibus decus* Hav. Mox *ditem hostem quemvis* Gaertn. Etiam *omnia illam victoriam sequi*, pro *omnia illa*, Flor. Et hic etiam error ex eodem fonte promanavit, ex quo duo § præc. indicati.

§ 7 *His Cursor vocibus instinctos milites in prælium ducit*] *Instructos milites* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Neque aliter in Pall. tribus sibi obvium fuisse, Gebhardus testatur ad Livii v. 15. § 10. qui inde *instrictos* legendum esse conjicit. Mihi vulgatum minime mutandum videtur; et potius existimo, *instructos* ortum esse ex errore scribarum, qui eam vocem et *instinctus* passim commutarunt. Exempla vide ad Livii IV. 32. § 2. d. lib. v. c. 15. § 10. VI. 14. § 9. et X. 14. § 6. Adde Burmann. ad Nason. Fast. IV. 597. ad Suet. Cæs. c. 19. Oudendorp. ad Lucani v. 149. et quæ notavi ad Silii VIII. 244. Mox *præficit*, pro *præfecit*, Leid. 2. et Lov. 4. quomodo forte dederunt librarii, quod præcedat 'consistit.' Verum ad III. 46. § 9. præ-

Digitized by Google

sens et perfectum sæpe conjungi, dictum est.

§ 8 *Non segnius inter dictatorem et magistrum equitum, ab utra parte victoria inciperet*] *Num segnius* Hav. *non signius* Lov. 2. qui etiam mox vocem *equitum*, aut certe majorem ejus partem, omisit, ultima tantum syllaba *tum* superstite. Deinde *ab utraque parte* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. a m. pr. Lov. 4. Harl. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 6. § 13. Insuper *inceperat* Port. a m. sec. qui paullo ante etiam præfert itidem a m. sec. *Simul concursum*, omisso verbo intermedio. *Simul est concursurum* Flor. a m. pr.

§ 9 *Lævo dextrum cornu, sacratos more Samnitium milites, eoque candida veste*] *Lævo cornu dextrum* Leid. 2. et Lov. 1. *lævo dextro cornu* Lov. 4. Tum *sacerdos more Samnitium* idem Lov. 4. qui etiam obfert *eoque candida veste*. Mox *passibus candore*, pro *paribus*, Voss. 2. et Lov. 3. *patribus candore armis* Leid. 1. *paribus ardore animis* Lov. 4. a m. pr. *armis* a m. sec.

Eos se Orco mactare Junius dictitans, quum intulisset signa] *Eos se corto mactare* Lov. 1. *eos se corco mactare* Leid. 2. et Voss. 1. in contextu, in cujus margine pro varia lectione adscriptum erat *eos seorsum aptare;* quod idem etiam a m. sec. in Flor. adscriptum est: sed *eos seorsum actare* legunt Voss. 2. Lov. 3. 4. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *eos seorsum artare* Lov. 2. *seorsum* etiam præferunt Harl. Hav. et Port. in contextu. Deinde *indictitans* Hav. *dicitans* Lov. 1. a m. pr. Tum *impulissent ordines* Leid. 1. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 10 *Ab lævone cornu victoria incipiet, inquit*] *Ab lævo cornu* Leid. 1. a m. sec. et fragm. Hav. *Alienone cornu* Gaertn. *Ab lævo cornune* Lov. 1. Tum *victoria inciperet* Harl. Gaertn. et Port. a m. pr. in quo *incipiat* interpolavit manus altera. Verba autem *victoria incipiet, inquit, et dextrum cornu* deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. culpa scribarum, quibus fraudi fuit repetitio vocis *cornu*. Vide h. lib. c. 11. § 11. Mox *et per dextrum cornu*, addita præpositione, est in Lov. 2.

Alienam pugnam sequetur, non partem maximam victoriæ trahet] *Alienam pugnam sequitur* Lov. 4. et Gaertn. *alienam sequetur pugnam* Port. et Hav. *sequentur* Mediol. ed. 1480. et quædam aliæ, scriptis et editis vetustioribus invitis. Tum *ut partem maximam victoria trahet* Lov. 2. *victoria* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. et Gaertn. *non partam maximam victoriam trahet* Lov. 4.

§ 11 *Nec peditum virtuti equites*] *Eques* Leid. 2. Lov. 1. Port. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. quod probari posset exemplo eorum quæ dicentur ad XXXV. 40. § 6. quo minus tamen genuinum judicem, optimorum codicum dissensus efficit. Paullo ante *Concita*, pro *Concitat*, Lov. 4. et Gaertn. *Concitati* Lov. 2.

§ 12 *M. Valerius a dextro, P. Decius ab lævo cornu, &c. ad equites, &c. evehuntur*] Valerii prænomen exsulat a Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. C. Verum cur minus eo adpellaretur, quam sequens P. Decius? Tum *a dextro cornu*, ultima voce addita, Harl. quam ex glossa receptam esse, sponte patet. Hinc *a lævo* Leid. 2. Lov. 1. Port. Harl. Gaertn. et Hav. Deinde *vehuntur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. Hearnii Oxon. L. 2. B. N. (in cujus posterioris margine tamen *evehuntur* adscriptum legitur) et editi ante Aldum: *invehuntur* fragm. Hav. a m. pr. Male. 'Evehere' in his proprium verbum. Supra IV. 33. 'Calcaribus subditis evectus effreno equo in medios ignes infertur.' V. 36. 'Evectus extra aciem equo ducem Gallorum occidit.' XXII. 45. 'In stationem quo-

Digitized by Google

que pro vallo locatam atque ipsas prope portas evecti sunt.' XXIX. 34. 'Incaute se evehentes Masinissa excipiebat.' XXXI. 35. 'Equites ut semel in hostem evecti sunt.' Et quidem 'evehuntur ad equites,' nempe ex ordine, in quo antea consisterant. Eadem forma in re navali dixit XXXVII. 17. 'Placuit tamen Regillum tota classe evehi ad portum Ephesi.' Et ita 'evocare ad conloquium' ejusque generis alia Livio familiaria sunt, de quibus vide ad IV. 10. § 1.

Ut partem secum capesserent decoris, in transversa latera hostium incurrunt] *Caperent* Leid. 2. Male. Infra XXXI. 28. 'Ad Rhodios quoque missi legati, ut capesserent partem belli.' II. 6. 'Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus:' et alibi sæpe. Confunduntur hæc verba etiam hoc lib. c. 43. § 13. *Partem secum capesserent dictatoris* Lov. 4. Tum vox *latera* exsulat a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 13 *Is novus additus terror*] *Hic novus additus terror* Voss. 2. *His novus additus terror* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Hav. fragm. Hav. et ed. Parm. Vide ad II. 14. § 9. *Terror additus* edd. antiqq. usque ad Froben. 1535. Mox etiam *ex utraque parte*, transpositis dictionibus, eædem edd.

Et ad terrorem hostium legiones Romanæ, redintegrato clamore, intulissent gradum] Se. in Oxon. B. ac C. *et ad terrendos host.* invenisse, testatur Hearnius. Verum mihi *et ad terrendas hostium legiones Romani* obvium fuit in Port. et Hav. neque inde dissentit Harl. nisi quod præferat *Romano redintegrato clamore* sine sensu. Utraque lectione juncta *et ad terr. ac terrendas hostium legiones Romano red. clamore int. gradum* est in Gaertn. quod hujus codicis librario frequens esse, vidimus ad IV. 55. § 5. et mox hoc cap. § 15. Nihil muto. Indicat enim Livius, eodem tempore, quo equites latera invadebant, etiam pedites, quos nomine 'legionum Romanarum' indicat, a fronte terrendis hostibus clamorem redintegrasse, ac gradum intulisse. Eo sensu 'legiones' pro peditibus exercitus est III. 27. 'Legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit:' et XXIX. 2. 'Id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent vias.' Tum *redintegrato clamorem tulissent* Flor. pro quo *clamore tulissent* a m. sec. emendatum est. Deinde *gradum* omittit Lov. 3. cujus loco *gladium* præfert Klockian. In verbis seqq. *tunc fuga*, pro *tum*, Voss. 2. et fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. *Cum fuga* Lov. 1. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Hinc *a Samnitibus* Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

§ 14 *Campi repleri, ac primo pavidos Samnites castra sua accepere*] *Quampi repleri* Klockian. litera *c* in *qu* mutata, de quo vide ad IX. 2. § 15. *Campum repleri* fragm. Hav. quasi hunc casum requireret infinitum verbum, et non per ellipsin diceretur, pro *campi repleri cœpti:* quod verbum modo præcessit, et huc revocari potest. Vide Sanctium Min. III. 6. in fine. *Campi repleti* Leid. 2. et Hav. quomodo dedisse videntur scribæ, quia mox sequitur verbum finitum *accepere*, quo animo librarius fragm. Hav. qui hic *repleri* servat, mox a m. pr. dedit *accipere*. Perperam. Præterquam enim quod, ut modo dictum est, ad præcedens *repleri* subintelligatur *cœpti*, non insolens etiam est, infinito verbo finitum ac finito infinitum subjungi. Vide ad V. 47. § 5. *Sua castra accepere* Lov. 4. *castra sua acceperunt* Gaertn. *castra sua cepere* Harl. sed prima syllaba *τοῦ accepere* hausta est partim a vocis præced. litera finali, partim a prima *τοῦ cepere*. Vide ad XXXIX. 6. § 2. 'Accipere' in hac re Livio sollemne est. Vide ad V. 21. § 3.

Captis direptisque ante noctem ignis injectus] *Captisque ante noctem* Voss. 1. Voss. 2. a m. pr. Leid. uterque,

Digitized by Google

Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. et Hav. *captisque vi ante noctem* Voss. 2. a m. sec. et fragm. Hav. a m. pr. *captis direptisque vi ante noctem* a m. sec. Sæpius 'capti' simul et 'direpti' oppidi vel castrorum meminit Livius, quorum multis locis alterum omittunt librarii. Supra II. 25. 'Mox ipsa castra capta direptaque.' IV. 47. 'Captis direptisque castris, quum prædam dictator militi concessisset.' Eodem cap. 'Oppidum, corona circumdatum, scalis captum ac direptum est.' X. 44. 'Captum oppidum diripiendum militi dedit.' XXIV. 35. 'Megara vi capta diruit ac diripuit.' XXIX. 17. 'Quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur:' et alibi sæpe. Deinde *invectus ignis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. Vide exempla I. 30. § 10. V. 27. § 10. IX. 13. § 10. XXXI. 27. § 8. et XXXII. 30. § 11. Adde quæ notantur ad XXXII. 6. § 1.

§ 15 *Dictator ex senatusconsulto triumphavit: cujus triumpho*] *Ex senatu* Lov. 1. *ex senatu consulto* Leid. 2. *ex Samnitibus triumphavit* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *ex senatusconsulto de Samnitibus triumphavit* Gaertn. duplici lectione juncta; quod codicis hujus librario frequens esse, modo vidimus ad § 13. Tum *cui triumpho* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Mox *præbuerunt*, pro *præbuere*, Lov. 4.

§ 16 *Dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur*] Leg. *argentariarum*. Subintellige 'tabernarum.' *Muretus.* Scribendum omnino *argentariarum*, quia subauditur 'tabernarum.' Vide XXVI. 27. et XL. 51. *G. Cuperus. Argentariorum* omnes mei præferunt constanter, nisi quod ex Voss. 1. nihil notari viderim in excerptis, ut forte is conjecturam virorum doctorum exhibeat, quæ mihi etiam vera esse videtur. *Ad ornandum forum* est in Lov. 4. Tum *viderentur* in Hav. omissa prima syllaba *di*, quæ forte intercepta est a præced. vocis syllaba finali *dĭ*.

Inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, quum thensæ ducerentur] *Inditium* Lov. 1. et 4. *inditum* Leid. 2. Deinde *cum censa ducerentur* Leid. 2. *cūtensæ ducerentur* Hav. *cum tensæ ducerentur* Flor. Voss. 1. et Leid. 1. Vide de hac vocis ejus orthographia ad v. 41. § 2. et ita etiam Voss. 2. nisi quod præferat *dicerentur*. Vide ad XXVIII. 43. § 1. Omnia autem hæc verba deficiunt in Harl. et Gaertn.

§ 17 *Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores, &c. eo ornatu, &c.*] Hinc Cic. dixit pro Sextio cap. 64. 'Ex ergastulis emtos nominibus gladiatoriis ornavit, et sortito alios Samnites, alios Provocatores fecit.' Et Lucil. Sat. l. IV. ut est apud Marcellum, voce 'Spurcum:' 'Æserninus fuit flacco ore, una equidem Samnis, spurcus homo, vita illa dignus locoque Cum Pacidiano componier, optimus multo Post homines natos gladiator qui fuit unus.' Erant etiam alia gladiatorum nomina, ut 'Thrax,' 'Mirmillo,' 'Retiarius;' de quibus alii. *Sigon.* De gladiatoribus Samnitibus vide Scalig. ad Varr. de Ling. Lat. lib. IV. p. 84. Lipsium Saturn. II. 11. et Salmas. ad Solin. pag. 26. Ceterum *sed Campani, ab superbia et odio*, addita prima vocula, Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Verum, particulam hanc adversativam, quam Livius sæpe subpressam voluit, librarios de suo addere solitos fuisse, vidimus ad VI. 32. § 8. quod et hic factum esse, verosimile fit, quia constanter reliqui non agnoscunt. *A superbia et odio* Gaertn. Lov. 1. et Leid. 2. *ac superbia et odio* Voss. 2. *ad superbiam et odio* Lov. 3. *superbia et odio* Lov. 4. *ab superbia odioque* Hav. Paullo ante *quod*, pro *quidem*, idem Hav. Tum *ad honorem diu*, pro *Deŭ*, sive *Deûm*, Lov. 1. a m. pr. Hinc *hostium armis* Lov. 4. Tandem *usi*, pro *usi sunt*, Lov. 2.

Eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine adpellarunt] Flor. Rott. Helm. Voss. duo *compellarunt*. J. F. Gron.

Digitized by Google

'Ornare,' 'ornatus,' et 'ornamenta' de armis dici, notum est. Vide quæ adnotantur ad Flor. 1. 16. § 7. Livius 1. 43. 'Ita pedestri exercitu ornato distributoque:' ubi *ornato* ad arma pertinet, quæ sua cuique classi data dixerat. Hinc 'armare' et 'ornare' sæpe conjunguntur. Lib. VII. c. 10. 'Armatum adornatumque adversus Gallum producunt.' Et quod hic 'ornatu armare,' VII. 14. est 'armis ornare:' 'Agasones partim captivis, partim ægrorum armis ornatos imponit.' Nec video cur Buchner. ut puto, in thesauro Fabri, et Græv. in Suetonii Tito c. 9. scripturam pancorum librorum *ferramenta pugnantium* gladiatorum præferre voluerint receptæ, et plerorumque Mss. et vett. edd. auctoritate stabilitæ *ornamenta pugnantium*, quam Casaubonus, Torrentius, Salmasius, Lipsius ad Taciti Ann. III. Exc. G. et Saturnal. II. 17. et ante eos omnes Beroaldus probarunt. Nam, quod Lipsius dicit, Beroaldum ibi substituisse *instrumenta*, errorem esse Beroaldum pro Sabellico scribentis, constat ex Beroaldi edit. Suetonii Mediolanensi CIↃCCCCXCIIII. et ex edita ab eo interpretatione. Salmasius ad Solinum et ad Florum eadem significatione 'ornaturam' dici putat, et pro eo quod in Solino c. 4. vulgatur, 'Tritanum gladiatorem natura Samnitem fuisse,' emendat *ornatura*. Sed primo non ostendit, 'ornatura' esse vocem Latinis scriptoribus usitatam. Deinde, quum Plinius, e quo hoc descripsit Solinus, Tritanum 'in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem' fuisse dicat, potius sequendos puto Parrhasium i. d. et Lipsium Saturn. II. 11. sed sine mentione Parrhasii, in Solino quoque legentes *armatura*. Duker. *Compellarunt* etiam omnes mei præter unum Gaertn. omnesque Hearnii Oxonienses præter solum L. 1. Ceterum *eo ornatu armarunt Samnitium, gladiatoriosque nomine compellarunt* Lov. 4.

§ 18 *Ad Perusiam, quæ et ipsa induciarum fidem ruperat*] Legendum *quæ ipsa*, non *quæ et ipsa*. Gelen. In Aldina, Juntæ, et Frobeniana video *quæ et ipsa*. Vetuit Gelenius. Legendum *quæ ipsa*, inquit; non *quæ et ipsa*. Et sane Andreas et cæteri ante Aldum, ut ille volnit. Sed Flor. Rott. Helm. Voss. 1. Mureti *quæ et ipsa*. J. F. Gron. Nulli meorum τὸ *et* abjiciunt, nisi Voss. 2. Lov. 3. Harl. et forte Klockian. ex quo nihil notatum video. Reliqui constanter servant; quod de suis etiam Oxoniensibus Hearne testatur. Contra præcedens *quæ* deficit in Lov. 2. ut dare voluerit librarius *ad Perusiam* (*et ipsa induciarum fidem ruperat*) *Fabius consul*. Vide ad V. 32. § 8. Sed *quæ* in reliquis omnibus constanter superest: quare servandum arbitror. *Induciarum fœdera* habet Gaertn. Male. Differunt enim 'fœdus' et 'inducie.' Supra IV. 30. 'Fœdus ab senatu cum petissent, et pro fœdere deditio ostentaretur, inducias annorum octo impetravere.' Mox hoc cap. 'Tantum terrorem sui fecit, ut nomen omne Etruscum fœdus ab consule peteret. Ac de eo quidem nihil impetratum. Inducie annuæ datæ.' At 'fides induciarum' apud Livium sæpe obcurrit. Vide ad Livii VIII. 37. § 2. 'Fides' et 'fœdus' commutari a librariis, vidimus ad Epit. Liv. hoc lib. Ceterum paullo ante *Eodem anno dum cum reliquis*, media voce addita, Hav. *cum reliquiis* Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quod, si plures codd. firmarent, non displiceret, ut intelligerentur reliquiæ exercitus, qui cap. præc. devictus fuisse narratur. Ita etiam alibi peccatur. Vide ad XL. 57. § 8. In verbis seqq. *dimicavit*, pro *dimicat*, Lov. 4.

§ 19 (*Nam ad mœnia victor accessit*) *cepisset, ni legati dedentes urbem*] *Nam mœnia victor accessit* Voss. 2. Ita Plin. XVI. 40. 'Quæ proxime ebenum accedere videtur.' Tacit. Ann. XII. 31. 'Quia societatem nostram

Digitized by Google

volentes accesserant.' Auson. Epist. VIII. 3. 'Santonicamque urbem vicino accessimus agro.' Vide Burmann. ad Phædri Fab. I. 25. 6. Hic tamen nihil muto, partim quia reliqui codd. constanter præpositionem tuentur, partim quia alibi Livius ita locutus esse non reperitur. *Nam ad mœnia victoria accessit* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. Præterea *cum cepisset, inde legati* Voss. 2. et Lov. 3. sine sensu.

§ 20 *Præstantiore, quam dictator, victoria triumphans, urbem est invectus*] Vet. lib. *præstantiore etiam, quam.* ['Ita Badius.'] *Sigon.* Particulam *etiam* non modo servant omnes scripti, sed et edd. quas videre datum est; ut nesciam quam caussam huic scholio addendo Sigonius habuerit. *Præstantiore etiam victoria, quam dictator, triumphans* Lov. 4. *præst. etiam, quam dictator, tr. victoria* Port. et Hav. Præterea *in urbem est invectus* Lov. 4. Vide ad IV. 29. § 4. Paullo ante *per se*, loco τοῦ *præ se*, Hav. solito scribarum errore. Vide ad X. 13. § 9.

§ 21 *Consulem alterum, alterum prætorem declaravit*] Vox *alterum* semel omittitur in Flor. Hav. et Lov. 4. de quo lapsu scribarum vide ad XXXIII. 27. § 4. *Alterum consulem, alterum prætorem* præferunt Voss. 2. Lov. 2. et 3. Paullo ante *de victoria*, pro *devictorum*, Gaertn.

CAP. XLI. § 1 *Fabio ob egregie perdomitam Hetruriam*] *Perdomitam* ait, quæ nondum domita erat, quippe in quam nunc mittitur exercitus consularis. Cæterum Decio hic addendum *iterum*, Fabio *III.* Valerio prætori hic additur *quartum*, quod de prætoribus rarum est. *Glar.* Præpositio *ob* deficit in Leid. 1. ejus loco *ab* dedit librarius Hav. sollemni lapsu. *Perdomitam* dicit, quia vincendo ad pacem petendam Etruscos adegerat, quamvis tamen data ea uti noluerint. Licet autem hic Fabii tertius, Decii alter consulatus fuerit, non tamen alterutri numerus addendus est. Vide ad II. 16. § 7.

Decio collega datur] [Vid. Leett. Varr.] *Decio college datur* Leid. 1. *Decio collega datur*, præter utrumque Voss. a Gronovio laudatum, etiam Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Frobeniana 1531. priores. Ea vero prima dedit, ut nunc circumfertur: quod in reliquis scriptis superfuit. Posses, si vulgatum displiceat, omniaque uno ambitu orationis complecti velis, aut Gronovii conjecturam probare, aut minori mutatione legere *Decio collega dato*. Mox etiam *creatur*, pro *creatus*, præferunt Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec.

§ 2 *Consules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit*] Lege *Consulibus partitis provincias, Etruria Decio, Samnium Fabio evenit.* J. F. Gron. Omnes codd. in receptam scripturam conspirant. Quid igitur de hac similibusque Gronovii conjecturis censeam, sententiam dixi ad III. 22. § 3.

§ 3 *Profectus ad Nuceriam Allifates*] Vide num legendum *ad Luceriam*, quæ Romanorum colonia jam erat. Nam Nuceria longius abest in Picentibus: etiamsi tres Nuceriæ a Ptolemæo III. 1. referantur. Sed, quam ipse Appulorum facit, eam puto 'Luceriam' dici, cujus et Horatius in Odis III. 15. 14. Hoc autem de Allifa ac Allifatibus unum. Capitur Allifa A. U. C. CDXXVIII. (VIII. 25.) et A. U. C. CDXLV. (IX. 42.) Hic Allifates subiguntur, cum de eorum defectione vix ullum habeamus verbum. *Glar.* Vet. lib. *Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, jam tum pacem petentes, quod uti ea, cum daretur, noluissent, aspernatus, eam oppugnando subegit*: ita autem legendum esse, aperte etiam docet Diodorus l. XIX. p. 707. qui scribit, Sp. Nautio et M. Popillio consulibus, ita: Οἱ καὶ Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρνην καλουμένην οἰκοῦντες, πεισθέντες ὑπό τινων τῆς Ῥωμαίων φιλίας ἀπέστησαν. Id est: Qui Nuceriam Alphaternam incolunt, a Romanis defecerunt. Ita-

Digitized by Google

que paullo ante Livius dixit cap. 38. ‘ Classis Romana, a P. Cornelio in Campaniam acta, cum appulsa Pompeios esset, socii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti.’ Est autem ‘ Nuceria ’ in Campania, IX. millia passuum distans a mari, auctore Plinio III. 5. qui idem de Alphaternis populis mentionem facit. Neque vero hic ‘ Alifæ ’ locum habent, quas supra captas tradidit, neque postea defecisse adscripsit. Glareanus tamen *Luceriam* sine causa emendat. *Sigon.* Membranæ Fuldenses melius et auctius, *Nuceriam Alfaternamque jam tum pacem petentes, quod uti ea cum daretur noluissent, adspernatus, oppugnando ad deditionem subegit.* Ita enim Diodorus Οἱ καὶ Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρνην ἐλαύνοντες, &c. *Modius.* Recte Sigonius sic pro eo, quod edebatur jam ab Andrea, *Alifates.* Confirmant nostri: sed præterea Thuan. duo Voss. Helm. ignorant τὸ *jam.* Igitur sequens particula mutanda, ut sit, *Alfaternam, jam pacem petentes.* Ut Naso Met. III. 717. ‘ Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem.’ Quod vero *aspernatus, eam oppugnando* vult Sigonius, nec meliores codd. habet subscriptores, et perinde peccat, ut Cluverius, cum legit *Alfaternos,* quo scilicet oratio et sensus constet, Ital. Antiq. l. IV. c. 5. p. 1186. Is vero et sic constat. Intelligimus enim ejus urbis incolas. Sic X. 2. ‘ Hæc ubi Patavium sunt nuntiata, (semper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes juventutem dirigunt.’ XXIV. 35. ‘ Helorum atque Erbessum, dedentibus ipsis, recipit.’ Et eodem lib. c. 36. ‘ Murgantiam primum, prodito ab ipsis præsidio Romano, recipit.’ XXVI. 19. ‘ Emporiis, urbe Græca, (oriundi et ipsi a Phocæa sunt) copias exponit.’ XXXI. 16. ‘ Elæunta et Alopeconesum, tradentibus ipsis, recipit.’ XLIV. 7. ‘ Postero die progressus, Agassam urbem, tradentibus sese ipsis, recepit.’ Vide ad VIII. 11. *J. F. Gron.* Vocula *is,* quam ab initio addidit Sigonius, et sensus requirere videtur, omiserunt concordi consensu omnes mei, et cum illis Hearnii Oxon. B. et C. in cujus L. 2. pro eo *Fabius profectus* exstabat. Tum *ad Nuceriam Alfates* Harl. *in Luceriam Falaternam* Klockian. *Nuceria* et *Luceria* etiam alibi confundi, docet Burm. ad Suet. Vitell. c. 1. *ad Miceriam Alifates* edd. Rom. 1472. et Parm. *ad Maceriam Alfaternam* Voss. 2. et Lov. 3. reliqui omnes *ad Nuceriam Alfaternam,* ut Sigonius, probante Gronovio, scribendum docuit. Male de hujus lectionis veritate dubitabat Schottus ad Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. c. 32. Sed vide quæ ibi notat Arntz. Hinc voculæ *jam tum* desunt in contextu Port. in Hav. et in Hearnii Oxon. B. Pro utraque illa unam *tum* servant Lov. 3. 4. et Harl. cui iterum *quam* substituit Gaertn. *cum* Voss. duo, Leid. duo, Flor. Lov. 1. 2. Port. in margine, Klockian. et fragm. Hav. Ex quibus Klockian. insuper habet *Falaternam cum pace petentis,* Lov. 2. *Alfaternam cum pacem petentem.* Sed librarius ejus non intellexit locutionem ‘ Nuceriam petentes,’ pro incolas ejus petentes, quam recte Gronov. hoc loco inlustravit. De eadem etiam vide ad XXXVIII. 29. § 11. Vocem *petentes,* in eodem luto hærens, omisit scriba Hav. Deinde voces *quod uti ea, quam daretur, noluissent,* desunt in Hearnii Oxon. B. etiam in contextu Port. sed ibi ad marginem adscribuntur. *Uti eam* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *noluisset* Lov. 2. ex eodem, qui modo notatus est, erroris fonte. *Voluissent* Leid. 2. Hinc *aspernatus est, oppugnando* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Klockian. et Hav. *aspernatus, eam oppugnando* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Denique *ad deditionem,* quas voces Modius in membranis Fuld. invenit, et Gruterus in contextum recepit, supersunt etiam in omnibus meis, solo

Digitized by Google

excepto Harl. qui, antiquioribus edd. adsensus, omittit. Sed 'subigere ad deditionem,' est 'cogere in deditionem,' ut Livius loquitur XLIII. 1. 'Duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem.' 'Subigere' autem passim pro cogere poni, olim docui ad Silii Ital. I. 635. Eodem sensu etiam Livius ea voce utitur mox hoc cap. 'Tarquiniensem metu subegerat, frumentum exercitui præbere.' Supra I. 5. 'Metu subactus Romulo rem aperit.' c. 22. 'Se invitos quidquam, quod minus placeat Tullo, dicturos, sed imperio subigi.' VII. 5. 'Præ se deinde tulit, ea vi subactum se incepto destitisse.' XLV. 8. 'Qua subactus injuria contra populum Romanum bellum tam infesto animo suscepisset.'

§ 4 *Neque ejus pugnæ memoria tradita foret*] An non *prodita?* Istud enim *tradita* sine ullo adjuncto, (puta 'veterum monumentis,' 'annalibus,' &c.) non placet. *T. Faber.* Satis commode. Sed optimus Flor. *ei pugnæ.* Ut liceat suspicari, *neque ea pugnæ memoriæ tradita foret.* Cicero Parad. III. 'Non istum doctum et sapientem virum fuisse memoriæ traditum est.' *J. F. Gron.* 'Tradere posteris, memoriæ' apud Livium aliosque sæpe obcurrit. Vide ad v. 21. § 16. et VIII. 10. § 8. Quin et 'prodere' ac 'tradere' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad VIII. 26. § 6. Ut tamen 'tradere' sine ullo adjuncto, quod Fabio displicebat, Livio non insolens esse evinceret, Perizonius ad marginem ejus adscripsit locum hoc lib. c. 28. 'Sive a Pœtelio dictatore, sive ab C. Junio consule (nam utrumque traditur) Nola est capta.' c. 36. 'Consulis fratrem M. Fabium, Kæsonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem, qua consulem, genitum, tradunt.' Adde I. 31. 'Ipsum regem tradunt operatum his sacris se abdidisse:' et II. 8. 'Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis.' VIII. 10. 'Qui ejus pugnæ memoriam tradiderunt.' Etiam Dukerus Fabrum argutari adnotavit; eadem enim supplenda esse, si dicas *prodita.* Quum itaque omnes mei constanter vulgatum servent, nihil mutandum arbitror. Paullo ante *dimicatum, et haud magno certamine,* addita copula, Leid. 2. et Lov. 1. In verbis seqq. *eamdem defensionem habuerunt,* pro *eamdem fortunam,* Gaertn.

§ 5 *Tarquiniensem metu subegerat*] *Tarquinienses* Portug. Gaertn. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxonienses. Male. Vide ad III. 2. § 11. Paullo post *frumentum exercitu,* pro *exercitui,* Flor. Vide ad XXIV. 19. § 6. et mox § 7. hujus cap. Præterea *in XL. annos,* pro *LX.* ed. Rom. 1472.

§ 6 *Volsiniensium castella aliquot vi cepit*] *Vulsiniensium* ex Capitolinis triumphis. *Sigon. Vulsinensium* Port. *Volsinensium* Hav. *Vulsinensium* Leid. ambo, et Lov. 1. ac 4. *Vulsiniensium* Flor. Voss. uterque, Lov. 2. 3. Klockian. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad v. 31. § 5. Præterea *castella vix cepit aliquot* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Quædam ex iis diruit, ne receptaculo hostibus essent] *Ex his,* vel *iis,* Flor. Lov. 3. 4. Voss. duo, Leid. duo, Gaertn. et fragm. Hav. *ex ipsis* Port. Tum *ne certaculo hostibus essent* Lov. 4. *ne receptaculo hostibus esset* Gaertn. *ne receptacula hostibus essent* Leid. 1. Utraque lectio commode sensu ferri potest. Vide ad v. 54. § 5. Reliquis igitur vulgatum defendentibus adsentiri præstat, quam unum testem audire.

Circumferendoque passim bello, tantum terrorem sui fecit] *Circumferendoque passim bello* Port. *circumferendoque passim bellum* Hav. Vide ad XL. 49. § 1. Deinde vox *tantum* deficit in Flor.

Ut nomen omne Etruscum fœdus ab consule peteret] *Ut omne nomen Etr.* Lov. 2. *ut omne fecit nomen Etr.* Hav.

Digitized by Google

Tum *cum fœdus ab consuli peteret* Leid. 1. Sed illud *cum* repetitum est ex vocis præced. literis ultimis. Vide hoc lib. ad c. 17. § 9. *Fœdus ab consulibus peteret* Port. Vide ad x. 10. § 2. *Fœdus ab consulibus peterent* Hearnii Oxon. B. *fœdus a consule peterent* Gaertn. a m. pr. et Hav. Supra VII. 17. 'Concitatur deinde omne nomen Etruscum, et Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt.' Verum optimi adhærent vulgato.

§ 7 *Ac de eo quidem nihil inpetratum*] *Ac de eo nihil quidem* Voss. 1. et Hav. *At de eo nihil quidem* Port. Vide ad III. 61. § 4. Mox voces *annuæ datæ* exulant a Flor.

Stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum pensum] *Exercitus Romano* Flor. Vide modo ad § 5. Tum *in eum annum provisum* Lov. 4. Male. Supra II. 9. 'Pauperes satis stipendii pendere, si liberos educarent.'

§ 8 *Tranquillas res jam Etruscis turbavit repentina defectio*] *Tranq. jam res Etr.* Voss. 2. et Lov. 4. *Tranquillis jam res Etr.* Lov. 3. Utrumque commodo sensu dici potest. 'Tranquilli Etrusci,' ut II. 63. 'Educta ex urbe juventute, tranquilliorem ceteram plebem fecerunt.' 'Tranquillæ res,' ut XXXVIII. 28. 'In ceteris provinciis tranquillæ res fuerunt.' Plurium itaque et meliorum, receptam lectionem servantium, auctoritati cedere convenit. Deinde *repentina refectio* Leid. 1. Ita et peccatur x. 20. § 11. Vide hoc lib. ad c. 10. § 6. *Repentina defectione* Gaertn.

Integræ a cladibus belli, nisi quod transitum exercitus ager senserat] *Integræ ac laudibus* Leid. 1. *integræ ab cladibus* Voss. 2. Lov. 3. Port. et Hav. Tum *nisiq; transitum* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. Hinc *ager censerat* Hav.

§ 9 *Contemtim de Romanis loquentes jactarent*] *Contemtum* Leid. 1. Gaertn. Hav. et paucæ edd. antiqq. Tum *jactitarent* Port. et Hearnii Oxonienses B. Solent hæc verba inter se commutari. Vide ad VII. 2. § 11. Paullo ante *ad oppugnandum inde Romam*, pro *oppugnandam*, Lov. 3. et quædam ex edd. vett. Vide ad XL. § 1.

§ 10 *Quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est*] *Quod in contemptum eorum* Lov. 4. *Quod inceptum ad Decium* Voss. 2. Mox *ab Etruria*, pro *ex Etruria*, Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *ad Etruriam* Lov. 4.

Et in agro Pipiniensi ad famam intentus hostium consedit] Quidam *Pupiniensi* restituerunt; sed nihil certi adferre possum. *Glar.* Scribe *Pupiniensi*, id est, qui erat in Pupinia; de qua dicam post; quod, quid ea sit, se dicat Glareanus ignorare. *Sigon. Pupiniensi* Aldus eumque secuti pauci ediderunt: quod mox iterum ejectum Sigonio revocandi occasionem dedit. Et recte. Sigonio enim favent omnes mei, et Neapol. Latinii. Ita autem legendum, Sigonio consentit Turneb. ad Cic. Orat. Agrar. II. 35. ubi etiam quædam de hoc agro vide. Sed plura dabant Sigonius ad Livii XXVI. 9. § 12. et præsertim Cluverius lib. Ital. Antiq. I. III. c. 4. p. 966. Vocula *et* deerat in Harl. et edd. Aldina prioribus. At eam hausisse videntur ultimæ literæ vocis præced. *pergit*; quod et alibi evenisse observatur. Vide VI. 38. § 6. VII. 11. § 4. X. 3. § 5. et alibi. Tum *sedit* Lov. 2. Utrumque verbum in hac re Livio frequens est. Nihil itaque mutandum sana ratio jubet.

§ 11 *Nec Romæ spernebatur Umbrorum bellum: et ipsæ minæ metum fecerant*] *Nec umbræ sper.* Leid. 2. *Nec Romæ spernabatur* Voss. 2. Tum *bellum Umbrorum* Leid. 1. Vox *bellum* deficit in Port. Deinde *metu fecere* Hav. *metum fecere* Port.

Expertis a Gallica clade, quam intutam urbem incolerent] Præpositionem abjiciunt Flor. Thuan. Helm. Voss. Mureti codd. Et quid ea opus? *J. F.*

Digitized by Google

Gron. Ex parte Gallica clade Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *expertæ Gallicam cladem* Port. *expertis Gallicam cladem* Flor. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Omnia autem hæc verba desunt in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Ex his patet, quamvis præpositio in nullo exstet scripto, attamen nullum ex meis codicem esse, qui, quemadmodum Gronovius legendum censet, *expertis Gallica clade* præferat: hinc, licet lectionem eam veriorem esse putem, illam tamen in contextum admittere nondum sustinui. Sane non experti sunt 'a clade Gallica,' sed per ipsam illam cladem. Ita XXI. 1. 'Haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserebant bello.' Insuper *quamvis tutam urbem* Neapol. Latinii.

§ 12 *Ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset*] *Uti* Gaertn. Vide ad XXXVII. 46. § 10. Tum *quod laxamenti* Gaertn. idem: *ut quicquid laxamenti* Lov. 4. Mox *prope exercitum duceret*, pro *propere*, Leid. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXIX. 31. § 4.

§ 13 *Magnisque itineribus ad Mevaniam*] Nomen hoc, quod editi ita recte exhibent, in plerisque scriptis corruptum exstat. *Mavaniam* habet Flor. *Menaniam* Voss. 1. et Port. *Meliam* Lov. 3. *Meneniam* Lov. 4. Gaertn. Hav. et Oxoniensis L. 1. apud Hearnium, qui se *Memniam* in L. 1. *Meveniam* in B. invenisse refert. Præterea *magnis itineribus*, sine conjunctione *que*, Voss. 2.

§ 14 *Quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant*] Τὸ *quem* exulat a Port. quod etiam abesse posset, si aliorum, et quidem melioris notæ, codd. auctoritas firmaret: ita enim verba hæc per parenthesin interjecta videri possent. Vide ad XL. 57. § 3. Tum *procul Umbriam in Samnio* Port. et Hav. Vide ad XXI. 39. § 7. *Procul Umbri Samnio* Voss. 2. et Lov. 3. *procul Umbria in Samnitio* Lov. 2. Mox vocula *ita* deficit in Lov. 3.

Recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum censerent] *Decedendum ad urbes* Gaertn. Ita solitos esse peccare librarios, videbimus ad XXXV. 10. § 2. *Ad umbras munitas* Lov. 4. Et ita etiam interdum variant scribæ. Vide Bentl. ad Horat. Od. III. 4. 46. Deinde *omittendum bellum* primus vulgavit Jac. Gronovius, quum antea ederetur *bellum omittendum*. Quamvis autem caussam non exposuerit, videtur tamen librorum auctoritatem secutus esse. Certe ita plerique meorum codd. Priorum autem edd. scripturam tantum inveni in Harl. et forte in Flor. et Klockian. ex quibus nihil notari video. *Committendum bellum* præferunt Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 4. a m. pr.

§ 15 *Plaga una* (*Materinam ipsi adpellant*). *non continuit modo ceteros*] *Plaga* hic haud dubie militiæ nomen, et fortassis quod πλαγίαν vocant Græci, aciem quadratam, altera parte longiorem. Certe vox hæc a Livio ita ponitur quasi omnibus nota, cum ipse nusquam antea, quod sciam, ea usus sit. *Glar.* Longe petitum est, quod hic scribit Glareanus, nec credo umquam ita Latinis dici 'plagam.' Nihil melius scio; sed suspicor, 'plagam' hic esse eos, qui e plaga, id est, tractu sive parte Umbriæ, quam ipsi Materinam appellabant, venerant. Nec tamen quemquam alium hujus mentionem fecisse, ex Cluverii et Interpretum Livii silentio colligo, qui itidem de 'Circo Maritimo,' quem in Hernicis fuisse ostendit Livius cap. seq. tacent. *Duk.* Expositio Glareani merito displicuit Doujatio, qui 'plagam' interpretatur pagum, regiunculam, oppidi territorium. Similiter etiam Jac. Gronovius, quum Livium discipulis in scholis domesticis exponeret, 'plaga' accipiebat pro regione, et insuper suspicabatur, usum istius vocis hoc sensu ad Romanos ex Umbria venisse; et, sicut Etruria in duodecim

Digitized by Google

populos, ita Umbriam in suas plagas divisam fuisse: monet etiam, 'plagam' hic summi pro corpore militum ex ista plaga conscripto, quemadmodum 'civitates' dicuntur milites navesque, qui ab certis civitatibus in classem Themistoclis erant contributi, apud Justin. II. 12. 'Quod si civitates, quæ jam abire vellent, dissipentur; majore labore ei singulas consectandas.' Sane eodem modo nomina regionum et urbium sæpe pro earum incolis ponuntur. Ita XXXIX. 48. 'Messene desciverat a concilio Achaico:' ubi vide Gronov. Et VIII. 11. 'Latium Capuaque agro multati:' ubi iterum vide: et ita passim alibi. Præterea *Matinam* est in Port. et Hav. *Macerinam* in Lov. 2. *Maternam* in Lov. 4. Doujatius legendum conjicit *Matilicam*, vel *Matelicinam*, quod Umbriæ oppidum ad radices Apennini supra Æsim fluvium in finibus Piceni fuisse docet. De eo vide Cluverii Ital. Antiq. lib. II. c. 6. p. 613. et Harduin. ad Plinii l. III. c. 14. p. 171. ed. poster. Alioqui etiam *Maritimam* vel *Tudertinam* scribi posse existimat. Verum si omnia locorum, quorum tantum semel mentio fit, nomina in notiora mutanda forent, quanta audacissimis conjecturis fenestra aperta foret? Præterea *non obtinuit modo* Harl. vox autem *modo* deficit in Leid. 2.

§ 16 *Quos ubi effusos ruere in munimenta consul vidit*] *Quo ubi effusos* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ruere in monumenta* Voss. 2. et Lov. 3. frequenti lapsu. Vide ad IV. 10. § 6.

Prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruit: cohortatus prædicatione vera] Pal. 1. *instruxit: cohortusque.* Ceteri libri omnes *instruxit; cohortatusque.* Gebh. Nostri *instruit, cohortatusque prædicatione.* J. F. Gron. Principes edd. *instruxit, cohortatusque.* Primus deinde Curio dedit *instruxit, cohortatus.* Basileenses autem 1555. *instruit, cohortatus.* Eo respiciens, nulla tamen τοῦ *instruit* ratione habita, Gronovius monet, omnes suos præferre *instruit, cohortatusque*, eamque lectionem in contextum recepit. Secutus deinde Jac. Gronovius edidit *instruxit, cohortatusque*, sed inter errata *instruit* emendandum monuit. At omnes mei calamo exarati non tantum firmant *cohortatusque*, (nisi quod *cohortus quod* sit in Voss. 2. *cohortatus quod* in Lov. 3. de quo errore vide ad II. 41. § 8.) verum etiam *instruxit* vindicant, quod eorum auctoritate revocavi. Neque scrupulum injicere debet, quod sequatur 'jubet.' Eadem enim tempora etiam junguntur III. 46. 'Domum se recepit, collegisque in castris scribit.' c. 51. 'Porta Collina urbem intravere sub signis, mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt.' Hoc lib. c. 40. 'Dextro ipse cornu consistit: sinistro præfecit magistrum equitum.' Vide Cortium ad Plinii Ep. v. 5. § 1. et quæ ad primum Livii locum notavi. Ceterum *prout natura loci* Hav. Tum *prædatione vera* Gaertn.

Qua in Tuscis, qua in Samnio partorum decorum exiguam adpendicem Etrusci belli] *Quam in Tuscis* Leid. 2. Sed ultima litera τοῦ *quam* adsumta est ex similitudine vocis seq. Vide ad III. 48. § 5. *Qua in Truscis* Hav. ut forte librarius dare voluerit *in Etruscis.* Hinc *in Samnio parcorum Deorum* idem Hav. Vocem autem *exiguam* ignorant Lov. 1. 4. et Leid. 2. quam omnes reliqui recte agnoscunt: convenit enim consilio consulis, hostium vires extendantis, ut militum animos augeret.

Qua se urbem Romanam obpugnaturos minati sint] Vet. lib. *expugnaturos.* Sigonius. Ita et Harl. Port. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. atque edd. Rom. 1472. et Parm. Similiter se in Pal. 2. invenisse, Gebhard. testatur hoc lib. ad c. 45. § 17. ubi recte vulgatum tuetur. Præcessit enim hoc cap. 'Ad obpugnandam inde Romam ituros jactarent.' Sæpe autem ita turbant scripti. Vide ad XXI. 57.

Digitized by Google

§ 6. Tum *minati sunt* Flor. Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. atque edd. principes usque ad Modium, quod loco restitui.

§ 17 *Ante imperium deinde concentu tubarum ac cornuum*] Plenius aptiusque Flor. et Mureti, *ante imp., ante concentum tub. ac corn.* Neque enim signa canebant ante imperium. *J. F. Gron.* Interdum tamen in magno ardore militum aliter factum legimus. Vide Flor. IV. 2. § 66. et quem ibi citat Freinshemius, Hirtium de Bello Afric. c. 82. Nec dissimile est, quod paullo post c. 43. scribit Livius. *Duk.* Gronovio credo adfirmanti eam cod. Flor. lectionem fuisse. In excerptis tamen ejusdem codicis, quæ ante oculos habeo, nihil inde notari video. Contra vero Latinius ex Neapolit. profert *ante imperium deinde, ante concentum tubarum et cornuum:* qua forma multa alia, passim apud Livium obvia, vide ad XXXVIII. 18. § 12. Nullus tamen meorum adsentitur. *In concentu turbarum* est in Hav. *turbarum* præfert etiam Port. *concentu tubarum* Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *interpolaverit*, pro *interpellaverit*, Lov. 2. Ejusdem erroris exemplum erat VI. 27. § 4. etiam cap. seq. § 3.

§ 18 *Non tamquam in viros aut armatos incurrunt*] *Neo tamq. in viros* Lov. 4. Tum *percurrunt* Hearnii Oxon. C.

(*Mirabilia dictu!*) *signa primo eripi cœpta signiferis*] Vet. lib. *mirabile dictu.* Sigon. Quæ hic de Umbrorum ignavia leguntur, Paulo Benio Iguvino ex Umbria canssam odii et conviciorum in Livium fuisse, quidam tradiderunt apud Pignorium Symbol. Epist. 44. *Duk.* Ita et Lov. 4. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. eamque scripturam et ipse in textum recepit Sigonius, et plerique editoribus veram esse persensit; donec Jac. Gronovius priorem revocaret, quam codd. reliqui cum prioribus omnibus editis tuentur, nisi quod *mirabilia ductu* sit in Lov. 1. (vide ad XXXVIII. 43. § 1.) *mirabilia dictus* in Leid. 1. ubi ultima litera vocis *dictus* adcrevit ex prima vocis seq. (vide ad XXVIII. 25. § 2.) *mirabilia dicta* in Lov. 3. Præterea *signa primo impetu eripi cœpta signiferis* Port. Gaertn. et Hav. *signo primo eripi cœpta signiferis* Lov. 3.

Deinde ipsi signiferi trahi ad consulem] *Signiferi ipsi* Lov. 4. Tum *trahi ad consules* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et Hearnii Oxon. C. Sed unus tantum Fabius cum Umbris bellum gessit. Compendium itaque scribendi iterum librariis fraudi fuit, ut innumeris aliis locis. Vide ad X. 10. § 2. Mox *ex acie transferri in aciem* alio ordine Lov. 4. Deinde *res geritur*, iterum trajectis vocabulis, Leid. 1. *geruntur res*, pro *geritur*, edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad III. 70. § 10. Quia autem omnes scripti hic præferunt *geritur*, eam lectionem probandam arbitror.

§ 19 *Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes*] Vet. lib. *Umbonibus incussa ala.* Sigon. Sigonius auctoritate suorum delet copulativam, immemor, sic loquutum esse Nostrum XXX. 34. 'Movere loco hostium aciem Romani, ala deinde et umbonibus pulsantes, in summotos gradu illato, aliquantum spatii velut nullo resistente incessere.' Nec deerat in illis, quos vidimus. Lib. IV. c. 19. 'Adsurgentem ibi regem umbone resupinat.' *J. F. Gron.* Voculam *que*, quam Sigonius delevit, et Gronovius in contextum revocavit, meorum unus ignorat Gaertn. Ea transposita, *Umbonibusque incussa ala* præfert Hav. *Umbonibusque incussaque ala* Voss. 2. Reliqui omnes edd. Sigonio priorum scripturam tuentur. Per 'alam' autem Lipsius de Milit. Rom. III. 2. intelligit partem illam humeri brachilque, qua adjutrice in conflictu et pugna cominus clipeus in hostem in-

Digitized by Google

pellitur. Ceterum *sternunt hostes* est in Harl. et edd. Aldina prioribus. Vide ad X. 10. § 1.

Una vox ponere arma jubentium] Vox *arma* deficit in Hav. Tum *viventium* Klockian. Similitudo partim literarum *in* et *ui*, partim *b* et *v* errori ansam dedit.

§ 20 *Itaque inter ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli: postero*] Pall. 1. ac 3. *inter ipsum certamen facta deditione a primis auctoribus belli.* Gebh. Duo Pall. et alter Voss. *inter ipsum certamen facta deditione a primis auctoribus belli, postero insequentibusque.* J. F. Gron. *Facta deditione* præferunt etiam ex meis Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Puto tamen hanc scripturam ortam esse ex incuria scribarum, qui per compendium notatum *deditio ē* acceperunt pro *deditioĕ*. Qui error facillimus fuit, quo tempore, nulla vocum distinctione facta, literæ perpetua serie scribi solebant. Similem errorem jam habuimus hoc lib. c. 8. § 13. Hic erat eventus clamoris, arma ponenda esse, ut inter ipsum certamen deditio fieret; quod docet vox *Itaque*. Si vero *facta deditione* legamus, ea potius referenda esset ad sequens 'ceteri Umbrorum populi deduntur' contra mentem Livii. Insuper *actoribus belli* est in fragm. Hav. a m. pr. vel centies obvio errore. Vide ad I. 26. § 5.

Postero insequentibusque diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur] *Postero insequentibus diebus* Port. Gaertn. et Hav. Tum *populi ceduntur* Lov. 3. Hinc *Otriculani*, pro *Ocriculani*, Voss. 2. Lov. 3. 4. et Port. *Otriculam sponsione in amicitiam accepit* Gaertn. et Hav.

CAP. XLII. § 2 *Populus continuaverat consulatum*] Ita præferunt priores edd. usque ad Froben. qui a. 1535. reposuit *continuarat*, reliquis ejus lectionem adoptantibus usque ad Jac. Gronovium, qui priorem revocavit; eam autem firmant omnes, nisi quod *continuerat* sit in Leid. 2. et Gaertn. Paullo ante vocula *tam* deficit in Lov. 2. Etiam § præc. *Fabius alienæ victor sortis belli*, transpositis vocibus, præferunt Lov. 2. et 4.

Ita senatus in insequentem annum, &c.] Pal. 2. *senatus insequenti anno.* Pal. 3. *in insequente anno.* Gebh. Id est, populus interveniente decreto senatus. Populus ei priore anno comitiis centuriatis continuaverat consulatum sine senatusconsulto: hoc anno ei prorogavit imperium comitiis tributis decreto senatus. Nam imperium a populo prorogabatur comitiis tributis; sed sæpe ex SCto. Vide VIII. 23. X. 22. XXVII. 22. *Dukerus:* Gronov. in priori ed. notarum testatus, duos Pall. præferre *insequenti anno*, in contextum admisit *insequente anno*: quam scripturam posteriorem ex meis probasse videntur Lov. 1. 3. 4. Voss. duo, et Leid. 2. At *insequenti anno* inveni in Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *in insequente anno* in Leid. 1. *in sequentem annum* in fragm. Hav. a m. sec. Harl. Gaertn. et ed. Parm. *in insequentem annum* in reliquis ante Gronovium excusis. Et ita fuisse videtur in optimis Flor. et Klockian. ex quibus nihil adfertur in excerptis, licet collati sint cum edd. ita legentibus. Et nescio caussam cur hæc lectio displicere debeat. Primo excidisse videtur partim præpositio *in*, partim vocis seq. syllaba initialia, indeque factum esse vel *in sequentem annum*, vel *insequentem annum*; pro quo iterum substitutum *in sequente anno*, *insequente anno* et *insequenti anno*. Vide ad I. IV. c. 30. § 12. Neque proprie imperium Fabio prorogatum est *anno insequente* post gestum consulatum, sed ipso illo anno, quo consul fuerat, idque *in insequentem annum*. Locutio autem 'prorogare in sex menses,' 'in annum' Livio est frequentissima. Infra XXII. 34. 'Consulibus prorogatum in annum imperium.' XXVI. 28. 'In Etruriam C. Calpurnius post prætu-

Digitized by Google

ram, prorogato in annum imperio, missus:' et ita passim in gestis cujuslibet anni. Quum autem ubique operam det Livius, ut orationem variet, id etiam hoc loco captasse, ideoque potius dedisse videtur, 'Priore anno populus continuaverat consulatum, senatus in insequentem annum prorogavit imperium,' quam *insequente anno*. Ceterum singularis est lectio, quam unus obfert Lov. 2. *ita senatus insequente, quo Ap. Claudius*, omissa voce *anno*; quæ forte placere posset, nisi quis mallet *ita senatus in insequentem, quo Ap. Claudius*; ne vox *anno*, quæ modo præcessit, repetatur. Quomodo fere Gronov. emendat XXXI. 34. *Cum viginti millibus peditum, quatuor equitum*, pro *quatuor millibus equitum*: ubi plura vide. Verum partim alii codd. vocem hanc tuentur, partim, in similibus locutionibus Livium non abhorruisse ab ejusdem vocis repetitione, patet ex illis quæ notantur ad VI. 1. § 1. Lectionem itaque, quæ ante Gronovium recepta erat, revocavi.

Quo Ap. Claudius, L. Volumnius consules fuerunt, prorogavit, &c. imperium] Copulativam *et* inter utriusque consulis nomina interponunt Port. et Hav. Vide ad II. 17. § 1. Tum *Volumilius* Voss. 2. *Voluminius* Leid. 2. *Volumirius* Lov. 3. *Voluminus* fragm. Hav. Similes varietates etiam mox hoc cap. § 5. obcurrunt, ut et X. 16. § 2. Vide ad III. 10. § 5. Tum *fuere* Lov. 4. *fuerant* Voss. 2. et Lov. 3. *fuerunt designati* fragm. Hav.

§ 3 *Comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata*] Tribunus intercessit, ne quid comitiis consularibus a populo peragi posset: nam tribuni plebis non poterant intercedendo efficere, ut consules comitia centuriata convocare non possent. Ita Gruchius de Comit. lib. I. c. 4. p. 102. ed. Ven. Thes. Græv. tom. I. p. 597. qui hoc putat ostendi ex Liv. VII. 17. Dionys. Halic. VIII. 90. et Epit. Liv. lib. CV. Et duobus quidem prioribus locis agitur de comitiis jam convocatis; tertius ex Epit. CV. 'Quum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur,' anceps est. Est tamen ratio nonnulla dubitandi de eo, quod adfirmat Gruchius, intercessiones tribunorum plebis non valuisse ad id, ne consules comitia centuriata convocare possent, ex iis, quæ leguntur in Livio VI. 35. 'Comitia præter ædilium tribunorumque plebis nulla sunt habita. Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti nullos curules magistratus creari passi sunt, eaque solitudo magistratuum, et plebe reficiente duos tribunos, et his comitia tribunorum militum toilentibus, per quinquennium Urbem tenuit.' Nam quum dicit, eo anno, quo Licinius Sextiusque primum tribuni plebis refecti sunt, 'comitia nulla fuisse habita,' quid hoc, si quis propriam significationem verborum urgere velit, aliud est, quam tribunos militum, qui tum magistratus curules erant, intercessione tribunorum plebis prohibitos fuisse comitia centuriata creandis successoribus convocare? Si vera est Gruchii sententia, hoc ita accipiendum est, convocata quidem fuisse comitia centuriata, verum sine effectu, propter intercessionem tribunorum plebis: quod in re idem erat, ac si plane nulla habita fuissent. Idque ex eo probabilius fit, quod in comitiis, quæ legum ferendarum caussa habebantur, tribuni plebis non intercedebant, nisi quo die populus legis jubendæ caussa convocabatur, ut docet idem Gruchius, et e Livio VI. 35. intelligi potest. Et, eamdem rationem in mulctarum certationibus ad populum obtinuisse, e XXV. 5. colligitur. *Duk.* Jac. Perizon. ad Livii marginem legendum conjecit *ab L. Furnio*. Gentem Furniam plebeiam fuisse, indicat C. Furnius, quem tribunum plebis memorat Dion. Halic. Antiq. lib. XI. p. 730. Quod autem ita conjecerit,

Digitized by Google

ea fuisse causa videtur, quod gentem Furiam patriciam existimaret; at quasdam ejus familias plebeias fuisse, hinc colligi potest, quod 'M. Furius Luscus ædilis plebeius' memoretur XXXIX. 7. Præterea L. Furium, qui, teste Cic. de Offic. III. 30. legem ex senatusconsulto tulit, Mancinum Numantinis dedendum esse, tribunum plebis fuisse, existimat Pighius in Annal. ad a. DCXVII. p. 500. Quum itaque in omnibus scriptis constanter *L. Furio* supersit, iis invitis, nihil tentandum censeo. Præterea *interpolata* Lov. 2. et quædam ex vett. edd. Vide ad cap. præc. § 17. Paullo ante *petiisse*, pro *petisse*, Lov. 4. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

§ 4 *Quum collegæ novum bellum, Salentini hostes decernerentur*] *Cui collegæ* Voss. 2. et Lov. 3. Insuper *Salentini* Lov. 1. Et, ita scribendum esse, monuit Sigonius ad X. 2. § 1. et ad XXV. 1. § 1. sed in primis ad Epit. Liv. lib. XV. cujus auctoritatem propter Fastos Capitol. Triumph. et Græcos scriptores, quos ibi laudat, sequor. Vide tamen quæ ibi notantur. Miror autem inconstantiam virorum doctorum, qui, alibi orthographia Sigonii recepta, hic tamen et X. 1. eam vocem unica *l* scripserunt. Eamdem scribendi rationem ubique recipi curavi.

Ut urbanis artibus opes augeret] 'Urbanæ artes' opponuntur 'militaribus:' sequitur enim statim, 'quando belli decus penes alios esset.' X. 15. 'Fugisse eum Ap. Claudium collegam, eloquentia civilibusque artibus haud dubie præstantem.' Quare dubito de lectione Pal. 3. *urbanis actibus*. Gebh. Lectio Pal. 3. referenda est inter errata scribarum. Per 'artes' autem 'urbanas' intelligit Livius juris et eloquentiæ peritiam, quam Ap. Claudio tribuit, et peritiæ militari opponit X. 22. 'Esse præterea viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque cer-tamina rudes. Ea ingenia consularia esse: callidos solertesque, juris atque eloquentiæ consultos, qualis Ap. Claudius esset, urbi ac foro præsides habendos.' Alibi sæpe eo sensu inter 'belli pacisque artes' distinguitur. Per 'opes' autem hic intelligitur auctoritas, potentia, amplitudo. Supra IV. 8. 'Ut mox opes eorum, qui præessent, ipsi honori jus majestatemque adjicerent:' ubi plura notavi. V. 36. 'Ubi tanto plus gratia atque opes valuere.' I. 50. 'Hisce artibus opes domi nactus.' XXII. 34. 'Ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussis aliena invidia splendentem vulgus etiam extrahere ad consulatum nitebatur.' Cic. de Amic. c. 6. 'Ceteræ res opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis: divitiæ, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudere.'

§ 5 *Benignitatem per se gratam comitate adjuvabat*] *Per se grata comitate adjuv.* Flor. Male. Paullo ante *aliquot hostium urbes*, transpositis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 6 Q. *Fabius proconsul ad urbem Alifas cum Samnitium exercitu*] Prænomen deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Tum *Fabiusque consul* Lov. 2. *Fabius consul* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Fabius per consul* Lov. 3. Deinde *Alifas* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. ejusdem Hearnii N. B. C. atque edd. antiqq. Vide ad VIII. 25. § 4. Vox *Samnitium* deficit in Port. Mox *conflixit*, pro *confligit*, se in Oxon. C. reperisse, Hearnius testatur.

Nec castra forent retenta, ni exiguum superfuisset diei] *Ne castra forent retenta* Leid. 2. ubi ultimam literam voculæ *nec* intercepit initialis vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *Nec castra fuissent retenta* Leid. 1. et Neapol.

Digitized by Google

Latinii. Sed sequens *superfuisset* lectionem hanc repudiandam docet, quam etiam reliqui codd. refellunt. *Vox retenta* deficit in Lov. 4. at voces *compulsi: nec castra* in Lov. 3. ob repetitionem vocis *castra*. Tum *nisi exiguum* legunt Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXIII. 1. § 8.

Ne quis elabi posset] Ita Aldus edidit, consentientibus omnibus scriptis, quum antea vulgatum foret *labi*. Supra I. 53. 'Se quidem inter tela ac gladios patris elapsum.' XLIV. 40. 'Jumentum, e manibus curantium elapsum, in ulteriorem ripam effugit.' XLV. 2. 'Neque terra, neque mari elabi posse.' Eodem modo peccatur apud Oros. v. 19. 'Deinde, lapsus e vinculis, in Africam transfugit:' ubi legendum videtur *elapsus*. Primam autem literam intercepérat ultima vocis præced. Præterea *posset* perperam exsulat a Port.

§ 7 *Postero die, vixdum luce certa, deditio fieri capta*] *Postero* (omissa voce *die*, quasi ea ex præcedenti *diei* commode repeti posset) *necdum certa luce* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B.

§ 8 *Hi omnes sub jugum missi: sociis Samnitium nihil cautum*] Vocula prima deficit in Lov. 4. Dein *nihil tantum* Lov. 3. Vide ad II. 37. § 3. Mox *septem millia* constanter scripti. Et ita primus Aldus edidit, quum priores dedissent *quatuor millia*. Hinc *venere*, pro *veniere*, Voss. duo, Leid. 2. Lov. 3. 4. et Hav. *venire* Leid. 1. et Gaertn. *venierunt* Lov. 2.

Qui se civem Hernicum dixerat, secorsum in custodia habitus] *Qui secutus Hernicum* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Tum *seorsus* Flor. Leid. 1. et fragm. Hav.

§ 9 *Et, quum quæsitum esset, delectu, an voluntarii*] *Et quod quum* Harl. Tum *dilectu, an voluntarii* Flor. Leid. duo, et Lov. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Delectu, aut voluntarii* Harl. Male. Vide ad V. 3. § 7.

§ 10 Q. *Marcius Tremulus*] Prænomen exsulat a Voss. 2. Leid. ambobus, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. Deinde *M.* pro *Marcius*, Voss. 2. Lov. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Tum *Tremulius* Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *Æmilius* Hearnii idem L. 1. *Remulus* Flor. *Tremurus* Kiockian. Sed *Tremuli* cognomen in fragm. Fastor. Capitolin. hoc anno superest. Mox *hieme jam orculi erant*, pro *hi enim*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Concilium populorum omnium habentibus Anagninis*] *Consilium pop. omnium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn. Male. Vide Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5. Tum *Agnenunis* Voss. 1. *Anagninis* Leid. 1. *Auaminis* Lov. 1. *Agnaminis* Leid. 2. a m. pr. *Agnominis* a m. sec.

In circo, quem Maritimum vocant] *In circo, qui est ita Marit. vocant* Hav. *quem ita Mar. vocant* Voss. 1. et Leid. 2. *quem ita Mar. vocant* Lov. 1. *quem ita Matentinum vocant* Gaertn. *quem ita Viarntinum vocant* Port. *quem Maventinum vocant* fragm. Hav. a m. sec.

Præter Alatrinatem, Ferentinatemque, et Verulanum] *Aletrinatem* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Oppidum Latinis *Alatrium* et *Aletrium*, Græcis Ἀλάτριον et Ἀλέτριον dici, testatur Cluver. Ital. Antiq. III. 6. p. 983. *Alerinatem* Flor. et Port. *Allatrinatem* Lov. 4. *Aderinatem* Leid. 2. et Lov. 1. *Adrinatæ* Voss. 1. *Aberitatem* Leid. 1. Tum *Ferrentinatemque* Flor. Sed vox illa deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. sola tantum copulativa *que* in Harl. Male. Vide ad II. 31. § 1.

Omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt] Cluverius Ital. Antiq. III. 6. pag. 981. conjicit, Livium omnino scripsisse, *Omnes Hernici nominis populi Romanis bellum in-*

Digitized by Google

dixerunt. Nisi enim ita legamus, superius dicendum fuisse opinatur *præter Alatrinates, Ferentinatesque, et Verulanos.* Cujus tamen rei caussam nondum video. Cuique enim patet, *omnes Hernici nominis* poni pro 'omnes populi Hernici nominis.' Ceterum *induxerunt* Leid. 2. Lov. 1. et Port. Vide ad X. 38. § 4. *Indixere* Lov. 4.

CAP. XLIII. § 1 *Quia decesserat inde Fabius*] *Qui decesserat* Gaertn. *quia dicesserat* Lov. 3. *quia discesserat* Voss. 2. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. At veteres 'decedere præsidio,' 'provincia,' vel 'de præsidio,' 'de provincia,' non 'discedere,' dixisse, et passim 'decedere' ac 'discedere' a librariis confundi, vidimus ad IV. 20. § 5. Tum *M. Fabius*, pro *inde Fabius*, Harl. *inde M. Fabius* Port. Gaertn. et Hav. Posset videri lectio illa vera esse, et prænomen *M.* excidisse ob similitudinem præcedentis *it*, sive *inde;* potius tamen arbitror, vocem illam *it* neglegentia scribarum in *M.* abiisse; sæpe enim commutari in vicem, vidimus ad IV. 52. § 4. alios deinde, quum alterum in contextu, alterum margini adscriptum invenissent, utrumque junxisse: quod innumeris locis acoidisse, dictum est ad III. 44. § 4. Prænomen hic non requirimus ob morem Livii jam supra memoratum; ejus enim, ubi alicujus mentionem facere incipit, meminisse contentus, postea id subinde omittere solitus est.

Calatia et Sora, præsidiaque, quæ in iis Romana erant, expugnata] *Colatia* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Callatia* Lov. 4. et Gaertn. Deinde *præsidiaque in iis*, vel *his*, Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Unde legendum esse existimari posset *præsidiaque in iis Romana expugnata.* At verius est, pronomen *quæ* a præcedenti conjunctione *que* interceptum esse. Vide ad XXIX. 6. § 8. Deinde *fere servitum*, pro *fœde*, Leid. 2. Mox etiam *τὸ eo* deest in Port. a m. pr.

§ 2 *Jam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat*] *Jamjam enim Agnaninis* Leid. 2. Tum *missum erat* Hav. errore sæpius in Mss. obvio. Vide ad III. 4. § 11. VIII. 9. § 10. c. 11. § 15. c. 14. § 5. X. 29. § 9. c. 33. § 8. XXI. 52. § 5. et alibi. De lectione 'jubere alicui bellum' vide ad XXVII. 24. § 8. Vox *aliis* deerat in Harl.

§ 3 *Primo ita omnia opportuna loca*] *Primo itaque* Leid. 2. Harl. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. C. et, teste eodem Hearnio, ed. Aleriensis Rom. quam tamen Rom. 1472. et omnes, quas vidi, *ita* servent. Vide ad XXI. 53. § 7.

§ 4 *Et per aliquot dies, &c.*] Non celari meretur scriptura codicis Rottend. quæ hæc est: *ut pervadere expeditus nuncius non posset. Per aliquot dies incerti rerum omnium suspensique de statu alterius uterque consul agere: Romamque is metus manarat.* J. F. Gron. *Perqua aliquot dies* edd. vett. usque ad Aldum: *ĩ per aliquot dies* Lov. 3. Mox *suspensique cum de statu alterius* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4.

Romamque is metus manaret: adeo ut omnes juniores sacramento adigerentur] *Is metus maneret* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *sacramento adigerent* Oxon. C. apud Hearnium, eoque teste ed. Aleriens. Romana. Vide ad X. 10. § 1.

§ 5 *Hernicum bellum nequaquam pro præsenti terrore ac vetustate gentis gloriæ fuit*] Pall. 1. et 3. *Hernicum bellum neq. properassent: id terr. ac vet. gloriæ fuit nihil usquam dictu dignum: anni trinis castris.* Pal. 2. *Hernici cum bellum nequicq. properassent: id ter. ac vet. gloriæ fecit.* Gebh. Lego *vetustæ gentis gloria.* Klock. Flor. *gloria.* Forte *ac vetusta gentis gloria fuit.* J. F. Gron. *Hernici cum bellum neq. properassent, id ter. ac vet. gloriæ fecit* Port. et Hav. *Hernici cum bellum neq.*

Digitized by Google

properassent, id ter. ac vet. gentis gloriæ fuit fragm. Hav. a m. sec. et Gaertn. Neque aliter Harl. nisi quod servet *nequaquam*, omittat autem *gentis*. *Hernicum bellum neq. properassent: id ter. ac vet. gloriæ fuit* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *Hernicum bellum neq. properassent: id ter. ac vet. gentis gloriæ fuit* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *Hernicum bellum neq. properassent: ter. ac vet. gentis gloriæ fuit* Leid. 2. *Hernicum bellum neq. properasse ad id. ter. ac vet. gloriæ fuit* Lov. 2. Mihi quoque Gronovii conjectura non displicet. Infra XXXI. 1. 'Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit, claritate regum antiquorum, vetustaque fama gentis prope nobilius:' ubi plura vide. Indicat Livius, bellum Hernicum vetustæ gloriæ gentis non respondisse, non tantum fuisse, quanta fuit gloria vetusta gentis.

§ 6 *Trinis castris intra paucos dies exuti*] Ita v. 2. 'Antea' (inquit) 'trina loca cum contentione summa patricios explere solitos.' Laur. Valla, de lingua Latina meritissimus, de hoc nomine dubitare visus est Elegantiarum l. III. c. 5. quasi non ex eorum numero, quæ nominibus tantum pluralis numeri addantur. At hic locus de *trinis castris* satis convincit, esse de eorum classe. Addam exemplum aliud ex Cæsare de Bello Gall. v. 51. 'Ipse cum tribus' (inquit) 'legionibus circum Samarobrinam trivis hibernis hiemare constituit.' *Glar. Ternis castris* unus Leid. 2. Sed vide quæ notantur ad XXIII. 49. § 6. ubi etiam alia ejusdem erroris exempla videbimus. Vox *castris* deficit in Voss. 2.

Ita ut ad senatum Romam legatos mitterent] Pall. 1. et 3. *ita ut senatum Romam legatos mitterent*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Tum *ad senatum Romani* Hav. Hinc *legatum mitterent* Leid. 2. et Lov. 1. Mox copulativa *que* deficit in Hav. at sequens *et* in Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 7 *Cui senatusconsulto permissum de Hernicis erat*] Edidit Andreas *cui S. C. præmissum de Hernicis erat*. Gebh. *Cui senatusconsultum de Hernicis erat* Lov. 2. et Gaertn. Error ortus est ex nota. Vide ad XXXVIII. 60. § 1. Ita simpliciter 'permittere alicui de aliquo' XXXIII. 13. 'Quæ priore colloquio aut imperata a Romanis, aut postulata ab sociis essent, omnia se concedere, de ceteris senatui permissurum dixit.' XXXVI. 35. 'Ut mittere legatos Romam possitis, per quos senatui de vobis permittatis.' Insuper *cui senatusconsultum premissum de Hernicis erat* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad VIII. 20. § 6. *Cui se permissum de Hernicis erat* Lov. 3. *cui sicut permissum de Hernicis erat* Lov. 4. Vide ad XXII. 10. § 1. Paullo ante voces *Ab senatu* deficiunt in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. ac C.

Isque eam gentem in deditionem accepit] Vox *eam* deficit in prioribus edd. quam primus addidit Gronovius, sine dubio auctoritate Mstorum, licet ejus in notis nullam mentionem fecerit. Certe superest in omnibus meis. Hearnius, monens se eam in edd. Aler. ac Sigon. non reperisse, neque tamen aliquid de Oxoniensibus addens, eam in omnibus similiter superfuisse tacitus indicat. Mox alio ordine *consul alter* Port. Gaertn. et Hav. *alter consulum* Leid. 2. Vide ad IX. 32. § 2. At reliqui non accedunt.

§ 8 *Omnia itinera obsepserant hostes*] Pall. 1. et 3. *obsederant*. Pall. 2. alludit ad vulgatam lectionem *obsesserant*. Gebh. *Obsesserant* etiam Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 4. Hav. et fragm. Hav. *obsiderant* Voss. 2. *obsederant* Lov. 3. quod ex alterius lectionis glossa ortum videtur. Vide ad Epit. Liv. lib. XVII. De locutione 'obsepire iter' vide ad XXXIX. 1. § 5. Ce-

Digitized by Google

terum *obsæpserant* Flor. Vide ad VIII. 8. § 10. Mox *ne subvehi*, pro *ne qua subvehi*, Lov. 2. Sed vocula illa in omnibus scriptis reliquis superest. Vide ad IX. 36. § 5.

Quum quotidie signa in aciem consul proferret, elicere ad certamen poterat] *Signum in aciem consul proferret* Gaertn. Tum *edicere ad certamen* Voss. 1. a m. pr. *dicere ad certamen* Voss. 2. a m. sec. sed literæ *el* perperam in *d* coaluerunt. Vide ad XL. 28. § 2. *Ducere ad certamen* fragm. Hav. a m. pr. § 9 *Nec Romanum dilationem belli laturum*] Vox *belli*, quam omnes, qua scripti, qua editi, agnoscunt, a solo exsulat Port.

§ 11 *Nam, ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares*] Gronovio in prima ed. notarum displicuit constructio *nam crederent*: nulla enim cum alia particula posse hoc verbum conjungi, quum τὰ *ut qui* habeant suum proprium *credidissent*. Omnino itaque scribi jubebat, *quum, ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares, conjungi utique passi duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei; advenientem incomposito agmine Marcium adgrediuntur*. Alio modo quidam librarii loco subvenire conati sunt. *Nam, ut qui, quum ne alteri quidem exercitui se credidissent pares* præferunt Port. Gaertn. et Hav. ita *quum* pertinet ad *credidissent; ut qui* ad *crederent; nam* ad *adgrediuntur*. Verum Gronovius repetitis curis rectius conjecturam omisit, aliique omnes codd. insertam particulam ignorant. Nam τὰ *ut qui* referenda ad utrumque verbum *credidissent* et *crederent*. Samnites Marcium adgrediuntur; ut qui credidissent, se uni exercitui inpares esse; utique crederent, adversus duos nihil spei superesse. Id ut tanto manifestius fiat, Harl. interposita alia particula, legit *credidissent pares, at conjungi utique*. Verum, aliis omnibus dissentientibus, neque hoc tibicine opus esse puto. Ceterum *ut qui alteri quidem exercitui*, omissa negandi particula, ed. Mediol. 1480. et quædam aliæ eam secutæ contra mentem Livii, qui consulem Cornelium viribus superiorem dixerat, et Samnitem jam ante Marcii adventum certamen præsens non laturum. *Ne altero quidem exercitu* Gaertn. Vide ad XXIV. 19. § 6. Præterea *se* deficit in fragm. Hav. a m. pr.

Conjungi utique passi duo consulares exercitus nihil crederent superesse spei] *Conjungi itaque* Voss. 2. sollemni aberratione scribarum. Vide ad VII. 28. § 3. Deinde *duo consulares exercitus* edidit Jac. Gronovius, sed facti rationem addere neglexit. Eum tamen ita in codd. invenisse, non dubito, si quidem ex meis ita præferant Voss. 1. et Lov. 1. Plura vide ad l. XXXV. c. 21. § 5. Quum tamen reliqui, et cum illis præstantissimi, *duos* servent, Hearnius etiam, memorata Gronovii lectione, nullius suorum Oxoniensium consensum testetur, vulgatum revocavi. Insuper *nil crederent* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad VI. 40. § 3. Iidem etiam codd. cum Leid. 2. *esse*, pro *superesse*, præferunt. Mox *aggrediuntur Marcium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 12 *Dein conspectus procul pulvis*] Ita primus edidit Jac. Gronovius, et adsentientes habet Flor. Voss. duos, Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Port. et fragm. Hav. Priores edd. cum reliquis codd. præferunt *deiñ*, vel *deindę*. Vide ad III. 3. § 6. Paullo ante *Sed raptim collatæ*, adscita prima voce, quæ in aliis omnibus deest, Voss. 2.

§ 13 *Confestim arma capere jussis*] *Capessere arma jussis* Lov. 4. Sed locutionem 'capere arma' inlustravimus ad VI. 12. § 7. *Capere* autem et *capessere* commutantur hoc lib. c. 40. § 12.

Transversam hostium aciem, atque alio certamine] Vox *aciem* deficit in edd. vett. quasi ea ex præcedenti

Digitized by Google

commode repeti posset. Eam postea primus addidit Aldus. Et recte. Omnes enim agnoscunt eamdem codd. scripti.

§ 15 *Qua impetum dederat, perrumpit; aciemque per mediam*] *Qua impetus ded.* Lov. 2. *Qua impetum declarat* Voss. 2. et Lov. 3. qui error inde commissus est, quod litera *d* dissolveretur in *cl*, quibus in scriptura Longobardica simillima est. Vide ad x. 24. § 2. Tum *prorumpit* Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. et Hav. perpetua scribarum aberratione. Exempla habemus VIII. 10. § 6. c. 30. § 6. hoc lib. c. 39. § 9. x. 14. § 16. c. 41. § 9. XXI. 28. § 2. c. 56. § 2. aliisque locis. Sed plura vide ad IV. 39. § 4. *Perrupit* fragm. Hav. Vide hoc lib. c. 37. § 9. *Prorupit* Gaertn. Deinde *aciem per mediam* Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. *Aciemque in medium* Gaertn. Mox *in hostium castra*, transpositis vocibus, Harl. Insuper *cepit atque incendit* Port. Hav. et Gaertn.

§ 16 *Et hostes respexere, tum passim fuga capta Samnitium fieri*] *Conspexere* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *conspexerunt* Lov. 4. Sed verbum illud modo præcessit. Deinde *fuga capta* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad VI. 27. § 4.

Nec in ullam partem tutum perfugium] *Nec in nullam partem* Voss. 2. Leid. ambo, et Lov. 1. ac 2. ubi prima litera vocis *nullam* adscita est ex ultima vocis præced. Eo modo *en numquam*, pro *en umquam*, datum esse, vidimus hoc lib. c. 10. § 5. Plura vide ad XXXVII. 29. § 8. Tum *profugium* Lov. 2. Male. Vide ad XXXVII. 57. § 2.

§ 17 *In vicem inter se gratantes*] *Gratulantes* Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. ac B. quod ex alterius expositione natum existimo. Supra VII. 13. 'Tuum sequentes currum Jovis Optimi Maximi templum gratantes ovantesque adire:' ubi similiter codd. quidam turbant. Ovid. Epist. Her. VI. 119. 'Nunc etiam peperi: gratare ambobus, Iason.' Epist. Her. XI. 65. 'Quid tibi grataris? media sedet Æolus aula.' Paullo ante *dederunt*, pro *dederant*, Harl. Tum *collegebantque*, pro *colligebantque*, Lov. 1. et Port.

Cohortes, quæ in supplementum scriptæ fuerant, integravere cædem] *In supplemento* Harl. Infra XXXVII. 2. 'Placuit, in supplementum scribere ex ipsa provincia, si vellet, peditum duo millia et centum equites.' XXXVIII. 36. 'Ut terna millia peditum, ducenos equites ambo prætores in supplementum sociis imperarent:' et ita sæpe alibi. Deinde *inter gravare cædem* Lov. 4. *intergraverunt cædem* Hav. *integraverunt cædem* Port. Sed 'integrare' inlustravi ad III. 70. § 6. Vide etiam ad XXVIII. 15. § 10. Paullo ante *tum repente visa*, pro *cum*, Voss. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Cum repente in se* Leid. 2. Port. et Hav. Error ortus ex similitudine literarum *si* et *in* in scriptura Longobardica. Alia exempla vide ad III. 39. § 6.

§ 18 *In quas, nec jussu consulum, nec signo accepto, victores vadunt*] *In quos* Leid. 2. et Lov. 1. quæ lectio defendi posset ex illis quæ notantur ad lib. XXXVII. c. 39. § 12. nisi consensus reliquorum codd. doceret, eam ex aberratione scribarum potius originem habuisse. *Nec signum acceptum victores* Port. *nec signum acceptum scriptores* Hav. Deinde *inseadunt* Lov. 1. a m. pr. quam locutionem inlustravi ad II. 47. § 6. Sed et hic omnium aliorum Matorum in vulgatam scripturam consensus eam veriorem esse evincit. Et ita Livius VII. 24. 'Inferenda sunt signa et vadendum in hostem.' Eodem sensu 'ire' Livius dixit II. 6. 'Sensit in se iri Brutus.' Ovid. Epist. Her. I. 13. 'In te fingebam violentos Troas ituros.'

Male tirocinio inbuendum Samnitem, clamitantes] *Male tironico imbuendum*

Digitized by Google

Klockian. *malo tirocinio intuendum Samnitem* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. *malo tirocinio instruendum Samnitem* Lov. 2. quod ex glossa interpretis natum existimo. *Malo tirocinio imbuendum Samnites* Hav. Sed quatuor hæ voces deficiunt in Lov. 3.

§ 19 *Indulgent consules legionum ardori, ut qui probe scirent*] *Indulgent consul legiones adoriri* Lov. 3. a m. sec. in quo *ardori* manus sec. reposuit. *Indulgent consules legionum adoriri* Harl. Dein *ut qui prosternerent novum militem hostium* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *ut qui probe scirent prosternerentur novum militem hostium* Harl.

Inter perculsos fuga veteranos ne tentando quidem satis certaminis fore] *Inter periculosos fuga vet.* Lov. 1. a m. pr. Tum *nec tentando* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad Livii III. 47. § 7. et mox § seq. hoc cap. Hinc *certaminis* Port. a m. sec. ubi ultima litera repetita est ex similitudine initialis in voce seq. Vide ad IV. 33. § 10. *Certamine* quædam ex antiquioribus edd. Vulgatum probum est.

§ 20 *Nec eos opinio fefellit*] *Ne* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad § præc. Tum *eos opinio refellit* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Infra XXVIII. 27. 'Quantum me opinio fefellit!' Ita et 'spes aliquem fallere' dicitur, de quo vide ad II. 39. § 2. Mox *omnes Samnitium copiæ, veteres, novæ*, pro *novæque*, Port. quod Livio frequens esse, monet Jac. Gronov. ad Livii XXIV. 16. § 9. *Omnes Samnitium copiæ veteres atque novæ* Gaertn. et Hav. Sed vulgatum satis defendit consensus reliquorum codd.

Eo et Romana erigitur acies] Prima vocula exsulat ab Gaertn. secunda ab Lov. 2. Sed altera alteram intercepit. Tum *dirigitur acies* idem Lov. 2. Male. Locutionem illustrant exempla laudata ad X. 26. § 8.

Nec quidquam satis tuti loci victis est] *Nequidquam* Leid. 1. et fragm. Hav. Sæpius has voces perperam a scribis commutari, vidimus hoc lib. ad c. 18. § 5. *Satis tuti locis victis est* Gaertn. *satis tuti loci visum est* Hearnii Oxon. L. 2. *satis tuti loci victis visum est*, juncta duplici lectione, Harl. Sed vulgatum verius est. Nam non tantum victi existimarunt, nihil satis tuti loci sibi esse; sed insuper, id verum esse, re experti sunt. Mox vocem *omnes* ignorat Lov. 2. sed, ea transposita, *pacem omnes petebant* præferunt Port. Gaertn. et Hav.

§ 21 *Tum, trium mensium frumento imperato*] *Dum, trium* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. sollemni scribarum permutatione. Vide ad XL. 42. § 7. Deinde *trium mensum frumento* Flor. et Leid. 1. Vide ad XXIX. 3. § 5. Insuper *frumento imposito* Port. Harl. et Hearnii Oxon. B. quod ex glossa interpretis natum videtur. 'Imperare' in hac re frequens ac sollemne est, et passim obcurrit 'imperare milites,' 'pecunias,' 'frumentum.' Supra IV. 26. 'Hernicis Latinisque milites imperati.' XXIII. 5. 'Pedites vobis imperemus, tamquam equites habeamus.' XXIX. 15. 'Stipendium præterea iis colonis in millia æris asses singulos imperari.' Et mox, 'Consules quum militem stipendiumque imperassent.' XXXVIII. 13. 'Quinque et viginti talenta argenti, et decem millia medimnum tritici imperata.' c. 35. 'Ut sociis Latini nominis quina dena millia peditum imperarent.' XLII. 31. 'Mandari placuit, ut alteras decumas Siculis Sardisque imperarent.' XLIII. 4. 'Quum centum millia denarium et tritici quinquaginta millia modium imperaret:' et alibi sæpe.

§ 22 *Statuaque equestris in foro decreta est, quæ ante templum Castoris posita est*] Livio adstipulatur alia occasione Cicero Philipp. VI. cap. 5. non eodem merito L. Antonii eques-

Digitized by Google

trem statuam in foro positam asserens, quo 'Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Castoris.' Sed mendose in vulgatis exemplaribus appellatur Q. *Trebellius*, vel *Tremellius*, pro Q. *Tremulus*. Item Plinius XXXIV. 6. 'Et ante ædem' (inquit) 'Castorum fuit Q. Marcii Tremuli equestris togata, qui Saunites bis devicerat, captaque Anagnia populum stipendio liberaverat.' Hæc approbare videtur Livius, scribens, Hernicos devictos stipendio frumentoque et singulis in militem tunicis pepigisse inducias, ut legatos pacis exorandæ causa Romam mittere possent. Qua ratione populus Romanus, stipendio hostibus, ubi potuit, imperato, exercitum alere et hostium sumtibus cœpit. Quod et postea sæpius contigit. Ex iisdem Plinii verbis colligere est, statuam dictam Q. Tremuli in foro ante Castorum non exstitisse suo tempore: 'fuisse' enim dicit: quæ tamen Ciceronis tempore videtur adhuc exstitisse. *Pighius* in Annal. ad a. CDXLVII. p. 375. Forte *decreta ei*. J. F. Gron. *Statua equestris*, sine copulativa *que*, Harl. *statuaque equestris* inepte Hav.

§ 23 *Hernicorum tribus populis*] Hernicis jam olim in ipsis initiis nascentis reipublicæ Romanæ a Sp. Cassio tertium consule, cui senatus arbitrium de legibus fœderis cum iis ineundi permiserat, civitatem datam, e Dionys. Halic. VIII. 69. observarunt Sigonius de Ant. Jur. Ital. I. 6. et Spanhem. Orb. Rom. I. 7. Sed ex eodem liquet, Cassium mandatum senatus latius, quam is voluerat, interpretatum fuisse, senatumque ac populum Romanum graviter tulisse hunc honorem Hernicis ab eo habitum; præsertim quod suspicio erat, id a Cassio per ambitionem et dominationis parandæ causa factum. Nec ullum satis certum argumentum est, Hernicos deinde jure illo usos fuisse. Dionysius quidem XI. 2. scribens Romanos, qui impatientes tyrannidis decemvirorum relicta Roma ad Hernicos se contulerant, ab his ob jus civitatis sibi nuper, id est, ante XL. circiter annos, a Romanis datum receptos, id ratum fuisse significat: sed tamen eos post civitatem a Cassio acceptam *συμμάχους* vocat, et inter secios militasse ostendit l. IX. capp. 5. 35. et 67. Idem constat ex Livio II. 64. III. 4. et 22. ubi Hernicos et Latinos 'militem ex fœdere dare' jussos scribit. Adde quod nusquam ante hoc tempus ullum oppidum Hernicorum jure municipii donatum legitur. Unde suspicari licet, Hernicis jus civitatis, invito senatu populoque Romano a Cassio datum, deinde ademtum fuisse; vel eos, quum auctor illius non ita multo post supplicio adfectus fuisset, et res in magna invidia esset, sua voluntate eo abstinuisse. Atque ea caussa esse potest, cur Livius, quum II. 41. Sp. Cassio et Proculo Virginio consulibus fœdus cum Hernicis ictum scribat, tamen nullam civitatis tum iis datæ mentionem faciat. *Duk.*

Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, sua leges redditæ] Hunc locum tractarunt viri antiquitatis Romanæ peritissimi, Sigonius de Ant. Jur. Ital. II. 7. et Spanhemius Orb. Rom. Exercit. I. 12. Ille scribit, municipiis, quibus suffragium non dabatur, suas leges permissas; quæ suffragio ornabantur, suis legibus spoliata, et Romanis obstricta fuisse: idque ex hoc loco Livii, et eo qui infra c. 45. legitur, intelligi. Et hoc probat Auctor libri de Ædilibus Coloniar. et Municipior. c. 1. § 4. Spanhemius, auctoribus Cicerone et Gellio, qui municipia non aliis legibus Romanorum obstricta fuisse tradunt, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, negat, municipia cum jure suffragii continuo suis legibus spoliata fuisse; et deinde, post quædam de populis fun-

Digitized by Google

dis disputata, addit, negari non posse, eam fuisse municipiorum aliquot conditionem, ut cum Romana civitate Romanorum legibus, amisso legum suarum arbitrio, deinceps obstricta forent: id enim haud obscure innuere adducta a Sigonio ejus rei e Livio de Hernicis testimonia. Ex his disputationibus summorum virorum nondum hactenus proficere potui, ut plane intelligerem, quodnam fuerit vetus jus municipiorum illius temporis, de quo hic agit Livius: quem locum lubricum esse, vere dicunt viri docti. Nam mihi de jure municipiorum sine suffragio omnia alia, atque illi voluerunt, ex Livio colligi videntur. Quum dicunt, municipia, quibus civitas Romana cum suffragio dabatur, simul cum illa leges Romanas accepisse, eo ipso pro certo ponunt, Alatrinatibus, Verulanis, et Ferentinatibus civitatem cum suffragio oblatam fuisse. Hoc non diserte quidem tradit Livius; sed tamen plane probabile est. Nam ratio suadet, ut credamus, Romanos, quum Anagninis ceterisque Hernicorum populis, qui ab iis defecerant, victis civitatem sine suffragio dederint, eorum, qui se a contagione defectionis ac belli adversus Romanos removerant, fidem præmio aliquo remunerandam, iisque plus, quam rebellibus, tribuendum existimasse. Hoc autem quid aliud esse potuit, quam datio civitatis Romanæ cum suffragio? (nam Cellario Geogr. II. 9. quasi auctore Livio scribenti Alatrinates civitatem sine suffragio tulisse, haud dubie error obrepsit.) Sed hi, ne leges suas amitterent, munere illo uti non voluerunt. Unde consequens est, eos, qui civitatem Romanam cum suffragio accipiebant, etiam leges Romanas una cum civitate accepisse. Sed qua ratione putaverint ex hoc loco Livii intelligi, eos, quibus civitas sine suffragio dabatur, leges suas retinuisse, non assequor, et contrarium potius ex eo confici existimo, quod Livius Anagninis ceterisque Hernicorum populis, qui defecerant, cum civitate sine suffragio data 'magistratibus interdictum' scribit. Cur enim, si leges suæ illis relictæ erant, magistratus adimebantur? An enim, ubi leges sunt, magistratus non debent esse, qui ex iis jus dicant? Et Sigonius ipse sibi in hac re non satis constat. Nam quum de Ant. Jur. Ital. II. 7. tradat, Anagninos, quibus civitas Romana sine suffragio concessa erat, leges suas retinuisse, ejusdem libri c. 13. et ad hunc locum Livii ex verbis Livii 'magistratibus interdictum,' et ex Festo docet, Anagniam in præfecturæ formam redactam; in præfecturas autem quotannis Roma præfectos, qui ibi ex legibus Romanis jus dicerent, missos fuisse, ex eodem Festo ostendit. Hoc si verum est, cur credemus, ceteros Hernicorum populos, qui in eadem causa erant, quibus itidem, ut Anagninis, 'magistratibus interdictum' dicit Livius, leges suas retinuisse? aut quomodo hinc quasi regulam conficiemus, omnibus municipiis, quæ civitate Romana sine suffragio donabantur, leges suas relictas fuisse? Nec confirmatur, quod viri docti putant, hæc sententia ex iis, quæ c. 45. leguntur. Dicunt ibi Æqui, quum feciales Romani ad eos res repetitum venissent, 'Tentationem esse, ut, terrore incusso belli, Romanos se fieri paterentur: quod quantopere optandum foret, Hernicos docuisse: quum, quibus licuerit, suas leges Romanæ civitati præoptaverint: quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro pœna necessariam civitatem fore.' Hic Æqui civitatem sine suffragio Hernicis datam pœnam interpretantur. Jam vero quum in ea re per se nihil pœnæ sit, quippe quum interdum bene meritis bonoris causa civitatem sine suffragio datam legamus, pœna illa in hoc solo sita esse potuit,

Digitized by Google

quod civitatem ita datam legum suarum amissio sequebatur; quas multos civitati Romanæ etiam cum suffragio datæ præposuisse, ex his locis cognosci potest. Nam, quod alibi Livius aliique Latinos et Italicos jus civitatis Romanæ cupidissime adpetiisse tradunt, id ad posteriora tempora pertinet. Et ad eadem referenda sunt, quæ Spanhemius adversus Sigonium de populis fundis disputat; quorum quum in vetere historia Romana nulla mentio fiat, ex iis quæ de his prodita sunt, non possunt definiri jura municipiorum antiqui temporis. Verum quemadmodum non puto ex his duobus locis Livii ostendi posse, olim municipia omnia, quibus civitas Romana sine jure suffragii data erat, leges suas retinuisse, ita neque adfirmare velim, ea omnia leges suas cum civitate Romana amisisse. Nam fortassis aliquid discriminis fuit inter populos, quibus Romani hoc honoris causa tribuebant, ut Cæritibus apud Strabonem lib. v. p. 220. et Gellium XVI. 13. et Fundanis Formianisque apud Livium VIII. 14. et eos qui, quum a societate eorum descivissent, deinde ab illis victi subactique fuerant, ut hic Hernici. Quando autem primum inductum sit, ut municipia non aliis legibus Romanis tenerentur, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, nusquam, quod sciam, traditum est; sed verum esse potest, quod Otto putat, id cœpisse obtinere post bellum sociale. Ceterum 'redditas' interpretor 'relictas.' VIII. 14. 'Lanuvinis civitas data, sacraque sua reddita.' Cæsar B. G. VII. 76. 'Pro quibus meritis civitatem ejus immunem esse jusserat; jura legesque reddiderat.' Curtius VI. 6. § 34. 'Rex data venia non obsidionem modo solvit, sed omnia sua incolis reddidit.' *Duk.* *Aletrinati* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. *Alerinato* Port. et Hav. *Alerinano* Harl. *Allatrinati* Lov. 4. Vide ad cap. præc. § 11. Tum *Veruliano* Hav. *Vetulano* fragm. Hav. a m. pr. *Verilano* Harl. *Vesulano* Gaertn. *Veniliano* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. Deinde *Ferentinatique* fragm. Hav. Hinc τὸ *quia* deest in Port. et fragm. Hav. sed in eorum priori ad marginem adscriptum legitur. Insuper *nihil maluerunt, quam civitatem*, addita priori voce, contra mentem Livii, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. C. et Neapol. Latinii. Infra c. 45. 'Quod quantopere optandum foret, Hernicos docuisse; quum, quibus licuerit, suas leges Romanæ civitati præoptaverint: quibus legendi, quid malient, copia non fuerit, pro pœna necessariam civitatem fore.' *Id maluerunt, quam civitatem* Hearnii Oxon. N. Mox *conubiumque*, et § seq. *conubiaque* Flor. vetustissimus. Vide Dausquei. Orthogr. parte II. voce 'Conubium.' Sed, duplici n scribendum esse, docet vocis origo. Tum vox *soli* deficit in Port. sed *soli Hernicorum*, transpositis vocibus, præferunt Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et edd. antiqq. usque ad Basil. a. 1539. quæ, nescio qua auctoritate, ordinem mutavit. Eum itaque, quem codd. veriorem esse clamant, revocavi.

§ 24 *Anagninis, quique arma Romanis intulerant*] *Anagninis, qui quoque* Harl. Port. Gaertn. et Hav. sollo errore. Vide ad v. 27. § 1. *Anagninis, quia arma* Lov. 2. Sed Livius cap. præc. narravit, 'præter Alatrinatem, Ferentinatemque, et Verulanum omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixisse, concilium populorum omnium habentibus Anagninis:' etiam hoc cap. 'Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum esse dixit.' Nunc itaque indicat, non solis Anagninis civitatem sine suffragii latione datam, sed etiam reliquis Hernicis, qui eorum exemplo Roma-

Digitized by Google

nis arma intulerant. Patet itaque nihil mutandum esse. Mox *consilia*, pro *concilia*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Indicat enim Livius interdictum fuisse, ne variis Hernici nominis populis convenire et in commune consulere liceret: cui rei vocem *concilium*, non *consilium*, convenire, docuit Gronovius ad XLIV. 2. § 5.

Magistratibus, præterquam sacrorum curatione, interdictum] Videri posset, pugnare inter se, 'civitate donari,' et 'magistratibus interdici:' verum hæc neutiquam inter se pugnant, cum alterum ad municipii, alterum ad præfecturæ jus pertineat: quorum hoc inter conditiones Italicarum civitatum durissimum fuit, cum formula præfecturæ non longe a provinciæ formula videatur abfuisse. Ut enim quotannis in provincias prætores Roma mitti soliti; sic in præfecturas præfecti, qui eas administrarent, ac jus dicerent, cum municipia suos magistratus, decuriones, duumviros, ædiles, &c. haberent. *Sigon.* Hoc ideo videtur dicere, quod non Romæ tantum, verum etiam in aliis urbibus, multi, qui magistratus gerebant, sacerdotiis quoque fungebantur. Hi igitur sacerdotia, non magistratus, retinere voluerunt: nam alioqui sacerdotia proprie non sunt magistratus. *Duk.* In nulla ed. notarum Sigonii hoc scholion adparet, nisi apud Gronov. in edd. quæ cum notis variorum prodierunt annis 1665. et 1679. qui, unde hausisset quum inquirerem, tandem inveni totidem verbis exstare inter notas Godelevæi, eum vero excerpsisse ex Sigon. de Ant. Jur. Ital. II. 10. et 12. Ceterum non quidem Hernicis eripiuntur magistratus antiqui, sed illis interdicitur aliud curare, quam sacra: quibus rite peragendis nulli præesse posse existimabantur, quam qui titulo illo magistratuum veterum gaudebant: ex qua eadem superstitione Romanos regem sacrificulum creasse post reges ejectos, ut publica sacra, olim per ipsos reges factitata, curaret, auctor est Livius II. 2. Ceterum *magistratibus, præterquam sacrorum curatione, jus interdictum creandis* interpolate præferunt Port. Gaertn. et Hav. Sed, in hac lectione quid velit librarius, probe video; at structura verborum vitiosa est. Nihil muto.

§ 25 *Ædes Salutis a C. Junio Bubulco censore locata est*] Vox *ædes* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. cujus loco *ea res* præfert Leid. 1. *ædes Salutis ac Junio* habet Flor. censoris prænomine *C.* priori voci adcrescente; (vide ad XXXIX. 3. § 1.) in eodem postea cod. litera *c* a m. sec. expuncta est, quia illud *ac* sensum commodum non efficere animadvertit, qui recognovit. *A Cons. Junio* erat in Lov. 4. Sed et ibi, additis notis τὸ *Cons.* delendum esse, librarius indicavit. *Ab C. Junio* Port. Gaertn. et Hav. Tum *censore lata est* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo post *bello Samnitio*, pro *Samnitium*, Port. et Gaertn. et *noverat*, pro *voverat*, idem Gaertn. atque Hav. Vide ad X. 37. § 15.

Viæ per agros publica impensa factæ] *Vige per agros* Leid. 1. *rugæ per agros* Voss. 2. pro varia lectione in margine, et Lov. 3. *virgæ per agros* Lov. 4. Tum *impensa publica factæ* Harl. Paullo ante copula *que* deficit in Hav.

§ 26 *Et cum Karthaginiensibus eodem anno fœdus tertio renovatum: legatisque eorum*] Polyb. III. 22. ait, primum fœdus cum Carthaginensibus ictum sub primis consulibus, quod Livius omisit. Tertium autem ictum eo tempore, quo Pyrrhus rex in Italiam trajecerit. Livius hoc anno tertio ictum. Antea etiam a. CDVII. (VII. 27.) Sed, primumne an secundum, incertum. *Glar. Tertium renovatum* edd. principes; pro quo Aldus quidem *tertio* substituit, sed inter er-

Digitized by Google

rata *tertium* revocavit; donec Froben. a. 1531. iterum *tertio* reciperet, quod post eum reliqui servarunt, et tantum non omnes scripti retinent. Vide ad v. 16. § 1. *Tertio novatum* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *legationique eorum* Hearnii Oxon. B. *legatisque eo* Lov. 4.

CAP. XLIV. § 1 *Cum magistro equitum P. Decio Mure*] Pal. 2. *Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, magistrum equitum P. Decium Murenam.* Gebh. *Cum magistro equitum P. Decio Murena* Flor. a m. sec. Harl. Gaertn. Port. Hav. a m. pr. (qui habet *P. Decisio Murena* a m. sec.) et Hearnii Oxon. B. *P. Decio Mitre* Leid. 2. *P. Decio inire* Lov. 3.

§ 2 *Quia neuter consulum potuerat bello abesse*] Ita primus edidit Curio, quum priores edd. præferant *potuerant*; quod firmant Flor. Leid. 1. et Lov. 1. ac 2. An id eodem modo dici potuit, quo 'nemo crederent?' de quo dictum est ad v. 39. § 4. Præterea *neuter consul* Port. a m. pr. et Gaertn. Paullo ante *quæ propter creati erant* alio ordine fragm. Hav. *propter quē creati erant* Harl. Tum *habitaq; uentur consulum* Lov. 3. Voces *creati erant, comitia consularia habita, quia* desunt in Hav.

L. Postumius, T. Minutius] *Ti. Minucius* tum ex fragmento consulatus Capitolini, tum etiam apertius ex Diodoro lib. XX. p. 774. qui Τιβέριον Μινούκιον edit. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Caium* vocant, ut et Camp. Sigonius vero pertendit legendum *Tiberius Minucius.* Gebh. Vide etiam Pighium in Annal. ad a. CDXLVIII. p. 375. Posteriori consuli perperam *T.* prænomen additur in Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *C.* prænomen in Voss. 2. Lov. 3. et Port. Deest vero in Leid. 1. Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. Olim in Flor. scriptum fuerat *T. Minucius*, sed postea, prænomine eraso, altera manu scriptum est *et Minucius.* Etiam Lov. 2. qui pronomen similiter omiserat, legit *Minuciusque*; quod et præfert Harl. licet de prænomine nihil moneatur. *Munitius*, pro *Minucius*, est in Lov. 1. literis perperam transpositis.

§ 3 *Hos consules Piso Q. Fabio et P. Decio subgerit*] Si quis dubitet, curæne fuerit Livio, ut consulum nomina diligenter describeret, habet hic, opinor, satis luculentum exemplum. Quare trium annorum consules omissos ab urbe condita, lib. II. puto injuria temporum, non Livii negligentia, accidisse. *Glar.* De his consulibus a Livio omissis vide ad lib. II. in initio, et ad loca ibi laudata. Ceterum *Piso Fabio et P. Decio* præferunt Lov. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Piso; Fabio et P. Decio* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *Piso a Fabio et P. Decio* Gaertn. *Piso et Fabio et P. Decio* Harl.

Claudium Volumniumque, et Cornelium cum Marcio consules] *Claudium Voluminiumque* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Claudium Voluminumque* fragm. Hav. Vide hoc lib. c. 42. § 2. *Claudium Volumnium et Cornelium* Port. et Hav. *Claudium Volumnium et Q. Cornelium* Lov. 4. Verum haud magis Cornelio prænomen addendum est, quam Claudio, Volumnioque et Marcio; et insuper non Q. sed *P.* dictus est. Mox *tradimus*, pro *tradidimus*, Port. a m. pr. Vide ad XXXIV. 29. § 18.

§ 4 *Memoriane fugerit in annalibus digerendis*] Libri omnes cusi et calamo picti *memoriæne fugerit.* Gebh. *Memoriene* etiam apud me Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. tum Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. B. præterea omnes edd. usque ad Frobenianam 1531. quæ dedit *memoriane*, quomodo a m. pr. legebatur in fragm. Hav. in quo deinceps alius substituit *memoriæne*, tertius *memoriamne*, quæ postrema lectio etiam visitur in

Digitized by Google

Gaertn. Quomodo fere Cic. loquitur ad Att. VII. 18. 'De Dionysio fugit me ad te antea scribere.' Sed nec vulgatum displicet. 'Fugerit memoria,' pro e memoria: quomodo 'fugere sinu alicujus' in Propert. Eleg. I. 8. 38. ex conjectura emendat, et inlustrat Broekhus. notis ad illum locum. Tum *fugerat* Gaertn. *fuerit* Lov. 2. Vide ad XXVII. 32. § 6. Voces *tradidimus: memoriane, &c. binos consules* desunt in Hav. Mox *certum est*, pro *incertum est*, legit Lov. 3. Tὸ *est* exulat ab Hav.

§ 5 *In campum Stellatem agri Campani*] *In campum Stellātem* Hav. et fragm. Hav. a m. pr. et ita peccant pauci codd. X. 31. § 5. et XXII. 13. § 6. Campum Stellatem, partem agri Campani, inlustrat Camill. Peregrinus in Campan. Fel. Diss. II. 33.

§ 6 *Tifernum Postumius, Bovianum Minucius, petissent*] Cum ambo consules in Samnium missi sint, necesse est, Tifernum in Samnio oppidum esse; cum omnes authores Umbrorum esse oppidum, diverso cœli tractu, fateantur. Fieri tamen potest, ut duorum oppidorum hoc sit nomen. Libro etiam sequente c. 30. Livius montem in Samnio Tifernum perhibet. Est et apud Plinium III. 11. Tiferni amnis mentio, cujus meminit et Ptolemæus apud Garganum III. 1. si codd. non errant. *Glar. Tifernum* cum sit in Umbria oppidum, miratur Glareanus, hoc loco in Samnio poni, quod idem fit etiam sequenti libro c. 14. Ego vero utroque in libro *Trifernum* in omnibus veteribus libris legi reperio. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Tifernum*, Pal. 2. binæque edd. *Trifernum*. Gebh. *Trifernum* etiam Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. N. et ed. Rom. 1472. *Tifernium* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. *Tifinum*, vel *Tifinium*, Hearnii Oxon. C. Et quidem Ortel. in Thes. Geogr. voce 'Trifernum' hoc loco *Trifernum* legisse videtur, atque oppidum in Pelignis fuisse dicit. Cluver. autem in Ital. Antiq. l. IV. c. 7. p. 1194. *Tifernum* vulgatum probat, docens hujus nominis oppidum situm fuisse circa Tifernum flumen; quod exiguum, supra Bovianum exortum, per Samnites primum, mox Frentanos in superum mare evolvitur, vulgari nunc vocabulo *Biferno* dictum, atque illud oppidum esse, quod nunc *Molise* vocatur. Adde Cellar. Geogr. Ant. lib. II. c. 9. p. 550. Vide etiam ad X. 14. § 6. Hinc *Bovinam* quædam ex antiqq. edd. Tum *Munitius* Lov. 1. Vide ad § 2. Tandem *petisset* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. *petivisset* Gaertn.

Postumii prius ductu ad Tifernum pugnatum] *Cum Post. prius ductu* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ad Trifernum* Port. Gaertn. et Hav. ad *Trifannum* Leid. 2. *ad Tiferinum* Harl. *ad Tifernium* Lov. 2. 4. ac fragm. Hav. Insuper *pugnant* Leid. 2. et Lov. 1. *pugnatur* Harl.

§ 7 *Alii haud dubie Samnites victos, ac triginta millia inde hominum capta tradunt*] Malim in dubia inter auctores victoria *duo millia*, quam *triginta*, ut Diodorus l. XX. p. 779. scribit: Στρατιώτας δὲ ἐξέγρησαν ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους. *Sigon.* Sigonius reponit ex Diodoro *ac duo millia inde hominum capta tradunt*. Sed nostræ membranæ etiam disertim habent, *Alii haud dubie Samnites victos, ad triginta millia hominum capta tradunt*. Modius. Locus controversus inter criticos et Livii emendatores: e quibus Sigonius mavult *duo millia*, quam *triginta*, e Diodoro. Pal. 1. *alii haud dubie Samnites victos a consulibus, XX. millia hominum capta tradunt*. Pal. 2. *alii haud dubie Samnites victos, ad triginta millia hominum capta tradunt*. Pal. 3. *alii haud dubie Samnites victos a consulibus, XX. milia hominum capta Samnites capta tradunt*. Mihi Pal. 2. scriptura, quam et Modius e mem-

Digitized by Google

branis Fuldensibus tradidit, non displicet. *Gebh.* Duo Pall. Thuan. duo Voss. Helm. *ac viginti millia hominum, sine τῷ inde.* Sigonius ex Diodoro *duo millia.* J. F. Gron. *Samnites victos a consule, ac viginti millia hominum* Voss. 2. *Samnites victos a consul̃, viginti millia hominum* Lov. 3. *victos Samnites, ad CXX. millia hominum* Lov. 4. *Samnites victos, ad viginti millia hominum* fragm. Hav. a m. sec. in quo *ac viginti* fuerat a m. pr. *Samnites victos, ac triginta millia hominum* Port. et Hearnii Oxon. B. aq C. *Samnites victos, ad triginta millia hominum* Gaertn. et Hav. Reliqui codd. mei *Samnites victos, ac viginti millia hominum* præferunt, nisi quod sollemni errore *omnium* fit in Leid. 1. Vide ad III. 54. § 6. Ex solo Flor. nihil variantis lectionis notari video, ut verisimile sit eum ita exhibere, quemadmodum notæ Sigonii præscriptum est. *Ad viginti* non displiceret, si meliorum codd. auctoritate firmaretur; *ad* enim pro 'circiter' Livio familiare est. Vide ad X. 46. § 5. Soleut autem *ad* et *ac* a librariis permutari. Vide ad XXI. 32. § 2. *Ac viginti* tamen, quod Gronov. restituit, servavi, atque insuper *inde* ex contextu ejeci, quia id in nullo, nisi forte in Flor. supererat, et facile *ĩn*, sive *inde*, ex numeri millenarii nota *M̄* repeti potuit.

§ 8 *Metum simulantem nocturno itinere, clam in montes copias abduxisse*] Pal. 2. *deduxisse.* Andrem ed. *adduxisse.* Gebh. *Victum simulantem* Hearnii Oxon. C. *incertum simulantem* Lov. 4. Tum *clam* non adparet in Lov. 4. Deinde *copias deduxit* Hav. *copias adduxisse* Gaertn. omnesque typis exarati usque ad Froben. qui a. 1535. *copias abduxisse* recte edidit. Vide ad XXVII. 29. § 1. Paullo ante copula *et* decerat in Hav.

Hostes secutos duo millia inde locis munitis et ipsos consedisse] *Hostes insecutos duobus millibus passuum inde locis munitis et ipsis consedisse* præfert Lov. 4. reliquis invitis.

§ 9 *Ut stativa tuta copiosaque (et ita erant) petisse videretur*] *Ut statim tuta* Leid. 2. *ut statuta tuta* Lov. 3. Hinc *et ita erat* Port. quæ lectio indicat, ideo præcipue Postumium copias in montem abduxisse, ut ibi stativa tuta et copiosa haberet. Sed præstat vulgatum. Primaria enim ratio, cur castra huc contulerit, erat, ut hostem strategemate fallendi occasio daretur; et hinc Postumius nocturno itinere metum simulavit, cum copias clam in montes abduceret, ne se id consilium animo agitare hostis suspicaretur, aut adtentius ad ea, quæ acturus esset, animadverteret. Tum *videtur* Port. Vide ad XL. 14. § 2. *Videntur* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. *viderentur* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr.

Et omni adparatu rerum utilium instruit] Pall. 1. et 3. *et omnia properatu rerum utilium instruxit.* Reliqui quoque *instruxit.* Gebh. Id est, ut puto, necessariarum victui, quæ l. III. c. 42. 'utensilia' vocat: nam stativa copiosa fuisse dicit. Hac significatione 'utilia' apud Aurelium Vict. et Ammianum legi, docent Pricæus ad Apul. lib. II. p. 108. et Gronov. de Pec. Vet. II. 7. et ad Tacit. Annal. I. 70. *Dukr. Omnia pro paratu rerum utilium* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *omnia properatu utilium rerum* fragm. Hav. a m. pr. *omnia apperatu* a m. sec. *omnia præparatu utilium rerum* Lov. 4. Sed error ortus est ex literis olim continua serie scriptis, et postea inperite in voces distributis. Prima enim litera *rοῦ apparatu* voci præcedenti *omni* juncta pro litera secunda *p* scriptum crediderunt *ꝑ*, vel *p̄*, et ita *pro paratu* ac *præparatu* dederunt. *Instruit* autem errore operarum receptum est in ed. Modianæ contextum; quod, a Gruțero, Dan. Heinsio, et J. F. Gronovio servatum, Jac. Gronovius emendavit, *subsitmens in-*

Digitized by Google

struxit; quomodo non modo edd. priores, sed et omnes codd. constanter legunt. A. Perizonius etiam, *instruxit* omnino legendum videri, ad marginem ed. Gronovianæ 1665. monuit.

§ 10 *Relicto firmo præsidio, vigilia tertia*] Ms. Fuld. *de tertia vigilia.* Modius. Pall. tres *de vigilia tertia.* Campan. *relicto firmo præsidio inde vigilia tertia, &c.* Gebh. Fuldenses et omnes scripti nostri *de vigilia tertia*, aut, quod malo, *de tertia vigilia*: ante tertiam vigiliam exactam. Lib. XXXIV. c. 61. 'Ipse de tertia vigilia navem conscendit, et profugit.' XL. 4. 'Sopitis omnibus de tertia vigilia conscendunt.' Cæsar Gall. I. 12. 'De tertia vigilia cum legionibus tribus e castris proficiscitur.' Iterum c. 21. 'De tertia vigilia T. Labienum legatum propere cum duabus legionibus summum jugum montis ascendere jubet.' *J. F. Gron. De vigilia tertia* etiam omnes mei et Hearnii Oxonienses. Similiter etiam Aldus edidit, sed inter errata præpositionem iterum ejecit. Non recte. Liv. XXVIII. 7. 'Quum ab Demetriade Scotussam, inde de tertia vigilia profectus trepidos hostes Heracleam compalisset.' Cæsar B. Gall. I. 21. 'De quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit.' c. 40. 'Proxima nocte de quarta vigilia castra moturum.' c. 41. 'De quarta vigilia, uti dixerat, profectus est.' v. 2. 'De tertia vigilia ad hostes contendit.' B. Civ. I. 63. 'Quum de tertia vigilia Petreius atque Afranius castra movisset.' c. 64. 'Eos, qui de tertia vigilia exissent, consequerentur.' III. 75. 'Reliquas de quarta vigilia eodem itinere præmisit.' c. 77. 'De quarta vigilia ipse egreditur.' Hoc autem 'de tertia vigilia' notat post tertiam vigiliam inceptam; sive, ut Gronovius recte exponit, ante tertiam vigiliam exactam. Ita tempus, quod mediæ nocti proximum est, 'de media nocte;' quod meridiei, 'de meridie' vocari, auctor est Censorin. de Die Natali c. 24. Ceterum *de tertia tessera* Leid. 2. Vox autem *firmo* in eodem cod. et in Lov. 1. non adparet. Mox *ducit* deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Defessam jam aciem hostium improviso invadit*] Pal. 2. *defessum jam acie hostem improviso invadit.* Gebh. Ita etiam Port. Gaertn. et Hav. *defessam jam aciem* Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. Paullo ante *ubi auctore Postumio*, pro *ibi*, Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXVII. 5. § 2. Præterea *tum* exulat a Gaertn.

§ 12. *Occidione occisi hostes, signa unum et viginti capta*] *Occidione occidi hostes* Lov. 4. *occidiose occidi hostes* Hav. Vox *occidione* omittitur in edd. vett. usque ad Aldum, qui primus contextui addidit. Consentiunt reliqui scripti. De locutione 'occidione occidere' vide ad II. 51. § 9. Tum *signa militaria duo et viginti capta* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. *signa unum et triginta capta* edd. vett. pro quo Aldus primus *viginti* reposuit, idque codd. omnium auctoritate firmatur. Paullo ante *lassitudo ac vulnera*, pro *lassitudo*, Lov. 3. Sed, interdum 'lassus' ac 'laxus' culpa scribarum commutari, olim memini ad Silii VIII. 322. Vide etiam viros doctos ad Rutilii Itiner. I. 371. *Lassitudo et vulnera* Lov. 2. Tum *fuga quoque præpedissent* Port. Gaertn. et Hav. *fuga perpendiscent* Harl. De verbo 'præpedire' vide ad XXVIII. 1. § 6. Paullo post *porrectus*, pro *perrectum*, Gaertn.

§ 13 *Perculsum jam fama hostem adorti fundunt fugantque*] *Percussum jam fama* Port. Sæpius hæ voces commutantur. Vide ad XXXIV. 15. § 2. *Perculsum jam fame* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Neque aliter etiam Flor. a m. pr. in quo manus altera vocem *fame* deinde erasit. Tum *hostem* deest in Leid. 2. Deinde *fuderunt fu-*

Digitized by Google

ganique Lov. 1. a m. pr.

Signa militaria sex et viginti capta] Deleo τὸ *capta*. Sufficit enim mox poni *et castra utraque capta*. J. F. Gron. Si codd. Gronovio delenti adstipularentur, vocem illam non reqnirerem: nunc quum in ea servanda omnes consentiant, libris invitis non mutandum arbitror. Similiter x. 14. 'Tria millia et quadringenti cæsi, capti ad trecentos ferme et triginta, signa militaria capta tria et viginti.' c. 17. 'Ibi duo millia Samnitium et centum pugnantes circumventi captique: et alia præda ingens capta est:' ubi iterum *capta est* Gronov. displicet. XXIV. 16. 'Alii omnes cæsi aut capti: capta et signa duodequadraginta.' XLI. 12. 'Plus septingenti aut in prœlio, aut in castris capti: et signa militaria unum et quinquaginta capta.' Neque Livium a vocis, quæ præcessit modo, repetitione abhorrere, dictum est ad I. 3. § 9. Ceterum *militaria signa* alio ordine Leid. 2. et Lov. 1. etiam *sex enim et viginti* Harl.

Statius Gellius, multique alii mortales, et castra utraque capta] Diodorus l. XX. p. 779. vocat Γέλλιον Γάϊον. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Scatrus Cellius:* reliqui *Statius Cellius*. Gebh. *Scatrus Tellius* Lov. 3. *Scatius Tellius* Voss. 2. *Statius Celius* Leid. 2. et Harl. *Statius Cælius* Hearnii Oxon. B. et C. *Statius Cellius* Flor. Voss. 1. Lov. 1. 2. 4. Leid. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Klockian. Oxon. N. et edd. antiqq. usque ad Sigonium, qui *Statius Gellius* substituit, quem Gruter. et deinde recentiores reliqui secuti sunt. Et *Gellius* etiam præferendum videtur tum ob auctoritatem Diodori a Sigonio laudati, tum etiam quod nomen sit, alibi inter Samnites notum. Certe 'Gellius Egnatius ex Samnitibus' Auctor Belli Etrusci memorat X. 18. Pro *Statius* autem legendum videri posset *Status;* quod antiquorum prænomen esse, auctor est Valer. Max. Epit. lib. X. 'Status a stabilitate, Faustus a favore prænomina sumta erant.' Eadem ergo forma conceptum foret, qua 'Mettus,' 'Attus' et similia, de quibus vide ad I. 23. § 4. præsertim quum *Statius* potius nomen servile fuerit. Gellius l. IV. cap. ult. 'Statius autem servile nomen fuit. Plerique apud veteres servi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille comœdiarum poëta inclitus servus fuit, et propterea nomen habuit Statius, quod postea versum est quasi in cognomen; adpellatusque Cæcilius Statius.' Infra *Statium Minacium* ducem Samnitium Livius memorat X. 18. ubi Gronov. *Stajum* malebat; cod. Flor. *Statam* præfert, ut *Statum* forte et ibi reponendum sit, quod in Port. exstat. Verum ἐτέχνω. Nam 'Statius Metius' Campanus obcurrit XXIV. 19. 'Statius Statilius' Brutiorum et Lucanorum dux apud Valer. Max. I. 8. ex. 6. Aliam autem nominum apud Romanos, aliam apud reliquos Italiæ populos rationem esse, sæpius dictum est. Præterea *et multi alii mortales* Harl. Port. Gaertn. et Hav. *multique mortales* Lov. 2. Tum vocula *et* deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 14 *Et Bovianum, ubi postero die captum obpugnari, brevi capitur*] Hoc oppidum a. CDXLIV. (c. 31.) rursus postea a. CDLV. capitur (l. X. c. 12.). Ita Livius ter captum memorat, cum ne semel quidem defecisse uspiam scribat. *Glar.* Miratur hoc etiam loco Glareanus, Bovianum, quod CDXLIII. (c. 31.) supra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, sine ulla defectionis mentione, captum a Livio scribi: ne miretur, Diodorus admonet, qui *Bolam*, non *Bovianum*, captum ait lib. vigesimo, p. 779. ubi res gestas his consulibus edit: Τῶν δ' ὑπάτων εἰθὺς ἐλόντων πόλιν Βόλαν Γέλλιος Γάϊος ὁ τῶν Σαμνίτων ἡγεμὼν ἐφάνη μετὰ στρατιωτῶν ἑξακισχιλίων. ['Glareanus hic tibi occasionem præbuit inspiciendi locum apud alios auctores. Quare pro gratia non erat red-

Digitized by Google

dendum convitium.'] *Sigon.* Jac. Perizonius in Animadv. Hist. c. 4. p. 164. *Bovianum* contra Sigonium defendit, quia ei, *Bolam* legendum ex Diod. Sic. conjicienti, refragantur omnes Mss. quod vix verisimile esse putat, ter (toties enim id oppidum hoc capite nominatur) eumdem plane in modum et tam graviter fuisse corruptos. Præterea addit, X. 12. idem oppidum denuo aliquot annis post a Cn. Fulvio vi captum narrari: et tamen postea iterum ita de eo loqui Livium c. 41. quasi semper Samnitium fuerit; quandoquidem, iis prælio victis a L. Papirio consule, nobilitatem eorum et equites Bovianum perfugisse tradit. Quod itaque Livius narret, Bovianum, de cujus expugnatione supra egit, hic iterum obsideri, ac capi, vel errori ejus adscribendum existimat, (dum imprudens alios aliis locis sequitur auctores, inter se in annis capti a Romanis oppidi variantes,) vel, si vere toties in Romanorum potestatem redactum fuit, id certe in diligentia ejus summo jure desiderari, quod nusquam, ad effugiendam incogitantiæ speciem, ne verbo quidem monuerit idemtidem ab hostibus fuisse recuperatum. Ceterum *Bovianum* etiam tribus locis hoc capite servant Mss. mei, nisi quod *Bebianum* sit hoc loco in Leid. 1. *Bodianum* in Harl. *Bobianum* in Flor. Voss. duobus, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. quod etiam Flor. loco tertio præfert. Vide de commutatione perpetua literarum *b* et *u* ad v. 24. § 5. Præterea rationibus Perizon. conjecturam Sigonii rejicientis addi potest, ideo etiam eam minus placere posse, quod hoc cap. ambo consules 'in Samnium' missi dicantur, quia Samnites in campum Stellatem agri Campani inpetum fecerant, scilicet ut eos inde ad sua defendenda revocarent. Urbs autem 'Bola' vel 'Bolæ' non in Samnio, sed in Æquis fuit, adeoque Minucius Bolam petendo in patriam redeundi necessitatem Samnitibus non imposuisset. Insuper Livius hoc oppidum semper numero plurali 'Bolas' vocat, ut IV. 49. et VI. 2. quamvis tamen ab aliis etiam *Bola* dicatur. Tandem intervallum locorum, quo Bolæ in Æquis a Tiferno in Samnitibus distat, vix convenire posse videtur strategemati, quo Postumius hostes hic decepit, quamvis meminerim alterius strategematis, quo Claudius Nero Hannibalem decepisse narratur XXVII. 43. et seqq. et apud alios. Deinde *capta oppugnari* Flor. Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. quibus et Thuan. consentire, Gronov. ad § seq. observat. Quod autem is inde patere putet, pro *Bovianum* olim *Bola* scriptum fuisse, mihi longe secus videtur. Quia enim rationes modo datæ efficiant quo minus *Bola* probare possim, si tamen Livius, tot codd. optimis consentientibus, *capta* scripsisse existimari debeat, inde factum erit, quod quævis urbium nomina sæpissime genere feminino efferantur. Vide Heinsium ad Ovid. Ep. Her. I. 48. Hinc optime defendi potest vulgata lectio apud Statium Silv. I. 3. 86. 'cedant vitreæ juga perfida Circes Dulichiis ululata lupis, arcesque superbæ Anxuris:' ubi Cluver. in Ital. Antiq. lib. III. c. 7. p. 1010. et nuper Markland. in notis, nullis addicentibus libris, legendum censuerunt *superbi Anxuris*: licet tamen etiam cum Holsten. ad d. l. Cluver. jungi possit *arces superbæ*. Quin etiam hinc patrocinium parari potest vulgatæ scripturæ apud Spart. in Pescenn. Nigr. c. 1. 'Pescennius ergo Niger, ut alii tradunt, modicis parentibus, ut alii, nobilibus fuisse dicitur, patre Annio Fusco, matre Lampridia; avo curatore Aquini, ex qua familia originem ducebat:' ex qua, nempe Aquino, familia originem ducebat. Hic enim, invitis Mss. Casaub. et Salmas. *ex equestri familia* legendum opinantur. Ut tamen dicam quod sentiam, *captum* hoc loco

Digitized by Google

præferendum puto. *Cæptum oppugnari est* legunt Port. Gaertn. et Hav. Verum τὸ *est* librariorum esse puto; qui de suo addiderunt, quod Livius subintelligendum reliquerat.

§ 15 *Cum gravi vulnere relatum in castra, mortuum, quidam auctores sunt*] *Tum gravi vulnere* Lov. 2. Male. Livius XXXIII. 25. 'Tuditanum, latum cum gravi vulnere ex prœlio, haud ita multo post exspirasse.' 'Tum' et 'cum' in Mss. commutari, videbimus ad Epit. Liv. lib. XLVIII. in fine. Hinc *in castra relatum* Gaertn. Deinde vox *mortuum* deficit in Lov. 4. Tum *quidem auctores sunt* Lov. 1. Vide ad XXXIX. 17. § 5.

M. Fulvium in locum ejus consulem suffectum] Edd. principes *L. Fulvium*: pro quo Aldus recte *M. Fulvium* reposuit. In fastis enim Capitolinis, qui hoc anno laceri sunt, superest tamen Fulvii prænomen, et prima litera nominis M. F. :-:-:. in fastis vero triumphalibus integra nomina M. FVLVIVS. L. F. L. N. PAETIN. Harl. etiam male præfert *M. Fabium*. Nomina hæc pariter confunduntur hoc lib. c. 46. § 1. Similiter Cockman in duobus codd. Oxoniensibus *Cn. Fabius*, pro *Cn. Flavius*, invenit apud Cic. de Orat. I. 41.

Bolam captam] Omnes libri *Bovianum captum*. Miratur Glareanus, oppidum quod supra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, sine ulla defectionis mentione, captum a Livio dici. Sigonius, ut caussa mirandi cesset, auctore Siculo scribit *Bolam captam*, non hic modo, sed præterea bis eodem capite, ubi *Boviani* mentio est. Modius ubique reddidit *Bovianum*, quod prioribus duobus locis reliquit Gruterus, hoc ultimo fecit *Bolam captam*. Flor. Thuan. Voss. medio loco, *et Bovianum, ubi postero die cæpta oppugnari*, non *captum*. Scio defendi posse, ut 'Eunuchum suam.' Non hoc tamen spectasse Livium puto: sed librarii, qui hoc retinuere, fatentur, fuisse aliquando, 'et Bole, ubi postero die cœpta oppugnari.' *J. F. Gron.* Sententiam dixi ad § præc.

§ 16 *Eodem anno Sora, Arpinum, Cessentia, recepta ab Samnitibus*] Quidam *Censennia* restituerant, quod nescio quam bene: quidam *Consentia*, quod minime quadrat. Est enim Consentia Brutiorum oppidum, longe a Samnitibus. Vide num *Esernia* legendum, cujus in Samnitibus meminit cum Ptolemæus III. 1. tum Plinius III. 12. *Glar.* Vet. lib. *Censennia*. Diodorum *Serenniam* edidit, libro vigesimo p. 779. Οἱ δὲ ὕπατοι τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἀλούσας ἀνεστήσαντο Σόραν, Ἀρπίνας, καὶ Σεφερνίαν. *Consentia* certe locum non habet. Qua de re laborat Glareanus. *Sigon. Censennia* Sigonius, cum fecissent *Consentia*. Apud Diodorum est *Serennia*. Glareanus et Cluverius Ital. Antiq. l. III. c. 8. p. 1044. *Æsernia*. Andreas *Cessenia*. Flor. *Cesennia*. Rott. et Helm. *Ceresennia*: ut credibile sit *Cerfenniam*, vel *Cirfenniam* esse, inter Corfinium et Albam Fucentiam in itinerario Antonini et tabula Peutingeri conspicuam; quæ conjectura est Alberti Rubenii. *J. F. Gron. Eo anno* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Sæpissime ita codd. variant. Vide ad X. 10. § 6. Deinde *Cŏsĕĭa* Hav. *Cossentia* Hearnii Oxon. C. *Censenna* ejusdem B. *Cesenia* Harl. *Censenia* Lov. 4. *Cesennia* Flor. *Cessenia* edd. Rom. 1472. et Parm. *Cessentia* Mediol. 1480. et proximæ. *Cosentia* Mogunt. *Consentia* Cervicorn. *Censennia* Aldus cum plerisque recentioribus et codd. reliquis. *Serennia*, ut Sigon. edidit, probasse videtur Ortel. in Thes. Geogr. ea voce. De *Cerfennia*, quod nomen restituendum Gronov. existimavit, vide viros doctos ad Antonin. Itiner. p. 309. Memoratur in lapide apud Reines. Class. III. inscr. 80. ÆIAM. CLAVDIAM. ÆA-

Digitized by Google

LER. A. CERFENNIA. OSTIA. ATE:.:. MVNIT. &c. Præterea *a Samnitibus* Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Haverk. et fragm. Hav.

Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque] Sic sane plerique codd. In nonnullis vero *magni:* recte, ut opinatur Montacutius in Diatr. ad P. I. Seldeni Hist. Decimarum pag. 440. nam hoc cognomen Herculis, ut satis liquet ex Arnobio aliisque. *Hearne.* Omnes mei, non tantum scripti, sed et excusi, *Herculis magnum simulacrum* constanter præferunt; neque ullum suorum codd. nominatim Hearne indicavit, qui aliter legerit. Mirari igitur subit, quinam codd. fuerint, in quibus *magni* invenerit. Per *magnum simulacrum* intelligi potest statua colossea. Talis colossus Herculis in Capitolio Romano exstitit, sed eo demum translatus ex urbe Tarento a Fabio Cunctatore, quum eam tempore belli Hannibalici vi expugnasset. Vide Strab. lib. VI. pag. 278. Plutarch. in vit. Fabii p. 187. et Plinium XXXIV. 7. ad quem posteriorem locum duo priora laudans J. Harduin. subjungere potuit, dedicatum hoc 'deinde' simulacrum esse, positumque in Capitolio, a. CCCCL. P. Sempronio Sopho, P. Sulpicio Saverrione consulibus, ut Livius refert lib. IX. Verum, si ad temporum rationem adtendisset, nullo negotio videre potuisset, Herculem, quem Fabius Verrucosus Tarento Romam transtulit, 'deinde' in Capitolio dedicatum non fuisse a. CCCCL. siquidem Fabius, qui transtulit, demum Tarentum expugnarit circa a. DXLIV. integro ferme seculo post, quam Herculis magnum simulacrum hoc anno in Capitolio positum dedicatumque fuisse referatur. Rectius itaque Just. Rycquius de Capit. Rom. cap. 25. putat, vel Livium de alio Herculis simulacro, quod a Fabiano illo diversum erat, loqui, vel in dedicatione ejus adnotanda μνημονικὸν ἁμάρτημα commisisse: certe Livium de Hercule Romam translato nihil narrasse XXVII. 16. ubi urbis expugnatæ historiam refert. Ceterum *positum, dedicatum*, omisso τῷ *que*, Lov. 4.

CAP. XLV. § 1 *P. Sulpicio Averrione*] *Saverrione* ex tabulis Capitolinis. *Sigon. L. Sulpicius* vocatur Plinio XXXIII. 1. Eam autem lectionem probat Harduin. ad d. loc. quia ita habent libri Mss. probatissimi et vetustissimæ edd. quibus merito obponimus primo omnes omnino codd. et edd. Livii, qui *Publii* prænomen ei tribuunt, nisi quod Oxon. C. apud Hearnium id omittat; deinde consensum Diodori lib. XX. pag. 779. et fastorum Capitolinorum tum consularium, tum triumphalium. Præterea *Supplicio* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad III. 10. § 5. *Scipio* Harl. Tandem *Averrione* Voss. 1. Leid. 1. Flor. Lov. 2. Klockian. Gaertn. et Hearnii Oxon. *Avernone* Voss. 2. Hav. et fragm. Hav. literis *ri* in *n* male coalescentibus. Vide ad III. 30. § 3. *Averione* Lov. 4. et Port. *A. Veriene* Harl. *Aveniorie* Lov. 3. ubi partim literæ *rr* in *n* coaluerunt: vide ad IV. 10. § 9. partim litera *n* in *ri* dissoluta est. *Avenone* Lov. 1. *Avenoe* Leid. 2. Sed recte Sigonius substituit *Saverrione.* Vide eumdem ad X. 9. § 14. De caussa hujus erroris dixi ad VI. 30. § 9.

P. Sempronio Sopho] 'P. Sempronius Longus' vocatur Plinio dicto XXXIII. 1. eamque scripturam fide Mstorum probatissimorum et vetustissimarum edd. Plinii defendit ibid. Harduinus. Verum et hic 'Sophi' cognomen ei tribuunt, quoscumque vidi, Livii codd. et excusi, nisi quod *Sypho* sit in Lov. 4. Neque aliter Fasti Capitolini consulares et triumphales. Quin et, vocem *Longo* in Plinii Msto Chifl. omitti, notatum est; quod præferendum censeo, eamque non consultis fastis a grammatico additam esse, quoniam id cognomen circa hæc tempora in gente Sempro-

Digitized by Google

nia frequens erat. Nisi potius dicendum sit, Sempronium hunc, 'quem populus Romanus Σοφὸν, id est Sapientem, adpellavit,' teste Pompon. l. 2. § 37. ff. de Orig. Jur. ex familia Longorum fuisse, idque cognomen ex hereditate paterna atque avita accepisse, eoque a Plinio vocitatum esse, ut existimat Rupert. ad d. loc. Mox *delectionem belli*, pro *dilationem*, Harl. qui et *miserunt*, pro *misere*.

§ 2 *Oratione ultro citroque habita, de pace transigi potuisse*] Ms. Fuld. *oratione ultro citro habita*. Modius. Ita et Flor. Leid. ambo, Lov. 2. et Klockian. Eo modo præferunt optimus Memm. alique codd. et edd. apud Suet. in Calig. c. 19. 'Per hunc pontem ultro citro commeavit:' ubi editur vulgo *ultro citroque*. Maluit tamen alibi Livius *ultro citroque*: ut v. 8. 'Per legatos ultro citroque missos jurejurando inter se obligati.' XXIX. 23. 'Data ultro citroque fide, eosdem amicos inimicosque habituros.' XLIV. 28. 'Obsides ultro citroque darentur.' Tum *pace transigi potuisse*, omissa præpositione, fragm. Hav. a m. pr. *de pace transigi potuisset* Flor. et Lov. 4. Paullo ante *ubi sæpe bellum spernentes*, pro *nisi sæpe bellum parantes*, Lov. 2. *ubi* et *nisi* sæpius in Mss. commutari, vidimus hoc lib. ad c. 5. § 8. *Parentes* Voss. 2. et Lov. 3.

Nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus standum esse] *Nunc ipsi verba vana* Harl. *nunc, quando verba varia* Lov. 4. sæpius obvio in Mss. errore. Vide ad XXII. 7. § 4. *Nunc, quando vana verba* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Vox *vana* deficit in Leid. utroque; cujus loco *varia* in margine secundi adscriptum exstat.

§ 3 *P. Sempronium consulem cum exercitu brevi in Samnio fore*] Abest præpositio *in* a Pall. duobus: exin forte legendum *brevi Samnio adfore*. Gebh. Deest etiam in Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Sed quum præpositio per compendium ĩ scripta foret, a præced. vocis litera finali intercepta est. Alia ejusdem erroris exempla vide ad XXXV. 8. § 9. Insuper *brevi cum exercitu*, trajectis vocibus, Port. Gaertn. et Hav. Sed voces *cum exercitu* exulant a Lov. 4. vox *brevi* a Leid. 1. Deinde *in Samnio forent* legunt Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1.

Eum, ad bellum pacemve inclinent animi, falli non posse] *Ad bellum pacemve inclinetur animi* Klockian. *ad bellum pacemve inclinet animi* Gaertn. *ad bellum pacemve inclinent animi* Leid. 2. Port. Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. C. et edd. vett. Primus Aldus, eumque secutus Froben. 1531. *pacemne edideruut*, quomodo etiam præferunt reliqui scripti. Alibi sæpe ita aberrasse scribas, dictum est ad v. 28. § 5.

Comperta omnia senatui relaturum: decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur] *Comperata omnia senatui rel.* Hav. Vide ad XXXIX. 29. § 5. *Comperta omni senatui rel.* Lov. 3. *comperta omni senatu rel.* Leid. ambo. Tum *decedente ex Samnio consulem* Voss. 2. et Lov. 3. *decedente ex Samnio cons.* fragm. Hav. et Lov. 4. quorum posterior etiam *sequuntur*.

§ 4 *Quum pacatum Samnium exercitus Romanus, benigne præbito commeatu, peragrasset*] Pal. 2. *pacatum Samnitium agrum*. Mox reliqui duo *benigno præbito commeatu*. Gebh. *Pacatum Samnitum agrum exercitus Romanus, præbito benigne commeatu, cum peragrasset* Port. *pacatum Samnitum agrum* etiam Hav. *pacatum Samnitium agrum* Gaertn. Tum *præbito benigne commeatu* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *benigne præbito commeatu* Voss. 2. et Lov. 3. *benigne præberetur commeatus* Lov. 4. Deinde *peragrassent* Gaertn. quod placere posset, si alii codd. adsentirentur. Vide ad III. 28. § 2. Nunc, iis omnibus invitis, non probandum puto.

§ 5 *Sub specie infidæ pacis quietos*] *Sub spem infidæ pacis* Leid. 2. et Port. Sed patet, scriptum fuisse per com-

Digitized by Google

pendium *spē*, quod male redditum est *spem*, quum deberet *specie*. Vox *pacis* exulat a Voss. 2. 'Pax infida,' ut contra 'pax fida,' de quo vide ad v. 4. § 13. Paullo ante *deinde*, pro *inde*, Lov. 4. quæ voces et alibi commutantur. Vide ad XXXV. 24. § 10. Hic vero forte ex glossemate nata est lectionis varietas: nam *inde* nunc ponitur pro 'deinde.' Vide ad XLII. 55. § 6. Vox etiam *veteres* non adparet in plerisque edd. antiqq. Primi addiderunt Parm. et mox Aldus, consentientibus omnibus scriptis.

Missitaverant simul cum iis Samniti auxilia] *Statuerant* Leid. 2. et Lov. 1. *mitti statuerant* Leid. 1. Lov. 2. Harl. et Hav. *missi statuerant* Voss. 1. in margine, Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. a m. pr. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *Musitaverant* Gaertn. *misitaverant* plerœque edd. antiqq. unde aliæ fecerunt *militaverunt*; quod recte Mediol. 1505. in *missitaverant* mutarunt. Adparet librarios verbum minus frequens ferre non potuisse, et pro eo quævis alia notiora, etiam sine sensu, substituisse. Unum Plinium XXXI. 1. hoc verbo usum esse, lexicographi observarunt, neque aliud me exemplum observare memini, nisi apud Sallust. in Jugurth. c. 88. 'Jugurtha, cognita vanitate atque inperitia legati, subdolus augere amentiam, missitare supplicantis legatos:' ubi etiam Cortius in Mss. *musitare* et *mussitare* invenit.

§ 6 *Sine dissimulatione consilii publici ad hostes desciverat*] *Publici consilii* Port. et Hav. Tum *hostes deciverat*, omissa præpositione *ad*, Leid. 1. *ad hostes desciverant* Gaertn. Sed vide quæ dicta sunt ad L. 3. § 2. In verbis seqq. *repetitum res*, transpositis dictionibus, Harl. *tres repetitum* Leid. 2. Sed prima litera *rē tres* adcrevit ex ultima vocis præced. Vide ad XXXVII. 29. § 8.

§ 7 *Romanos se fieri paterentur*] *Se Romanos fieri* Lov. 4. *Romanos se ferri* Harl. Vide ad v. 54. § 6.

Quod quantopere optandum foret, Hernicos docuisse] Pall. duo meliores *quanto opere*, ut docui IV. 3. Dein Pal. 2. *peroptandum*. Gebh. *Quanto opere* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. et fragm. Hav. Vide Cortium ad Plinii Ep. v. 17. § 1. Plura dicentur ad Livii XXVIII. 18. § 4. Deinde *peroptandum* Port. et Gaertn. *peroptatum* Hav. Tum *Hernicos decuisse* Voss. 2. manifesta scribarum aberratione; quos ita etiam alibi lapsos esse, vidimus hoc lib. c. 15. § 4.

Quum, quibus licuerit, suas leges Romanæ civitati præoptaverint] *Quibus licuerat* Gaertn. Deinde *præoptaverunt* Harl. *præoptaverit* Leid. 2. *peroptaverint* Port. a m. pr. Vide ad hujus lib. c. 9. § 7.

§ 8 *Quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro pœna necessariam civitatem fore*] *Quibus cum legendi, quid mallent* Lov. 2. et Harl. *quibus legenti, quid mallent* Leid. 1. *quibus legendi, qui mallent* Leid. 2. Hinc *prope nā necess. civ. fore* Flor. male disjunctis conjunctisque literis. *Pro pœna necessaria civitatem fore* Lov. 4.

Ob hæc vulgo in conciliis jactata, populus Romanus bellum fieri] *Vulgo jactata*, omissis duabus vocibus mediis, Leid. 1. *vulgo consiliis jactata* Flor. *vulgo in consiliis jactata* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et edd. quædam antiquiores. Sed indicari puto comitia vel conventum populi Æquorum; quem *concilium*, non *consilium*, vocari, docuit Gronovius ad Livii XLIV. 2. § 5. *Vulgo in conciliis jacitata* Klockian. cujus librarius forte *jactitata* dare voluit. Sed *jactata* probum est. Vide ad XXX. 31. § 10. Deinde *populo Romano* Voss. 2. et Lov. 3. *populi Romani* fragm. Hav. a m. pr. Error ortus est ex compendiaria scriptura. Vide ad XXXIX. 47. § 11. Tandem *bellum*

Digitized by Google

Æquis fieri Harl.

§ 9 *Consulesque ambo, ad novum profecti bellum*] Vox *consulesque* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. ex quibus prior etiam *ambo novum profecti bellum*. Sed *ambo profecti ad bellum* Lov. 4.

Quatuor millibus a castris hostium consederunt] *Quatuor millia*, vel ambigue *quatuor mil.* tantum non omnes codd. mei, Hearnii Oxon. L. 1. B. C. et edd. vett. usque dum Sigonius *millibus* ederet. Utraque lectio ferri potest. Vide ad IV. 9. § 13. Et quidem *millia*, præter loca ibi laudata, firmant insuper sequentia. II. 39. 'Ad fossas Cluilias quinque ab urbe millia castris positis.' XXXVII. 38. 'Quatuor millia ab hoste posuit castra.' XLV. 12. 'Qui locus quatuor millia ab Alexandria abest.' Et hæc etiam lectio verior videtur.

§ 10 *Permultos annos inbelles egissent*] *Gessissent* Leid. 2. quæ verba infinitis locis commutarunt librarii. Vide ad XXII. 28. § 1. Mox *tumultuario simul*, pro *similis*, idem Leid. 2. et Lov. 1.

§ 11 *Alii exeundum in aciem*] *Alius exeundum in aciem* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. et fragm. Hav. *alius alii exeundum*, utraque lectione juncta, Flor. Mox *monet plerosque vastatio*, pro *movet*, Harl. Vide ad XXXV. 35. § 5. *Movetque* edd. Rom. 1472. et Parm. *movet plerosque futura vast. agrorum suorum* Lov. 2.

Urbium relictarum excidia] Ita hic etiam contra omnium codicum fidem edidit J. Clericus, pro *excidia*. Vide ad V. 15. § 9.

§ 12 *Quæ omissa cura communium ad respectum suarum quemque rerum avertisset*] Pall. 1. ac 3. *quæ omnis se cura comm. ad resp. suarum quemque rerum vertisset*. Pal. 2. cum Campano quoque *vertisset*. Gebh. Prima vocula *quæ* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ...us ...oco *quæque* præfert Gaertn. *quæ minis se cura communium* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *quæ obnixe cura communium* Lov. 2. *quæ omissa cura communium conjugum* Lov. 1. a m. pr. *vertisset* autem præferunt omnes, quibus usus sum, codd. quare recte ita edidit J. F. Gronovius, qui tamen mutationis hujus caussam reddere omisit.

§ 13 *Diversi e castris ad deportanda omnia tuendasque mœnibus in urbes abirent*] Pal. 2. habet *tuendasque mœnibus urbes*. Gebh. *Tuendasque mœnibus urbes* etiam Harl. et Hav. Gronovius, non admonito iterum lectore, vulgari curavit *tuendaque mœnibus in urbes*; cui consentit Voss. 1. *ad deportanda tuendaque mœnibus* præfert Klockian. omissa voce media. Tum *abirentur* Lov. 1. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Adiret* Harl. Præterea voces *e castris* exsulant a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Mox verbis seqq. *eam cuncti sententiam* alio ordine obferunt Port. Gaertn. et Hav.

§ 14 *In acie consistunt; et, ubi nemo obvius ibat, pleno gradu*] *Signis prolatis in aciem consistunt* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *obvius it* Lov. 4. Hinc *plano gradu* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad IV. 32. § 10. Paullo ante *Palatis hostibus Romani per agros prima luce signis prolatis* Lov. 4.

§ 15 *Animadverterunt; insolito silentio moti, metu insidiarum subsistunt*] *Animadvertunt* Port. Gaertn. Hav. Harl. et Hearnii Oxon. B. Vide ad X. 12. § 4. Tum vocabulum *moti* abest a Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. quod ob similitudinem sequentis *metu* intercidisse videtur. *Insolito silentio victi* habet Lov. 2. Tum *metu insidiarum subsidunt* fragm. Hav. Interdum hæ voces inter se confunduntur, quod fraudi fuisse videtur loco Rhemnii Fannii de Ponder. vs. 150. 'propensior auri Materies subsidet enim, furtumque docebit:' ubi vulgo editur *subsistet*. Paullo ante τὸ *ibi* in multis deerat edd. antiqq. quod in omnibus

Digitized by Google

scriptis constanter superest, quamvis alio ordine *ibi postquam* sit in Lov. 2. Tum *nemo stationes in portis, nec quemquam in vallo* Port. et Gaertn. *nec stationes* editi Aldo priores; quomodo librarii dedisse videntur, quia mox *nec* bis sequitur. Sed vide quæ dicta sunt ad IX. 9. § 14.

§ 16 *Sed vestigia, in omnes æque ferentia partes, ut in dilapsis passim*] Vocula *sed* defuit in Lov. 3. Deinde *in omnes æque frequentia partes* legit Hav. Perperam. Supra I. 7. 'Pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent: quæ ubi omnia foras versa vidit, nec in partem aliam ferre.' Ita et 'via aliquo ferre' dicitur; de qua locutione vide ad XXXIX. 27. § 10. Tum *ut inde lapsis passim* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *ut inde dilapsis passim* Port. Gaertn. et Hav. *ut in dilapsis passis* Flor.

§ 17 *Ad singulas urbes circumferendo bello*] *Circumf. bella* Lov. 3. *circumf. bellum* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Sed optimi in vulgatum conspirant. Vide ad XL. 49. § 1. Paullo ante *post exploratores*, pro *post per exploratores*, Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. et Gaertn. *Postquam per exploratores* ed. Rom. 1472. *postq; per exploratores* Parm.

Unum et quadraginta oppida intra dies sexaginta omnia obpugnando ceperunt] Vet. lib. *dies quinquaginta:* atque ita etiam Diodorus libro vigesimo pag. 785. Ἐχειρώσατο μα πόλεις ἐν ἡμέραις πάσαις ν'. *Sigon.* Sigonius inseruit *dies quinquaginta.* Verum numerus dierum horum plane abest a Pall. 1. et 3. qui *intra paucos dies* habent. Pal. 2. consentit Sigonio. Ceterum vetustissimæ edd. *unum et triginta oppida intra dies quinquaginta omnia oppugnando ceperunt.* Porro hic locus stabilit lectionem cap. 41. 'Vocis impiæ pœnas expetere, qua se urbem Romam oppugnaturos minati sunt:' ubi venit substitutum Sigonius *expugnaturos*, exhibetque Pal. 2. *Gebh. Unum et triginta oppida* Flor. Harl. et edd. Aldina priores. Deinde *intra LX. dies* Lov. 2. *intra dies sexaginta* Leid. 1. *intra dies XL.* Lov. 4. *intra dies*, omisso numero, Voss. 2. et Lov. 3. Reliqui codd. non tantum *intra dies quinquaginta*, sed et edd. principes; pro quo Aldus demum *intra dies sexaginta* substituit.

Quorum pleraque diruta atque incensa] *Dirupta* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. C. atque in margine N. Sæpissime ita variant scribæ in codd. vetustis. Vide ad I. 23. § 2. II. 41. § 11. V. 21. § 6. VI. 4. § 9. VII. 27. § 8. VIII. 19. § 4. cap. 20. § 7. c. 23. § 6. XXI. 13. § 6. XXVII. 16. § 9. XXXIV. 17. § 11. c. 22. § 3. XXXVIII. 7. § 5. XXXIX. 33. § 6. c. 37. § 1. ad Epit. Liv. lib. V. lib. CII. et Gebhard. ad Cic. ad Fam. IV. 5. Similiter commutantur 'obrutus' et 'obruptus;' (vide ad X. 29. § 19.) 'prorutus' et 'proruptus;' (vide hoc lib. ad c. 37. § 9.) 'semirutus' et 'semiruptus;' (vide ad X. 4. § 7.) 'subrutus' et 'subruptus;' (vide ad XXXVIII. 7. § 7.)

Nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum] *Nomenque et quorum* Leid. 1. Deinde *internetionem* Flor. *internectionem* Port. et Hav. *internicionem* Lov. 2. 4. *internitionem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. *interemptionem* Gaertn. Vide ad lib. XXXVI. c. 34. § 2.

§ 18 *De Æquis triumphatum: exemploque eorum clades fuit*] *De Æquis triumphatur* Gaertn. Tum *exemplo eorum clades fuit* Hav. *exemploque coram clades fuit* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *exemploque omnium clades fuit* Hearnii Oxon. L. 1. *exemploque cladis fuit* Lov. 4.

Marrucini, Marsi, Peligni, Ferentini] Supra hoc lib. c. 16. § 1. ostendi, legendum esse *Frentani.* Eadem menda est apud Cæsarem de Bello

Digitized by Google

Civili I. 28. 'Per fines Marrucinorum, Ferentinorum, Larinatium in Apuliam pervenit.' Diodorus item libro vigesimo p. 785. cum Marrucinis, Marsis, Pelignis amicitiam et societatem initam pariter scribit. *Sigon. Frentani* est emendatio Sigonii. Pall. 1. 3. et Canpan. *Feretrani*. Pal. 2. *Ferentani*. Andreas *Ferentini*. Gebh. *Marucini* Leid. 2. Harl. et fragm. Hav. *Maruccini* Gaertn. *Marrucini* Lov. 2. *Mannucini* Lov. 3. *Matrucini* Lov. 4. *Maurucini* Port. *Mauricini* Hav. Similibus aliisque modis in hoc nomine aberrarunt scribæ VIII. 29. § 4. Tum *Mansi* Lov. 3. Hinc *Pelligni* Lov. 4. *Peligninì* Lov. 1. quod nomen deest in Lov. 2. Deinde *Feretrani* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. et fragm. Hav. *Ferentani* Gaertn. Port. et Hav. *Ferentani* Flor. et Lov. 3. Sigonius *Frentani* scribendum conjicit. Eamdem vocem Floro restituendam conjecit Duker. ad ejus lib. I. cap. 18. § 7. Vide etiam Cluver. Ital. Antiq. IV. 9. p. 1205.

Iis populis fœdus petentibus datum] *His fœdus populis pet.* Leid. 2. Gaertn. Hav. et Lov. 1. *hic fœdus populis pet.* Portug. *iis populis pet. fœdus* Lov. 2. Deinde *datur* Lov. 3.

CAP. XLVI. § 1 *Eodem anno C. Flavius Cn. filius scriba*] Quidam etiam *filium Cn.* vocant. Gellius VI. 9. non 'Cnei,' sed 'Annii filium' ait. Et ita Cic. ad Atticum VI. 1. Cæterum quod hic rursus de aureis annulis nobilium Livius tradit, supra contra Plinium esse ostendimus. *Glar.* Pall. duo *Cn. Flavius. signum. scriba.* In Mss. pervetustis vacuum erat relictum spatium, signo notatum, cujus hic meminit excriptor. *Gebh. Eo anno* Leid. 1. et edd. ante Aldum. Vide ad X. 10. § 6. Vox *anno* deest in Hav. et in contextu Port. cujus margini deinceps adscripta exstat. Tum *M. Flavius Cn. filius* Lov. 1. *M. Flavius grisil* Leid. 2. *C. Fabius Cn. filius* Gaertn. Vide ad hujus lib. cap. 44. § 15. *Cum Fabius Cn. filius* Voss. 1. additis notis, quibus librarius indicavit, voculam *cum*, quæ prænomini substituta est, delendam esse. *Cum Silvius scriba* Kloekian. *C. Flavius scriba* Hearnii Oxon. L. 1. *C. Flavius Signii filius* ejusdem L. 2. et Harl. *C. Flavius signum filius scriba* Voss. 2. *Cn. Flavius signum filius scriba* Leid. 1. *Cn. Flavius signum scriba* Lov. 3. *Cn. Flavius S. filius scriba* Lov. 4. *Cn. Flavius Seginiti filius scriba* Lov. 2. *Gn. Flavius Gn. filius scriba* fragm. Hav. a m. pr. *Cn. Flavius Gn. filius scriba* Flor. *Cn. Flavius Cn. filius scriba* Hearnii Oxon. C. et in margine N. Quam scripturam in contextum recepi. Eo enim prænomine Flavium adpellatum fuisse, plerique codd. partim aperte testantur, partim illorum vestigia, in quibus vel *M.* vel *cum* scriptum est, eodem ferunt. Sæpe enim hoc modo prænomen *Cn.* librarii corruperunt. Vide ad VII. 12. § 1. et ad VIII. 18. § 13. Insuper præter Diodor. Cicer. et Pison. quorum auctoritate Sigon. ad § seq. hic *Cn. Flavius* legendum censet, ita eumdem Flavium vocant etiam Cic. de Orat. I. 41. Orat. pro Mur. c. 11. Valer. Max. II. 5. ex. 2. IX. 3. ex. 3. Plin. XXXIII. 1. et JCtus Pompon. l. 2. § 7. ff. de Orig. Jur. Cæterum, pro *Cn. filius*, Piso a Sigonio laud. et Plinius d. l. Flavium *Annii filium* fuisse tradunt. Et quidem Pighius in Annal. ad a. CDXLIX. p. 377. ac Gronov. ad d. l. Gelli *Cn. filium* diecndum contendunt; quibus, monente Hearnio, in priori editione Plinii adsentitur Harduinus; idem tamen in cæris repetitis eum mendose a Livio *Cn. filium*, recte a Plinio *Annii filium* adpellatum contendit; natum enim fuisse patre Annio libertino, matre Falvia libertina; de more autem ex matris nomine vocitatum esse, quia Flavii nomen nobilius erat. Quæ omnia, quasi ex tripode dicta, nullo

Digitized by Google

testimonio probavit; neque etiam legitime probare potuit: quare iis refellendis nos *i*morari necesse non est. Quod autem Corrad. ad Cic. ad Att. VI. 1. pro *Annii filium*, in Mste inveniens *anci filium*, id *ancillæ filium* interpretandum censet, firmari videtur testimonio Diod. Sic. qui lib. XX. p. 751. *υἱὸν ἀνελευθέρου γυναικὸς Φλαύιον* vocat, eumque filium fuisse dicit *παρὰ δεδουλευκυίας*. Verum partim Mss. ibi Γναίου pro *γυναικὸς* legunt, partim Diodor. linguæ Romanorum imperitia lapsus videtur. Potius enim credo Suetonio, qui auctor est in Claud. c. 24. 'temporibus Appii,' qui ante quinque vel sex annos censuram gessit,' et deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.' Non itaque ipse Flavius, 'patre libertino, humili fortuna ortus,' sed potius ejus pater, 'filius ancillæ,' id est servæ, sed postea manumissus, dici potest. Forte conjici posset, recte in Mste Corradi Gelliano scriptum fuisse *Anci filium*, et ita apud Plinium emendandum esse; modo aliunde probari posset Flavios ex Sabinis Romam migrasse. Nam, ut tradit Valer. Max. in Epit. lib. X. 'Ancum pronomen Varro a Sabinis translatum putat. Valerius autem scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui Græce vocatur *ἀγκών*.'

Callidus vir et facundus, ædilis curulis fuit] *Calidus vir* Lov. 2. Pert. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad Livii XXXV. 32. § 12. Deinde *ædilis urbanus fuit* Lov. 2. *ædilis curulis urbanus fuit*, utraque lectione simul juncta, Hearnii Oxon. C. *C. ædilis curulis academiæ urbis fuit* Voss. 2. *C. edil' curul' sedan cam. R. fuit* Lov. 3. Voces *ædilis curulis* omittuntur in Lov. 4. relicta tamen lacuna, quæ aliquid deesse indicio sit. Paullo ante *cetera callidus vir*, pro *ceterum*, Klockian. quod videri posset eodem modo dictum esse, quo 'cetera egregius' lib. XXXVII. c. 7. § 15. ubi vide. Quum tamen reliqui libri in *ceterum* conspirent, id præferendum censeo. Est autem hoc loco positum pro 'sed;' ut hoc lib. c. 21. 'Non consulibus ab se creatis, ceterum dictatori L. Æmilio legiones tradiderunt.'

§ 2 *Invenio in quibusdam annalibus*] Piso in tertio Annali apud Gellium VI. 9. scribit, hæc comitia 'ab ædili' habita fuisse. Sed Grævius de Comit. II. 3. ostendit, comitia ædilium curulium a consulibus fuisse habita; ob eamque causam in Pisone legit *at ille*, non, ut vulgo, *at ædilis, qui comitia habebat*. Hanc observationem, etsi non indignam quæ consideraretur, præterierunt editores Gellii. Sed perplexum est, quod ibidem scribit Grævius, 'a Livio Pisonem falsum dicere coargui.' Apertum est Livium magnam partem hujus cap. e Pisone descripsisse, nec tamen quidquam in Livio est, unde intelligi possit id, quod Grævius putat; nisi quod non expressit, a quo comitia hæc habita fuerint. Verum ex eo non satis firma ratione concludi potest, Pisonem in hoc a Livio falsi argui. Et si hoc voluit facere Livius, non erat, cur verba Pisonis emendarentur. *Duk.*

Quum adpareret ædilibus, fierique ex pro tribu ædilem videret] *Pro tribu ædilem fieri*, est 'a prima tribu ædilem renunciari,' ut ait Piso apud Gellium VI. 9. *Sigon.* Piso, quem laudat quoque Brissonius, *eumque primæ tribus ædilem curulem renunciaverunt*. Pal. 2. *fieri quoque ex pro tribu ædilem videret*. Gebh. Muretus tentabat *fierique ex a prima tribu*. Amico, homini docto, non satisfaciebant, quæ dixi Observ. IV. 1. neque enim simile illi videbatur, 'Tribus Sergia principium fuit: pro tribu Sex. L. F. Varro primus scivit:' malebat denique *per tribus*, ut Cicero contra Rullum Orat. II. 7. 'Ecquando nisi per XXXV. tribus creati sint?' Mihi vero hoc mul-

Digitized by Google

tum abesse a sensu hujus loci, illa autem simillima videntur. Quid enim, 'pro tribu primus scivit,' aliud est, quam in prærogativa tribu, vel in ea tribu, quæ principium erat, primus suffragium tulit? At ita prorsus hoc loco, 'quum fieri se pro tribu ædilem videret,' est, quum in prærogativa, seu ea, quæ principium esset, tribu se fieri cerneret. Qui 'pro tribu primus sciscit' de magistratu, is 'pro tribu' et primus 'facit' eum magistratum. De quo 'pro tribu' suffragium optatum tulit, qui 'primus scivit,' is 'pro tribu factus' est ab eo, qui primus scivit. Ergo qui hæc dissimilia putat, neutrum intelligit. *J. F. Gron.* Dacierius ad Fest. voc. 'Prærogativæ' Scaligerum describere, quam a Gronovio discere, maluit, qui hæc pulchre exposuit. Sed quis primus in tribu prærogativa suffragium ferebat? In comitiis legum ex arbitrio illius qui legem ferebat, lectum fuisse qui primus scisceret, docent Grachius de Comit. II. 4. p. 232. ed. Ven. et Manut. ad Cic. pro Planc. c. 14. Non improbabile est, hoc quoque locum habuisse in comitiis magistratuum. *Duk.* 'Ο πάνυ Gronov. in prima ed. notarum neque explicationem Scalig. ad Fest. in voce 'Prærogativa' *τῶν pro tribu*, id est, a prærogativa tribu; neque Sigonii hoc loco propositam probabat, quia hoc genus loquendi, nisi exemplum videret, capere non poterat: sed legendum conjiciebat *a primis tribubus*. Hanc conjecturam postea revocavit Obs. IV. 1. proponens explicationem Scaligeri, quam hoc loco in iterata ed. iterum firmavit. Illud *pro tribu* constanter in omnibus scriptis superest: neque aliter legunt edd. nisi quod in paucissimis sit *pro tribuno*. At insuper *fieri quoque pro tribu ædilem* est in Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad v. 27. § 1. *Fieri quoso pro tribu ædilem* in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *fieri quæ sors pro tribu ædilem* in Lov. 4. *fierique ædilem pro tribu* in Lov. 2. Præterea *quum appeteret ædilibus* Port. in contextu, pro quo recte *adpareret* emendatur in margine. Sollemne enim verbum est de ministris magistratuum, inter quos quin etiam scribæ referendi sint, nullus dubitat. Vide Manut. ad Cic. ad Fam. XIII. 54. Alibi etiam hæ voces commutari solent. Vide ad XXXVII. 32. § 14. *Quum appareret ædilis* est in Lov. 4. de quo errore dicam ad XXI. 60. § 7.

Neque ejus accipi nomen] Vox *ejus* non est in vett. libris. Sic Piso apud Gellium VI. 9. de eodem: 'Cn. Flavius, patre libertino natus, scriptum faciebat, isque in eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles subrogantur. Eumque primæ tribus ædilem curulem renunciaverunt: at ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, curulem ædilem fieri. Cn. Flavius dicitur tabulas posuisse, scripto sese abdicasse. Isque ædilis curulis factus est.' Factum porro esse cum Q. Anicio Prænestino, scribit Plinius XXXIII. 1. Hic autem non *C. Flavius*, ut vulgo, sed *Cn.* dicitur in veteribus libris, apud Diodorum lib. XX. p. 751. apud Ciceronem in epistolis ad Atticum VI. 1. et apud Pisonem; ex quo perspici potest, etiam hoc loco *Cn. Flavium* esse scribendum. *Sigon.* Pal. 2. *nec nomen ejus accipi.* Gebh. *Nec accipi nomen ejus* Port. Gaertn. et Hav. *neque ejus recipi nomen* Hearnii Oxon. C. Ceterum, quæ Modius ad hunc locum notavit de ejus, qui comitiis præerat, jure circa accipienda vel non accipienda candidatorum nomina, expunxi, quod satis fore existimarem, si legerentur apud Brisson. de Formul. lib. II. p. 135.

Quia scriptum faceret] Ita primus edidit Jac. Gronovius, eique consentiunt omnes, quibus utor, codd. nisi quod Harl. præferat *q; scriptum face-*

Digitized by Google

ret. Sed *q;*, sive *que*, et *quia* ob similitudinem compendii, quo utrumque vocabulum notari solet, sæpe confunduntur in Mss. Vide ad v. 29. § 3. Priores edd. præferunt *quod scriptum faceret;* quomodo datum a primis editoribus videtur, quoniam τὸ *quia* cum subjunctivo junctum displiceret: ex quo etiam fonte profluxit, quod in Lov. 4. obvium fuit, *quia scriptum fecerat.* Sed male. Vide ad II. 8. § 5. Hearne, qui, ipse priores edd. secutus, Gronovium *quia faceret* vulgasse monuit, de scriptura Oxoniensium suorum silet, ut hi *quod* legisse debeant. Vix tamen verisimile fit, eos omnes tam constanter a reliquis codd. dissentire. Ceterum *scriptum facere* Hearne exponit 'scribendo victum lucrari;' admodum obscure: malim 'munus scribæ gerere' cum Brisson. de Verbor. Signific. hac voce. In verbis seqq. *tabulam petiisse*, pro *posuisse*, perperam legit Flor.

§ 3 *Quem aliquanto antea desiisse scriptum facere, arguit Macer Licinius*] *Alia quanto* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *aliquando* Lov. 4. Vide ad v. 29. § 5. Tum *ante*, vel, quod tantumdem valet, *añ*, Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XL. 12. § 3. *Haud*, pro *ante*, est in Lov. 4. Deinde *dedisset scriptum facere* Voss. 2. *desisse scriptum facere* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 2. 3. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. et omnes edd. usque ad Gruter. qui, incertum quam ob causam, *desiisse* priori subposuit. Sed vetustam scripturam reduxi, partim ob codd. memoratorum auctoritatem, partim ob Livii consuetudinem, qui hac contractione uti gavisus est. Ita IV. 35. 'Desisse postremo præbere ad contumeliam os.' v. 3. 'Id ego hoc anno desisse dubitari, certum habeo.' XXIII. 12. 'Respondeam igitur Himilconi, non desisse pœnitere me belli.' XXVI. 30. 'Numquam deinde principes Syracusanorum desisse ad Marcellum transire.' Insuper *Macer Licinius* Lov. 2.

Tribunatu ante gesto triumviratibusque] Plinius XXXIII. 1. auctor est, propter publicatos fastos ædilem curulem creatum, et ei 'additum' fuisse, 'ut simul et tribunus plebis esset.' De duobus magistratibus eodem anno non gerendis est aliquid apud Livium VII. 42. quod utrum de duobus ordinariis magistratibus, an ordinario et extraordinario, accipiendum sit, mihi non satis liquet. Illud quidem constat, deinde multos eodem anno et ordinarium et extraordinarium gessisse. Sed duorum ordinariorum magistratuum simul gestorum vix ulla, vel Flavii ætate, vel sequentibus temporibus in historia Romana exemplum exstare credo. Nec testis debet addi Plinio Pomponius JCtus. Nam quod hic l. II. § 7. D. de Orig. Jur. scribit, quum Flavius populo legis actiones tradidisset, 'adeo gratum fuisse id munus populo, ut tribunus plebis fieret, et senator, et ædilis curulis,' id, auctore Licinio Macro, ad diversos annos referri potest. *Duk. Tribunato ante gesto* Flor. Vide ad I. 15. § 7. Tum *auſ*, pro *ante*, Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXVII. 35. § 7. Hinc Flor. omittit copulativam *que:* quemadmodum etiam mox *altero* semel deficit in Voss. 2. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXIII. 27. § 4.

§ 4 *Adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit*] *Nobiles etiam certavit* Pal. 2. *Gebh.* Ita et Harl. Gaertn. et Hav. *nobiles etiam calumniavit* Port. in contextu, et Hearnii Oxon. N. quæ lectio ex barbari interpretis expositione marginali in contextum inrepsisse videtur. Medio enim ævo 'calumniare' et 'calumniari' notabat actionem adversus aliquem intendere, ut docet Du Cange in Gloss. Med. Latin. ea voce.

Digitized by Google

Paullo ante voces *id quod* deficiunt in fragm. Hav.

§ 5 *Civile jus, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit, fastosque*] Colerus ad Valer. Max. II. 5. ex. 2. *fastos* ex Pomponio l. 2. § 6. 7. D. de Orig. Jur. interpretatur 'librum, qui jus civile Flavianum postea dictus est.' Hoc non dicit Pomponius. Flavius duo fecit: evulgavit jus civile, et proposuit fastos. Ita hic Livius, Valer. Max. l. d. et Cic. VI. ad Att. ep. 1. Quod Livius et Valer. 'jus civile,' id Cic. ad Att. et de Orat. I. 41. et Pomponius 'Actiones' vocant, et hic etiam 'legis actiones,' et 'librum,' qui has actiones continebat, a Flavio publicatum, 'jus civile Flavianum' appellatum scribit. Has autem actiones, quibus homines inter se disceptarent, 'certas sollemnesque' formulas fuisse, idem docet. Ab his diversi erant 'fasti,' quibus continebantur 'dies, quibus lege agi posset,' ut hic Livius et Cic. pro Muren. c. 11. dicunt, quos 'dies agendi' vocat Cic. ad Att. l. d. et 'dies fastos' Plinius XXXIII. 1. Itaque inter 'jus civile Flavianum' et 'fastos' tantum intererat, quantum inter rationem agendi et tempus agendi. Utrumque horum publicavit Flavius, quum antea eorum scientia penes collegium pontificum fuisset, ad quorum commentarios et ad fastos plebem non admissam fuisse dicit Canuleius apud Livium IV. 3. Sed scriptores veteres tantum alterum eorum memorant. *Duk.* Glareanus ad laud. loc. Valerii Max. miratur, Valerium dicere, 'Cn. Flavium jus civile vulgasse,' quod ante centum annos vulgatum fuit XII. tabulis: ac subdit, se credere, 'fastos' eum vulgasse. Quum vero eadem, quæ Valerius, hic etiam Livius dicat, ego vicissim miror, id mirari potuisse virum doctum Glareanum, qui ipse, integris decem annis ante Valerium, edidit Livium, ut vel admodum fuerit obliviosus, vel in Livio recensendo, ubi ad hæc verba silet, neglegenter versatus sit. Quid inter 'jus civile' et 'fastos' a Flavio evulgatos intersit, et utrumque Flavium publicasse, satis ad h. l. Dukerus docuit. Ex hoc autem Livii loco colligi nequit, utrum Flavius jus civile et fastos evulgarit, antequam ædilis curulis creatus esset, an postquam ad id honoris evectus fuerit. Posterius statuere videtur Valer. Max. l. laud. prius Pompon. d. l. Pomponio autem favet Plinius lib. XXXIII. c. 1. Cicero etiam 'Cn. Flavium,' qui fastos protulit, 'scribam' vocat; id tamen ambiguum est, utrum quia eo tempore adhuc scriba erat, an quia olim fuerat. Vide Bynkershoek. ad d. l. Pomponii. Ceterum *emulgavit* Lov. 2. Contrario errore *prevulgare* loco *vō promulgare* sæpe obcurrit. Vide ad III. 9. § 5. Simplex 'vulgare' in hac re usus est Valer. Max. loco supra laud. Deinde verbis seqq. *in albo posuit* Leid. 2. et Lov. 4. Scriptum fuerat *p̄posuit*, unde prius *p* cum addita nota facile excidit, vel a sequenti litera elidi potuit: *p̄posuit* Lov. 1. Hæc verba etiam commutantur IV. 29. § 4. Plura vide hoc lib. ad c. 10. § 7.

Ut, quando lege agi posset, scirētur] *Agi lege posset* Harl. *lege agri poscet* Leid. 1. *lege agri posceret* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *scirent* Hav. Vide ad II. 26. § 4.

§ 6 *In area Vulcani summa invidia nobilium dedicavit*] *In ara Vulcani* Lov. 2. 4. Aream Vulcani Livius etiam memorat XXXIX. 46. et XL. 19. *In area Vulcanis* Leid. 1. ultima litera *s* ex initio vocis seq. adhærente. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Tum *in summa invidia nobilium* Leid. 2. sed præpositio *in*, sive ejus compendium ĩ, natum est ex præced. vocis litera finali. Vide ad XXXV. 8. § 9.

Coactusque consensu populi] *Coactus quoque consensu* Lov. 2. Vide ad V. 27. § 1. *Coactusque assensu populi*,

Digitized by Google

teste Hearnio, Oxon. L. 1. Mox *pontus*, pro *pontifex*, est in Lov. 3.

Quum more majorum negaret] Vox *more* deest in Lov. 3. *more maiorum* præfert Leid. 1. De hoc errore vide ad II. 23. § 3. *Morem majorum* Leid. 2. ultima litera *m* in voce priori ex sequentis initio adhærente. Vide ad XL. 7. § 8. *Morem aliorum* Voss. 1. in contextu, veriore lectione margini adscripta, quæ contra exstat in contextu Oxon. N. apud Hearnium, quum pro varia lectione in margine habeat *more aliorum*. At, duabus literis in medio vocis abundantibus, *majore majorum* est in Lovel. 1. a m. pr. Mox verbum *dedicare* exsulat a Flor.

Nisi consulem aut imperatorem] De regibus exempla sunt V. 19. et X. 46. de dictatoribus V. 23. de consulibus II. 8. et 27. IV. 29. Sed non pote verum esse, quod prætexebat pontifex Max. Nam Livius II. 27. dedicationem ædis Mercurii primipili centurioni a populo datam, II. 42. eidem Castoris a duumviro ad id creato, et lib. VI. c. 5. a duumviro sacris faciendis dedicatam scribit. *Duk.*

§ 7 *Tribunorum plebei partis majoris*] Ita Jac. Gronovius primus edidit. Consentiunt Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. Antea edebatur *tribunorum plebis*, vel *pl. partis majoris*: quomodo est in reliquis scriptis, nisi quod *tribunorum partis plebei majoris* sit in Voss. 1. *tribunorum partis plebeiæ majoris* in Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad II. 33. § 2. Paullo ante *ea auctoritate*, pro *ex auctoritate*, Flor. Ejus aberrationis fontem vide ad XL. 59. § 8. Insuper *templum æreamve*, pro *æramve*, Lov. 2. quem contra perperam *æra*, pro *area*, dedisse modo vidimus ad § præc.

§ 8 *Haud memorabilem rem per se, nisi documentum sit*] Voces *per se* non adparent in Lov. 2. 4. et Harl. At *per se*, ut XXII. 8. 'Pars non id, quod acciderat, per se æstimare.' XXXVIII. 48. 'Gallos, remota universæ gentis infamia atque invidia, per se ipsos æstimate.' XL. 5. 'Quum se ne ad id quidem satis per se validum crederet.' Sed *rem pernisi* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *rem pernixi* Voss. 2. *rem per se, ut documentum sit* Hearnii Oxon. C.

Documentum sit adversus superbiam nobilium plebeiæ libertatis] *Adversus superbiam nobilium plebisque libertatem* Lov. 2. *adversus superbiam nobilium plebeium libertatis* Voss. 2. et ita etiam Lov. 3. nisi quod insuper præferat *superbam*. *Plebei*, pro *plebeiæ*, est in Port. *plebe re* in Leid. 1.

§ 9 *Consensusque nobilium adolescentium*] *Consensusque* Lov. 2. quomodo etiam alibi peccarunt scribæ. Vide viros doctos ad Plinii Epist. II. 19. § 2. *Concessusque* Hearnii Oxon. N. Et ita librarios errare solitos fuisse, vidimus hoc lib. cap. 7. § 7. Tum *adulescentium* Flor. Vide ad VI. 34. § 11. Verba autem *consensusque nobilium, &c. si non esset* desunt in Lov. 4. Paullo ante *Ad consulem*, pro *Ad collegam*, est in Hav.

Sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit] *Sedem honoris sui* Harl. Male. *Sede honoris sui* est de sede honoris sui, in sede illa considens. Tum *anxios in invidia* Port. Hav. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui in C. *inimicos suos* se invenisse testatur. Tandem *asperavit* Klockian. Vide ad XXXIV. 27. § 4.

§ 10 *Ap. Claudii censura vires nacta, qui senatum primus*] *Ap. Claudii censura vires nacta* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. 3. ac 4. sine commodo sensu. Tum *primis libertinorum filiis* Leid. 2. *primus libertinorum filius* Lov. 4. et Gaertn. Latinius legendum conjicit *senatum primum libertinorum filiis lectis inquinaverat*. Sed valgatum mutandi causam non video. Paullo ante *duxerat ædilem*, pro *dixerat*, Flor. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. Præterea *forensis actio*, pro *factio*,

Digitized by Google

Gaertn. Sed litera initialis *f* intercepta est a finali *f* vocis præced. ob ductuum similitudinem. Vide ad XXVII. 50. § 7.

Libertinorum filiis lectis] Id est, quorum avi servitutem servierant: nam his temporibus et deinceps aliquamdiu 'libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos, ex his procreatos,' auctor est Sueton. Claud. c. 24. qua significatione 'libertinos' apud Livium X. 21. accipit Lipsius de Mil. Rom. I. 2. Auctoritatem Suetonii elevare conati sunt Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 6. et Castalio Var. Lectt. cap. 13. Sed non recte adversus eum utuntur testimoniis Cic. Liv. et recentiorum scriptorum, qui 'libertinos' vocant ipsos, qui manumissi sunt. Nam Ciceronis et Livii ætate, id est, plus ducentis annis post Appium, jam dudum ab usu recessisse hanc significationem vocis 'libertinus,' indicio sunt verba Suetonii 'temporibus Ap. Claudii et deinceps aliquamdiu.' Vide Ald. Manut. de Quæsit. per Epist. I. 7. Torrent. ad Suet. l. d. Mercer. lib. I. Opin. et Obs. X. et Masson. in vit. Horat. pag. 4. et in Add. quamquam ibi frustra adhibentur verba Livii X. 8. 'qui patrem ciere avumque possent:' eo quod *avumque* neque in Sigonii, neque, ut videtur, in Gronovii libris scriptis repertum est. Sed eos, qui parentibus e servitute manumissis nati erant, minus honestos habitos fuisse, quam ex ingenuis ortos, ostendit oratio Ap. Claudii apud Liv. VI. 40. 'An hoc, si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam, reticere possim?' Ad alterum argumentum Sigonii, quærentis, quo ergo nomine tum appellati fuerint, qui ex servitute manumittebantur? nam 'libertos' non potuisse dici, quia libertus respectum habeat ad patronum, non ad statum et conditionem hominis; aliquanto difficilior est responsio, eo quod de hoc nihil ab antiquis proditum est. Manutius tamen et Massonus tum 'libertos' dictos scribunt. *Duk.*

§ 11 *Nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas; humilibus, &c.*] Quid sit in curia nancisci opes, scio. Lib. VI. cap. 11. de Manlio, 'Postquam inter Patres non, quantum æquum censebat, excellere suas opes animadvertit.' Apud Sallustium in Jugurth. c. 16. 'Homo clarus et tum in senatu potens Opimius.' Sed quo respectu hæ opes appellentur 'urbanæ,' parum intelligo. Urbanas habeat forsan opes, qui domi multum possit, si contra ponantur opes apud exercitum: quarum hic nulla mentio; nec igitur debet fieri opum urbanarum. Scribe *nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes; urbanis humilibus, &c.* De quo uberius in Nostro de Sestertiis repetitæ editionis de Pecun. Vet. l. IV. c. 9. p. 817. *J. F. Gron.* Perizonius in margine Livii sui vulgatum commode ferri posse existimabat, subintellecta illa oppositione, qua Livius supra usus est, de Ap. Claudio locutus, c. 42. 'Romæ mansit, ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios esset.' Eo itaque respicientem Livium per 'opes urbanas' intellexisse putabat opes urbanis artibus partas, et obposuisse opibus belli decore acquisitis. Præterea *et in curia* Voss. 1. in contextu, Port. et Hav. Tum *quam petierat* Leid. 2. et Lov. 1. *quia spreta erat* Lov. 2. *qua spatia erat* Lov. 3. et Voss. 2. *quæ sperarat* Lov. 4. Sed ambæ hæ voces exulant ab Hav. Hinc *militibus per omnes tribus divisis* Lov. 3. Paullo ante *eam electionem*, pro *lectionem*, Port. Gaertn. et Hav. Deinde *memoratam habuit*, pro *nemo ratam*, Leid. 1. Port. et Gaertn. *ratam nemo habuit* Lov. 2.

§ 12 *Plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent*] *Plerique nobilissimi* Leid. 2. Tum *aureos an-*

Digitized by Google

nulos editi ante Aldum. Glareanus ad § 1. hujus cap. monet, se supra ostendisse, quæ Livius de annulis aureis nobilium tradit, contra Plinium esse. Innuere videtur illa, quæ notavit hoc lib. cap. 7. § 8. ubi ex Plinio docet, longo tempore ne senatum quidem Romanum habuisse annulos aureos: nam his tantum, qui legati ad exteras gentes ituri erant, annulos publice datos fuisse; neque aliis uti morem fuisse, quam qui ex ea causa publice accepissent, et annulum in digito triumphantis ferreum fuisse. Verum Livii verba Plinio non adversantur: nam id quidem 'longo tempore' obtinuisse Plinius dicit, ita tamen ut jam tempore Cn. Flavii mos abolitus, et jus annuli aurei etiam aliis ex senatu concessus esse potuerit. Quin et vox *nobilium*, quam Livius adhibet, Glareanum falli ostendit. Plinius enim eodem lib. XXXIII. c. 1. hanc Flavii historiam referens, addit, 'Annulos quoque depositos a nobilitate in annales relatum est, non a senatu universo.' Plerique igitur nobilium insignia sui ordinis deposuerunt; et quidem annulos aureos, quibus eos gestandi jus competebat; reliqui, et præsertim equites, phaleras, ut Plinius d. l. narrat. Ceterum post hæc verba in Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. additur, *Appium Claudium censorem libertinorum filiis senatorum ordinem polluisse, nec tamen ratam ejus electionem fuisse.* Sed ex lemmate marginali nata sunt, et quidem ad § 10. et 11. pertinent. Certe in Voss. 1. tantum ad marginem adscripta comparent. Alia exempla hujus erroris vide ad VII. 40. § 4.

§ 13 *In duas partes discessit civitas*] *Discissit civitas* Flor. et Leid. 1. *disciscit civitas* ed. Rom. 1472. *discedit civitas* Harl. *discessit sitas* Klockian. Paullo post *forensis factio tendebat*, pro *tenebat*, Klockian. idem. Verba hæc sæpius in Mss. commutari, videbimus ad XXIV. 28. § 1.

§ 14 *Et Fabius, simul concordiæ caussa*] Voculam *et*, qua omnes priores edd. carebant, primus addidit Jac. Gronovius. Eam autem servant omnes, quibus utor, Mss. nisi quod in Port. a m. sec. ei additæ sint notæ, quibus, aliquid delendum esse, librarii innuere solent. Contra Hearne, qui copulam illam omisit, memorata Gronovii lectione nihil tamen de Oxoniensium scriptura addit.

Ne humillimorum in manu] Non fuit ergo diuturnum horum regnum in foro et campo: nam Fabii et Decii censura in eumdem annum, quo Flavius ædilis fuit, confertur. Sigonius tamen de Ant. Jur. Civ. Rom. II. 13. non sine ratione suspicatur, humiles deinde a seditiosis ac turbulentis magistratibus rursus per omnes tribus diffusos fuisse, et c. 21. post Appii censuram dissensiones optimatum et popularium maxime emersisse. *Duk.*

Omnem forensem turbam excretam] Pall. duo *excreatam*, Pal. 2. *excitatam*. Legitima lectio est *excretam*. *Excretum* Onomasticum reddit ἀνάκριτον. *Gebh.* *Excreatam* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et fragm. Hav. *execratam* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Port. a m. pr. *excerptam* Lov. 2. et Oxoniensis C. apud Hearnium, qui se invenisse testatur *exceptam* in L. 2. *excitatam* in B. quod ultimum etiam præferunt Harl. et Hav. Sed recte vulgatum probat Gebhardus. Vide Gronov. ad Livii XXVIII. 39. § 10.

In quatuor tribus conjecit, urbanasque eas appellavit] Sic etiam Valer. Max. II. 2. ex. 9. de Fabio, 'Omnem forensem turbam in quatuor tantummodo tribus descripsit, easque urbanas appellavit.' Hoc ita accipit Gruchius de Comitiis II. 1. non longe ab initio, quasi dicat Livius, turba forensi in quatuor tribus urbanas conjecta, ea

Digitized by Google

re simul tribus illas numero civium auxit. Et Perizonius de Magistratib. Græc. et Rom. lib. II. non novum numerum tribuum effectum, sed quatuor, quæ prius erant, auctas fuisse. Siganius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 3. et II. 14. nihil aliud scribit, quam humillimos et libertinos, qui ex instituto Serv. Tullii in quatuor tribubus urbanis erant, ab Ap. Claudio per omnes tribus dispersos, sed a Fabio iterum in quatuor urbanas redactos fuisse: sed quæ sit sententia verborum, *urbanasque eas appellavit*, non dicit. Si quem hæc juvant ad illa intelligenda, non invideo: me nihil juvant. Omnes veteres scriptores tradunt, jam dudum ante hoc tempus a Serv. Tullio institutas fuisse 'quatuor tribus,' quæ 'urbanæ' dicerentur, in iisque humillimos fuisse. Has autem qua ratione Fabius dicatur 'urbanas appellasse,' quæ jam olim id nomen habuerant; aut quomodo 'appellare tribus' exponi possit 'numero civium augere,' non adsequor. *Duk.*

§ 15 *Quod tot victoriis non peperarat, hac ordinum temperatione pareret*] *Non periit* Voss. 2. et Lov. 3. *non peperat* Gaertn. cujus librarius, quum *pepe'at*, vel *peperat*, scriptum invenisset, additam compendiariæ scripturæ notam neglexit. *Non poterat* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *non potuerat* Lov. 4. Tum *hac ordinum temptatione* Harl. Ita et 'tentare,' sive, ut barbare scribitur, 'temptare' et 'temperare' commutantur v. 24. § 2. et X. 42. § 7. *Hac ordinum reparatione* Hearnii Oxoniensis N. in margine. Deinde *parent* Gaertn. *poteret* Lov. 2. *pararit* Lov. 4. *pararet* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed nihil mutandum. Verbum 'parere' hoc sensu inlustrat Cortius ad Sallustii Jug. c. 10. § 4. Id autem cum 'parare' innumeris locis commutatur. Vide ad v. 6. § 1.

Ut equites Idibus Quinctilibus transveherentur] Satis concise hoc tradit, quod Dionys. lib. VI. p. 351. post pugnam ad Regillum lacum copiose narrat. Meminit et Valerius Max. II. 1. 'Trabeatos,' inquiens, 'equites Idibus Julii Q. Fabius transvehi instituit.' Quo in loco etiam tribus IV. a Q. Fabio descriptas memorat, cum paulo ante de equestris ordinis spectaculo disseruisset, sed alio apparatu, quam Idibus Quintilibus. *Glar.* Idem iisdem verbis tradidit Valerius. Ceterum id significare videtur, de quo Plutarchus in Pompeio p. 630. ad sedentes in foro censores unumquemque equitem equum suum adduxisse, et de stipendiis legitimis interrogatos rationem iis reddidisse, ita: Τότε προσιόντος μὲν ἑκάστου τιμητοῦ Γάλλιος καὶ Λέντουλος ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων ἄφθη δὲ Πομπήϊος ἄνωθεν ἐπ' ἀγορᾶν καταφχόμενος, τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αἰνὰς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸν ἵππον. εἶτα ὁ πρεσβύτερος ἠρώτησε, Πινθάνομαί σου, ὦ Πομπήϊε, εἰ πάσας ἐστράτευσας τὰς κατὰ νόμον στρατείας. Ceterum de censura Ap. Claudii hujus copiose Diodorus lib. XX. p. 750. *Sigon.* De hac re vide Torrent. ad Sueton. Aug. c. 38. et Spanhem. de Præst. et Usu Numism. Dissert. X. p. 99.

Digitized by Google

LIBER X.

CAP. I. § 1 *L. Genucio, Ser. Cornelio consulibus*] Pal. 2. *Servio Cornelio consulibus Romæ*. Gebh. Prioris consulis prænomen deficit in Lov. 3. 4. Voss. 1. et Leid. 2. Pro *Genucio* etiam *Gemitio* est in Lov. 4. *Genutio* in Leid. 1. Gaertn. et Hav. Sed vide ad II. 52. § 3. Deinde copulativam particulam *et* interponit Lov. 4. Vide ad II. 17. § 1. Insuper *S. Cornelio* fragm. Hav. a manu pr. *Serg. Cornelio* a m. sec. *Sergio Cornelio* Port. Gaertn. et Hav. Vide ad V. 29. § 2. *Servilio Cornelio* Lov. 2. sæpius obvio errore. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Tandem vox *Romæ*, quam in uno suorum invenit Gebhardus, in meorum nullo superest. Mox *fuit otium*, transpositis vocibus, Gaertn.

Sora atque Alba coloniæ deductæ] Quidam mutarunt hos casus in accusativum *Soram atque Albam*, sed inepte, meo quidem judicio, cum id genus loquendi per nominativum sæpius apud authores inveniatur, atque adeo maxime apud hunc, ut, præter alia innumera loca, præcedente libro c. 28. (a. CDXLII.) ita ait, 'Suessa et Pontiæ eodem anno coloniæ deductæ.' *Glar.* Soram atque Albam colonias duas deductas esse decennio post Interamnam, tradit etiam Velleius I. 14. Itaque videndum est quid sit, quod Livius a. CDXXXIX. lib. priore c. 23. Soræ coloniæ meminerit, ubi ait, 'Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum.' Et post de eadem 'ad recuperandam coloniam.' *Sigon.* Sora defecerat a Romanis, interfectis colonis Romanis, sed non multo post a Romanis recepta, deinde rursus a Samnitibus a. CCCCXLVII. capta, anno sequenti a Romanis recuperata fuerat, lib. IX. capp. 23. 24. 43. et 44. Quod ergo Livius hoc loco, et Velleius I. 14. hoc anno, id est, a. CCCCL. eo coloniam missam scribunt, cum Cluverio Ital. Antiq. III. 8. pag. 1047. recte de nova colonia accipi potest, ut VIII. 14. 'Antium nova colonia missa.' *Duk.* Pighius in Annal. ad a. CDL. p. 379. sibi videri testatur, in duas has urbes colonos denuo reductos potius fuisse: quod de Sora concedi potest, quoniam coloni Romanorum eo deducti a veteribus incolis interfecti erant, ut ex Livio Sigon. et Pighius docuerunt. Id autem ut de Alba etiam statuamus, nihil nos subigit: eam enim jam ante hoc tempus coloniam Romanorum factam fuisse, aliunde non adparet. Colonorum enim Albam et Soram deductio a Velleio memorata ad hanc, cujus nunc Livius meminit, referri debet; quamvis tamen de tempore inter eos non conveniat: quod ex historicorum veterum, quos in hac re secuti sunt, dissensu factum est. Ceterum *Sora atque Alba*, quos in quibusdam edd. repertum Glareanus probavit, apud me tantum superest in Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. Lov. 1. et apud Hearnium in Oxon. C. Similiter etiam legisse videtur auctor Epit. Verum reliqui omnes codd. *Soram atque Albam* obferunt, nisi quod *Sorani atque Albani* sit in Hav. *Soram atque Albam* est etiam in edd. Rom. 1472. et Parm. Idque, a sequentibus mutatum, revocarunt deinde Mediol. 1505. Aldina, et recentiores; quibus Glareanus adversari non de-

Digitized by Google

buerat. Ita enim etiam Livium locutum esse, videbimus ad XXXIX. 44. § 10. Quum igitur utrumque genus loquendi probum, et Livio usitatum sit, ut et plures et integriores eodd. sequamur, verius est.

Albam in Æquos sex millia colonorum scripta] Pall. 1. et 3. *III. colonorum* habent. Pal. 2. *Albam in Æquos quatuor millibus colonorum scriptis.* Gebh. Paullo post *velut arcem finibus Æquorum impositam* dicit. Vide Holsten. ad Cluverii Ital. Antiq. p. 150. *Duk. III. colonorum scripta* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. ac 3. *tria millia colonorum scripta* Lov. 4. *quatuor millia colonorum scripta* Lov. 2. Harl. et Hearnii Oxon. B. ac C. qui *IIII. colonorum scriptis* invenit in N. et L. 1. *IIII. colonorum scripta* fragm. Hav. a m. pr. *scriptis* a m. sec. *quatuor millibus colonorum scriptis* Port. Gaertn. et Hav. *V. millia colonorum scripta* Klockian. *VI. colonorum scripta* Flor. Insuper *atque Albam in Æquos* Voss. 2. a m. recenti. *Alba in Æquos* Leid. 2. ultima prioris vocis litera a voce insequenti elisa. *Albani in Æquos* Hav. litera *m* in *ni* dissoluta. Vide ad II. 41. § 5. *Albam in Æquis* Port.

§ 2 *Sed possederant Samnites: eo quatuor millia hominum missa*] *Sed possed. eum Samnites* Neapol. Latinii. Deinde *eo III. millia hominum missa* Klockian. Vox *eo* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Hinc, mutata distinctione, legi posset, *Sorum (agri Volsci fuerat, sed possederant Samnites) quatuor millia hominum missa.* Paullo ante *agri Vulsini* Lov. 2.

Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data] Illis sine suffragio, ut ex Livio XXXVIII. 36. observat Sigonius de Ant. Jur. Ital. II. 9. Trebulani cum, an sine suffragio civitatem acceperint, non constat. Nec convenit inter doctos, de qua Trebula hic agat Livius. Malaspina ad Cic. ad Att. v. 2. 'Trebulam Campaniæ' intelligit; Holstenius ad Cluverii Ital. Antiq. p. 169. 'Trebulam Mutuscam' in Sabinis. *Duk. Eodem Arpinatibus*, omissa media voce, Lov. 3. et 4. *Eodemque Arpinatibus* Voss. 2. Tum *Trullanisque* Voss. 1. *Trublanisque* Leid. 2. et Lov. 1. *Tebulanisque* Lov. 4. *Tiburanisque* Port. et Hav. Præterea *data civitas* Leid. 1. Ceterum quum Arpinatibus hoc tempore civitas data sit sine suffragio; Trebulanos alia, quam Arpinates, lege hoc tempore in civitatem acceptos esse, verisimile non fit.

§ 3 *Frusinates tertia parte agri damnati*] Pall. 1. et 3. *Frusinates etiam parte agri damnati.* Gebh. Non aliter Voss. 2. ac Lov. 3. Ita etiam non exprimit Livius, quota parte agri Veientes multati sint, I. 15. 'Agri parte multatis in centum annos induciæ datæ.' At contra VIII. 1. 'Oppidum captum redditumque Privernatibus, valide præsidio inposito: agri partes duæ ademtæ.' Servo itaque vulgatum, quod et in reliquis scriptis superest, nisi quod voces *tertia parte* exsulent a Leid. 1. Præterea *Frustinates* Harl. et Gaertn. *Fidenates* Hav. Mox *quia Hernices*, pro *quod*, Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Tum *compertum est*, ultima voce addita, Lov. 4.

Capitaque conjurationis ejus quæstione ab consulibus ex senatusconsulto habita] *Capita conjur. ejus* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ab consulibus habita*, præteritis vocibus mediis, fragm. Hav. a m. pr. *ab consulibus habita ex senatusconsulto* a m. sec. Mox *cæsa ac securi percussa*, pro *cæsi* et *percussi*, Lov. 4. Librarius non recte dici posse existimavit 'capita cæsi.' Sed aliter judicasset, si ad delicias Livianas diligentius animum advertisset. Vide ad XXXVII. 39. § 12.

§ 4 *Tamen ne prorsus inbellem gererent annum*] Rectius vetus *imbellem agerent annum.* Gelen. In Flor. non

Digitized by Google

apparet τὸ *Tamen*. J. F. Gron. In reliquis meis vox *Tamen* constanter superest, nisi quod ejus loco *Tum* sæpissime obvio errore legat Harl. Vide ad XXII. 17. § 5. *Agerent* autem recte superest in omnibus scriptis. Vide ad XXII. 28. § 1. In verbis seqq. *expeditio in Umbriam facta*, pro *in Umbria*, ostentant Port. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. quod tamquam usitatius probarem, si graviores testes hanc lectionem confirmarent.

Quod nunciabatur, ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri] *Ex spelunca quasdam excurs.* Hearnii Oxon. N. in cujus L. 2. erat *in agros factas*. Utrumque non modo superest in Harl. sed insuper *incursiones* exhibet. Præterea *et nunciabatur* est in eodem eod. sed vox initialis *quod* exsulabat a Gaertn.

§ 6 *Et ex eo loco obscuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum ictu*] Etiam hic vocula initialis non adparet in Lov. 4. intercepta vel a præcedenti *est*, vel a seqsenti *ex*. Prioris erroris exemplum vide ad Epit. Liv. lib. VI. posterioris ad XLIV. 43. § 3. Deinde *ex eo loco obscura multa vulnera* Harl. 3. quali errore § præc. habuimus *ex spelunca quasdam incursiones*. Præterea *maximo lapidum ictu* Harl. Vide ad V. 40. § 5. Paullo ante *penetratum signis*, pro *cum signis*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed vocula *cum* excidit ob similitudinem ultimæ syllabæ vocis præced. Tale exemplum jam habuimus ad VIII. 33. § 9.

Specus ejus ore (*nam pervius erat*) *invento, utraque fauces congestis lignis*] *Specus ejus* (*nam parvus erat*) *ore invento* Lov. 4. *parvus erat* est etiam in Harl. et Gaertn. *ejus specus ore* edd. vett. usque ad Froben. 1535. Deinde *conjectis lignis* Lov. 4. quomodo et alibi scribas variasse, vidimus ad III. 38. § 7.

§ 6 *Dum evadere tendunt, absumta*] *Evadere tentant* edd. veteres ante Aldum, qui *tendunt* reposuit. Alibi hæc verba commutari solent. Vide ad VI. 38. § 7. Aldo consentiunt scripti, nisi quod *evadere intendunt* sit in Harl. Etiam male. *Tendunt* hic ponitur pro 'contendunt;' quod Livio frequens esse, videbimus ad XXXII. 32. § 7. Et quidem hac constructione, ut VI. 38. 'Si tamquam captæ civitati leges imponere tendent.' Hinc *assumta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *assumto* Gaertn. Vide ad Livii II. 42. § 4. Paullo ante *inter*, pro *intus*, male præfert Hav. *pavore* etiam, pro *vapore*, transpositis per errorem literis, edd. vett. usque ad Mediol. 1505. et Aldinam.

§ 7 *M. Livio Dentre et C. Æmilio consulibus*] Scribe *M. Æmilio* ex Diodoro lib. XX. p. 787. et ipsomet Livio, qui hunc eundem magistrum equitum hoc anno 'M. Æmilium' vocat c. 3. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Livio Dentrice, Æmilio Cos.* Pal. 2. *Marco Lutio Dentato, C. Æmilio.* Andrem ed. *M. Livio, Q. Æmilio.* Camp. *M. Livio Dentrice, C. Æmilio.* Sigonius 'M. Æmilium' fuisse appellatum contendit. *Gebh.* Prænomen hujus consulis (Æmilii) in scriptis desideratur. Addiderunt *C.* quod refetat Sigonius, et rescribit *M.* ex ipso Livio, qui hunc eundem magistrum equitum hoc anno 'M. Æmilium' vocet, ut et Diodorus. Nimirum scripsit auctor *Marcio Livio Dentre et Æmilio consulibus*. J. F. Gron. Prioris consulis cognomen deest in Harl. Hearnii Oxon. B. et edd. prioribus, nisi quod *M. Livio Dentre* in Romana principe esse Hearnius testetur. *M. Livio Dentrice* habent Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Flor. Hearnii Oxon. N. et Neapol. Latinii. *M. Livio Dentrice* Voss. 2. et fragm. Hav. Similiter in eodem gentis Cæciliæ cognomine variare librarios, videbimus ad XXXIX. 56. § 5. *M. Livio Dentato* Hearnii Oxon. B. *M. Lutio Dentato* Port. Gaertn. et Hav. Deinde vocula *et* inter utri-

Digitized by Google

usque consulis nomina non adparet in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum Q. *Æmilio* Harl. et Klockian. una cum edd. vett. usque ad Aldum, qui dedit *C. Æmilio*. Et ita præferunt Flor. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Sed Æmilii prænomen omittitur in reliquis meis, et Hearnii Oxon. N. L. 1. et B. Nihil itaque propius video, quam ut cum Gronovio legamus *Marcis Livio Dentre et Æmilio consulibus*. Nam simili modo concepta oratio sæpe librariis fraudi exstitit. Vide ad IV. 48. § 1. Interim tamen adstruendo prænomini *Marco* inde argumentum sumi nolim, quod ipsemet Livius magistrum equitum hoc eodem anno creatum vocet 'M. Æmilium Paullum' c. 3. Eumdem enim, qui consul fuit, etiam magistrum equitum fuisse, non constat. Quin contra, quum Livius, si quis vel consul vel prætor in eo magistratu vel dictator vel magister equitum dictus sit, id diligenter monere solitus fuerit, et tamen nihil tale hoc loco additum reperiatur, potius est ut credamus M. Æmilium consulem a M. Æmilio Paullo magistro equitum diversum exstitisse, licet tabulæ Cuspiniani apud Pighium in Annal. ad a. CDLI. p. 380. etiam consuli 'Paulli' cognomen tribuant.

Redintegratum Æquorum bellum] Ms. Fuldensis *Æquicum bellum*. Modius. [Vid. Lectt. Varr.] *Æquorum* ante Juntam invenio apud Aldum, *Equicum* ante Ascensium in Ven. ed. 1495. Et quidem *Æquorum* superest non tantum in Hearnii Oxoniensibus, sed et meis Mss. nisi quod *Equitum* sit in Leid. 1. *Æquicum*, præter Flor. in Klockian. Hanc autem lectionem se Livio ex Mss. Italicis et Gallicis vindicaturum, Gronovius Heinsio promisit in epistola apud Burm. in Syll. Epist. tom. III. num. XCI. Mox *Coloniam agro patentem*, pro *ægre patientes*, nullo sensu Lov. 4. *Coloniam Æqui ægre patientes* edd. princ. Sed primus Aldus expulit vocem *Æqui*, quam nulli etiam codd. agnoscunt. Tum *ab his colonis*, pro *ab ipsis*, Lov. 3.

§ 8 *Ceterum tantum Romæ terrorem fecere, quia vix credibile erat*] *Certum tantum terrorem* Lov. 4. a m. pr. Aliis locis ita peccare solent scribæ. Vide ad XXXIV. 36. § 4. Deinde *facere* fragm. Hav. a m. pr. Tum *quod vix credibile* Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Mox *ad bellum exortos*, pro *coortos*, Voss. 2. Vide ad V. 29. § 3.

Ut tumultus ejus caussa dictator diceretur C. Junius Bubulcus cum M. Titinio] Vet. lib. *dictator dic. C. Jun. Bubulcus: is cum M. Tit. magistro equitum profectus*. Sigon. Reperi in Pal. 2. et Camp. ed. *dictator diceretur C. Junius Bubulcus: is cum M. Titinio magistro equitum profectus*. Gebh. *Una tumultus ejus caussa dictator C. Junius Bubulcus* Voss. 2. *una*, pro *ut*, etiam est in Lov. 3. *ut tumultus ejus cum dictator diceretur* Harl. sed *cā*, sive *caussa*, et *cū*, sive *cum*, sæpe in Mss. confundi, vidimus ad IV. 44. § 10. Tum *C. Licinius Bubulcus* Lov. 4. Voculam autem *is*, a Sigonio insertam, defendunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Eamdem sibi quoque in Oxoniensibus obviam fuisse, Hearnius testatur. Deinde *C. M. Titinio* Leid. 2. et Lov. 1. *cum M. Ticinio* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad III. 54. § 13.

§ 9 *Die octavo triumphans in urbem quum redisset*] *Die octava* Leid. 2. Vide ad VIII. 11. § 15. Hinc *rediisset* Harl. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Mox *dedicaverat*, pro *dedicavit*, Gaertn. quomodo indoctus librarius scribendum credidit, quia præcessit 'voverat' et 'locaverat.'

Digitized by Google

Vide ad VI. 3. § 8.

CAP. II. § 1 *Cleonymo duce Lacedæmonio, ad Italiæ litora adpulsa*] Hic sine dubio est Cleonymus, Cleomenis regis filius, Arei regis patruus, quem postea Pyrrhus in regnum revocare tentavit. In prologo lib. XV. Trogi Pompeii legitur, 'Cleonymi deinde Spartani res gestæ Corcyræ et in Illyrico et in Italia.' Athenæus XIII. 28. obsides puellas a Metapontinis exegisse auctor est. A Tarentinis autem in auxilium vocatus fuerat, ut testatur Strabo lib. VI. p. 280. *H. Vales. Cleonemo* Klockian. *Cleonino* Harl. *Cleomino* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Deonimo* Leid. 1. et Lov. 4. literis *cl* in *d* coalescentibus. Vide hoc lib. c. 24. § 2. *Cleomene* Lov. 2. *Cloentino* Hav. *Helenio* Hearnii. Oxon. L. 1. Voces etiam *duce Lacedæmonio* non adparent in Lov. 3. Earum loco monstrum hoc lectionis *dyce Lacaiedemonio* exstat in Klockian. De majoribus Cleonymi vide Pausan. in Attic. c. 13. et in Lacon. c. 6. De ejus rebus in Italia et Corcyra gestis vide Diod. Sic. lib. XX. p. 787. qui expeditionem ejus ad annum præcedentem refert. Ceterum non Cleonymus regnum Lacedæmone obtinuit, sed Areus filius fratris ejus Acrotati, et Leonidas Cleonymi filius; unde inproprie Livius infra hoc cap. 'Regem' vocavit.

Thurias urbem in Salentinis cepit] Omnes fatentur, 'Thurinum' neutro genere, vel 'Thurii' masculino genere, oppidum esse magnæ Græciæ, ut videre est apud Strabonem lib. VI. etiamsi initio fere ejusdem libri p. 254. supra Thurios fateatur regionem esse, quæ *Thuriana* (sed corrupte id ita legitur, *Tauriana* enim legendum) vocetur. Fieri autem potest, ut et in Salentinis ejus nominis fuerit oppidum. *Glar.* Vet. lib. *Thurios:* oppidum est in Sallentinis, quod, auctore Stephano, *Thurii, Thuriæ*, et *Thurium* dicitur. Itaque Livius paulo post 'Thuriæ redditæ.' *Sallentini* duobus *ll* scribendi, ut post dicam. *Sigon.* Pal. 2. et Andreæ ed. *Thurios.* Gebh. *Thurios* etiam Lov. 1. et Klockian. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *Turrios* Port. et Hearnii Oxon. B. *Thirios* Leid. 2. *Turros* Hav. *Durior* Leid. 1. *Turrias* Gaertn. *Thurarum urbem* Lov. 2. *Turorum urbem* Harl. et Hearnii Oxon. C. qui in L. 2. *Taurorum urbem* se invenisse monuit. Quia autem Thurias in Sallentinis nemo locavit, hinc errorem inrepsisse, et *Rudias* scripsisse Livium, existimat Donjatius, quod Sallentinorum oppidum, non quidem ad litus, sed paucis ab eo passuum millibus situm esse docet; *Sallentinis* autem, non *Salentinis*, scribendum esse, vidimus ad IX. 42. § 4. Et ita hoc loco præferunt Flor. et Klockian.

§ 2 *Adversus hunc hostem consul Æmilius missus*] Vocem *consul* omittit Lov. 1. sequentem *Æmilius* Leid. 2. Sed utramque servandam puto: priorem quidem, quia paullo ante dictatoris et magistri equitum mentio facta est, posteriorem vero, ne incertum maneat, uter consulum missus sit. Patet itaque, verum non esse, quod existimasse videtur Sigonius ad Livii XXII. 14. § 13. Livium semper nomen magistratus nomini proprio postposuisse. Vide quæ ibi notantur. Mox *compulit naves*, pro *in naves*, Gaertn. Deinde *Thure*, pro *Thuriæ*, Harl. et Lov. 2. *Turiæ* Lov. 4. *Thiriæ* Leid. 2. *Turriæ* Gaertn. Hav. et Port. a m. pr. in quo deinceps *Turrii* emendatur. *Thurios* Klockian. Denique *pax parata*, pro *parta*, Voss. 2. Vide ad Livii V. 6. § 1.

§ 3 *Cleonymum prius, quam conligendum esset*] *Cleominum* Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Cleomenem* Lov. 2. *Cleronimum* Lov. 1. *Cleominium* Voss. 2. *Deoninium* Lov. 4. *Cleoninum* Harl. *Cleminum* Klockian. Vide ad § 1. Paullo ante *C. Junium*, addito prænomine, edd. vett. usque ad Aldum, cui prænomen omittenti consentiunt scripti. Hinc *in quibusdam*

Digitized by Google

que annalibus, inserta copula *que*, Gaertn.

Italia excessisse] Pall. duo *decessisse*. Gebh. Ita et Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. a m. sec. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Sed nihil muto. Supra II. 13. 'Agro Romano excessit.' XXX. 20. 'Raro quemquam alium magis mœstum abisse ferunt, quam Hannibalem hostium terra excedentem.' XXXVII. 49. 'Intra quintum decimum diem Italia excedere.' XXXIX. 54. 'Galli, redditis omnibus, quæ sine cujusquam injuria habebant, Italia excesserunt.' XLII. 26. 'Hæsitantibus in responso, ut curia excederent, dictum.' c. 36. 'Intra undecimum diem juberet eos Italia excedere.' c. 48. 'Italia intra trigesimum diem excedereut.' XLV. 12. 'Priusquam hoc circulo excedas, redde responsum.'

§ 4 *Circumvectus inde Brundusii promontorium, medioque sinu Hadriatico ventis latus*] *Circumventus* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Ita etiam peccabatur in uno cod. III. 61. § 9. Vide et hoc lib. c. 17. § 4. c. 29. § 12. c. 36. § 14. et XXI. 46. § 7. Tum *Brundisii* Leid. 1. et Flor. idque voluisse videtur librarius Klockian. qui tamen per errorem dedit *Prundisii*. Vide ad XLII. 17. § 2. Hinc *promuntorium* Voss. ambo, et Lov. 1. *promunctorium* Leid. 1. *promunturium* Flor. *promunctorii* Gaertn. Alibi etiam optimi codd. *promuntorium* præferunt: de qua scribendi ratione vide Voss. in Etym. Ling. Lat. hac voce. Vulgatam orthographiam veriorem existimat Dausquei. de Orthogr. parte II. hac voce. Deinde *medio sinu*, omissa copula, Gaertn. Præterea *Adriatico* sine adspiratione Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Male. Vide ad Livii XXIV. 10. § 10. Tandem *ventis latis* Gaertn. Vide ad VI. 3. § 8.

Dextra Illyrici Liburnique et Istri] Vet. lib. et Capitolini triumphi *Illyrii*. Sigon. Pall. duo *dextera Illyrii*. Gebh. *Dextera* etiam Lov. 3. *dextraque* Neapol. Latinii. Deinde *Illyrici* Klockian. *Illirici* Voss. 1. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *Ilirici* Leid. 2. et Gaertn. *Ylirici* fragm. Hav. *Hylirici* Port. et Hav. *Hillirici* Leid. 1. *Illirti* Flor. Voss. 2. et Lov. 3. *Illyrii* Neapol. Latinii; quemadmodum legendum esse, recte Sigonius docuit. Vide ad Epit. Liv. lib. XX. Tum *Histri* Voss. ambo, Leid. 1. Flor. Lov. 3. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XLI. 1. § 1.

§ 5 *Magna ex parte latrociniis maritimis infames*] *Magna parte* Gaertn. invitis aliis, qui constanter præpositionem servant. Vide ad II. 48. § 1. Vox *maritimis* deficit in Lov. 2. quæ in reliquis omnibus superest.

Ibi expositis paucis, q. l. e. quum audissent, tenue p. l. esse, quod t. stagna ab tergo sint, irrigua maritimis æstibus, agros h. procul campestres cerni, ul. colles videri esse, ostium fl. p. q. c. naves in stationem tutam vidisse, Meduacus amnis erat, eo i. ci. s. a. flumine jussit] Hæc verba *ostium prærupti fluminis, quo circumagi, &c.* adhuc exploratorum puto: sed quidam *possint* verbum amstulerunt ante verbum *vidisse*, sine quo sensus non constat. *Meduacus* autem nomen non temere apud authores reperias. Boccatius, Venetorum ait flumen, haud dubie hoc ex loco, nihil præterea addens. Quod autem Patavinos metu accolarum Gallorum semper in armis fuisse Livius dicit, caussa innuitur, cur ita ubique Gallos elevet. Sed ab historico abesse oportebat odium. Ex hoc item loco satis apparet, quantum luminis sensui adferat vel addita vel detracta adspiratio in *ostium* et *hostium*. Glar. Hoc in loco valde laborat Glareanus, ut aliquorum verborum ordinem reperiat, neque sese explicare potest. Est autem locus valde memorabilis, propter situm urbis hujus, quæ post in æstuario, de quo loquitur, condita

Digitized by Google

est. Interpungitur autem et legitur in veteribus libris hoc modo: *Ibi exp. paucis, qui loca expl.; quum audisset, tenue præt. littus esse, quod transg. stagna ab tergo sint irr. æst. mar., agros haud procul prox. camp. cerni, ult. colles, inde esse ostium fluminis prævalti, quo circ. naves quum in stat. tut. vidisset (Meduacus amnis erat) eo inv. cl. sub. adv. flum. jussit.* [' In Venetis facile concesserit Sigonio Glareanus, tamen occasionem discutiendi loci ei dedit.'] Est autem ita accipiendum: Cleonymus quum audisset hæc ab exploratoribus, itemque quum alia vidisset, ita fieri jussit. *Sigon.* Connotabo, quomodo scriptura totius hujus loci concepta sit in Pall. codd. Mss. quorum 1. ac 3. *cum audissent, tenue præt. lit. esse, quod tr. stagna ab tergo sint irr. vestibus mar., agros haud procul prox. camp. cernit ult. collis videri esse: ostium flumini prævalti, quo circ. naves in stat. tut. vidisse, Meduatus amnis erat. Ergo invectam* (Pal. 1. *invertam*) *classem subire flumine adverso jussit.* Pal. 2. *ibique exp. paucis, qui loca exp., cum audisset* (et ita Andreas) *tenue par ita littus esse:* (supra scriptum tamen, *prætentum.* Andreæ ed. *tenue ita prætentum littus esse*) *quod tr. stagna ab tergo sint irr. æstibus mar.: agros haud procul prox. camp. cernit, ult. colles, inde esse* (ad marginem *videri* collocat) *hostium flum. prælati* (supra scriptum tamen *prævalti*) *quo circumagi naves in stat. tut. vidissent.* Gebh. Accidit huic loco, quod multis aliis orationibus obliquis, de quibus Observat. II. 14. notavimus. Primum igitur τὸ *sint*, etsi habeant omnes libri; tamen suppositicium esse suspicor: nam cum dixisset Livius, *quod transgressis stagna ab tergo irrigua æstibus maritimis;* intelligi voluit vel ex præcedenti membro ' esse,' vel ex sequente ' cerni.' Habes deinde *quo circumagi naves cum in stat. tut. vidisset.* Τὸ *cum* in nullis veteribus reperi neque scriptis, neque editis ante Sigonium: pro *vidisset* autem alii codd. *vidissent:* rectius Thuan. Flor. et duo Pall. et Chifl. Vossianusque alter *vidisse:* idque verbum de exploratoribus, non de Cleonymo intelligendum. *Quum audisset,* (nempe Cleonymus præter cætera,) *inde esse ostium fluminis prævalti, quo circumagi naves in stationem vidisse.* (Scilicet eos, qui expositi erant, ut loca explorarent.) Et sic ediderunt olim Bec. Juntas, Frobenius, Gryphius, Curio. Ita solet autem Noster. Infra c. 34. ' Consuli referunt, excessum urbe solitudine haud dubia perspicuum esse, et recentibus vestigiis fugæ, ac strage rerum,' &c. ita uno spirita continuandum, si retines quod editur; nam scripti quidam et editi, *id perspicuum.* Lib. XXIV. c. 30. ' Nuntius occurrit: captam urbem esse, cætera falsa mista veris ferens: cædem promiscuam militum atque oppidanorum factam, nec quemquam puberem arbitrari superesse.' *J. F. Gron.* Admodum etiam hic variant codd. et edd. quibus usus sum. Eorum lectiones per satyram memorabo. *Ibique expositis* legit Harl. Sed voculam *ibi* non agnoscunt Flor. et edd. Rom. 1472. ac Parmens. a sequentibus autem restitutam iterum expunxit Froben. 1535. sed certatim revocarunt Basileenses 1555. et Sigonius. Hinc *quum audissent* Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Flor. et Oxon. N. apud Hearnium, qui in C. invenit *audirent.* Ex editis primus Aldus *quum audissent* in contextum recepit; quod, licet *audisset* in erratis revocasset, et ita interim Sigonius etiam emendasset, reliqui tamen usque ad Gronov. servarunt. Sed referendum hoc ad Cleonymum, qui ex reversis exploratoribus audivit: exploratores enim non audita, sed visa, retulerunt: unde patet *quum audisset* legendum esse. Tum *tenue par ita littus esse* Hav. *tenue ita litus esse* Port. in cujus mar-

Digitized by Google

gine emendatur *tenue ita prætentum littus esse.* Et ita habent edd. antiqq. Aldus quidem illud *ita* in contextu expunxit, sed inter errata iterum restituit, quod deinde Froben. 1531. ejusque exemplo reliqui recte ejecerunt. De voce 'prætentus' hoc sensu vide quæ notavi ad Silii XVI. 253. et adde Burmann. ad Val. Flacc. v. 167. Mox *quod egressis* edd. Rom. 1472. et Parm. invitis reliquis scriptis et edd. Postea *stagna sint a tergo irrigua* Lov. 4. *stagna ab tergo sunt irrigua* fragm. Hav. Harl. et Hearnii Oxon. N. Reliqui τὸ *sint*, quod Gronovium recte delendum monuisse arbitror, servant: contra vox *stagna* neglegentia librarii in Gaertn. omittitur. Deinde *vestibus marinis* Leid. 1. Lov. 2. a m. pr. et Lov. 3. ac 4. Præterea *cernit* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. Sed recte cum editis *cerni* tuentur Flor. Port. et Klockian. jungendum enim est 'audivisset cerni.' Porro *ulteriora colles; inde esse hostium* Gaertn. et Hav. Sed passim *ostium* et *hostium*, perperam detracta vel addita adspiratione, in Mss. commutantur. Vide ad XXXVII. 13. § 8. *Ulteriora colles videri; esse ostium* Flor. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et Exc. Pithœi. *Ulteriora colles inde videntur, esse ostium*, tantum non utraque lectione juncta, Hearnii Oxon. B. *ulteriora videri; unde esse hostium* fragm. Hav. *ulteriora collis inde viderit; esse ostium* Lov. 3. et Harl. *ulteriora collis videri; esse hostium* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. et, præter Sigonium, omnes editores, (nisi quod in nonnullis interim emendatum sit *ostium*,) usque ad Gruter. qui lectionem Sigonii *ulteriora colles; inde esse ostium* admisit. Recte. Ad voces enim 'ulteriora colles' subintelligendum ex præcedenti 'cerni.' Insuper *prælti fluminis*, transpositis vocabulis, edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1535. dedit *fluminis prælti.* Et ita est in scriptis, nisi quod, trajectis literis, *fluminis prælati* sit in Lov. 3. et Hav. de quo errore vide ad v. 37. § 7. Post hæc sequitur *quo circumagi naves quom in stationem tutam vidisse* in Gaertn. *quo circumagi naves cum in stationem tutam vidisset* in Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *quo circumagi naves in stationem tutam vidisset* in Voss. 1. Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. *quo circumvehi naves in stationem tutam vidisset* in Leid. 2. et Lov. 1. sed 'circumagere' in hac re obcurrit XXXVIII. 7. 'Quacumque se classis circumegerat.' Recte autem τὸ *cum* deest, et *vidisse* legitur in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Klockian. fragm. Hav. a m. pr. et edd. omnibus, si excipiamus Rom. 1472. Parm. et paucas alias, quæ habent *vidissent.*

§ 6 (*Meduacus amnis erat*) *eo invectam classem subire flumine adverso jussit*] *Me diutius eius erat* Hav. *Medincius amnis erat* Port. *Mediaq;s amnis erat* Klockian. *Mediatus amnis erat* Lov. 3. 4. et Gaertn. *Meducius amnis erat* Harl. et Hearnii Oxon. C. L. 2. atque in margine N. *Meduacum* autem, sive, ut etiam vocatur, *Medoacum*, cujus nomen non temere apud auctores reperiri tradit Glareanus, attamen memorari apud Strab. lib. v. p. 213. Plin. III. 16. et in Tab. Penting. docuit Cluverius Ital. Ant. I. 18. p. 143. Tum *ergo invectam classem subire* Lov. 3. et *adverso flumine* Lov. 4.

§ 7 *Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis*] Negativa particula *non* desideratur in Pall. 1. ac 3. Pal. 2. legit *Grav. naves non pereulit.* Andreæ ed. *Grav. navium sarcinas non pertulit alveus fluvii.* Gebh. *Graves summas navium* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Gravis summas navium* Flor. Videtur olim *Gravissumas* scriptum fuisse, quomo-

Digitized by Google

do sæpe 'optumus,' 'maxumus,' ac similia obcurrunt. Vide ad III. 17. § 5. ut ita error natus sit, partim ex vitiosa unius literæ duplicatione, partim ex indocta divisione literarum, quæ erant conjungendæ. *Gravissimas naves* præferunt Port. et Hav. *Gravissimas navium sarcinas* edd. Rom. 1472. ac Parm. Adparet, mutationis caussam librariis fuisse, quod non probarent genus loquendi, quo tamen Livius alibi sæpe usus est. Ita XXVIII. 39. 'Qua terrarum ultimas finit Oceanus:' ubi vide. Vocem *navium* omisit scriba Gaertn. quemadmodum vox negativa *non* deest in Voss. 2. et Lov. 3. cujus loco se *nec* invenisse in ed. Aleriensi, testatur Hearnius. Mihi tamen in memoratis Rom. et Parm. *non* obvium fuit, in quibusdam autem sequentium *nec*. Quod autem Gebhard. in uno *perculit* invenerit, neglegentiæ librarii adscribendum est. Vide ad XXXV. 27. § 16. Denique *fluvii* omnes typis excusi usque ad Aldum, cui *fluminis* reponenti concinunt omnes scripti. Vide ad XXXVIII. 15. § 7.

In leviora navigia transgressa multitudo armatorum] Præpositio *in* deest in ed. Mediol. 1480. et quibusdam aliis, quæ proxime *fluvii*, pro *fluminis*, exhibuerant, a cujus vocis litera finali præpositio illa, per compendium ĩ scripta, elisa est. Vide ad Livii XXXV. 8. § 9. *Et leviora* præfert Mediol. 1505. pro quo Aldus primus *in leviora* dedit. Ei vero adstipulantur scripti; nisi quod *in minora* legat Hearnii Oxon. L. 2. *minora* Harl. omissa itidem præpositione, quam vocis seq. litera initialis intercepit. Vide quæ notantur ad XXXVII. 1. § 2. Tum *transgressa multitudine* Lov. 4. Mox *frequentes agros pervenit*, pro *ad frequentes agros*, Lov. 2. Vide ad III. 6. § 7.

§ 8 *Inflammant tecta, hominum pecudumque prædas agunt*] Pall. 1. et 3. *hominumque pecudumque prædas agunt*. Andreas *inflammant tecta hominum: pecudumque prædas agunt*. Gebh. *Hominumque pecudumque prædas agunt* etiam Voss. 2. et Lov. 3. *hominum pecudum prædas agunt* Hav. *hostium pecudumque prædas agunt* Lov. 2. Vide ad XXIII. 37. § 11. Vulgatum verum est. 'Præda hominum' sunt homines jure belli capti. Infra XXIV. 16. 'Præda omnis, præterquam hominum captorum, militi concessa est.' XXXI. 18. 'Philippus, auro argentoque, quæ coacervata erant, accepto, hominum prædam omnem amisit.' Paullo ante *præsidio levi*, transpositis vocibus, Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum fide recepi. *Præsidio leni* est in Lov. 4. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVI. 31. § 8. Præterea *vicos vi expugnant*, addita media voce, edd. Aldina priores. Ita loquitur Livius v. 22. 'Operibus tamen, non vi, expugnata est.' Quum tamen in diversa abeant scripti, constanter vocem *vi* non agnoscentes, iis invitis etiam nihil muto.

Longius usque a navibus procedunt] Campan. *longiuscule a navibus procedunt*. Gebh. Ita et Neapol. Latinii: *longiusque a navibus procedunt*, prima syllaba *rov usque* a finali vocis proxime præcedentis intercepta, Gaertn. et Hav. *longius quam a navibus procedunt* Hearnii Oxon. C. *longius inque manibus procedunt* Leid. 2. Sed de voce *usque* vide Gronov. Obs. III. 19. *Longius usque navibus procedunt*. Lov. 2. Hearne notat Sigonium edidisse, *longius, ut fit, a navibus procedunt*. Verum mihi ante oculos sunt tres ejus edd. quarum duæ eo vivente, tertia post mortem ejus prodierunt; in nulla tamen earum hanc lectionem invenio.

§ 9 *Juventutem dividunt: altera in regionem*] *Dividit* Leid. 2. *dividant* Gaertn. Tum *alteram in regionem* Flor. Leid. 1. Voss. duo, Lov. 2. 3. 4.

Digitized by Google

Harl. Gaertn. et fragm. Hav. Sed ultima litera priori voci adcrevit ex voce sequente. Vide ad III. 48. § 5. Vel error ortus est ex eo fonte, quem indicavi ad VI. 8. § 8. Paullo ante *semper auctores eos in armis* Harl. *semper autem in armis eos* Lov. 4.

Altero itinere ad stationem navium] Fortassis *alio*. J. F. Gron. Codd. nulli aliquid mutant. Non displicet tamen Gronovii conjectura. Solent enim voces 'alter' et 'alius' in Mss. confundi. Vide ad Epit. Liv. lib. L. Vel potius cum Burmanno legendum censeo *avio itinere*. Nolebant enim prædonibus obviam fieri: ne itaque in eos incidèrent, avium iter consectabantur. Suet. in Aug. c. 96. 'Auctore Divo Cæsare, cujus sibi species itinere avio obcurrisset.' Tum *a statione navium* fragm. Hav. a m. pr. *ad stationes navium* Lov. 4.

Millia autem quindecim ab oppido aberat] Notabili negligentia sive Gruterus, ultimus Livium edens, sive is, cui editionis ejus curam commisit, officio suo functus est, præsertim in numeris, qui in prioribus per notas scripti erant, vocibus exprimendis; cujus hic novum edidit exemplum. Quum enim adhuc *XIIII.* editum fuisset, ibi demum *quindecim* substitutum est; quod recentiores servarunt. Pristinam itaque lectionem revocavi, siquidem non tantum omnes codd. mei, sed et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. vel *XIIII.* vel *quatuordecim* præferant. Cluverius tamen Ital. Ant. I. 16. p. 148. *XXIIII.* legendum censet. Præterea *millibus autem* Lov. 4. *milliaria* Hearnii Oxon. L. 1. et C. Vide ad Epit. Liv. lib. CXXX. Deinde *ab oppido aberant* edd. antiqq. ante Frobenianam 1535. et Hearnii N. qui in C. *ab oppido erant* invenit; ut referendum sit ad præcedens *navium*. Sed reliqui vulgatum defendunt.

§ 10 *In naves parvas, custodibus interemtis, impetus factus*] *In naves, prius cust. interemtis* Lov. 1. in contextu; sed pro *prius* in margine emendatur *parvis*, quomodo etiam præferunt Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Ad naves* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Vox *parvas* deficit in edd. Rom. 1472. ac Parm. quæ eædem, simul cum aliis tempore proximis excusis, insuper præferunt *ignaris custodibus interemtis, repentinus impetus factus*. Primus Aldus vocem *ignaris*, deinde Froben. 1535. alteram *repentinus* omiserunt, quas etiam nulli codd. meorum agnoscunt. Mox *nautæ cogunt*, pro *coguntur*, Leid. 2. Vide ad hujus lib. c. 10. § 1.

Et in terra properum æque in palatos prædatores prælium fuerat] *Et interea* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Gaertn. invitis reliquis. Deinde *properum æque in pelagitis præd.* Klockian. Eodem modo 'prospere' et 'propere' etiam commutabantur v. 46. § 6. Pro *palatos*, manu recenti *palantes* factum erat in Flor. Male. Vide ad L. 11. § 3. *Palatos prædæ prædatores* sine sensu est in Hav. Mox *fugientibusque* fragm. Hav. a m. pr. *refugientibus* Gaertn. Tum *ad stationes*, pro *ad stationem*, iterum Lov. 4. Vide ad § præc.

§ 11 *Ita in medium circumventi hostes cæsique*] Libri omnes *in medio*. Gebh. A Curione provenit: nam et Grypbius cum scriptis editisque ante *in medio*. Sic c. 20. 'Qui vages prædatores in agros palantes excipiant' fecerunt, fastidientes scilicet plebeium *in agris*. J. F. Gron. *In medio* etiam omnes mei. Ante Curionem vero *in medium* etiam dederunt Basileenses 1539. Præterea *Inde in medio* Port. et Hearnii Oxon. B. Voces etiam *hostes cæsique* non adparent in ed. Rom. 1472. Mox omnia hæc *pars capti classem, &c. in custodiam datis* omittuntur apud Hearnium in Oxon. L. 1. cui errori ansam dedit repetitio vocis *pars*. Vide ad IX. 11. § 11.

Digitized by Google

Regemque Cleonymum tria inde millia abesse. Ibi captivis] Pall. 1. et 3. *regemque Cleonymum III. mil' abesse. Inde captivis.* Pal. 2. *regemque Cleonium quatuor millibus abesse. Inde captivis.* Andreas quoque edidit *tria millia abesse. Ibi captivis.* Gebh. [Vide Lectt. Varr.] Primo *Cleominum* Voss. 2. *Cleoymum* Lov. 3. *Cleoninum* Lov. 1. et Harl. *Cleoninium* Gaertn. *Cleonium* Lov. 4. et Hav. *Cleomenem* Lov. 2. Vide supra notata hoc cap. ad § 1. Tum *tria millia abesse. Inde captivis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Klockian. fragm. Hav. et Flor. *tribus millibus abesse. Inde captivis* Voss. 1. et Lov. 1. Neque aliter Lov. 4. nisi quod perperam verbum *abesse* omittat. *Tribus millibus abesse. Ibi captivis* Harl. cum primis edd. *tribus m. inde abesse. Captivis* Leid. 2. *quatuor millibus abesse. Inde captivis* Port. Gaertn. et Hav. *IIII. millia abesse. Inde captivis* Lov. 2. Hearnius etiam testatur, se *quatuor millia abesse* in Oxon. N. B. et Exc. Pithœi, *tribus millibus abesse* in cod. C. invenisse. Per compendium scriptum fuerat *III. M.* unde incerti, quemadmodum reddendum foret, librarii modo *tribus millibus*, modo *tria millia*, quod in optimis superest, dederunt. Vide ad XXV. 9. § 16. et XL. 18. § 5. Vulgatum autem ante Gryphium jam exstitit in Froben. 1535. Basileensi 1539. et Vascos. Nescio itaque, qua ed. Sigonii usus sit Hearne, ex qua didicit, Sigonium e vet. lib. emendare *Ibi captivis*, quod jam diu ante ipsum receptum erat: quum contra ad hæc verba nihil in Scholiis adnotarit.

§ 12 *Fluviatiles naves, ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatas*] *Fluviaciales naves* fragm. Hav. a m. pr. *fluvitiales naves* Harl. *fluviatales naves* Lov. 1. *fluviales naves* Leid. 2. Port. et Hav. Sed meliores vulgatum cum editis servant. Tum *apte planis alveis fabricatas* Leid. 2. Vide ad XXXI. 22. § 8. *Apte planis alveis fabricatis* Flor. *apte planis alveis fabricatis nautis* Lov. 4. Qui mox etiam perperam *complevit* dedit, quia displicebat locutio *pars complent*. Sed de ea vide ad v. 38. § 5.

Loca ignota plus, quam hostem, timentes] *Loca ignota postquam hostes tim.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. qui omnes etiam paullo ante *profectisque* præferunt, pro *profectusque*. Vocula *que* aberat a Gaertn.

§ 13 *Fugientesque in altum, ac nusquam repugnantes*] Membranæ optimæ *fugientesque in altum arctius, quam repugn.*: optime. *Modius.* Pal. 2. *depugnantes.* Modii lectionem in nostris non inveni codd. *Gebh.* Lectionem Fuldensem *fugientesque in altum arctius, quam repugnantes*, confirmarunt nobis optimi quique et antiquissimi in Gallia et Italia libri. *J. F. Gron.* Cod. Fuldensis lectionem soli ex meis firmant Flor. et Klockian. Reliqui vulgatum servant, nisi quod *ac nusquam depugnantes* habeant Port. et Hav. Passim verba cum voculis *de* et *re* composita miscentur inter se. Vide ad IX. 10. § 6. *Repugnantes* hic verius esse, nullus non videt. *Hos nusquam repugnantes* se in Oxon. L. 2. obfendisse, Hearnius monuit. *Fugientes*, sine conjunctione *que*, præferunt edd. Rom. 1472. et Parm.

Usque ad ostium amnis persecuti] Vocula *usque* abest a Lov. 2. Tum *persecutis* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *prosecuti* Lov. 4. et Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. Mox *ingentisque navibus*, pro *incensisque*, Flor. Præterea *intulerat in vada*, mutato ordine vocum, Gaertn.

§ 14 *Cleonymus, vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Hadriatici prospere edita*] *Cleomynius* Voss. 2. *Cleominus* fragm. Hav. a m. pr. *Cleominus* Leid. 2. et Lov. 3. *Cleomenes* Lov. 2. *Cleoninius* Gaertn. *Cleonitius* Hav. *Cleonius* Lov. 4. Tum *rex*, pro *vix*, Neapol. Latinii. Supra etiam hoc cap. eum *regem* Livius vocavit. Vide ad § 1. hujus cap. Præ-

Digitized by Google

stat tamen vulgatum. Hinc *quinta parte incolumi navium* Leid. 1. Deinde *maris Adriatici* Voss. ambo, Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Adriatici maris* Lov. 2. Vide hoc cap. ad § 4. *Maris Adritici* Leid. 1. *maris Adriaci* Lov. 4. qua forma apud poëtas potius obcurrit. 'Hadriaticus' Livius ubique usurpavit. Denique *prospere addita* Leid. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad IV. 57. § 11.

Rostra navium spoliaque Laconum, in æde Junonis veteri fixa] Pall. duo et Andreas *spoliaque Græcorum*. Campanus *spoliaque latronum*, ut refert quoque Pal. 2. suprascriptum. *Gebh. Spoliaque latronum* Leid. 2. et Lov. 1. *spolia quoque Græcorum* Lov. 2. *spoliaque Græcorum* Lov. 3. 4. Gaertn. Hearnii Oxoniensis L. 2. et priscæ edd. pro quo Aldus *Laconum* substituit; quod recentiores servarunt, et meorum codd. reliqui firmant. *Spoliaque Græcorum ac Laconum*, juncta utraque scriptura, in Oxoniensi N. superesse, Hearnius auctor est. Alibi tamen Livius potius *Lacedæmonios*, quam *Laconas*, vocavit; nisi quod bis occurrat lib. XXXV. c. 12. et 13. et inde formatum 'Laconica ora' obcurrat XXXVIII. 30. Deinde *in æde Junonis vetere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et quædam vett. edd. Vide hoc lib. c. 18. § 8.

§ 15 *Patavii monumentum navalis pugnæ eo die, quo pugnatum est, quotannis*] Vide Victor. lib. XVIII. Var. Lect. c. 4. *Duk.* Prima vox deficit in Lov. 4. quemadmodum illæ, *eo die, quo pugnatum*, in Voss. 2. sequens *est* in Gaertn. et Hav. Tum *quotquot annis* Lov. 1. Mox *flumine in oppidi medio* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et ed. Parm. Sed præpositionem *in* neglexit Lov. 4. vocem *oppidi* ed. Rom. 1472.

CAP. III. § 1 *Cum Vestinis, &c. ictum est fœdus. Multiplex deinde exortus terror*] *In Vestinis* Hav. *cum Vescinis* Gaertn. Tum *Mult. inde ex. est terror* idem Gaertn. Sed *deinde*, quod reliqui omnes scripti firmant, et *inde* sæpe in Mss. commutari, videbimus ad XXXVI. 24. § 10. *Mult. deinde terror ortus* Lov. 4. Sed alibi verba 'oriri' et 'exoriri' in Mss. commutantur. Vide ad IV. 45. § 7.

§ 2 *Etruriam rebellare, ab Aretinorum seditionibus motu orto, nunciabatur*] *Et Etr. reb.* Voss. 2. et Lov. 3. Sed vocula *Et* repetita est ex primis literis vocis seq. Vide ad X. 16. § 3. Tum *Arretinorum* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. et multæ edd. Vide ad IX. III. 32. § 1. Deinde *metu orto* Hav. Vide ad III. 69. § 2. *Metus ortus* Voss. 2. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr.

Ubi Licinium genus præpotens, divitiarum invidia pelli armis cœptum] Eram in Sequanis a gravissimo morbo ἀσθενῶν adhuc καὶ μαλακιζόμενος, cum opportune ad animi mentem recreandam adfertur mihi a Claudio Chifletio J. C. vetus exemplar Livii. Bibliothecæ Vesuntionensis esse aiebat. In illo Ms. invenio *ubi Cilnium genus*. Assensi statim, eoque libentius, quod et veteres edd. Livii partim *ubi civium genus* habent, partim *ubi Licinium civium*: cum hæsitantes videlicet librarii illud *Cilnium* in *civium* vertissent. Hi porro Cilnii sunt, nisi fallor, a quibus primam originem C. Mæcenatis illius Musarum patroni petendum est. Argumento gentile ejus nomen Cilnius: argumento et hic Livii locus, qui Cilnios istos Etruscos Aretinos constituit. Atqui profecto Mæcenas populo Etrusco, domo Aretinus fuit. Colligitur ex epistola Augusti apud Macrobium Saturn. II. 4. in qua præter cetera delicata nomina 'Laser Aretinum' a patria prima vocatur. Emendandus ita Livius c. 5. *Seditionibus tantum Aretinorum compositis, et Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto:* ubi item vulgati *Licinio*. In

Digitized by Google

Silio Italico error similis l. VII. vs. 29. ' Cilnius Arreti Tyrrhenis ortus in oris Clarum nomen erat:' ubi perperam vulgo *Cilinus*. Nec dubitandum, quin aspexerit ad gentem et ortum Mæcenatis.' Hujus in Livio lectionis non solum testem, sed etiam approbatorem habeo eruditissimum Victorem Giselinum, hominem junctum mecum fidelissima gratia, et cujus mihi non modo jucunda consuetudo fuit, sed etiam consilia et fides salutaris. *Lipsius* Antiq. Lect. I. 22. Mendose in exemplaribus *ubi civium Licinium genus*. Sic in Aldinis vetustioribus. Sed genuina lectio *Cilnium* est, ut opinor. Antiquissimo namque regio stemmate clarissima fuit apud Tuscos hæc gens Cilnia. Quod etiam testatur Horatius poëta, qui Cilnium Mæcenatem suum ' regibus atavis editum.' cecinit Od. I. 1. 1. Itaque duobus Livii locis verum hoc nomen, a scriptoribus librariis non intellectum, corrupta voce sublata, restitui debet: sicut etiam J. Lipsius nomen hoc correxit. *Pighius* in Annal. ad a. CDLII. p. 381. Vetus codex, qui est apud me, scriptus manu Poggii Florentini, habet *Cilnium genus*, non *Licinium*. Unde videtur tum hic *Cilnium genus* scribendum esse, tum paulo post *Cilnio genere*, non *Licinio*, ut vulgo habetur his plane verbis: ' Pacatam,' inquit, ' ab dictatore Etruriam esse, seditionibus tantum Arretinorum compositis, et Licinio genere cum plebe in gratiam reducto,' &c. Hujus autem loci emendatio, ne quem sua laude fraudemus, debetur Octavio Pantagatho, qui primus animadvertit, tum apud Livium, qui fortasse Mæcenati hoc loco gratificari voluit, tum apud alios scriptores, in nullo magis nomine librariorum vitio erratum esse, quam in eo quo C. Cilinius Mæcenas affectus fuit: quem tamen Arretinum, splendido genere, et, ut ait Horatius, ' atavis regibus ortum,' Augusti maxime familiarem scimus fuisse: equitem item Romanum, nullo alio functum magistratu, ut T. Pomponius Atticus, dimidium animæ Ciceronis. Is versus aliquot scripsit, in quos invehitur Seneca Epist. 114. licet aliquos etiam laudet Epist. 19. Et in eum rursus lusit Augustus in epistola, cujus aliquot verba refert Macrobius Sat. II. 4. sed mendosissima. Sunt autem hæc: ' Vale mel gentium, metuelle, * ebur ex Etruria, laser Arretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Ciliniorum (sic enim legendum pro *Cilneorum*) smaragde, jaspis figulorum, berylle, Porsenæ carbunculum habeas: *ἵνα συντόμως πάντα μαλάγματα* mœcharum.' Tacitus certe solus VI. 11. pæne incorruptum hoc nomen edit, cum ait, ' Cæterum Augustus bellis civilibus Cillinium Mæcenatem equestris ordinis cunctis apud Romam et Italiam præposuit.' Pantagathus autem emendationem suam Silianis maxime versibus tuebatur ex lib. VII. belli Punici vs. 29. ' Cilinus Arreti Tyrrhenis ortus ab oris Clarus nomen erat,' &c. Nam a ' Cilino' ' Cilinius' est, ut a Licino Licinius, ab Æmilo Æmilius, a Tullo Tullius, a Rutilo Rutilius, a Plauto Plautius, a Planco Plancius, atque alia id genus. Nec potest Silianum carmen in *Licinum* mutari, nam prima syllaba corripitur, ut in hoc veteri carmine: ' Marmoreo in tumulo Licinus jacet, at Cato parvo, Pompeius nullo: credimus esse Deos?' ' Mæcenatis' autem cognomen reperitur in veteribus monumentis per AE, ut etiam in vetustissimis libris, non per OE scriptum, ut ' Mæcia tribus,' ' Mæcianus,' et ' Mæcilius' item in numismatibus antiquis. *Ursin.* Scio, Janum Dousam patrem collegisse ad Horatiana sua, quidquid exstaret apud scriptores de Mecœnate ejusque majoribus. Nescio tamen, an et locum istum adduxerit; qui hactenus delituit sub ' Licinio,

Digitized by Google

genere.' At tangi data opera a Livio Mecænatis stirpem, nemo est qui non sentiat. Emendationis hujus auctorem esse puto Pighium; nam et hujus amici, ut et alterius, commentariis destitutus, nihil pronunciare possum. Interim nullum eorum, qui in Livium hactenus scripsere, suspicatum umquam fuisse tangi heic viri illius liberalis familiam, plus quam monstri simile est: quasi enim oblivisceretur Smaragdi hujus sui temporis Livius? *Grut.* Pall. 1. et 3. *ubi civium Calvium genus.* Pal. 2. *ubi Cuilium genus:* suprascriptum tamen *Cilinium:* quam scripturam quoque ex V. C. scripto manu Poggii consignavit notis suis F. Ursinus. Forte legendum *ubi Cilnium genus:* nam notissimum jam est ex doctissimorum virorum lucubrationibus, nomen gentile Mæcenati *Cilnium* exstitisse. Dein omnino verisimilis est Pantagathi sententia, occasionem cepisse Livium gratificandi, ejusque mentionem in historiam suam inserendi. Hæc ante nos observavit decus literarum nostrarum, lampas Belgii, Justus Lipsius Antiq. Lect. I. 22. *Gebh.* In plerisque Mss. locus misere est depravatus. *Verti linum genus* habet Harl. *ubi Ciluinum genus* Port. et Gaertn. *ubi Ciulinum genus* Hav. *ubi cuium Calvium genus* Voss. 2. *ubi civium Calvium genus* Lov. 3. *ubi civium Licinium genus* Lov. 2. cum edd. Mediol. 1480. multisque sequentibus. *Ubi Cilinium genus* Oxoniensis C. apud Hearnium, qui in Oxoniensibus B. et N. *ubi civium Cilinium genus* invenit; ita tamen, ut ad posterioris marginem *ubi Licinium* vel *Sicinium genus* adscriptum fuerit. *Ubi Licinium genus* est etiam in edd. Rom. 1472. et Parm. quod deinde mutatum Froben. 1535. revocavit, et proximi usque ad Gruterum servarunt. *Ubi civium Cilinum genus* fragm. Hav. *ubi civium Citium genus* Flor. a m. pr. in quo *ubi civium Cilnium* emendatur a m. satis antiqua: neque aliter exstat in Leid. 1. et Lov. 4. At recte *ubi Cilnium genus* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxoniensis L. 1. unde haud multum differt scriptura Klockian. *ubi Cilneum genus.* Vide A. Augustin. de Nomin. pr. Pandect. c. 5. p. 345. De Arretinorum Etruscorum gente 'Cilnia' vide Dempsteri Etrur. Reg. II. 54. et Meibom. Mæcen. c. 3. Adde commentatores ad Taciti Ann. VI. 11.

Simul Marsos agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat] Postea a. CDLV. rursus deducta refertur c. 13. Credo memoria lapsum Livium; non bis deductam coloniam: quatuor enim duntaxat anni intersunt, nec uspiam interea amissa describitur. *Glar.* Aliquot libri habent *simum a Marsis.* Quo fit, ut putem legendum *esse simul a Marsis agrum vi teneri.* Nam sequitur 'prælio uno Marsos fundit.' Carseolos coloniam biennio post Albam et Soram deductam scribit Velleius I. 14. Cur autem Livius hanc deductam quadriennio post etiam repetat, ut de Sora ante admonui cap. præc. causa incerta est. *Sigon.* Sigonius existimat legendum *simul a Marsis agrum vi teneri.* Pall. 1. et 3. *simul Marsum agrum intueri.* Pal. 2. *simul a Marsis agrum tueri.* Andreas edidit *simul Marsorum agrorum vi tueri.* Gebh. Vulgatum *simul Marsos agrum vi tueri,* quod primum inveni in Frobeniana 1531. servant meorum Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. reliqui diversis modis variarunt. *Simul Marsorum agrum intueri* habet Lov. 2. ubi *intueri,* pro *vi tueri,* eodem errore scriptum est, quo *impelli,* pro *vi pelli,* VII. 33. § 8. ubi alia vide. *Simul Marsorum agrum vi tueri* Harl. Neapol. Latinii, et priscæ edd. (nisi quod *Marsorum agrorum vi* sit in Parm.) cujus loco Mogunt. Colon. Cervic. et Ascens. 1530. *simul Marsorum gentem agrum vi tueri* dederunt. *Simul Marsum agrum intue-*

Digitized by Google

ri Lov. 3. *simul Marsos agrum tueri* Hearnii Oxon. B. et Port. in cujus tamen margine *tueri vi* adscriptum est. *Simul Marso agrum vi tueri* Flor. et Leid. 1. *simul Marso agrum intueri* Lov. 4. *simul Marcis agrum vi tueri* Leid. 2. *simul Marsis agrum vi tueri* Voss. 1. et Lov. 1. *simul et Marsis agrum vi tueri* Hearnii Oxon. C. *simul a Marsis agrum tueri* Gaertn. et Hav. *simul a Marsis agrum vi tueri* Klockian. et fragm. Hav. a m. sec. Quare, si quis cum Sigonio mallit *simul a Marsis agrum vi teneri*, haud multum adversabor. 'Tenere' enim et 'tueri' sæpius a librariis commutari solent. Vide Gronov. ad Livii XXV. 22. § 8. XXXV. 28. § 5. Burm. ad Ovid. Fast. IV. 225. viros doctos ad Silii Ital. III. 466. et quæ notantur ad XXXIII. 15. § 12. Deinde *colonia Crasso olim* Hav. *colonia a Crasso olim* Lov. 2. *colonia Carseoli* Voss. 1. *colonia Crusseoli* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. Port. Gaertn. et Exc. Pithœi. *Colonia Cressoli* Leid. 2. et Lov. 4. *colonia Classeoli* Lov. 3. Alio adhuc modo variatur hoc lib. c. 13. § 1. CARSAEOLOS quidem coloniam hanc vocari in lapide literato, attamen propter eum a vulgata scriptura *Carseoli* recedendum non esse, censet Grævius in Præfat. tom. I. Thes. Antiq. Rom. Ceterum causas, cur Livius hoc lib. c. 13. Carseolos iterum coloniam deductam esse, et quidem in agrum Æquiculorum, scribat, secundum Cluverium Ital. Antiq. II. cap. ult. p. 784. hæc est, quod Livius alios hoc, alios illo loco scriptores secutus sit, qui et tempus deductæ coloniæ, et gentem, in quam deducta est, variarunt. Id autem etiam alibi a Livio commissum esse, videbimus ad XLII. 47. § 6. Vox *erat* deficit in Leid. 1. Mox *quatuor millia hominum scriptis*, pro *millibus*, Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. sec. in quo *scripta* fuerat a m. pr. Vide ad XXV. 9. § 16.

§ 3 *Dictus M. Valerius Maximus dictator, magistrum equitum sibi legit M. Æmilium Paulum*] *Paullum* scribi duobus *ll*, Capitolini lapides et nummi argentei docent. *Sigon.* Vide Sigonium Emendat. I. 1. c. 1. p. 385. ed. Hanov. in fol. et Pighium ad h. ann. *Duk.* Vide Dausquei. Orthogr. part. II. in voce 'Paullus.' Prima vox *dictus* deficit in Harl. dictatoris prænomen *M.* in Port. Deinde *magistrum equitum sibi elegit* est in Gaertn. quod ex glossa interpretis profluxisse videtur. Alibi has voces in Mss. confundi, videbimus ad XXVIII. 42. § 5.

§ 4 *Quam Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus Valerio subjectum*] *Quam M. Q. Fabium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. *quam M. Fabium* Q. Gaertn. *quam quæ Fabium* Lov. 3. Deinde *ea ætate atque his honoribus* Lov. 4. et Hav. Male. Supra III. 35. 'Demissa jam in discrimen dignitas, ea ætate iisque honoribus actis, stimulabat Ap. Claudium:' ubi alia vide.

Ex Maximi communi cognomine ortum errorem haud abnuerim] Collatio est Q. Fabii ad M. Æmilium Paulum, non ad M. Valerium Maximum. Quare hæc Livii suspicio de nomine *Maximi* minime congruit. *Glar.* Glareanus legit *ex Maximi communi cognomine ortum errorem haud abnuerim:* eoque sit suspicionem Livii de cognomine *Maximi* vanam, quod hic collatio sit Q. Fabii ad M. Æmilium Paulum, non ad M. Valerium Maximum. Quod utcunque se habet, ego profiteor, in membranis Fuldensibus hic exstare, *Ceterum ex Maximi consulis cognomine.* Modius. Pall. duo *ex Maximi consulis cognomine.* Gebh. *Ex Maximi communi cognomine* præferunt edd. principes, quibus ex scriptis adsentitur nunc Harl. *ex Maximi consulis cognomine* est in Voss. 2. Leid. ambobus, Lov. 1. 2. 3. 4. Hearnii Oxon. N. et Exc. Pithœi. *Ex Maximi cognatione cognomine* in ejus-

Digitized by Google

dem Hearnii C. Reliqui omnes *ex Maximi cognomine* legunt, quomodo Froben. 1535. et post eum omnes alii ediderunt. Tum vocula *haud* exsulat a Leid. 2. *abnuam* autem, pro *abnuerim*, legunt edd. Rom. 1472. et Parm. Ceterum difficultas, quam movit Glareanus, gravissima est: cui tollendæ nihil opis est in codd. variis lectionibus. Sive enim *communi*, sive *consulis* legamus, sive vocem hanc deleamus, aut idem aut major restat scrupulus. Aliam itaque viam ei eximendo inierunt viri docti. Et quidem Sigon. Comment. in Fast. et Triumph. Rom. ad a. CDLII. Livio subveniri posse existimat statuendo, disceptationem fuisse, non utrum M. Æmilius Paullus, an Q. Fabius magister equitum, sed utrum M. Valerius Maximus, an Q. Fabius Maximus dictator exstiterit; eamque ex communi 'Maximi' cognomine ortam esse. Verum sententiæ ejus obstant verba proxime præcedentia: 'id magis credo, quam Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus Valerio subjectum.' Obstant etiam verba § 7. et 8. ubi, magistrum equitum per dictatoris absentiam ex insidiis circumventum memorans, ex eo conficit, verum non videri, Fabium magistrum equitum fuisse. Contra Pighius in Annal. ad a. CDLII. p. 381. opinatur, Livium ex inextricabili historiarum hujus temporis labyrintho, si dicere fas est, se explicare non potuisse, eumque, annalium diversitate distractum, sibimet constare non videri; nisi mutilum, ubi hujus anni historiam tractat, ut pluribus locis est, dicamus. Prius, ipsum Livium hic aliquid humani passum esse, verius videtur; qui certe duorum annorum res gestas in unum contulit, quum plerique fastorum conditores antiqui testentur, inter consulatum M. Livii Dentri ac M. Æmilii c. 1. et M. Valerii ac Q. Appuleii Pansæ capp. 5. et 6. memoratum annum interponendum esse. Quemadmodum itaque horum annorum Fasti ordinandi sint, pluribus docent Sigon. ac Pighius ll. laud. Vide etiam Dodwell. in Chronol. Græco-Rom. Dionysio Halic. subjuncta ad annum ante Christum natum CCCI.

§ 5 *Prælio uno Marsos fundit*] *Uno prælio* Leid. 2. Tum *Marsos fudit* Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. Hearnii Oxon. C. et edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1535. substitnit *fundit*, concinentibus reliquis scriptis.

Compulsis deinde in urbes munitas, Milioniam, Plistiam] Quidam codd. *Miloniam* habent ac fere vetustiores. Ceterum postea a. CDLIX. (c. 34.) Samnitium oppidum dicitur, Plistia item superiore libro a. CDXL. (c. 21.) hic (si Diis placet) Marsorum. Neque vero perpetuo audiri oportere puto, diversorum oppidorum fuisse nomina, sed credibilius est, in his vel errare codd. vel memoria lapsum Livium. Utrumque sane non multum abest a vero. *Glar.* Glareanus miratur, *Milioniam* et *Plestinam* hic Marsorum oppida dici, quorum illud paulo post c. 34. Samnitium esse traditur: hoc vero lib. IX. c. 21. inter Samnitium etiam oppida numeratum est: nec juste miratur. Nam Samnitium oppida sunt 'Milonia' et 'Plistia;' Marsorum vero 'Milionia' et 'Plestinia,' ut post etiam dicam ex veterum librorum et Stephani auctoritate. ['Glareanus accusat codd. quos sæpe etiam reprehendit Sigonius. Verum id, quod sibi laudi dat, in alio carpit.'] *Sigon.* Vide c. 34. De 'Plistia' sive 'Plistica' est IX. 21. *Duk.* Cluverius Ital. Antiq. l. II. c. 15. p. 772. distinctionem Sigonii inter *Milioniam* et *Plestinam* (Sigonius scribit *Plestiniam*) Marsorum, ac *Miloniam* et *Plistiam* Samnitium non admittit: neque etiam cum Glareano vel codices antiquos erroris arguit; vel Livium, qui Milioniam et Plestinam nunc

Digitized by Google

Marsis tribuit, quum alibi Samnitium oppida fuisse agnoscat, memoria lapsum credit. Quod enim ad oppidum posterius adtinet, IX. 21. et 22. pro *Plistiam* legendum censet *Plistinam*, idque Marsorum, non Samnitium, oppidum fuisse contendit, quia incolæ ejus vocantur 'socii Romanorum,' eo autem tempore sociam in Samnio Romanis urbem nullam fuisse: et quia Samnites Plistiam circumsidentes dicuntur novos milites adcivisse 'ab domo,' id est, ex Samnio proprie dicto. Præterea pro *Milioniam* hoc loco legendum censet *Miloniam*, æque atque editur c. 34. quamvis autem eo loco Samnitibus Miloniam eripiant Romani, eaque Steph. Byz. urbs Samnitium nobilissima dicitur, inde tamen non magis sequi eam in Samnio proprie dicto sitam esse, quam quaslibet alias urbes, quas antea a Samnitibus ex aliis populis captas Romani iis iterum ademerunt. Quædam huic Cluverii sententiæ reposuit Gronov. IX. 21. § 6. In Mss. fere nihil mutatur, nisi quod primo *Milionam* legant Leid. 2. et Lov. 1. *Miloniam* Lov. 2. Harl. Flor. Klockian. et Oxon. C. apud Hearnium, qui in L. 1. *Millioniam* invenit: deinde *Pelestinam* sit in Voss. 2. *Plestiniam* in Port. Gaertn. et Hav. *Prestinam* in Klockian. et *Plistiam* in Harl. Ceterum *compulsis* deest in Gaertn. Mox autem *et Fersiliam*, addita conjunctione, et literis transpositis, edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *intra paucos dies* alio ordine habent Leid. 2. Harl. Port. et Hav. cum edd. vett. ante Froben. 1535. *Inter paucos dies* Gaertn. Vide ad v. 27. § 2.

Et parte agri multatis Marsis] Copula *et* deficit in Lov. 2. Sed intercidisse videtur negligentia librarii ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Vide ad IX. 41. § 10. Tum *multatis* Flor. Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. Vide ad III. 67. § 5.

§ 6 *Tum in Etruscos versum bellum*] Pal. 2. *Inde in Etr. versum bellum.* Gebh. *Tũ in Etruscos* Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. et mox ad § seq. In verbis proximis particula *et* deest, et *repetundorum*, pro *repetendorum*, præfertur in Harl. et edd. Aldina antiquioribus, nisi quod interim *repetendorum* dederint Mediol. 1505. Præterea *profectus esset Romam* Leid. 1.

Magister equitum, pabulatum egressus, ex insidiis circumvenitur] *Populatum egressus* Voss. 1. pro varia lectione in margine. *Vel populatum egressus* Leid. 2. et Lov. 1. *populatum est egressus* Harl. Vide hoc lib. ad c. 26. § 12. et c. 33. § 7. Deinde *in insidiis circumvenitur* idem Harl. *ex insidiis circumventus* Hearnii Oxon. C. in cujus B. desunt voces *ex insidiis.* Eas neque in Gaertn. neque in Hav. inveni.

§ 7 *Qui terror non eo tantum a Fabio abhorret*] *Qui terrorum eo tantum* Leid. 1. *qui terror non tantum* Voss. 2. et Leid. 2. *Error*, pro *terror*, scribendum esse, conjicit vir doctus ad marginem ed. Curionis. Sæpius eas voces in Mss. commutari, videbimus ad XXIV. 30. § 6. Hic tamen vulgatum servandum: non enim *errori*, sed *terrori* adscribendum est, quod fœda militum cæde ac fuga in castra est compulsus. Præterea *ab Fabio abhorret* Gaertn. et Hav. *ab Fabio abhorreret* Port. Vide ad XXXIX. 52. § 6. Paullo ante *signisque aliquot missis*, pro *amissis*, fragm. Hav. *signisque aliquod amissis* Gaertn.

Quod si qua alia arte cognomen suum aquavit, tum maxime bellicis laudibus] *Quos signa alia arte* Hav. *qui si qua alia arte* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVII. 35. § 4. *Quod si qua alia parte* edd. Aldo priores. Vide ad VII. 2. § 11. Præterea *cum maxime* Voss. 1. Lov. 1. Port. a m. pr. et Gaertn. *tñ maxime* Hav. Vide modo ad § præc. Deinde *bestias laudibus* Klockian. insigni aberratione.

Digitized by Google

Ceterum omnia hæc verba exsulant ab Harl.

§ 8 *Injussu dimicaret, adduci potuisset*] *Abduci potuisset* Port. et Gaertn. Vide ad Livii XXVII. 29. § 1. *Deduci potuisset* Leid. 1. Paullo ante *sed et*, pro *sed etiam*, Lov. 2.

CAP. IV. § 1 *Quam res erat, terrorem exciwit*] *Terrores excivit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *terrorem exivit* Flor. a m. pr. Mox *ut exercitus deletus*, pro *ut exercitu deleto*, Hearnii Oxon. C. *ut exercitu delecto* Port. Vide ad IX. 37. § 8.

§ 2 *Arma, tela in muros congesta*] *In muris* Port. Gaertn. et Hav. Male. Supra IV. 52. 'Quod omnia in locum tutum congesta erant.'

§ 3 *Omnibus juniaribus sacramento adactis*] *Omnibus minoribus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sæpius obvio librariorum lapsu. Vide ad VI. 37. § 10.

Castra in tutiorem locum redacta] *In tut. locum castra redacta* Port. *in tut. castra locum redacta* Gaertn. *in tut. redacta*, una voce exsulante, Hav. Paullo ante *spe et tranq. et composita* Leid. 1. *spe tranq. incomposita* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 4 *Extra vallum sine tentoriis*] Vide Lipsium de Milit Rom. v. 18. *Duk. Ignominia abolereter*] *Abolitur* Gaertn. Sed notam, qua addita vox *abol'etur* scripta erat, neglexit librarius. Vide ad XL. 14. § 2. Paullo ante *signa amiserant*, pro *amisserant*, fragm. Hav. Ita sæpe peccant librarii. Præter illa exempla quæ laudata sunt ad IV. 12. § 11. vide etiam ad IV. 33. § 6. VII. 22. § 9. VIII. 33. § 17. IX. 12. § 2. et 10. atque alibi.

§ 5 *Castra inde in agrum Rusellanum promovit*] Meminit 'Rusellæ' Ptolemæus III. 1. et Plin. III. 5. item 'Ruselle coloniæ.' Ejusdem agri item hic Noster author in hoc adeo libro c. 37. A. U. C. CDLIX. ubi tamen codd. fere legunt *Rosellanum*. Glar. Vox *inde* deficit in Leid. 2. Lov. 1. 2. et Harl. quæ, per compendium *it* scripta, a voce sequenti intercepta est. Vide ad XXXVII. 52. § 2. Præterea trajectis vocibus *in agr. Rusell. castra pro.* idem Harl. *inde in agr. Russell.*, vel *Ruselanum*, primæ edd. usque ad Aldum. *Ruselanum* etiam est in Lov. 1. a m. pr. et Lov. 2. *Russelanum* in Leid. 2. *Russellanium* in Klockian. *Rasellanum* in Lov. 3. *Rosellanum* in Port. *Roselanum* in Gaertn. *Rosellanum* in Hav. *Nisellanum* in Hearnii Oxon. C. Vide etiam hoc lib. c. 37. § 3. Oppidi, unde eger nomen invenit, vere Ῥοσελλᾶαι Græcis, *Rusellæ* Latinis dici, pro quo posteriori ævo *Roselle* dixerunt, docet Cluver. Ital. Antiq. II. 8. p. 514.

§ 6 *Eo et hostes secuti: quamquam ex bene gesta re*] Vet. lib. *et quamquam*. Sigon. Pal. 2. *et quamquam*. Gebh. Particula *et*, a Sigonio inserta, non adparet in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Klockian. et fragm. Hav. Tum *ex bene honesta re* Gaertn. Mox *summum in aperto cert.* Harl. pro *et in aperto*. Eamdem vocalem *et* omittunt etiam edd. Aldina priores. *Summum et aperto certamine* Flor. *summum et imperato cert.* fragm. Hav. a m. pr. in *experto cert.* edd. Rom. 1472. et Parm. Præterea *tam insidiis*, pro *tamen*, Gaertn. Vide ad XXII. 59. § 13.

§ 7 *Tecta semiruta vici*] *Semirupta* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Similiter etiam peccatum erat V. 49. § 4. Vide plura ad IX. 45. § 17.

Per vastationem agrorum desuti] *Per devastationem* Gaertn. Supra I. 52. 'Urbium excidia vastationesque agrorum semper aut expectent, aut patiantur.' III. 66. 'Vastationem agrorum urbi per contumeliam ostentantes.' Tum *destituti* edd. antiqq. pro quo Aldus *desuti* reposuit. Et ita codd. scripti, nisi quod *desuti* sit in Lov. 4. *desti* in Klockian. *destituti* in Neapol. Latinii. Vox illa deficit in

Digitized by Google

Harl. Infra XXXIX. 2. 'Vicosque, qui in campis aut vallibus erant, deussit.' XL. 41. 'Montanorum Ligurum ab A. Postumio vineæ cæsæ, frumentaque deusta.' c. 45. 'Arbores, quæ obnoxiæ frigoribus sunt, denserat cunctas.'

Ibi abditis armatis, pecus in conspectu præsidii Romani, cui præerat Cn. Fulvius legatus, propulsum] *Ibi additis auditis armatis* Gaertn. *ibi abditis armis* Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. quomodo, haud dubie culpa operarum, edidit etiam Modius; quem errorem tamen servarunt G. D. Heinsius, J. F. Gronovius et Doujatius. Alibi etiam has voces commutari, videbimus ad XXII. 37. § 7. Tum *in conspectum præsidii* Port. Deinde *C. Fulvius* Voss. 2. Lov. 2. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. in margine, et edd. antiqq. usque ad Frobenianam 1535. *M. Fulvius* Leid. 2. *consul Fulvius* Leid. 1. et Lov. 3. *Cornelius Fulvius* Hearnii Oxon. L. 2. et C. prænomen omittitur in Lov. 4. Reliqui vulgatum servant. Et sane hoc prænomen in gente Fulvia frequentissimum est, quæ vix altero illo *Caius* usa fuit. Tandem *perpulsum* Lov. 4. Vide ad IX. 24. § 4.

§ 8 *Quum moveretur nemo ab Romana statione*] Ita primus edidit Jac. Gronovius. Neque aliter est in codd. nostris, nisi quod Harl. et forte etiam Flor. ac Klockian. cum prioribus excusis præferant *cum commoveretur*. Vel itaque syllaba *com* in illis repetita est ex vocula præcedenti, vel in aliis ab ea absorpta est. Tum *a stationa* Voss. 2. et Lov. 3.

Cunctanter ab ruinis visi pecus propellentes, quid cessarent, quum per media castra] *Cunctantes* Gaertn. et Hav. Sed adverbio illo Livius etiam usus est I. 36. 'Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt:' hoc lib. c. 10. et alibi. Tum *qui cessarent* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr, ubi qui pro 'cur' positum videri posset. Vide ad II. 54. § 8. Reliquis tamen vulgatum defendentibus adsentiri malo, et *quid* interpretari 'propter quid.' Vide ad III. 7. § 3. Hinc particula *quum* perperam omittitur in Hav. et Gaertn. quorum posterior etiam *per medias castra Romana tuta*, pro *tuto*, præfert.

§ 9 *Et per omnes manipulos militum ingens esset indignatio*] Pal. 2. exhibet *indignatio magna esset*. Gebh. *Ut per omnes* Gaertn. Vide ad XXI. 28. § 8. Tum *militum manipulos*, transpositis dictionibus, Harl. et edd. usque ad Frobenianam 1535. Deinde *magna esset indignatio* Hearnii Oxon. B. *indignatio ingens esset* alio ordine Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *indignatio magna esset* Port. Gaertn. et Hav. In verbis præcedd. *Alterites*, pro *Cærites*, Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1. *Cerrites* Port. et Hav.

Nec tamen injussu movere se auderent] Pall. tres, excluso provocabulo *se*, exhibent *nec tamen injussu movere aud.* Gebh. Sex codd. membranacei τὸ *se* ignorant. Suetonius Caligula c. 13. 'Itaque ut a Miseno movit, quamvis lugentis habitu.' *J. F. Gron. Injussi* edd. Rom. 1472. et Parm. Sed vox illa deficit in Lov. 2. qua tamen Livius sæpe utitur pro 'sine jussu.' Vide ad VII. 12. § 12. Deinde *movere auderent*, omisso pronomine, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. Exc. Plthœi, et edd. Rom. 1472. et Parm. quorum auctoritate etiam expunxi. Sæpius enim Livius verbum *movere* sine casu usurpare solitus est. v. 25. 'Quod ex ea tantum præda, quæ rerum moventium sit, decima designetur.' XXI. 32. 'Triduo fere, quam Hannibal ab ripa Rhodani movit.' XXII. 1. 'Jam ver adpetebat, quum Hannibal ex hibernis movit.' XXII. 43. 'Movere inde statuit in calidiora loca.' XXIII. 1. 'Confestim ex Apu-

Digitized by Google

lla in Samnium moverat.' XXV. 9. 'Hannibal concubia nocte movit.' c. 16. 'Priusquam ex Lucanis moveret.' c. 38. 'Concubia nocte movere.' XXVII. 40. 'Moveratque ex hibernis ad famam hostis Q. Claudius.' XXXIII. 6. 'Certior jam factus, Romanum ab Thebis Pheras movisse.' XXXV. 4: 'Quum luce moveret, tamen turmam equitum exploratum misit.' XL. 59. 'Terra movit in foris publicis.' Vide ad XLIII. 21. § 1. Jac. Gronov. ad VII. 14. § 8. Grævium ad Cic. ad Att. V. 12. et viros doctos ad Curtii V. 13. § 11.

Peritos linguæ adtendere animum, pastorum sermo agresti, an urbano, propior esset] Pall. 1. et 3. *att. animum past. sermoni, agr. an urb. propior esset.* Pal. 2. *att. animos past., sermone agr. an urb. propior esset.* Gebh. Duo Pall. et Voss. *jubet peritos linguæ att. animum past. sermoni, agr. an urb. propior esset.* Etiam Pal. 3. *sermone.* J. F. Gron. *Adtendere habitum* Voss. 1. in marg. et Leid. 2. Sed ea vox ex sequenti huc migrasse videtur. *Adtendere animos* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Quomodo librarii dedisse videntur, quia plures jussi erant, ut quisque animum, adeoque omnes illi animos adtenderent. Verum eo sensu utrumque in usu fuit 'adtendere' et 'advertere animos,' vel 'animum.' Cic. Orat. Agrar. II. 15. 'Adtendite animos ad ea, quæ consequuntur.' Liv. IV. 45. 'Adverterent animos, ne quid novi tumultus Lavicis oriretur.' Cic. de Amic. c. 26. 'Admonendi sunt, ut animum advertant.' Sallust. in Jug. cap. 69. 'Vaccenses ubi animum advertere.' Vulgatum itaque, plurium et meliorum codd. auctoritate firmatum, servo. Similiter de pluribus non tantum 'in animos,' sed etiam 'in animum inducere' Livium dixisse, docent exempla quibus hanc locutionem inlustravi ad L. 17. § 4. Præterea *adtendere animum pastorum sermone* Port. Gaertn. et Hav. *sermoni* Voss. 2. et Lov. 3. Et hic etiam æque *sermoni* ac *sermo* ferri potest: quare iterum plurium ac meliorum codicum consensus efficit ut vulgatum præferendum censeam. Deinde *agresti inurbano* Lov. 4.

§ 10 *Et corporum habitum, et nitorem, cultiora, quam pastoralia, esse*] *Et corp. et hab. et nitorem cultiora* fragm. Hav. *et corp. hab. nitorem cultiora* Gaertn. *et corp. hab. nitorem cultioriora* Hav. *et corp. hab. et nitorem et cultiora* Leid. 2. Tum *cultiora esse, quam pastoralia* Lov. 4. Mox vocabulum *insidias* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. *nequidquam conditas urbes insidias* habet Lov. 4. *nequiquam* est in Flor. et Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9.

Nec magis jam dolo capi, quam armis vinci, posse] *Non magis jam dolo capi* Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *non magis id dolo capi* Hav. *nec magis jam capi dolo* Lov. 2. 4. Harl. fragm. Hav. et edd. antiqq. ante Aldum. Deinde *quam armis capi vinci posse* Port. a m. pr. in quo *vincique* emendatur a m. sec. *vinci potuisse* Voss. 1.

§ 11 *Qui consederant in insidiis, perlata, consurrectum repente ex latebris est*] *Considerant* Hav. Hinc *tunc surrectum* Leid. 2. *tum surrectum* Lov. 3. Deinde *e latebris est* Lov. 4. *ex latebris esse* Port. In verbis seqq. *et patentem ad conspectum* præferunt Voss. 2. et Lov. 3.

§ 12 *Auxilia adcitum mittit; interea ipse impetus hostium sustinet*] *Auxilio accitum mittit* Gaertn. *auxilia acciri mittit* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *accitum mittit auxilia* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *hostium impetus sustinet* Lov. 2. *impetus hostium sustineret* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 52. § 6. *Impetum hostium sust.* Harl. et edd. Aldina priores. Vide ad I. 4. § 9.

CAP. V. § 1 *Nuncio adlato, dictator signa ferri, ac sequi armatos jubet*] Omnia hæc verba desunt in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. in contextu. Transpositis autem dictioni-

Digitized by Google

bus *et sequi jubet armatos* legunt Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et fragm. Hav. *atque sequi jubet armatos* Gaertn. Mox *clariora*, pro *celeriora*, Lov. 4.

§ 2 *Rapta extemplo signa armaque; et vix ab inpetu*] *Recepta ext. signa* Lov. 4. Tum vox *et* deficit in Lov. 2. Mox *concursu*, pro *cursu*, Harl. quomodo etiam variant codd. v. 42. § 3. 'Concursare' et 'cursare' eo modo confundebantur IX. 24. § 12.

Quum ira ab accepta nuper clade stimulabat, tum concitatior accidens clamor] Pall. duo meliores *cum ira acc. nuper clade stimulabantur*. Forte *cum ira acceptæ nuper cladis stimulabantur*. Gebh. *Tum ira* Voss. 1. Lov. 1. 2. Gaertn. fragm. Hav. Flor. a m. recenti, et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. Vide ad VI. 23. § 3. Tum *ira ab accepta nuper clade stimulabant* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *ira accepta nuper clade stimulabantur* Voss. 2. et Lov. 3. *stimulabantur* etiam fragm. Hav. quæ scriptura errori librarii tribuenda est. Male itaque Gebhardus inde legendum conjecit *ira acceptæ nuper cladis stimulabantur*. Ea enim recepta, nisi simul legamus *tum concitatiori accidente clamore*, verba illa non habebunt unde pendent. Sed insuper, ita legendum non esse, ostendit sibi in vicem respondens locutio 'ira ab accepta clade' et 'clamor ab increscente certamine;' in quibus *ab* accipitur eodem modo, ut XXVI. 1. § 3. ubi plura vide. *Accepta clade nuper stimulabat*, trajectis vocabulis, Hav. Sed τὸ *nuper* aberat a Lov. 4. Insuper *accedens clamor* Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. cum edd. Frobeniana 1535. antquioribus. Male. Vide ad XXI. 10. § 12.

§ 3 *Urguent itaque alii alios, hortanturque signiferos, ut ocius eant*] *Clamor ab incr. certamine urgĕt: atque alii alios, hortanturque signiferos* Hav. *Itaque* et *atque* sæpius commutantur. Vide ad XL. 12. § 2. Tum vocula *ut* non adparet in fragm. Hav. a m. pr. Eam sæpe omitti post verba hortandi, videbimus ad XL. 11. § 1. Hic tamen aliis codd. qui uno consensu defendunt, eam servandam esse consentio.

Quo magis festinantes videt dictator] Vet. lib. *fest. ire videt*. Sigon. Pal. 2. *fest. ire videt:* ut monuit ex suo quoque Sigonius. Confer hæc cum Curtii III. 10. ubi narrat, ab Alexandro milites, concitatius euntes, manu inhibitos. *Gebh. Festinantes ire videt* etiam Port. et Hav. *festinantesve videt* Gaertn. *festinantes ut videt* Hearnii Oxon. B. *festinantes vidit* fragm. Hav. *festinantes videret* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 52. § 6. Vox *videt* deerat in Lov. 4. Mox *retinet agmen*, pro *retentat*, idem Lov. 4. quod ex interpretatione natum est. Emphasis hic est in frequentativo; quo indicat, dictatorem subinde omni hac via sæpius retinuisse milites. Alibi sæpe librariis forma hæc verborum displicuit. Vide ad v. 40. § 3. Eodem verbo aliquoties usus est Aurel. Vict. in Cæsar. sed sine emphasi pro 'retinere.' At simili sensu obcurrit apud Tacit. Hist. II. 35. 'Desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros, aut cominus mergere.' Hist. V. 21. 'Civilis dum fugientes retentat, agnitus petitusque telis, relicto equo, transnatavit.'

§ 4 *Et super alios alii nunciant dictatori*] Vide ut hic sermo statim versus est. Præcedentia enim verba manifeste de Hetruscis dicuntur, hæc autem omnino de Romanis. Neque enim Hetrusci dictatori nunciant, omnes legiones Hetruscorum capessisse pugnam. Sed certe conjunctio *et* novæ digressionis est nota, quod superiore quoque libro admonuimus: nisi quis mendam in hoc loco putet. *Glar.* De Romanis intelligendum, non de Etruscis. Itaque nova periodus instituenda est. *Sigon.* Vocalem *et* omittunt Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *principio excitati pugnæ*, pro *exci-*

Digitized by Google

ti, Klockian. Vide ad XXVIII. 24. § 4. *Principio exciti pugna* Flor.

Omnes legiones Etruscorum capessisse pugnam; nec jam ab suis resisti posse] *Cepisse pugnam* Leid. 2. quod ex glossa interpretis natum puto. Supra II. 6. 'Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus:' hoc lib. c. 19. 'Sueque inpetu magis milites, quam cujusquam ductu aut imperio, pugnam capessebant.' Klockian. præfert *capesse*. Tum *nec ab suis resisti posse* Lov. 4. et Gaertn. *nec jam a suis resisti posse* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. *neque jam ab suis resisti posse* edd. antiqq. usque ad Aldum. Mox *quanto in discrimine* Lov. 4. Vide ad II. 19. § 8. Uni tamen testi fidem habere temerarium foret.

§ 5 *Ceterum, satis fretus esse etiam nunc tolerando certamini legatum*] Hæc verba etsi intelliguntur, duram tamen habent compositionem. *Glar.* Vet. lib. *Cæterum fretus satis esse etiam nunc.* Sigon. Ita et Port. Duram compositionem vocasse videtur Glareanus, quia jungendum credebat 'satis esse tolerando certamini;' id est, ei rei sufficere. Placeret itaque trajectio verborum, quæ in vet. lib. Sigonii et meorum uno obcurrit. Male. Jungendum enim 'satis fretus,' ut 'satis creditur,' et similia; de quibus vide ad XXI. 8. § 8. Est autem locutio Liviana 'esse tolerando certamini,' pro posse tolerare certamen; de qua vide ad V. 3. § 5. Præterea vox *Ceterum* exsulat a Lov. 3. *esse nam nunc tol. cer.* legunt Voss. 2. et Lov. 3. *esse etiam vim tol. cer.* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Prima incedebant ... repentinum hostis timeret*] *Postea inced.* Hearnii Oxon. C. Tum *hosti sumeret* Klockian. Paullo ante *ad impetum capiundum*, pro *capiendum*, Flor. Vide ad XXVI. 37. § 11.

Sed relinqueret intervalla inter ordines peditum] Sic illæ, quæ secutæ sunt Modianam: nam et Curio cum omnibus prioribus *reliquerat*. Rectius omnino: etenim de dictatore hoc verbum exaudiendum, non de hoste. *J. F. Gron.* *Relinqueret* jam triginta quatuor annis ante Modium receperunt Basil. 1554. quod deinceps repetierunt Paris. 1573. et Francof. 1578. atque ita demum Modius: pro quo recte *reliquerat* revocavit Gronovius. Id autem Oxoniensium suorum testimonio firmari, auctor est Hearnius; neque dissentiunt mei, nisi quod *relinquerat* sit in Lovel. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Præterea *inter peditum ordines* Lov. 4.

Qua satis lato spatio equi præmitti possent] Scribo, *qua satis laxo spatio equi permitti possent*. Gelen. Recte *laxo spatio* Gelenius; neque aliter codd. Hearnii Oxonienses, ut et mei; nisi quod *satis lapso* sit in Lov. 1. *satis lato* in Leid. 2. Colum. IV. 30. 'Rigua locos spatia laxiora desiderat.' Solent autem 'laxus' et 'lapsus' a librariis commutari. Vide quæ notavi ad Silii I. VIII. c. 322. Et eo modo confundumtur etiam 'laxare' et 'lassare.' Vide ad VI. 9. § 9. XXI. 59. § 6. et viros doctos ad Rutilii Iter I. 371. Similiter etiam turbant scribæ in vocibus 'laxus' et 'latus.' Vide ad XXXIX. 17. § 2. Deinde recte etiam idem Gelenius *permitti*, consentientibus omnibus scriptis meis. Vide ad III. 70. § 9. Ex locis autem ibi laudatis constat, non audiendos esse Port. Gaertn. et fragm. Hav. in quibus *equites permitti*.

§ 7 *Et inmissus eques libero cursu in hostem invehitur*] Sic apud me primus Juntas. Sed melius Thuan. Flor. Voss. 1. Helm. Andreas, Bechar. Ascens. Mogunt. *emissus*: nempe ex acie Romana, per quæ dixerat intervalla. Lib. II. c. 49. 'Ita instruxisset aciem, ut, solo equitatu emisso, exercitum hostium funderet,' VII. 15. 'Eques deinde emissus turbatos avertit.' XXIX. 2. 'Intervalla patentia satis late fecerat, qua equitatum, ubi

Digitized by Google

tempus esset, emitteret.' XXX. 18. 'Tu quatuor legionum equites in hostem emitte.' XXXIII. 36. 'Et equitum Latinorum omnes turmas in hostem emisit.' *J. F. Gronov. Emissus equo* præter Voss. 1. et Flor. a Gronovio memoratos, ex meis legunt etiam Leid. ambo, Lov. 1. 2. Harl. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac N. Ita II. 25. 'Militem avidum certaminis emittit.' VI. 13. 'Tum equitum turmas emisso.' XXVIII. 14. 'Equitatum omnem extemplo in equites emittit:' ubi similiter ante Gronov. peccabatur. Vide quæ ibi notantur. Ceterum *immissus* ante Jun tam dedit Aldus. Deinde *cursus liberos* præfert Leid. 1.

Incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem effundit] *In incompositosque effundit* Port. *incompositosque effundit* Voss. 1. *incompositosque effundit* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *incompositisque effundit* Flor. a m. recenti, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. a m. sec. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1531. *effundit* recte substituit. Passim hæc verba a librariis in codd. scriptis commutantur. Vide ad lib. XXXIII. cap. 7. § 8.

§ 8 *Itaque, ut prope serum auxilium jam pene circumventis, ita universa requies data est*] Primus tertiusque Pall. codd. *Itaque ut properum auxilium.* Pal. 2. *Itaque ut non properum auxilium.* Sed elegans est vulgata lectio. Lib. XXVII. c. 20. 'Asdrubal Giscgonis et Mago imperatores ex ulteriore Hispania ad Asdrubalem venerunt, serum post male gestam rem auxilium.' Eodem lib. cap. 49. 'Magnopere vereri, ne perditis rebus serum ipse auxilium veniret.' Lib. XXXI. c. 24. 'Quamquam serum auxilium perditis erat, tamen, quæ proxima auxilio est, ultionem petens.' XL. 25. 'Hæc sera futura auxilia erant.' *Gebh.* Voss. 1. *ut properum.* Thuan. Voss. alter, duo Pall. *ut properum auxilium.* Pal. 3. *ut non properum auxilium.* Cui pene accedo, etsi non oblitus *serum auxilium* alibi frequentari Nostro. Lib. XXVIII. c. 25. 'Nihil reliqui habebant præter non tutissimum a malis consiliis receptum:' ubi vide: nam hic quoque vitiarant. Illud elegans *universa requies.* Ut IV. 27. 'Conferendo vires spem universæ victoriæ, tentata paullatim eventa certaminum, suos præcipere.' VII. 11. 'Tanti ea ad universi belli eventum dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte, relictis trepide castris, in Tiburtem agrum, &c. transierit.' XXII. 12. 'Neque universo periculo summa rerum committebatur.' Et c. 32. 'In casum universum dimicationis non veniebant.' XXIII. 16. 'Duces nec prohibebant pascos temere rogantes, nec dare signum universæ pugnæ volebant.' XXXI. 35. 'Rex tam celerem aleam universi certaminis timens.' XXXVI. 7. 'Hannibal, nominatim rogatus sententiam, in universi belli cogitationem regem avertit.' Hæc eo, ne tibi eveniat quod homini doctissimo, qui malebat *universis requies.* J. F. Gron. *Properum jam pene circumventis* Leid. 2. *properum jam pene circumventis* Lov. 1. voce *auxilium* in utroque omissa: *properum auxilium jam pene circumventis* Lovel. 2. 4. Gaertn. Leid. 1. fragm. Hav. a m. sec. (in quo *prope auxilium* erat a m. pr.) Hearnii Oxon. N. C. et Exc. Pithœi: *non properum auxilium pene circumventis* Port. et Hav. Quam quidem lectionem Gronovius probavit, et commode ferri potest: quam tamen non, nisi in subtilitatis fidei codd. supersit, qualis præter meos modo memoratos Pal. 2. apud Gebhard. potius esse puto, ut cum eodem Gebhardo *prope serum auxilium* probem. Præter loca autem Livii, quæ idem Gebhardus laudavit, *serum auxi-*

Digitized by Google

lium memorat etiam Liv. III. 5. 'Quia serum auxilium post prælium venerant, prope cum ignominia dimissi.' Particula autem *jam* deest in ed. Rom. 1472. Eam reliquæ, quas vidi, cum codd. scriptis constanter tuentur. Ceterum *universis requies data est* etiam vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum conjecit. Sed recte Gronov. vulgatum defendit. Exemplis ejus adde hæc ex Liv. I. 38. 'Ubi nusquam ad universæ rei dimicationem ventum est.' XXII. 19. 'Incautosque universo simul terrore effuso obprimeret:' et l. XXVII. c. 12. 'Casum universæ pugnæ non necessarium ducebat.'

Integri accepere pugnam: nec ea ipsa longa, aut anceps fuit] *Integre accepere* Port. *integri accipere* Gaertn. *integri acceperunt* Lov. 4. Tum *nec ipsa longa*, omissa voce *ea*, Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. Exc. Pithœi, et cum edd. Rom. 1472. ac Parm. omnes mei Mss. nisi quod in Klockian. sit *nec hæc exposita longa*. Sæpe *ipsa* pro 'ea ipsa' poni, sæpe etiam, ubi ita præferunt codd. manu exarati, vocem *ea* culpa scribarum omitti, vidimus ad v. 43. § 4. Hic tamen non possum non conspirantibus in eamdem lectionem codd. consentire. Præterea *anceps pugna fuit* Port. errore librarii. Tò *fuit* non adparet in Voss. 2.

§ 9 *Et in ultimam castrorum partem*] *In ultima castr. parte* Harl. cum edd. prioribus. Aldus demum vulgatum reposuit, cum quo sentiunt reliqui scripti. Præterea *ut in ultimam* Gaertn. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXI. 28. § 8. In præcedd. idem cod. omittit voculam *jam*.

§ 10 *Pars magna aggerem vallumque conscendunt*] Vocem *pars* tamquam conlectivam cum verbo plurali libenter Livium construere, dictum est ad v. 28. § 5. Quid tamen esse dicam, quod hoc loco omnes mei (solis forte Klockian. ex quo nihil notatur, et Harl. cujus scripturam mox memorabo, exceptis) constanter legant *conscendit*, et mox *posset*? iisdem consentit Oxon. B. Hearnii, qui insuper *conscendit* sibi obvium falsse testatur in N. C. et Exc. Pithœi, quemadmodum contra *posset* exhibent Harl. et ed. Rom. 1472. ac Parm. An omnium horum codd. librarii errasse dicendi sunt? Durum id est. Eo tamen inclinat animus. Præterea *vallum aggeremque* edd. principes usque ad Aldinam, quæ voces transposuit, consentientibus scriptis, uno Harl. in diversa abeunte.

Si aut ex superiore loco tueri se, aut superare aliqua et evadere] Pal. 2. *aut sup., aut aliqua evadere*. Gebh. Ita et Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *aut sup. aliquam et evadere* Leid. 1. *aut sup. et evadere*, voce omissa, Exc. Pithœi. Male. De voce 'aliqua' vide ad XXXVIII. 30. § 7. Præterea *e superiore loco* Voss. 1. et Lov. 1. *e superiori loco* Leid. 2. *ex superiori loco* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *ex supero loco* Leid. 1.

§ 11 *Male densatus agger pondere suprastantium in fossam procubuit*] Vet. lib. *superstantium*. Sigon. Tres Pall. referunt cum Campani ed. *pondere superstantium*. Andreas vero *suprastantium*. Gebh. Paris. 1573. primi ediderunt *superastantium*; quod postea secuti editores servarunt. Id tamen ortum puto ex errore vel operarum, vel ejus, qui huic editioni præfuit, et ex *suprastantium*, ut ante Sigonium legebatur, *superstantium*, quod is in contextum recepit, emendaturus, inserto τῷ *e*, literam *a* expungere oblitus est. Nam 'superadstare' quidem verbum probum est, apud Virg. Æn. VI. 17. et, ut lexica docent, apud Manil. atque alibi obvium; eo tamen Livium usum esse, nondum comperi. Insuper lectio illa nullius cod. testimonio firmatur. Ut enim Sigonius in vet. lib. et Gebhardus in suis invenerunt, præferunt etiam

Digitized by Google

omnes mei, nisi quod *suprastantium* sit in Lov. 4. et ex Flor. nihil notatum videam, ut forte is quoque *suprastantium* servarit. Contra *superstantium* Hearnio quoque in Oxon. N. L. 2. B. et C. obvium fuit, quam etiam scripturam revocavi. 'Super' et 'supra,' ac propterea 'superstare' ac 'suprastare,' in Mss. confundi, videbimus ad XXIII. 36. § 6. De verbo autem 'superstare' vide ad XXXVII. 27. § 8. Vox *male* deerat in Leid. 2. Sed *male densatus* est, 'non satis densatus.' Vide Emmen. ad Virg. Georg. I. 105. *Quodam loco male densato* perperam Voss. 2. Etiam *ager*, pro *agger*, est in Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Denique *et fossam*, pro *in fossam*, Lov. 4.

Atque ea quum Deos pandere viam fugæ conclamassent] *Atque eva quum Deos* Klockian. *atque evah quum Deos* Harl. cum edd. antiqq. *atque eo quum Deos* Lov. 2. *atque eam quum Deos pandere viam* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. ac C. *ad quæ cum Deos pandere viam* Neap. Latinii. Sed recte Mediolan. 1505. ediderunt *atque ea quum Deos*, quod non tantum plerique editores posteriores, sed et reliqui codd. probarunt. Præterea *inclamassent* Gaertn. Error inde ortus est, quia per notam scriptum fuerat *ĕclamassent*, quod levi negotio in *ĭclamassent* corrumpi potuit ob ductuum similitudinem. Hac ratione commutantur 'contentus' et 'intentus;' (vide ad VII. 5. § 5.) 'concitare' et 'incitare;' (vide ad VIII. 33. § 1.) 'contra' et 'intra;' (vide ad VII. 40. § 13.) Mox *evadunt* deficit in Lov. 2.

§ 12 *Pacto annuo stipendio, et duum mensium frumento*] *Pacto annuo stip.* Flor. et Leid. 1. Tum *et duum mensium stip.* Lov. 4. Cujus codicis librarii menti adhuc vox illa ex præcedenti obversabatur, quum hoc scriberet. *Et duum mensium frum. imperato* una voce auctiores Harl. Neapol. Latinii, et edd. nonnullæ principes. Eo verbo in hac re usus est Livius IX. 43. 'Tum trium mensium frumento imperato, et annuo stipendio, ac singulis in militem tunicis, ad senatum pacis oratores missi:' ubi plura vide. Hic tamen ea vox non necessaria est, quum *pacto* præcesserit; quod de eodem negotio adhibet VIII. 2. et c. 36. etiam IX. 43. Recte itaque Aldus vocem *imperato* ejecit, quam neque reliqui codd. agnoscunt. Mox *a dictatore*, pro *ab*, Leid. 2. et Lov. 2. Deinde *Romam legatos mitterent*, transpositis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Sine ullo memorabili prælio*] Vox *prælio* deficit in Lov. 4. At *memorabili bello prælio* est in Voss. 2. Quamvis autem librarius subjectis notis recte indicarit, vocem *bello* delendam esse, interim tamen hinc patet, sæpe librarios voces 'bellum' et 'prælium' commutasse. Vide ad III. 61. § 2. Paullo ante, continuata oratione, *Pace negata, inducia*, pro *Pax negata*, Harl. Sed nihil muto, partim quia omnes reliqui codd. stant pro vulgato, partim quia Livio solemne fuit, orationem in minores periodos intercidere. Vide ad XXI. 36. § 4.

Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto] *Licinio genere* tantum non omnes codd. et edd. ante ultimam Gruteri. Vide quæ notata sunt hoc lib. ad c. 3. § 2.

§ 14 *Consulem ex dictatura factum M. Valerium*] Lege *Consul ex dict. factus M. Valerius.* Gelen. Hæret in Pall. 1. ac 3. hæc lectio *Consul ex dict. factus M. Valerius:* in Pal. 2. *Consulem ex dictatore factum M. Valerium:* in Camp. *Consul ex dictatore factus M. Valerius.* Gebh. *Consulem ex dictatore factum M. Valerium* cum priscis edd. legunt Lov. 4. a m. sec. Port. Harl. Gaertn. et Hav. ut ita

Digitized by Google

oratio continuaretur cum sequentibus, et hæc verba penderent a verbo sequenti 'credidere.' Sed vide ad § præc. *Consul ex dict. abiit et factus M. Valerius* Hearnii Oxon. I. 2. et C. *Consul ex dictatore factus M. Valerius* ejusdem I. 1. et B. neque aliter Voss. 1. et Leid. 2. Reliqui probant emendationem Gelenii. Vir doctus ad marginem ed. Curionis emendandum censebat *ex dictatore*. Eam locutionem exposuit Oudend. ad Lucani IV. 719. quemadmodum contra *ex dictatura*, quod in longe pluribus ac melioribus superest, exposuit Gronov. Obs. I. IV. c. 20. p. 320. ubi etiam lectionem Gelenii probavit.

Non petentem, atque adeo etiam absentem, creatum credidere quidam] Fortassis *tradidere*. Non solet Livius, quum aliquid varie proditum adnotat, in ea re uti verbo 'credere,' sed aliter atque aliter id enunciat. Evolvatur vel solus liber IX. capp. 15. 42. et 46. 'In quibusdam annalibus invenio.' c. 23. 'Invenio apud quosdam.' c. 28. 'Utrumque traditur.' c. 36. 'Quidam tradent.' c. 44. 'Alii tradant.' eodem cap. 'Quidam auctores sunt.' Et 'credere' ac 'tradere' sæpe permutantur. Vide Barmann. ad Ovid. Metam. II. 378. et Drakenb. ad Silii XVI. 371. *Duk. Non potentem* Port. et Hav. de quo errore vide ad v. 14. § 5. male autem hæ voces ambæ omittuntur in Flor. Tum *atque ideo etiam absentem* Portug. et Gaertn. *atque ideo etiam absentes* Hav. *ideo* et *adeo* etiam alibi commutari solent. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Ep. Her. XVII, 164. *Atque adeo absentem etiam* Harl. et edd. ante Froben. 1535. *atque etiam absentem* Lov. 4. Voces *atque adeo* exsulant a Lov. 2. Ea tamen formula apud optimos scriptores frequens est. Cic. ad Fam. IV. 3. 'Sed aliquid, atque adeo multa, adduat et adferunt de suo.' Or. pro Planc. c. 19. 'Etiam atque etiam iusto, atque urgeo, insector, posco, atque adeo postulo crimen.' In Pison. c. 18. 'Tube etiam, atque adeo vos, geminæ veraginæ scopulique reipublicæ, vos meam fortunam deprimitis?' et ita alii sæpe. Vox *creatum* deest in Gaertn. et Hav. quorum librariis ea displicebat, quia initialia hujus § verba casu quarto concepta cum his jungebant. Tum *credidere* Lov. 4. Reliqui omnes *credidere*. Conjectura tamen Dukeri admodum placet. Vide ad Epitom. Liv. lib. LX.

Et per interregem ea comitia facta] Probo magis *habita*, quod est in vet. lib. *Sigon.* Sigonius *habita*. Sed neque illa, neque vox *facta*, comparet in Pall. duobus melioribus. Alius Pal. 2. hinæque edd. principes defensitant vulgatum *facta*. Gebh. Sigonius magis probat *habita* e *suo* vetere. Sane tribus nostris ea vox prorsus exulat: verum in aliis tribus exstat integra. Cum autem toties dicat Livius 'perfecta comitia,' quare non et *facta* diceret? Habes hoc lib. c. 16. 'Comitiis perfectis veteres consules jussi bellum in Samnio gerere.' *J. F. Gron.* Probam est *facta*. Liv. v. 1. 'Comitia utrinsque populi longe diversa ratione facta sunt.' Ibid. c. 14. 'Comitiis, auspicato quæ fierent.' Sic 'concilia facere' III. 10. *Duk.* Idem Gronov. in priori ed. notarum testatus vocem *facta* a melioribus codd. suis deficiente sententia prorsus exulare, legendum suspicatur *ea comitia inita*. Nam ad sensum aliquid tale requiri, neque facilius quidquam a præcedentibus literis potuisse absorberi. Rectius tamen in posterioribus curis vulgatum contra Sigonium defendit. *Non ea comitia habita* tantum invenI in Lov. 4. neque vox *facta* in aliis, quam Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. defuit. Non tantum 'perficere comitia' apud Liv. obcurrit XXIII. 34. XXV. 41. XXX. 39. et alibi; sed et 'fieri,' ut hoc loco *facta*, dicuntur

r. 35. 'Eo magis Tarquinius instare, ut quam primum comitia regi creando fierent.'

Id unum non ambigitur, consulatum cum Appuleio Pansa gessisse] *Id unum vero amb.* Lov. 4. Error ex compendio *nō* natum est, pro quo scriptum fuisse *u'o* existimavit librarius. Tum *Pensa* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *gessisset* Lov. 4. *gessisse M. Valerium* Hav.

Cap. vi. § 1 *M. Valerio*] Et hic rursus Valerium absque cognomine profert, ut A. U. C. CDXLIII. (lib. IX. c. 28.) fecerat, et bis, hoc adhuc anno (c. 9.) et sequenti (c. 11.) quamquam Maximus hic fuit dictator, ac illi consulatus duobus sequentibus annis datus videtur. Id unum apud me dubium, num Corvinus etiam Maximus sit cognominatus, an alius quispiam M. Valerius cum Corvino hoc tempore vixerit ex eadem familia. Nam a quadringentesimo ab condita urbe anno novies in magistratu M. Valerii nomen reperias: sed Corvinus an. CDVII. primum fit consul: in sex sequentibus locis aliquis alius semel fuit consul, non Corvinus. At qui ex illis locis sit, non satis liquet; suspicor tamen a. CDXLIII. Alioqui Corvinus hic erat VI. consul, ac anno sequenti VII. quod non videtur verisimile. Nemo enim ante C. Marium septies consul fuit Romæ, authore Plutarcho in Mario pag. 432. Plinius sane VII. 48. a primo Corvini consulatu ad sextum usque ait intercessisse annos XLVI. quod ego intelligo non connumeratis extremis. At hic annus est XLVII. Quare sequenti, non hoc anno, puto Corvinum sextum fuisse consulem, ubi Torquato subrogatus fuit: et vel hunc locum, vel eum A. U. C. CDXLIII. ut diximus, de alio intelligi Valerio. Sane lex de provocatione a Corvino magnæ authoritatis viro lata videri potest. Et fortassis dictatori prioris anni male additum *Maximus*. Nam et Livius in comparatione illa, ex nomine 'Maximi' orta, lapsus videtur, ut paullo ante c. 3. § 4. demonstravimus. Sane Livianus codex in his oppido negligens est, authorisne culpa, an temporum injuria, ignoro. *Glar.* Recte Glareanus contendit, M. Valerium, hujus anni ordinarium, et sequentis suffectum consulem, fuisse celeberrimum M. Valerium Corvum, quia Plinius docet Hist. Nat. VII. 48. inter primum et sextum Corvi consulatum quadraginta et sex annos interfuisse. Tot autem anni interesse reperiuntur a Corvo primum consule ad M. Valerium T. Manlio subfectum, si Plinius similes, ac Livius adhibuit, fastos secutus sit, et annos utrimque extremos connumeraverit: nam secundum fastos Capitolinos, connumeratis extremis, intersunt anni quinquaginta. Quod autem Glareanus annos quadraginta et sex interesse dicat, non connumeratis extremis; inde fit, quod a Livio discedens eo temporis spatio duos annos interponat. Glareani sententiam, 'Corvum' cognominatum fuisse hujus anni consulem M. Valerium, confirmant Fasti Idatiani, secundum quos hoc anno consules fuerunt 'Corvinus' et 'Pansa.' Confirmant etiam Fasti, quos Noris. ex Biblioth. Cæsarea depromsit, qui hujus anni consules vocant 'Corvum V.' et 'Pansam.' Sexti consulatus, anno sequente gesti, neque hi, neque illi fasti meminerunt, quia fuit suffectus, et suffecti rationem non habuerunt. Hinc sequitur, si M. Valerius hoc anno ex dictatura consul factus est, et Corvi cognomen habuit, anni prioris dictatorem non *M. Valerium Maximum*, sed *M. Valerium Corvum* fuisse; quod Glareanus quidem conjectura adsecutus est, sed monumenta postea reperta verum esse docuerunt. Nam secundum Fast. Idat. annus, qui hunc nostrum præcedit, exactus est 'sine consulibus,' eoque 'Corvinus dictator, et Æmi-

Digitized by Google

lius magister equitum mensibus sex deinde fuerunt.' Fasti autem Norisii, quibus et Cuspinianus usus est, eodem illo anno tamquam consules proferunt 'Corvum II.' et 'Rullianum II.' quos eo anno secundum dictatores fuisse, Pighius docuit in Annal. ad a. CDLII. p. 381. Hinc iterum sequitur, si non *M. Valerius Maximus*, sed *M. Valerius Corvus* eo anno dictator fuit, Livium c. 8. lapsum esse, quum crediderit, 'ex Maximi cognomine ortum errorem' annalium fuisse. Vide quæ eo loco notavi. Præterea, quum a primo Corvi usque ad subfectum M. Valerii consulatum septem M. Valerii consules recenseantur, et Corvus tantum sexies consul fuerit, recte iterum Glareanus unum eorum, et quidem eum, qui a. CDXLIII. consul fuit, et Livio simpliciter 'M. Valerius,' omisso cognomine, vocatur IX. 28. a M. Valerio Corvo diversum fuisse, conjicit. Id enim probant postea reperti Fasti Capitol. Consul. et Triumph. eo anno integri, qui illius anni consulem M. VALERIVM. M. F. M. N. MAXIMVM vocant. Quod autem idem Glareanus apud se dubium esse testetur, utrum Corvus etiam *Maximus* cognominatus sit, de eo ita sentio; licet incertum sit, utrum Corvus ex familia Maximorum, an Publicolarum gentis Valeriæ procreatus sit, ut docet Pighius in Annal. ad a. CDV. pag. 296. attamen verius videri, eum, postquam 'Corvus' dici cœpit, priscum cognomen, sive illud 'Maximus,' sive 'Publicola' fuerit, omisisse. In Fragm. enim Fast. Capitolin. Consul. quo anno primum consulatum obtinuit, vocatur : . : . : ERIVS. M. F. M. N. CORVVS: reliqui vero consulatus cum utraque dictatura injuria temporum perierunt: in Fastis etiam Triumph. in secundo, tertio, ac quarto consulatu simpliciter tantum CORVVS cognominatur, neque in illis vel semel tantum etiam 'Maximi' cognomen ei tribuitur, ubi tamen toties duo, immo nonnumquam tria, magistratuum cognomina recensentur.

Q. *Apuleio*] *Appulcio* ex Capitolinis tabulis. *Sigon.* Vide ad Epit. Liv. lib. v. Ceterum plerique codd. hic et cap. præc. in fine *Apulejo* scribunt, quidam etiam *Apulegio* et *Appulegio*. Omnes autem voces *M. Valerio et Q. Appulejo* desunt in Gaertn. Mox vero transpositis vocibus *pacatæ res foris fuere* præferunt Harl. Port. Gaertn. Hav. et edd. Frobeniana 1535. priores. *Pacatæ res foris fuerunt* Lov. 4.

§ 2 *Etruscum adversæ belli res et inducia quietum tenebant*] Pall. 1. 8. et Andr. *adversa belli res*. Pal. 2. *adversæ res belli*. Denique Camp. *belli res adversa*. Gebh. Scripti plerique et editi ab Andrea omnes ante Gryphium *adversa*. Lib. IV. c. 55. est, 'Ea adversa civitati res vires tribuniciæ actioni adjecit.' Tacitus Hist. IV. 5. 'Unde arcta Leptitanis res.' Quod haud scio, an jure sollicitent viri docti. Virgilius Æn. I. 563. 'Res dura et regni novitas.' Venit tamen in mentem, τὸ *res* vocabulum esse auctori invito sæpe inculcatum: præterea hic in tam propinquo non jucunde repeti: denique nec scripti omnes sibi constant. Voss. et Pall. unus *adversæ res belli*. Rott. quo nunc incipio uti, *adversi belli res*. Campanus *belli res adversa*. Quæ omnia me movent, ut scripsisse Livium putem, *Etruscum adversa belli, et inducia quietum tenebant*. Sic ipse 'incerta belli.' *J. F. Gron.* Quantum ex Gronovio et Hearnio intelligo, Mss. omnes habent *res*, nec ulla varietas hic est, nisi in voce *adversæ*. Sed *adversæ belli res* non minus recte dicitur, quam III. 9. 'secundæ belli res.' Offendisse Gronovium credo bis in brevi intervallo repetitum *res*. Nec tamen hoc infrequens est Livio. *Duk.* Cum Gronovio, *adversa* ex scriptis plerisque et editis reponenti, faciunt non tantum Hearnii Oxonienses, sed et mei om-

Digitized by Google

nes, nisi quod tamen *adversæ* fuerit in Gaertn. a m. pr. et ex optimo Flor. nihil notatum invenerim. Eorum itaque auctoritate in contextum admisi. Non tamen primus est Gryphius, qui *adversæ* reposuerit; sed ita ante Gryphium Frobenius 1535. eumque secuti plures Gryphio priores ediderunt. An tamen vox *res*, ut Gronovius censuit, delenda sit, alia quæstio est. *Adversa res belli* præferunt etiam Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Eam vocem sæpius a librariis alieno loco inculcatam esse, agnosco. Deinde *adversa* pro 'rebus adversis' dici, videbimus ad XXX. 12. § 6. Præterea, *adversæ belli*, similique modo formatas locutiones, Livio in deliciis fuisse, dictum est ad VII. 21. § 8. Vellem tamen, repetitionem vocis *res*, quæ modo præcessit, non numerari inter causas, cur hoc loco expungenda esse videatur. Non modo enim Livium a quarumvis vocum, verum etiam a repetitione *τοῦ res*, parum sibi cavisse, partim ad I. 3. § 9. partim ad II. 18. § 3. pluribus exemplis evici. Si itaque codd. probatæ fidei forent, quorum testimonio constaret, eam vocem a librariis insertam esse, Gronovio delenti inter primos adsentirer. Nunc vero, omnibus Mss. invitis, sententiam ejus probare nequeo.

§ 3 *Plebem quietam et exoneratam deducta in colonias multitudo præstabat*] Vocula *et* deficit in Voss. 2. sed eam intercepisse videtur vocis seq. syllaba initialis. Vide ad XLIV. 43. § 3. Tum *exhoneratam* Leid. 1. Lov. 1. 2. et fragm. Hav. *exhonoratam* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVI. 40. § 9.

Certamen inceptum inter primores civitatis] *Certamen injectum* melius quam *incaptum*. Gelen. Gelenius emendabat *incæptum*, ut habet Andreæ ed. Pall. duo *certamen infectum inter* (Pal. 1. *intra*) *primores civitatis*. Forte legendum *certamen invectum in prim. civ.* Gebh. Quam negligenter Gebhardus Gelenium consuluerit, ex præmissa ejus adnotatione patet. Quod enim ejecit, et ad sua tempora edd. obsederat, ab eo emendatum ac restitutum persuadere conatur. *Infectum intra primores* est etiam in Voss. 2. *infectum inter primores* in Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. et fragm. Hav. unde infeliciter Gebhardus *invectum in primores* mutandum conjicit. Nam quis umquam dixit 'invehere certamen in aliquos' pro operam dare, ut inter aliquos certamen oriatur? potius est, ut dicamus, *infectum* librarios per errorem dedisse pro *injectum*, ut reliqui præferunt, ob similitudinem ductuum, quibus majusculæ *F* et *I* scribi solent; ex qua caussa etiam 'conjeci' et 'confeci' in Mss. confundi Manut. monuit ad Cic. ad Fam. XII. 25. Similiter 'adjicere' et 'adficere.' Vide viros doctos ad Suet. Calig. c. 15. Etiam 'jacere' et 'facere.' Vide ad XLI. 4. § 2. 'Injicere certamen' autem, ut XXI. 54. 'Injecto deinde certamine cedendo sensim citra flumen pertrahere.' XXXIV. 4. 'Vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere?' Eodem modo 'injicere contentionem,' 'rixam;' de quibus locutionibus vide ad III. 64. § 6. Paullo ante *tum ne undique*, pro *tamen*, Port. Vide ad XXII. 17. § 5.

Patricios plebeiosque ab tribunis plebis Q. et Cn. Oguinliis] Pall. 1. et 3. *Quinto et cum Ogranis*. Pal. 2. *Q. et C. Eguintis*. Andreas et Camp. *Oguintis*. Gebh. *Patricios plebis et quod Eguintus*, reliquis omissis, Gaertn. *ab tribunis plebis quæ et cum Ograniis* Lov. 3. *ab tribunis plebis et Cn. Ogniniis* Flor. *Q. et Cornelio Eguiniis* Lov. 2. *Q. et q. m. Oguintis* Voss. 1. *Q. et M. Ogumtis* Leid. 2. et Lov. 1. *Q. et C. Eguintis* Port. *Q. et C. Eguinlis* Hav. Tribunorum nomen gentile *Oguiniis* deerat in Lov. 4. vacuo tamen spatio relicto: id *Oguinus* est in Leid. 1. *Oguiniis* in Voss. 2. *Oguiniis* in fragm. Hav. a m. pr. *Eguiniis* a m. sec. quomodo etiam præfert Oxon. B. apud Hearnium, qui *Eguiriis* invenit in C. *Eguintis* in N. *Egu-*

Digitized by Google

uiis in L. 2. *Egureiis* præfert Harl. *Oguiniis* exhibent etiam priscæ edd. pro quo Froben. a. 1531. *Ogulniis* reposuit; quæ vera est scriptura. Passim in nomine hoc minus noto errarunt librarii. Vide ad XXXIX. 56. § 5.

§ 4 *Qua non infimam plebem accenderent*] Vet. lib. *qua non inf. modo plebem.* Sigon. A Sigonio dissentiunt Pall. *Gebh.* Cum vet. lib. Sigonii faciunt unus meorum Port. et unus Oxon. Hearnii B. Reliqui illud *modo* ignorant: quam vocem etiam non admittendam esse, monuit Gronov. ad XXXVII. 20. § 7. Et sane, *non, sed,* pro 'non modo, sed etiam' poni, videbimus ad XXXIX. 28. § 1. Præterea *non* deficit in fragm. Hav. Hinc *infirmam plebem* præfert Gaertn. errore scribarum, qui etiam alibi ita erraverunt. Exemplum habuimus IV. 59. § 6. Tum *accederet* Leid. 1. Et hic error in scriptis frequens est. Vide ad XXIII. 46. § 2. In præcedd. τὰ *qui undique* exsulant a Leid. 2. et Lov. 1. Tum *tentata etiam,* pro *erant,* est in Hav.

§ 5 *Nihil, præter sacerdotia, quæ nondum promiscua erant, decessit*] *Quæ nondum promiscuerant* Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXIII. 29. § 16. Voces *promiscua erant* non adparent in Lov. 4. relicta tamen est lacuna, ut aliquid deesse constet. Præterea *decessent* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 6 *Rogationem quoque promulgarunt*] Melius *Rogationem prom.*, absque conjunctione. *Gelen.* Vet. lib. *Rog. ergo promulg.* Sigon. Ut monuit Sigonius, ita et ego reperi in libris omnibus hic *Rog. ergo prom.* Gebh. Soli meorum Lov. 2. et Harl. servant lectionem a Gelenio damnatam. Reliqui adsentiuntur Sigonio et Gebhardo, nisi quod *Rog. igitur promulgarunt* sit in Lov. 4. *Rog. ergo promulgaverunt* in Gaertn. Port. et Hav. Mox. *tum quatuor augures,* pro *quum quatuor,* Hav. idem, qui et *pro ea tempestate,* addita præpositione, perperam præfert.

Placeretque augeri sacerdotum numerum] *Placerentque augeri* Flor. et Leid. 1. cum edd. Mediol. 1480. et Tarvis. utraque. *Placeretque augere* Port. et Gaertn. *placeretque auguri* Lov. 4. Tum *sacerdotium numerum* Harl. Leid. 2. Port. et Klockian. At vox prior deficit in Gaertn. voces autem *ea tempestate essent, &c. quatuor pontifices, quinque* in Voss. 2.

Quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, adlegerentur] *Et quatuor sacerdotes pontifices et augures quinque* Port. *quatuor sacerdotes pontifices et augures* Gaertn. et Hav. *quatuor pontifices et augures* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *quatuor pontifices augures* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. C. atque L. 2. Hinc τὸ *omnes* deficit in Lov. 2. Deinde *adlegerent* habent Leid. 2. et Lov. 1. *eligerentur* Lov. 2. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *legerentur* codex L. 1. *crearentur* Lov. 4. quod posterius ex glossa et expositione alterius in contextum inrepsisse videtur. 'Adlegare' etiam mox hoc cap. dixit, 'Quia de plebe adlegebantur.'

§ 7 *Nisi morte duorum*] Si vera hæc Livii conjectura est, ergo antea sex augures, omnes ex patriciis creati, fuerunt. Sui itaque oblitus est Livius paulo post in oratione Decii, invenus sacerdotum de plebe adlectione neminem patricium de loco pulsum, aut ullam huic ordini injuriam factam. Ita enim inquit c. 8. 'Nunc tribunus quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit, in quæ plebeii nominentur; non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis.' Si enim pro sex auguribus patriciis deinceps tantum quatuor forent, omnino iis duo augurum loca erepta esse negari nequit. Sed forte Livii loc. laud. ita accipiendus est, nullum patricium coactum

Digitized by Google

fulsse, ut sacerdotio, quod obtinebat, se abdicaret, idque plebeio concederet.

Quum inter augures constet, inparem numerum debere esse] *Intra augures* Voss. 2. Sed vox *inter* exulat a Leid. 2. Tum *esse debere*, trajectis dictionibus, præfert Lov. 4. Cæterum Donjatius multis ad hunc locum probare conatus est, vulgatam lectionem corruptam esse, et menti Livii convenire non posse. Putat enim, si impar augurum numerus esse debuit, vel quinque vel septem antea fuisse oportere, et sic non duorum, sed unius vel trium morte ad quaternarium redigi potuisse: deinde si tres antiquæ tribus pari inter se numero augures multiplicaverant, et ex tribus auguribus sex facti erant, inparem non fuisse numerum: denique neque nunc pari numero multiplicatos esse, quum ad quatuor adjecti sunt quinque. Hæc autem stare, vel aliter conciliari non posse judicat, quam si vox *inparem* corrigatur, ita ut legamus vel divisis vocabulis *in parem numerum debere esse*, vel ita *parem numerum debere esse*: sic enim numeri paritatem vel imparitatem non ad ipsos augures referri, sed ad proportionem cum veteribus illis tribubus, ad quas vel inpari vel pari numero augures delecti pro variis temporibus fuere. Verum quod ad primam ejus conjecturam adtinet, requiro exemplum locutionis istius, 'augures sunt in parem numerum.' Sed nec altera opus est, sine qua locum Livii sanum puto. Docet enim, vel augurum inparem numerum esse, vel pari inter se numero sacerdotes multiplicari debuisse. Jam autem impari numero fuerant, quum tantum tres essent, et quæque tribus antiqua suum augurem haberet; at pari inter se numero multiplicati, quum pro tribus sex fierent: nunc vero iterum pari inter se numero multiplicantur, quum pro sex novem constituantur. Nam ex quinque plebeiis adlectis duo in locum demortuorum ex sententia Livii subficiuntur, tres veteribus multiplicandis adjiciuntur. 'Impar' itaque fuit 'numerus' augurum, quum tres essent; sed 'pari inter se numero' multiplicati sunt, quum tot a Ramnibus, quot a Titiensibus et Luceribus augures adjicerentur.

Ut tres antiquæ tribus, Ramnenses, Tatienses, Luceres suum quæque augurem haberent] Has lib. I. c. 13. et c. 20. vocavit 'centurias,' quas nunc *tribus* nominat. Easdem tamen et Plutarchus in Romulo p. 30. et Prædianus ad Cic. in Verr. I. 5. et Festus voce 'Turmam,' *tribus* vocant. *Sigon.* Thuan. Flor. duo Regii, Voss. 1. Helm. Rott. Chifl. Busl. *Ramnes*. Ita namque malebant interdum. Varro de L. L. IV. p. 22. 'Tribuni militum, quod terni tribus tribubus, Ramnium, Luceres, Tatiensium, olim ad exercitum mittebantur.' Et inferius p. 23. 'Singulæ tribus Tatiensium, Ramnium, Luceres, millia singula militum mittebant.' Festus voce 'Turmam:' 'Terdeni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Luceres, fiebant.' Sic 'Tatiesque Ramnesque viri' Propertio Ed. IV. 1. 31. 'celsi Ramnes' Persio (immo Horatio in Art. Poët. vs. 342.) et in Pervigilio Veneris 'Ramnes et Quirites.' Nam quod in vet. lib. est *Samnes*, sciunt, qui codd. ejusmodi tractarunt, inter *r* et *s* vix quidquam discriminis animadverti, et perperam nam vocem inde conjecturis obnoxiam reddi. *Ramnetum* casu patrio plurali format Servius ad quintum Æneidos vs. 560. Sero hæc notavimus: debueramus ad I. 36. ubi vulgo 'ad Ramnenses, Titienses, Luceres:' nam et hic Flor. et Helm. *ad Ramnis*. Et idem videtur Voss. habuisse: nam vulgatum exstat in raso. *J. F. Gron. Ramnesis* fragm. Hav. *Ramnensis* Voss. 2. *Ramnenses* Harl. Port. et Hav. *Ramienses* Gaertn. Reliqui om-

Digitized by Google

nes mei, et cum illis Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Gronovio *Ramnes* reponenti consentiunt. Ovid. Fast. III. 131. 'Quin etiam partes totidem Titiensibus idem, Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit:' ubi videndus N. Heinsius, et quæ notantur ad I. 36. § 2. Alia forma *Ramnetem* dixit Ampel. c. 49. Deinde *et Itienses* Voss. 1. *et Itinenses* Leid. 2. et Lov. 1. *Ticinenses* Lov. 2. *Ticienses* Port. *Tasienses* Hav. *Tatienses* rectius vocari, monuit Sigon. ad I. 13. § 8. Sed vide quæ ibi notavi. Præterea *et Luceres*, ut Sigonius edidit, etiam Port. Gaertn. et Hav. Verum reliqui codd. et edd. copulantem particulam ignorant; quam etiam omisit Liv. d. l. 1. c. 36. et Varro ac Festus locis quæ Gronov. huc adtulit. Hinc *suumque augurem* Voss. 2. et Lov. 3. ubi *quæ* interceptum est a sequenti *que*. *Suum quemque augurem* Leid. 2. Lov. 1. Harl. Voss. 1. Port. et Hav. cum edd. vett. ante Froben. 1531. Vide ad III. 22. § 6. et XXXIII. 46. § 9. Originem erroris vide ad VI. 3. § 8. Tum *habeat* Lov. 2. quasi convenire deberet præcedenti 'quæque,' et non posset remotiori 'tres antiquæ tribus.' Vide ad VI. 13. § 8. *Habebant* Lov. 4. et Gaertn. unde *haberent* factum est in Hav. Quod autem Livius nunc *tribus* adpellet, quas antea *centurias* dixerat, de eo vide ad I. 13. § 8.

§ 8 *Si pluribus sit opus, pari inter se numero sacerdotes multiplicent*] *Pluribus opus sit* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *pluribus fuit opus* edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *intra se* Voss. 2. Vide mox ad § præc. Deinde *multiplicentur* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. *multiplicant* fragm. Hav. Si quid mutandum, legendum videretur *multiplicari*: ut cohæreat oratio 'inparem numerum debere esse, aut sacerdotes multiplicari,' sc. debere. Si vulgatum servamus, jungenda videntur 'quum constet, &c. aut multiplicent.'

Novem numerum, ut terni in singulas essent, expleverunt] *Nonum numerum, ut terni* Lov. 4. *novere, ut terni* Voss. 2. et Lov. 3. *ut cerni* Port. *ut tantum* Leid. 2. Deinde *in singulis* Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. C. Male. *Terni in singulas* fere eodem modo dictum est, quo 'in millia æris asses singulos:' *de* qua locutione vide ad XXIX. 15. § 9. Hinc *expleverint* Leid. 1. a m. pr. *explevere* Lov. 4.

§ 9 *Quia de plebe adlegebantur, juxta eam rem ægre passi*] *Quæ de plebe* Lov. 4. Tum *eligebantur* Port. Vide hoc cap. § 6. *Adlegabantur* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 2. 4. Gaertn. et Hav. Deinde *justa* idem Hav. Vide ad VI. 6. § 18.

Quam quum consulatum vulgari viderent] Vox *quum* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. quam intercepit præcedens *quam*. Sed *quam secundum consulatum* præferunt Voss. 2. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. at, utraque lectione simul juncta, *quam quum secundum consulatum* edd. Rom. 1472. et Parm. Insuper *viderentur* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

§ 10 *Ad Deos id magis, quam ad se, pertinere*] *Ad eos* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Respiciendæ sunt quæ notantur ad VIII. 30. § 9.

Id se optare tantum, ne qua in rempublicam clades veniat] Duæ priores voces a m. pr. exsulant a Lov. 4. Tum *optare tñ*, sive *tamen*, præfert Lov. 2. Vide ad IX. 12. § 6. Deinde *ne qua in republica clades veniat* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *ne qua publica clades eveniat* Lov. 4.

§ 11 *Minus autem tetendere, adsueti jam tali genere certaminum vinci*] *Minus autem tetenderent* Gaertn. *Minus autem tendere* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. neglecta priorum literarum geminatione. Vide ad XXXVII. 53. § 7. Insuper *Minus aut tendere* Lov.

Digitized by Google

4. Vide ad IV. 46. § 6. Deinde *in tali genere cert. vinci* Gaertn. Ita XXV. 5. 'Senes honoratosque juvenis in eo certamine devicit.' XXXVII. 53. 'In certamine autem amicitiæ vestræ minime æquo animo vinci possum.' At reliqui præpositionem illam ignorant. Ita XXXIII. 47. 'Nec satis habere, bello vicisse Hannibalem.' XXXVII. 54. 'Nisi quod longius a vobis absumus, nulla vincimur alia re.' Similiter *prælio vinci*, de quo vide ad Epit. Liv. lib. CXXVIII.

Adversarios non id, quod olim vix speraverint] *Advers. nunc, quod olim* Lov. 4. Tum *quod olim vix omnia superaverint* Leid. 2. et Lov. 1. *superaverint* etiam fuerat in Voss. 1. a m. pr. Vide ad XXI. 13. § 3. *Speraverant* Voss. 2. Lov. 1. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec.

Sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos] Vocem *omnia* omittunt Leid. 2. et Lov. 1. qui eam paullo ante inseruerant alieno loco. Sequens *jam* non adparet in edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *iniquorum spem dubiam*, perperam interposita litera, Leid. 1. Tum alio ordine *certatum erat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Hinc *tū adeptos* Lov. 2. Sed *tamen* deficit in Harl. et quibusdam edd. antiqq. *in quorum spem dubierat certatum tu m̄ adeptos* Klockian.

Multiplices consulatus, censurasque et triumphos] *Consulatus multipl.* Leid. 1. *multipl. consulatus, censuras, triumphos* Lov. 4. Utraque lectio ferri potest. Certe ellipses conjunctionum in Livio frequentes sunt. Vide ad III. 68. § 4. Id etiam frequens ipsi est, ut trium vocum secundæ copulam *que*, tertiæ *et* addat. Vide ad II. 31. § 1. Quum itaque reliqui omnes codd. vulgatum tueantur, inde recedendi legitimam caussam non video.

CAP. VII. § 1 *Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege*] *Tamen audenda dissuadendaque lege* Lov. 2. ac 4. Similiter et Leid. 1. nisi quod insuper vocem *lege* omittat. *Tam audenda dissuadendaque lege* Voss. 2. *tamen audendaque lege* Lov. 3. *tamen suadendaque dissuadendaque lege* Flor. Infra XLV. 21. 'Ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset.'

Inter Ap. Claudium maxime ferunt, et inter P. Decium Murem] *Fertur* Lov. 2. 3. et Voss. 2. Vide ad VII. 6. § 3. *Maxime fere et inter* Lov. 4. Deinde *inter* posteriori loco deest in Voss. 2. Quod sine dubio placebit illis qui Bentleio ad Horat. Sat. I. 7. 2. adsensi, genus hoc loquendi 'inter Ap. Claudium et inter P. Decium' vitiosum et ἰδιωτικὸν existimant, atque Hebraismis adscribunt; quum, eo judice, quivis alius scriptor τὸ *Inter* semel tantum posuerit. Ne tamen hic delendam præpositionem censeam, variæ sunt caussæ. Primo enim in vulgatam lectionem conspirant reliqui omnes codd. et inter eos etiam integerrimi: quibus invitis uni auscultare præceps et temerarium videtur. Deinde alii scriptores optimi, poëtæ et prosaici, similiter locuti sunt. Vide Cuningamii Animadv. ad Horat. c. 13. p. 244. et, quem ibid. laudat, Vavass. de Vi et Usu Quorumd. Verb. in voce 'Inter et inter,' quamvis tamen non omnia, quæ laudarunt, testimonia locutioni huic firmandæ conveniant. Denique Livius præpositionum repetitionem ubique consectari solet. Vide quæ notavi ad VI. 28. § 6. Insuper *P. Decium minorem* Gaertn. a m. pr. *P. Decium Murenulam* Hearnii Oxon. C.

§ 2 *Qui quum eadem ferme de jure Patrum ac plebis*] De jure Patrum contra legem Liciniam dixerat Appius ad finem libri VI. c. 40. Sed de jure plebis pro eadem lege tribuni plebis. Quare hoc loco *dixissent* numero plurativo legendum, quod quidam codd. neglexerunt. Et quia

Digitized by Google

libro sexto Livius Appii bene longam, omissa tribunorum, posuit orationem; hic eidem visum puto operæ pretium esse, ut Decii poneret, omissa Appii, non ejusdem, sed censoris, ut puto. Intercesserunt enim anni plures LX. *Glar.* *Ea ferme* Voss. 2. et Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 10. § 6.

Quæ pro lege Licinia contraque eam dicta erant] De hac libro sexto tradidit. *Sigon.* *Contra eam* Lov. 1. *circa eam* Leid. 2. 'Contra' et 'circa' in Mss. confundi, videbimus ad XXXVII. 15. § 7.

Quum plebeiis consulatus rogabatur, disseruissent] *Plebis consul.* Voss. 2. et Lov. 3. *plebeius consul.* Lov. 2. Port. Klockian. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *plebeis.cons.* Flor. Leid. 1. aliique. Unde censeri posset legendum esse *plebei consulatus rogabatur:* ita enim pro *plebi* casu tertio Livius interdum formavit. Vide ad II. 42. § 2. Perinde tamen est, utro modo legamus: quare nihil muto. Tum *regebatur* Harl. Deinde *deseruisset* Leid. 1. et Hav. *disseruisse et* Lov. 4. *disseruisset* Flor. Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. Harl. et edd. vetustæ, pro quo primi Mogunt. deinde Froben. 1531. recte reposuerunt *disseruissent;* quod et Glarean. ad initium hujus § probavit, licet tamen manus ejus aberrans *dixissent* dederit.

§ 3 *Retulisse dicitur Decius parentis sui speciem*] *Retul. dicitur se Decius parentem suum speciem* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *ret. dicitur se Decius panis sui speciem* Lov. 3. *ret. dicitur si ejus pars ætas sui speciem* Lov. 2. *ret. dicitur sed cujus pars ætas sui specie* Lov. 4. *ret. dicitur sic Decii patris sui speciem* Hearnii Oxon. L. 1. *ret. dicitur se Decius par. sui speciem* Port. *ret. dicitur se Decius parretas sui speciem* Leid. 1. in quo tamen librarius *parretas* emendandum manu interpolatrice indicavit.

Qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum Gabino cultu] *Qualem eum multi* Gaertn. Hujus erroris multa exempla notavimus ad IV. 19. § 2. quibus adde quæ dicta sunt ad VII. 22. § 11. VIII. 21. § 6. c. 22. § 3. IX. 10. § 3. mox hoc cap. ad § 5. c. 21. § 15. c. 22. § 1. XXI. 22. § 2. et Burm. ad Sueton. Calig. c. 4. Ex ea scriptura corruptius *qualem tum multi* dedit librarius Lov. 4. Vide ad IX. 35. § 7. *Qualem multi,* media voce omissa, Hearnii Oxon. L. 1. qui etiam *viderunt* præfert. Tum *qui contentione erant* Voss. 2. *qui in contentione erant* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. sollemni aberratione. Vide ad IV. 6. § 4. *Qui contemptione erant* Lov. 2. *qui in contitione erant* Flor. Forte volebat librarius *in coitione.* Soient enim etiam alibi 'concio' et 'coitio' commutari. Vide ad IV. 13. § 9. Sed nihil mutandum patet. Deinde *ne victum Gabinum cultu* Lov. 4. errore ex similitudine ductuum orto. Supra VIII. 9. 'Ipse, incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit:' ubi vide quæ notantur. 'Incinctus' pro cinctus etiam est apud Ovid. Ep. Her. IV. 87. 'Quid juvat incinctæ studia exercere Dianæ.' Vide Nic. Heins. ad Nason. Met. III. 162. et ad Fast. II. 633. Ita 'infrenatus' pro frenatus est XXXVII. 20. § 4. ubi vide quæ notantur.

Pro populo ac legionibus devovisset] Præpositio deest in Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. quæ unius literæ nota, ut fit, indicata a proximæ vocis litera initiali intercepta est. Tum *populo Romano ac legionibus* Oxon. L. 1. apud Hearnium; qui *populo ac legionibus Romanis* se in N. ac B. invenisse testatus est. Neque aliter præferunt Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. omnesque editi usque ad Gronov. qui primus vocem *Romanis* a. 1665. omisit; cui ex meis tantum consentiunt Voss. 1. Lov. 1. et

Digitized by Google

Harl. At reliquorum auctoritas gravior esse videtur, ideoque vocem omissam restitui.

§ 4 *Tum P. Decium consulem parum piumque Deis inmortalibus visum*] *Tum Decium consulem*, omisso prænomine, Hearnius invenit in Oxon. C. et ed. Romana Aleriensi. Sed nihil mutant non modo codd. mei, verum etiam neque ed. Rom. 1472. neque aliæ omnes. Tum *piumque de Diis* Lov. 4. cujus scriba duplicem scripturam *Deis* et *Diis* hac ratione junctam exprimere voluisse videtur. *Piumque de his inmortalibus* Klockian.

Æque ac si T. Manlius collega ejus devoveretur] *Hæcq; ac si* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *hæc quæ ac si* Lov. 4. Vocula *si* deficit in Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav. Tum *evoveretur* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *devoveret* Voss. 2. Lov. 3. et Oxon. C. teste Hearnio, qui tum *se* intelligendum monuit.

§ 5 *Qui sacra publica populi Romani facaret, legi rite non potuisse*] *Sacra publica populo Romano fac.* Lov. 1. Vide ad XXXIX. 47. § 11. *Sacra publica prætor faceret* Lov. 4. Vide ad XXXI. 10. § 4. Vox *populi* deerat in quibusdam edd. vett. vox *Romani* in fragm. Hav. a m. pr. Præterea *legi tamen rite non potuisse* Hearnii Oxon. L. 2. *legi rite potuisse* Lov. 4.

Castius cum sacra privata facere] *Cum*, pro *cum*, Gaertn. et Flor. Vide hoc cap. ad § 3. Tum *sacra publica* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. Paullo ante *idem esse periculum*, pro *id esse*, Lov. 2. *adesse periculum* Gaertn. Contrario modo *id esse*, pro *adesse*, librarios dedisse, vidimus ad VI. 15. § 2.

§ 6 *Votorum, quæ pro republica nuncupaverint tot consules plebeii*] *Veterum*, pro *votorum*, Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Tum *quæro spondit nuncupaverint* Lov. 3. *quæ respondit nuncupaverint* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Neque aliter est in Lov. 2. nisi quod simul etiam præferat *nuncupaverunt*. *Nuncupaverunt* legit quoque Lov. 2. *nuncii paverunt* Leid. 2. *nominaverint ac nuncupaverint* Gaertn. (vide ad IV. 55. §. 5.) unde patebit illud *nominaverint* ex interpretis glossa receptum esse: quamvis tamen 'nuncupare' in sollemni hac locutione non pro nominare, sed pro promittere, poni, quidam velint. Fest. voce 'Nuncupata:' 'Vota nuncupata dicuntur, quæ consules, prætores, quum in provinciam proficiscuntur, faciunt; ea in tabulas præsentibus multis referuntur. At Santra libro secundo de Verborum Antiquitate satis multis nuncupata conligit non derecto nominata significare, sed promissa, et quasi testificata, circumscripta, receptaque: quod etiam in votis nuncupandis esse conveniens.' Tum *consules plebi* Voss. 2, *consules plebei* Flor. Leid. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Mox *aut exercitus euntes*, pro *aut ad exercitus*, Lov. 4. Deinde *intra ipsa bella*, pro *inter*, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad V. 27. § 2.

§ 7 *Numerarentur duces eorum annorum*] *Numerarent* Klockian. et ed. Rom. 1472. quod errori scribarum et typographorum adscribo. Vide hoc lib. c. 10. § 1. Sequitur enim mox 'Numerarentur triumphi;' ubi quidem Klockian. *Numerarent* præfert: sed ita simul legendum foret *Numerarent triumphos*, quod in nullo scripto superest. Ceterum hæc verba cum novem sequentibus exsulant a Gaertn. culpa librarii, cui repetitio τοῦ *Numerarentur* errandi ansam dedit. Vide ad IX. 11. § 11.

Res geri cœptæ sunt] An potius *sint*? ut paullo ante 'recuperaverint.' *Duk. Coactæ sunt* Leid. 1. Mox allo ordine *ne nobilitatis quidem suæ* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

§ 8 *Si quod repens bellum oriatur*] *Si quid repens bellum* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. *Si quidem repens bellum* Hearnii Oxon. L. 1. *si quod re-*

Digitized by Google

cens bellum Voss. 2. Male. Vide ad VIII. 29. § 1. Deinde *in plebeis ducibus*, pro *plebeiis*, Flor. Leid. 1. et Gaertn.

§ 9 *Eis viris, quos vos, &c. augurales insignia adjicere*] In prima hoc reperio Mediolanensi, et secuta est Veneta 1498. Andreas *eos viros, &c. insignia attingere indignos dicere*. Tarvisina *eos viros, &c. insignia attingere, qui Jovis*. Scripti Thuan. Flor. duo Voss. Helm. Rott. *eos vires:* pro verbo autem in fine hujus periodi *dicere*, vel *ducere*, recte substitutum *adjicere* jam in Mediol. Flor. *adicere*, ut plerumque pro hoc verbo scripti. Sed alterum mutandum non erat. *Eos viros pontificalia atque auguralia insignia adjicere* dixit Livius, sibi puta, vel suis aliis ornamentis. Plinius Epist. X. 8. 'Rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum vel septemviratum, quia vacant, adjicere digneris.' Ut post paullo c. 8. 'Tribunus plebis quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit,' nempe illis quæ erant. Tale est apud Senecam in Troadibus vs. 205. 'quicquid adjecit moræ illo remoto:' ubi mirifice turbarunt. Tale lib. II. initio c. 1. 'quas novas ipsi sedes ab se auctæ multitudinis addiderunt.' XXII. 61. 'Novusque super veterem luctum tot jactura civium adjectus esset.' Tacitus Ann. XI. 14. 'Claudius tres literas adjecit.' Vide ad Quintil. Declam. CCCXXXVIII. *J. F. Gron. Eos viros* omnes mei præter unum Harl. *eis viris* præferentem, cui consentiunt Exc. Pithœi. Tum *insignia dicere* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. 4. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et apud Hearnium Oxon. C. L. 2. et N. in margine. *Insignia d're* Lov. 1. *insignia ducere* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *insignia adjicere*, quod Gronov. recte vindicavit, etiam fuisse videtur in Harl. *eos viros, &c. insignia adjicere* in Hearnii Oxon. N. et B. ut et Klockian. Supra IV. 52. 'In legationes non plus singulis senatoribus invenientes, coacti sunt binos equites adjicere:' ubi vide quæ notantur. VI. 6. 'Si quid laboris vigiliarumque adjici possit:' ubi etiam quædam dixi. Paullo ante *aliquid*, pro *inquit*, Gaertn.

Tunica palmata, et toga picta, et corona triumphali laureaque honoraveritis] Rott. *honoratis*, Voss. alter *honorantis*, Thuan. *honoraritis*; quod verum censeo. Immo sic et Flor. et ab Andrea omnes edd. præter postremas. *J. F. Gron. Honoraveritis*, quod ex codd. meis servant Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Gaertn. Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. primum adparuit in ultima Gruteri. *Honorantis* etiam est in Lov. 3. *honoratis* in fragm. Hav. a m. pr. *honoraritis* in reliquis scriptis; quam quidem lectionem recte Gronovium revocasse puto ob auctoritatem codd. integerrimæ notæ: ea tamen non exstitit in omnibus ante Gruteri postumam edd. ut existimavit. Errore enim librariorum datum est *honoraretis* in Mediol. a. 1480. quod etiam receperunt Tarvis. utraque, multæ Venetæ, pluresque aliæ. Mediolanenses deinde a. 1505. et hinc Aldus *honoraritis* restituerunt. Ceterum quinque priores voces desunt in Gaertn. lapsu librarii. Supersunt enim in reliquis omnibus, et constituunt partem insigniam, quibus ornantur triumphantes, quemadmodum præcedentia erant insignia magistratuum. De tunica palmata et toga picta vide Salmas. ad Vopisci Carin. c. 20. Mox *inter alios*, pro *inter alias*, Lov. 2.

§ 10 *Jovis optimi maximi ornatu decoratus*] *Jovis maximi optimi* Port. *Jovis optimi maximique* Harl. at vox *optimi* deficit in Lov. 2. Miror, in notissimis his Jovis cognominibus errare potuisse librarios, quæ centies centiesque in scriptis veterum obvia sunt. Præterea *decoris* Lov. 4. An voluit librarius *decorus*? Sed reliqui stant

Digitized by Google

pro vulgato. Infra XXXVII. 31. 'Rhodias, parte prædæ et spoliis navalibus decoratas, domum redire jubet.' Mox voces *per urbem* exsulant a Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 2. 3. 4. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C.

Si conspiciatur cum capide ac lituo, capite velato victimam cædat] Pal. 2. *is conspic. cum lituo, et capite velato vict. cædet.* Neque aliter vetustissima ed. *Gebh.* [Vide Lectt. Varr.] Miscet, quæ pontificum et augurum erant. 'Capis' vas pontificale, 'lituus' augurum erat. 'Caput velare' proprie erat augurum in auguriis capiendis. Liv. I. 18. 'Augur ad lævam ejus capite velato sedem capit.' c. 36. 'Statua Accii posita capite velato in comitio.' *Victimam cædat* pute ad pontifices pertinere. Sueton. Tiber. cap. 25. 'Inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit.' Norisius ad Cenot. Pisan. Diss. II. c. 5. p. 120. hæc verba laudans ita distinguit: *Cum capide, ac lituo, capite velato, victimam cædat.* Varietas scripturæ apud Gronovium et Hearnium indicare potest aliquid turbatum esse. *Duk. Is conspiciatur*, transpositis literis, Flor. Leid. ambo, Voss. ambo, Lov. 1. 4. Harl. Port. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et quædam ex antiqq. edd. *is aspiciatur* Gaertn. *si auspiciatur* Hav. *iis conspiciatur* ed. Rom. 1472. *his conspiciatur* Parm. *si conspiciatur* demum in Mogunt. adparuit. Deinde *cum lituo, capite velato vict.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *cum lituo et capite velato vict.* Hav. *cum capite velato vict.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *cum lituo capite vict.* Gaertn. Perizonius, teste Hearnio, in concionibus Livianis conjiciebat, *cum lapide et lituo, capite velato victimam*, quia augurium capturus in lapide sedebat; quod Ascens. in margine ostentat: aliæ edd. *cum capside et lituo, capite velato victimam* præferunt. Sed genuinum est, quod Gronov. probavit, cui proxime accedunt Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. qui *cum capite et lituo, capite velato victimam* exhibent. Doujatius, nulla cogente necessitate, scribendum existimat *cum apice et lituo*, quod sibi quoque in mentem venisse Cuperus ad margiuem Livii testatus est. Idem tamen Doujatius, quum, Festo auctore, 'capis' sit poculi genus, dictum a capiendo, conjicit id auguribus victimam cædentibus in usu esse potuisse. At 'capis' potius videtur vas pontificale fuisse. Priscian. Gramm. lib. VI. p. 708. 'Capis vasis genus est pontificalis, diminutive capidula.' Cic. de Nat. Deor. III. 17. 'Docebo, meliora me didicisse de colendis Diis inmortalibus jure pontificio et majorum more capedunculis illis, quas Numa nobis reliquit.' Et talis vox, quæ pontifici proprium insigne indicabat, hic requirebatur. Quum enim supra memorarit 'pontificalia atque auguralia insignia,' mox autem 'auguratum' et 'pontificatum;' ita nunc 'capis' debet esse insigne pontificatus, ut 'lituus' insigne auguratus; et ita mox 'capite velato victimam cædere' circumscriptio est muneris pontificalis; 'augurium ex arce capere' muneris auguralis. Quod vero augures victimam inmolasse putet, videat unde probet; eos enim ad id institutos præcipue notum est, ut auspicia caperent. Ceterum, quæ Modius de capite velato sacrificantium ex Brissonio congessit, satis commode apud eum videri possunt de Form. lib. I. p. 36. Quare hinc abesse jussi.

Victimam cædat, auguriumve ex arce capiat] *Cædet* Flor. Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. C. et edd. antiqq. usque ad Frobenianam 1531. qui omnes libri præter Flor. Voss. 2. et fragm. Hav. mox etiam *capiet*, una cum Leid. 2. et

Digitized by Google

Exc. Pithœi, contra sensum Livii præferunt. Nam ad *cædat* et *capiat* ex præcedenti 'si conspiciatur' repetenda est particula *si*. Deinde *augurium ut ex arce* Flor. *augurium ex aere* Voss. 2. *auguriumve exercere* Lov. 3.

§ 11 *Cujus imaginis titulo consulatus, censuraque, et triumphus, &c. legetur*] *Cujus imag. tit. consilio cons.* Voss. 2. et Lov. 3. *Cujus imag. tit. consules cons.* fragm. Hav. *Cujus imag. cons. consulatus* Lov. 4. *Cujus et imag. tit. consul.* Gaertn. Hinc *censuraque triumphus* Lov. 4. Deinde *legitur* idem Lov. 4.

Si auguratum aut pontificatum adjeceritis, non sustinebunt legentium oculi] *Si auguria tñ*, sive *tamen*, Leid. 2. Tum *et pontificatum* Gaertn. a m. pr. qui etiam præfert *adjeceris*. Deinde *non* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *oculi legentium* Leid. 1.

§ 12 *Pace dixerim Deum, eos nos jam populi Romani beneficio esse spero*] *Pacem dix. Deum* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad III. 19. § 7. Inde *cum nos tamen pop. Rom.* Lov. 2. *eos tam pop. Rom.* Voss. 2. et Lov. 3. *eos nos tam pop. Rom.* Leid. 1. *eos nos tñ pop. Rom.* Lov. 4. Deinde *pop. Rom. spero beneficio esse* Leid. 1. Vox *beneficio* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus] Pall. 1. et 3. *qui sacerdotii non minus redd. dignitate vestra honores, quam deceperimus.* Pal. 2. *qui sacerdotii non minus redd. dignatione nostra honores, quam accep.* Vulgata sustinetur lectio editione Camp. *Gebh. Qui sacerdotii non minus redd. dignatione nostra honores* Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *qui sacerdotii non minus redd. dignatione vestra honores* Lov. 2. *qui sacerdotii non minus redd. dignitate nostra honores* Lov. 3. sed 'dignitas' et 'dignatio' etiam alibi a librariis commutari, vidimus ad II. 16. § 5. *Sacerdotio non minus redd. dignatione nostra honores* Lov. 4. *sacerdotiis non minus redd. dignatione nostra honores* Flor. et ita etiam edd. vett. nisi quod *reddam* sit in ed. Rom. 1472. Nihil mutandum: *sacerdotiis;* nempe pontificatui et auguratui, quæ sacerdotia secum communicari plebeii petebant: *dignatione nostra;* si nempe digni habeamur, qui ad ea admittamur. Deinde 'non minus honores' reddit, quam accepit; qui quidem honores reddit, sed non semper æqua portione; at 'non minus honoris,' qui, quantum honoris accepit, tantum etiam vicissim confert; quod hic Decius volebat. Deinde *quam deceperimus* Voss. 2. et Lov. 3. *quam accepimus* Lov. 2. et Gaertn. In ed. Jac. Gronovii 1679. operæ typographorum per errorem dederunt *acceperamus;* quod quum in erratis notari omissum esset, in Amstelæd. ed. etiam mendæ securus recepit J. Clericus. Antiquam igitur lectionem, quam reliqui codd. tuentur, reduxi.

Et Deorum magis, quam nostra causa expetamus] Sic Tarvisina prima. Quinque membranacei et Andreas *exspectamus*. Spondet sibi desideratum eventum horum comitiorum. *J. F. Gron. Et decorum magis* Leid. 1. *et de eorum magis, quam de nostra* Lov. 2. *quam vestra causa* Lov. 1. et Leid. 2. Deinde *exspectamus* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Reliqui omnes vulgatum servant, nisi quod *expetimus* sit in Port. et *expetamus, ut quos, &c. integra sit causa* omittantur in Gaertn. ob repetitionem vocis *causa*. Vide ad IX. 11. § 11. Ego vero *expetamus*, in quod optimi fere libri consentiunt, verius puto: id enim exigere videntur præcedentia 'reddamus' et 'acceperimus.' Cohærent enim 'qui reddamus' et 'qui expetamus.' Solent autem passim verba 'expetere' et 'ex-

Digitized by Google

pectare,' sive 'exspectare' in Mss. confundi. Exempla vide ad I. 22. § 7. II. 9. § 3. IV. 57. § 4. V. 16. § 8. VI. 33. § 1. VII. 8. § 2. et alibi sæpe. Adde viros doctos ad Curt. III. 5. § 13. ad Valer. Max. II. 6. ex. 7. et Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 7.

CAP. VIII. § 1 *Et non jam in possessione unius amplissimi simus sacerdotii*] *Et jam non* Gaertn. *et non nos jam* edd. usque ad Froben. qui τὸ *nos*, in nullo membranaceo obvium, a. 1535. expunxit. Tum *in possessione et unius* Port. et Hav. Hinc vox *unius* deficit in Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *amplissimi sumus sacerdotiis* Voss. 1. et Lov. 1. *sumus* etiam Leid. 2. et Gaertn. *amplissimus sacerdotii* Klockian. Vox *sacerdotii* deficit in Port. at omnia præscripta vocabula in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et in contextu fragm. Hav.

§ 2 *Decemviros sacris faciundis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes*] *Decemviris sacris faciendis* Port. *faciendis* etiam Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Hav. Tum *carminis Sibyllæ* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. At Livius 'carmina' vocat numero plurali, si opus ejus universum indicat. Infra XXXVIII. 45. 'Ne carminibus Sibyllæ prædictam superantibus terminos fatales cladem experiri vellet.' Contra vero 'carmen' numero singulari quamque particulam, quodque vaticinium libris Sibyllinis comprehensum. Infra XXIX. 10. 'Civitatem eo tempore repens religio invaserat, invento carmine in libris Sibyllinis.' Præterea *factorum populi hujus* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 40. § 9. *Fastorum populi hujus* Lov. 4. Voces has a librariis in codd. scriptis confusas fuisse, olim docuimus ad Silii lib. XVI. vs. 131.

Antistites eosdem Apollinaris sacri] *Antistites ejusdem Apoll. sacri* Gaertn. *antistites eosdem Apollinis sacri* Harl. *eosdem antistites Apollinarios sacrari* Lov. 4. a m. pr. Postea enim librarius additis notis duas literas delendas, et *sacri* scribendum indicavit. 'Apollinare sacrum' eadem forma qua 'ludi Apollinares,' et similia plura.

§ 3 *Nec tum patriciis ulla injuria facta est, quum duumviris sacris faciundis adjectus est propter plebeios numerus*] Pall. 1. ac 3. *Nec aut tum*: neque dissentit Campanus. Pal. 2. *Nec autem tunc.* Andreas *Nec ut tum.* Gebh. Andreas, Tarv. duæ Ven. Mog. *nec ut cum.* Juntas et Froben. *nec et tum.* Bechar. et alter Voss. *nec aut cum.* Primæ Gryphianæ elisam particulam mediam video. Voss. 1. Helm. Thuan. duo Pall. Campan. *nec aut tum.* Unde suspiceris, et mox *aut nunc* scribendum. Sed obstat quod sequitur, *non ut vos, Appi:* ubi Voss. *ut non vos.* Deleatur τὸ *non*, et erit integra sententia: *Nec aut tum patr. ulla inj. facta est, quum du. S. F. adj. est prop. pleb. numerus; aut nunc trib., vir fortis et strenu., quinque aug. loca, quatuor pont. adjecit, in quæ pleb. homines nominentur, ut vos, Appi, loco pell.* J. F. Gron. *Nec autem tunc patriciis* Port. et Hav. *nec autem cum patriciis* Gaertn. *nec autem tum patriciis* Hearnii Oxon. B. *nec ut tum patriciis* Harl. cum edd. principibus, una vel altera excepta, omnibus usque ad Frobenianam 1535. quæ, et non, ut Gronov. putabat, Gryphiana, prima mediam particulam omisit. *Nec et tum* primus Aldus inter errata reposuit. *Nec auctum patriciis* Leid. 2. *nec aut cum patriciis* Lov. 3. *nec aut tum patriciis* Leid. 1. Lov. 4. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et apud Hearnium Oxon. N. L. 2. et C. Neque aliter etiam Lov. 2. nisi quod insuper omittat vocem *patriciis.* Si codd. in sequentibus conjecturæ Gronovii faverent, ea per me recipi posset. Nunc probare non audeo: optimus enim Flor. cum Lov. 1. hic nullam particulam inter voces *nec tum* agnoscit: mox omnes codd. con-

Digitized by Google

stanter legunt *et nunc tribunus;* quemadmodum etiam postea negandi voculam *non* defendunt, nisi quod cum proxima *ut* desit in uno Port. ubi dictiones illæ intercipi potuere ab ultimis syllabis vocis præced. *nominentur.* Insuper *quum quatuor viris* Lov. 2. *quum duo quatuor viris,* juncta utraque lectione, Voss. 2. Leid. ambo, et Lov. 1. 3. 4. *quum duoviris* Flor. Deinde *sacris faciendis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Tandem *est adjectus propter plebeios numerus* Leid. 2. et Lov. 1. *adjectus est numerus propter plebeios* Lov. 4.

Quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit] Non sollicito: nam potest esse, adjicere vult. Præferrem tamen *adjicit,* si Mss. paterentur, quia res nondum perfecta est. *Duk. Augurum quinque loca* Port. Gaertn. et Hav. Sed vox *quinque* deficit in Lov. 4.

§ 4 *Non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos*] *Ut non vos* Gaertn. et Hav. At duæ priores voces omittuntur in Port. Vide ad § præc. Tum *nostro loco pellant* Voss. 2. *loco nostro pellant* Hav. *locus vestro pellent* Gaertn. *loco vestro pellant* Leid. 2. Lov. 1. 4. et Port. Hinc *sed adjuvent vos* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *sed ut adjuvent nos* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *plebeii homines divinis procur. quoque rebus* Lov. 4. *homines plebeii divinisque rebus proc.* Hav. Vide ad v. 27. § 1. Insuper *pro parte viri,* pro *virili,* Voss. 2. Supra in Præfat. 'Juvabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi pro virili parte et me ipsum consulnisse.' III. 71. 'Quem agrum miles pro parte virili manu cepisset:' ubi etiam vide. VII. 7. 'Ut plus sibi, quam pro virili parte, adnitendum scirent.' XXVI. 36. 'Quum ex ea plus quam pro virili parte sibi quemque capere principum vident:' et alibi.

§ 5 *Quem in consulatu collegam habere potuisti*] Vox *collegam* deficit in Lov. 2. quæ etiam, si alii codd. consentirent, abesse, et ex præcedentibus commode hic repeti posset. At omnes reliqui in ejus conservationem conspirant. Mox *qui tam dictatoris,* pro *cujus,* idem Lov. 2.

§ 6 *Principem nobilitatis vestræ, seu Ap. Clausum, seu Ap. Claudium mavultis*] Supra ostendi legendum *seu Actium Clausum.* Sigon. Pall. duo meliores *principem nobilitati vestræ, seu appium Clausum, seu Claudium* (Pal. 3. *cladium*) *mavultis:* quæ videntur confirmare lectionem, quam et supra stabilivi, præeunte Sigonio, *Actium Clausum.* Nam et Camp. ed. *Accium Clausum* oggerit. Pal. 2. *seu Appium Claudium, seu Appium Clausum mavultis.* Gebh. [Vid. Lectt. Varr.] *Principem nobilitati vestræ* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. quod eodem modo accipi potest, quo 'adjutor consiliis,' 'imperator Romanis,' et similia, de quibus dicam ad XXXIX. 47. § 11. Deinde *seu App. cum Clausum* Voss. 1. Lov. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. *seu App. tũ Clausũ* Leid. 1. *seu Appium tum Clausum* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *seu Appium Claudium* Lov. 4. *seu Appium Clausum* Oxon. N. et B. auctore Hearnio: *seu Atium Clausum* Flor. Sed tres illæ voces desunt in Lov. 2. Harl. Port. et Gaertn. alio ordine *seu Appium Claudium, seu Appium Clausum* Hav. Lipsius ad Taciti Ann. XII. 25. malebat *seu Attam Clausum,* quod Klockius in codicis sui nota interlineari legi testatur. Sed rectius ὁ πάνυ Gronovius opinatur, primam syllabam vocis *Appium,* ut et particulas *tum* et *cum,* quæ in multis Mss. supersunt, *Attum,* quam *Attam,* verisimilius reddere. Vide ad II. 16. § 4. Insuper *seu Claudium mavultis,* omisso prænomine, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. Mox *illum antiqui,* pro *illi,* Lov. 2. *in sui numerum,* pro *in suum,* Leid. 2. et *acceperc,* pro *acceperunt,* Lov. 4.

Digitized by Google

§ 7 *Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere*] Pall. tres *in sacerdotum numero*. Gebh. Vocula *Ne* deficit in Voss. 1. et Lov. 1. *Ne fastidiaris* habent Flor. et Lov. 4. *Ne fastidieritis* Lov. 2. Tum *in sacerdotum numero* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *in sacerdocio numero* Hav. Voces *acceperunt. Ne fast. nos in sac. num.* exulant a Leid. 2. Mox *multa decora nobiscum adferimus* Lov. 2. *multa nobiscunque decora adferimus* Lov. 3. Deinde *facere*, pro *fecerunt*, Lov. 4.

§ 8 *L. Sextius primus de plebe consul est factus*] Pall. duo *Sequacius*. Andreas scribit *Sestius*, omisso prænomine *Lucius*. Gebh. *L. Sequacius* Voss. 2. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *L. Secacius* Leid. 1. *L. Sestius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Sestius*, omisso etiam prænomine, Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad Livii III. 33. § 5. Vocula *est* non adparet in Lov. 4.

C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor] *C. Lucinius* Lov. 4. quomodo et alibi scribæ errarunt. *Stola* Gaertn. Hinc vox *primus* deficit in Lov. 4. *equitum* in Lov. 2. at illa *primus magister equitum, C. Marcius Rutilus* in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *Ruptilius* est in Lov. 1. *Ruptilius* in Voss. 1. et Leid. 2. *Rutilius* in Leid. 1. Flor. Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Vide ad III. 7. § 6. Tum *primus dictator et censor* Lov. 4. et fragm. Hav. Vide ad II. 44. § 3. Sed vox *primus* non adparet in Gaertn. Mox plerique mei (præter Flor. Leid. 1. et Klockian.) atque Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *Publius*, pro *Publilius*, sollemni errore præferunt. Vide ad VIII. 12. § 4.

§ 9 *Penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere*] De patriciis loquitur, qui soli se gentem habere gloriabantur, quod est idem, atque gentiles esse. Sic enim definit gentiles in Topicis c. 6. Cicero ex Scævolæ sententia, 'Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum nemo servitutem servivit, neque capite diminutus est.' Ejusmodi vero esse se patricii profitebantur, quod Romulus tales legisset, id est, qui patrem gentemque haberent: nam paullo post 'patricios' interpretatur, 'qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos.' Itaque VI. 40. Ap. Claudius ita loquitur: 'An hoc, si Claudiæ familiæ non aim, sed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam, reticere possim?' Post autem hæc laus gentilitatis cum plebeiis etiam communicata est, ut hoc loco Decius argumentatur. *Sigon. Penes apud vos* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. ubi *apud* ex interpretatione præcedentis *penes* natum est. Pro eo deinde *penes apud vos* dederunt Port. Gaertn. et Hav. Deinde *vos solos gentem esse habere* Oxon. C. ubi τὸ *esse* interpretationis caussa adscriptum esse conjecit Hearnius. Potius tamen puto, auctorem ejus lectionis ita distinguendum credidisse, *vos solos gentem esse: habere vos solos justum imperium.* Præterea *gentes habere* Harl. cum edd. Aldina prioribus. Mox *domi militiæ*, pro *domi militiæque*, Gaertn.

§ 10 *Æque adhuc prosperum plebeium ac patricium fuit, porroque erit*] *Æque id huc prosp.* Voss. 2. *Quæque id adhuc prosp.* Lov. 3. *Æque adhuc prosp.* Gaertn. *Quin adhuc plebeium pros.* Harl. et quædam priscarum edd. *Æque adhuc plebeium pros.* Rom. 1472. et Parm. Deinde *et plebeium et patricium* Port. Gaertn. et Hav. *plebeium et patricium* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *et patricium* etiam Harl. et editi usque ad Aldum. Insuper *priorque erit* Voss. 2. et Lov. 3. *porroque erit, Quirites,*

Digitized by Google

addita ultima voce, Klockian. Eamdem transponens, *perroque erit. En, Quirites* præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

En unquam fando audistis, patricios primo esse factos] Vet. lib. *En Romæ unquam fando aud.* Sigon. Sic etiam Pal. 2. At reliqui, amandantes illud *Romæ*, monstrose referunt *Qui inquam fando.* Andreas vero *Quin nunquam fando audistis.* Gebh. Sic quidem unus recentissimus nostrorum: sed alii omnes deficiuntur τῷ *Romæ*, quod adjecit Sigonius. Sensu est superfluum; neque enim quisquam veretur, ne et hæc et proxima alibi, quam Romæ, facta significet Decius: usui particularum *En unquam* est importunum, quibus, nisi forte versu coacti, nihil medium interponere solent veteres. Easdem restituimus XXIV. 14. et XXX. 21. *J. F. Gron. En Romæ unquam* Port. et Hav. *Ea Romæ nunquam* Gaertn. *En, Quirites, nunquam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quod ob eamdem caussam, ob quam Gronov. *En Romæ unquam* falsi convicit, rejiciendum est. *Cui inquam fando audistis* Voss. 2. et Lov. 3. *Numquam fando audistis* Hearnii Oxon. L. 2. *Quin nunquam fando audistis* Exc. Pithœi, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *An unquam fando audistis* edd. Asc. 1513. et 1516. sed de locutione 'En unquam,' quæ genuina est, vide ad XXIV. 14. § 3. Deinde *patricios esse factos primo* Port. Gaertn. et Hav. Vox *esse* aberat a Voss. 2. eadem autem et sequens *factos* ab Hearnii Oxon. B.

Non de cœlo demissos, sed qui patrem ciere avumque possent] Voces *avumque* inducendæ sunt: neque enim reperiuntur in veteribus lib. neque vero desiderantur. 'Patriciorum' enim tradit etymologiam, eosque dictos ait, 'qui patrem ciere possent.' Quod etiam Dionysius Antiq. lib. II. p. 83. et Plutarchus in Romulo p. 24. prodidit. Qui vero *avum* addiderunt, id, credo, ea moti ratione fecerunt, quod subdit, 'Consulem jam patrem ciere possum, avumque jam poterit filius meus:' cujus orationis hic est sensus: Si patricii sunt, qui patrem ciere possunt, ego certe patricius, qui patrem consulem, multoque magis filius meus, qui patrem et avum ciere consulem potest. *Sigon. Qui patrem ciere possent* etiam Pall. nam alii verbo auctiores, *qui patrem avumque ciere possent*, quod textu ipso refellitur. *Grut.* Mercerus Opinion. et Em. I. 7. quod ab eo huic loco explicando obstinatum est, sequutus scripturam a Sigonio et aliis improbatam, scribit, nihil in ingenuis notari a Livio, quam 'ingenuos esse illos, qui nobiles dicuntur, paterna avitaque nobilitate illustres.' Hæc non intelligo: nam nec veteres ita interpretantur ingenuos, nec fortassis in illa colluvie, quæ ad Romulum confluxit, quisquam paterna avitaque nobilitate illustris fuit. Notum est hoc Juven. in fine Sat. 8. 'Majorum primus, quisquis fuit ille, tuorum Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.' Decius nihil aliud significat, quam in omni illa multitudine paucissimos fuisse, qui patres suos ostendere ac nominare possent, eosque a Romulo patricios factos, id quod etiam e Græcis Dionys. Halic. et Plutarch. tradiderunt, et ex Latinis Cincius, qui apud Festum auctor est, 'Patricios' vocatos, qui deinde 'ingenui' dicti sunt. Vide Sigon. ad Liv. I. 8. et de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 6. *Duk. De cœlo demissos* Voss. ambo, Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIV. 50. § 2. *De cœlo missos* Leid. 1. Justin. v. 4. 'Hunc quasi de cœlo missum contuentur.' Sed reliqui *demissos* tuentur. Liv. XXII. 29. 'Fabiana se acies repente, velut cœlo demissa, ad auxilium ostendit.' Amm. Marc. XXII. 2. 'Effundebatur ætas omnis et sexus, tamquam demissum aliquem visura de cœlo:' quem locum commode ad illum Jus-

Digitized by Google

timi laudavit Berneccerus. Et placuit Livio hoc genus loquendi, ut præpositio, quæ verbo inest, in regimine repetatur. Vide ad Præfat. § 11. Præterea *avumque* in nullo apud me codice erat, solo excepto Harl. qui unus retinet. Sed male. Aldus etiam in contextu omiserat; sed in erratis iterum revocavit. Mox *idem nihil ultra*, pro *id est, nihil ultra*, Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *idē* et *id ē* sæpius in Mss. confundi, vidimus ad v. 4. § 5. Adde quæ notavi ad IX. 19. § 7. X. 37. § 15. XXI. 10. § 8. et Burm. ad Suet. Claud. c. 38. Caussam vide ad X. 38. § 13. *Iidem nihil ultra* Lov. 4.

§ 11 *Consulem jam patrem ciere possum*] *Consules jam patrem ciere possunt* Lov. 2. *Consules* etiam Lov. 3. et 4. Vide hoc lib. c. 10. § 2. Tum *acciere* Hearnii Oxon. L. 2. Ceterum hæc verba una cum præcedentibus, *id est, nihil ultra quam ingenuos* exsulant a Gaertn. culpa librarii propter repetitionem *τῶν possent* et *possum*. Vide ad l. IX. c. 11. § 11.

Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur] Lib. IV. c. 4. 'Quid enim in re est aliud, si plebeiam patricius duxerit, si patriciam plebeius' Seneca Epist. 116. 'Immo hercle aliud est in re: vitia nostra defendimus.' *J. F. Gron. Nihil esse aliud in re* Leid. 1. Deinde *nisi quod omnia* Gaertn. Nescio quid viro docto in mentem venerit, qui ad marginem ed. Curion. conjecit, *nisi ut omnia negata non adipiscamur*. Mox *neque curant*, pro *nec*, Harl. Tum *quem eventum certamina habeant*, pro *certaminum*, Voss. 1. et Leid. 2.

§ 12 *Ego hanc legem, &c. uti rogatis, jubendam censeo*] Legendum *uti rogata est*. Gelen. Supra ostendi, *uti rogas* legendum esse. *Sigon.* Sic quidem *uti rogata est* voluit Gelenius: sed Mss. tamen *uti rogatis*. Grut. Gelenio debetur hæc lectio *uti rogata est*; sed, an bene debeatur, ignoro. Pall. omnes et Andreæ ed. *uti rogas, subeundam censeo*. Campan. *uti rogatis, subeundam censeo*. Gebh. Unus tantum apud me Harl. *uti rogatis* probat. Reliqui omnes cum edd. antiqq. Rom. 1472. et Parm. recte legunt *uti rogas*. Vide ad VI. 38. § 5. ubi Sigonius jam monuerat, ita hoc loco legendum esse, et ad XXXI. 8. § 1. ubi Gronov. emendationem Sigonii probat. Deinde *subendam* Voss. 1. et Leid. 2. *subeundum* Lov. 3. *subeundam* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et excusi omnes usque ad Froben. qui 1531. *jubendam* substituit, quod in hac re sollemne ac proprium verbum est. Vide ad III. 30. § 6. et Brisson. de Formul. lib. II. p. 131.

CAP. IX. § 1 *Vocare tribus extemplo populus jubebat*] *Vocari tribus* Lov. 4. adversantibus reliquis scriptis; quibus invitis nihil muto. Vide ad XLII. 25. § 5. Mox *apparebat*, omissa vocula *que*, Hav. Deinde trajectis vocibus *intercessione est sublatus* Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Exc. Pithœi.

§ 2 *P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Livius Denter*] Primi pontificis cognomen *Mus* deficit in Harl. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. Tertii cognomen perperam *Rutilius* scribitur in omnibus meis, Hearnii Oxon. L. 2. B. C. Exc. Pithœi, et edd. Sigonio prioribus. Vide ad III. 7. § 6. Deinde *M. Livius Dentatus* Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. *M. Livius Denteo* Port. Cognomen vero exsulat a Lov. 4. *M. Livius. Dantur quinque augures* Lov. 2. Harl. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad X. 1. § 7.

C. Genucius, P. Ælius Pætus] *C. Genitus* Lov. 3. qui dare voluisse videtur *Genutius*, ut multi alii perperam præferunt. Vide ad II. 52. § 3. *C. Gemicius* Lov. 4. *C. Gemitius* Hearnii Oxon. L. 1. et B. Deinde *Pelius Pætus* Flor. Lov. 1. 2. Harl. et Gaertn. prænomine male nomini adhærescente, et cum eo coalescente.

Digitized by Google

Alia exempla vide ad XXXVIII. 35. § 2. *Pelius Petitus* Lov. 3. *P. Ælius Petitus* Voss. 2. *Petilius Pætus* Hearnii Oxon. C. Paullo ante *idem de plebe*, pro *item*, Port. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIX.

M. Minucius Fesus, C. Marcius, T. Publius] *T. Publilius* legendum puto, quod antea toties de Q. Publilio Philone admonuimus: erant enim Publilii ex plebe, et ex *Publilius* quam cito factum *Publius*. Glar. *M. Munitius* Hearnii Oxon. N. *M. Munimitius* Lov. 2. *M. Numitius* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 21. § 1. Tum *Fesus* Leid. 1. Exc. Pithœi, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Siesus* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Deinde reliqui quidem *T. Publius*, at *C. Publius* Voss. 3. et Lov. 3. Vide ad VIII. 12. § 4. Si prænomen mutes, videri posset is indicari, qui se ob æs alienum paternum nexum dedisse narratur VIII. 28.

Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus] *Octo pontifices* Leid. 2. Tum *novus augurum numerus* Lov. 2. *novum augurum numerus* Leid. 1. Deinde *factus est* Voss. 2.

§ 3 *Legem tulit, diligentius sanctam: tertio ea tum post reges exactos lata est*] *Diligentius sancitam* Hearnii Oxon. C. Male. Infra XXX. 19. 'Contra quam sanctum legibus erat:' ubi ante Gronov. etiam *sancitum* edebatur. *Diligentius factam* Voss. 2. Lov. 2. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. quomodo etiam peccarunt librarii VIII. 37. § 2. et dicto l. XXX. c. 19. § 9. Vox *sanctam* deerat in Lov. 3. De locutione 'sancire legem' vide ad III. 55. § 5. Deinde *tertia ea tum* Voss. 2. et Port. a m. pr. *tertio ex tum* Leid. 1. Vide ad XL. 59. § 8. *Tertio ea tñ*, sive *tamen*, Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. et mox hoc cap. ad § 6.

§ 4 *Causam renovandæ sæpius haud aliam fuisse reor*] *Renovandi sæpius* Leid. 2. et Lov. 1. *renovand' sæpius* ambigue Lov. 2. *sæpius renovandæ* Port. et Hav. *sæpius renovando* Gaertn. quod eo modo accipi posset, quo 'causas bello' apud Tacitum exposui ad Livii III. 46. § 2. Verum optimi Mss. stant pro recepta lectione. Præterea *haud aliam fuisse arbitror* Lov. 4. ex interpretis glossa. Verbum *reor* sæpe librarii in quævis alia commutarunt. Vide ad XXVII. 25. § 11.

Quam quod plus pascorum opes, quam libertas plebis, poterant] Vocula *quod* deest in Leid. 2. intercepta a præcedenti *quam*. Vide ad XXXVII. 54. § 4. Ejus loco *q;* præfert Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. Deinde *poterat*, ut ad proximum referatur, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. Sed nihil mutandum.

Porcia tamen lex sola] Vet. lib. *Porcia inde lex*. Sigon. Ita et Hav. invitis aliis omnibus. Originem et exempla hujus erroris vide ad V. 18. § 8.

Quod gravi pœna, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit] Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 6. his addit quasi verba Livii, 'sed exsilium irrogari ab eo permisit.' Sed hæc non sunt in Livio. Manutius quoque c. 19. lege Porcia civibus 'aqua et igni interdictum' scribit. Non volo quidem hoc negare: nam quum hæc lex virgas et secures a tergo ac cervicibus civium removisset, tamen, ne maleficia facinorosorum hominum impunita essent, probabile est, illis eadem pœnam aliquam facinorum constitutam fuisse; quæ vix alia, quam aquæ et ignis interdictio, esse potuit. Nec tamen ullo testimonio veterum scriptorum comprobaut, lege Porcia quidquam nominatim de aquæ et ignis interdictione, et, quod hanc necessario sequebatur, exsilio cautum fuisse. Et Sallust. in Catil. c. 51. videtur indicare, exsilium civibus condemnatis aliis legibus permissum fuisse, 'An,' inquit, 'quia lex Porcia vetat' (cives verberari et necari?) 'At alias

Digitized by Google

leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exsilium permitti, jubent.' Et ibid. 'Tunc Porcia aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est.' Verum hæc non incommode ita accipi possunt, quum lex Porcia, ut antea aliæ leges de provocatione, negligi cœpisset, eam deinde ab aliis, et forsitan a C. Graccho, a quo Porcium relatam opinatur Sigonius, renovatam fuisse. *Duk. Quæ gravi pœna* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.. Vide ad XXXVII. 35. § 4. *Quod ea gravi pœna* Hav. et plures principum edd. Quæ scriptura inde nata esse videri potest, quod librarius duplicem lectionem hoc modo junctam proposuerit *quod æ gravi pœna;* id deinde non intelligens nasutulus mutavit in *quod ea*. Deinde *si quis verberassetve civem* Gaertn. *verberasset necassetve* Flor. Tum *sanxit* non adparet in Leid. 1.

§ 5 *Si quis adversus ea fecisset, nihil ultra, quam improbe factum, adjecit*] An *facturum?* Cic. de Harusp. Resp. c. 8. 'Qui meam domum violasset, contra rempublicam esse facturum.' Ad Att. II. 24. 'Qui eum emisisset, contra rempublicam esse facturum.' *J. F. Gron. Adversus eam fecisset* Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. intellige adversus eam legem. *Adversum eam fecisset* Voss. 2. Vide ad Epit. Liv. l. XLVII. Reliqui vulgatum tuentur. *Adversus ea;* quæ nempe lege statuta erant. Deinde *factum* servant omnes libri; at *quam in plebe factum* præfert Hearnii Oxon. L. 1.

§ 6 *Id, qui tum pudor hominum erat*] *Id quia tum pudor* Voss. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Id, quod tum pudor* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad l. XXXVII. c. 35. § 4. *Idq*; *tum pudor* Gaertn. *Id qui tamen pudor* Lov. 3. Vide paullo ante ad § 3. In verbis seqq. *vinculum satis validæ legis*, pro *satis validum*, Lov. 1. et Leid. 2.

Nunc vix servo ita minetur quisquam] *Servo* profecto nihil mirum, cum gravius multo et severius servis minari conveniat, quam liberis et ingenuis hominibus. Et recte Petronius cap. 115. 'Pœnam ignis gravissimam credimus, ubi servis irascimur.' Quid igitur, si unius literulæ facili mutatione sic legamus? *nunc vix serio ita minetur quisquam:* quod ego temere rejiciendum non putem. *Petr. Pithœus*, Advers. Subsec. l. II. c. 2. Quidam legunt *serio*, quod non probo. Significat enim, cum servis minantur, gravius minari, quam ut dicant 'improbe fecisse:' *malum* enim minabantur: ut IV. 49. 'Audistis, Quirites, sicut servis, malum minantem militibus.' *Sigon.* Sigonii liber *serio*, quod approbe damnat. Pall. duo *nunc vix servata minetur quisquam.* Gebh. [Vide Lectt. Var.] *Nunc vix servo ita minetur*, ut erat in edd. Rom. a. 1472. et Parm. præferunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. quod ferri non posse recte Pithœus vidit. Non enim illud pronunciatum *improbe factum* nimis acerbum, sed nimis leve legis vinculum fuisse indicat. Quid mirum itaque, si dominus servo, in quem majus imperium, quam lex in civem habebat, ita Livii tempore non minaretur? Hinc neque placet *nunc vix servis ita minetur*, quod præfert Lov. 2. neque *nunc vix servo suo ita minetur*, quod superest in ed. Mediol. 1480. et quibusdam sequentibus. *Nunc vix servata minetur* est in Voss. 2. et Lov. 3. *nunc vix servo sero ita minetur* in Harl. *nunc vix servos ero ita minetur* in Flor. unde Salvinius conjiciebat *nunc vix servo herus ita minetur quisquam*, quod ob caussam jam datam admittere nequeo. Pighius in Annal. ad a. CDLIII. p. 383. Pithœi conjecturæ et quarumdam edd. lectionis vestigiis insistens, scribendum

Digitized by Google

conjicit *vix serio suis ita minetur quisquam*. Doujatius, una tantum litera in scriptura codd. Helm. et Rott. quam Gronovius dedit, mutata, legebat *nunc vix si summa serio minetur quisquam*; et, per *summa* intelligens 'summa supplicia;' simul repetendum existimabat 'ne tunc quidem satis validum fore legis vinculum.' At, si ea lectio probanda erit, tria priora vocabula repeti necesse non est; sufficit enim *nunc vix* (sc. satis validum legis vinculum videtur,) *si summa serio minetur quisquam*. Sed vellem exemplum protulisset, ubi 'summa minari' pro summa supplicia minari ponatur. Pithœi conjecturam firmat cod. Klockian. neque multum inde recedit Leid. 1. qui *vix serii ita minetur* præfert. Eamdem conjecturam etiam A. Perizon. probavit, qui ejus hunc sensum constituebat: illam comminationem *improbe factum* tam parvam vim nunc habituram, ut vix ab serio animo et in re seria proficisci posset. Id, quod Gronovio in mentem venit, quamvis longius paullo a Mss. recedat, non displicet, nisi, pro *summo* emendans *suplicia* vel *supplicia*, legas, *nunc vix, si supplicia serio minetur quisquam*. Voces *serio ita* deerant in Lov. 4. lacuna tamen relicta, ut constet aliquid deesse, quod librarius adsequi non potuit. In eodem cod. deerat etiam τὸ *quisquam*.

§ 7 *Haud quaquam memorabile adversus rebellantes Æquos*] *Haud quamq.* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Vide ad VII. 26. § 8. *Haud quicquam mem.* Leid. 2. Mox *fortuna antiqua*, transpositis vocibus, Port. Gaertn. et Hav. et sequens vox *haberent* omittitur in Leid. 1.

§ 8 *Appulcius in Umbria Nequinum oppidum circumsedit*] *Apulcius* unico *p* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. v. *Nequinium* est in Lov. 4. Vide ad cap. seq. § 1. *Circumcedit* in Voss. 1.

Locus erat arduus, atque in parte una præceps] *Arduus, altus, atque in parte una præceps* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. C. Sed illud *altus* ex vocis præcedentis interpretatione natum puto. Mox verbum *est* non adparet in Hav.

Nec vi, nec munimento capi poterat] Pall. *nec in momento capi poterat*. Pal. 2. autem et Camp. *nec vi, nec momento capi poterat*. Gebh. *Nec vi, nec in momento* Voss. 2. et Port. Vide ad IV. 27. § 4. *Nec vi in momento* fragm. Hav. a m. sec. *nec vi momento* Voss. 1. a m. sec. Gaertn. et Hav. *nec in momento* Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *nec vi monimento* Voss. 1. a m. pr. et Lov. 1. Vide ad Livii IV. 10. § 6. *Nec in monimento* Leid. 1. *vis* et *munimentum* hic fere eo modo sumuntur, quo alibi 'vis' et 'opera,' vel 'arma' et 'opera.' lib. XXXII. c. 23. 'Omnis inde spes pugnantibus in vi, et armis, et operibus erat:' et XXXVI. 23. 'Romani quidem operibus magis, quam armis, urbem oppugnabant.'

§ 9 *Itaque eam infectam rem M. Fulvius Pætinus*] *Itaque infect. rem* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *M. Fulvius Pætus* Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. omnes usque ad Gronov. *M. Fulvinius Pætus* Oxon. N. At recte Gronovius in ed. 1665. substituit *M. Fulvius Pætinus;* quem ita adpellandum esse ex fragmentis Fastor. Capitolin. Triumphal. docet Pighius in Annal. ad a. CDLIV. p. 584. Mox etiam *et Manlius*, pro *T. Manlius*, Flor.

§ 10 *Quum Q. Fabium consulem non petentem omnes dicerent centuriæ*] Helm. *consulem appetentem*. Rottend. *consulem appatentem*. Suspicor fuisse *consulem abeuntem*. Vide Sigonium ad

Digitized by Google

c. 22. hujus libri. Neque obest, quod sequitur 'ipsum auctorem fuisse:' potuit enim, ubi audivit hoc agi, venisse in Campum. VIII. 22. 'Tribunatumque plebei proximis comitiis absens petentibus præfertur.' *J. F. Gron.* *Non petentem* servant omnes mei, nisi quod levi et alibi sæpius obvio errore *non potentem* datum sit in Voss. 2. Vide ad v. 14. § 5. Nihil itaque mutandum puto. Supra v. 18. 'P. Licinium Calvum prærogativa tribunum militum non petentem creant.' x. 5. 'Non petentem, atque adeo etiam absentem, creatum credidere quidam.' Præterea Fabii prænomen Q. deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et omnibus edd. usque ad Frobenianam anni 1535. quod intercepisse videtur vox præcedens *quum*: sed *quumq*; *Fabium* legit Lov. 2. Vide ad XXII. 31. § 7. Eadem transposita Q. *Fabium non petentem*, vel *potentem*, *quum omnes* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Tum *dicerent omnes centuriæ* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

Ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt] *Actorem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quem eumdem errorem iidem codd. mox committunt § 12. Vide ad I. 26. § 5. Tum *Macer Livius* Voss. 2. et Lov. 3. *Marcellinius* Klockian. *M. Licinius* Hearnii Oxon. C. Deinde *ac Tubero* Flor. Mox *difendi*, pro *differendi*, Leid. 1.

§ 11 *Eo anno majori se usui reipublicæ fore*] *Eodem anno* Gaertn. Vide ad cap. seq. § 6. *Majore* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *eo anno majoris ut suæ rei præ furore* sine ullo sensu Lov. 2. *eo anno majori seu sui seu reip. fore* Voss. 2. et ita etiam Lov. 3. nisi quod *furore*, pro *fore*, legat. *Eo anno major seu sui rei pro furore* Lov. 4. *eo anno majori se usui fore* fragm. Hav. a m. sec. priori scriptura erasa. Mox *nec petentem tum*, pro *tamen*, Lov. 2. Port. et Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *Nec petentem tandem* Lov. 4. Vide ad XXII. 2. § 11.

§ 12 *Fuisse tradit C. Domitium Cn. F. Calvinum et Sp. Carvilium Q. F. Maximum*] Pall. 1. et 3. *fuisse Cl. Domitium.* Pal. 2. *fuisse tradit L. Domitium C. Philum Calvinum, Alium Q. Spurium Carvilium et Q. Fabium Maximum.* Vetustæ quoque edd. *Cl. Domitium* appellant. *Gebh.* [Vide Lectt. Varr.] Vide Suet. in Ner. c. 1. Sigon. ad Epit. Liv. lib. XIII. et Pighium in Annal. ad a. CCCCLXXIII. *Duk.* *Tradit* deest etiam in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *L. C. Domitium Cn. F. Calvinum* Voss. 1. Lov. 1. et Harl. *L. C. Domitium cum F. Calvinum* Leid. 2. *L. C. Domitium* se etiam in Oxon. B. L. 2. et N. invenisse, Hearne testatur. *Cl. Domitium Cn. F. Calvinum* Leid. 1. *Cl. Domitium Cn. F. Columnium* Lov. 4. *D. Domitium C. N. filium Calvinum* Lov. 3. *D. Domitium* etiam Oxon. C. apud Hearnium, qui *M. Domitium* in L. 1. offendit. *L. Domitium Cn. F. Calvinum* fragm. Hav. *L. Domitium C. Fulvium Calvinum* Lov. 2. *L. Domitium C. Philum Calvinum* Hav. *L. Domitium Cn. Philum Calvinum* Port. Consentio Gronovio, vel *Cn.* vel *L. Domitium* scribendum esse. Domitios enim non nisi hæc prænomina usurpasse, observat Torrent. ad Suet. Aug. c. 17. Vide etiam Spanhem. de Præst. et Us. Numism. dissert. x. p. 25. ubi eorum, qui *Cn. Domitium* legunt, sententiam probat. Deinde *et Sp. Carvilium Q. Fabium Maximum* Lov. 2. *alius Q. Sp. Carvilium et Q. Fabium Maximum* Port. Hav. et Gaertn. Hearnius se invenisse testatur *et Q. et Sp. Carvilium Q. F. Maximum* in Oxon. N. *et alius Q. Sp. Carvilius Q. F. Maximum* in B. *et C. Canulium Q. F. Maximum* in L. 1. *et Sp. Carvilium Q. Tuberonem Maximum* in C. Reliqui codd. nihil mutant. Patet itaque, vel Mstos omnes aperte velle, Carvilium hunc fuisse Quinti filium; vel idem ex eo-

Digitized by Google

rum aberrationibus non obscure colligi posse. Contra Pighius in Annal. priori loco eum *C. Filium* fuisse existimat, idque non aliam ob causam, quam quod eumdem esse credat illi, qui sex annis postea cum L. Papirio Cursore consulatum gessit, et in Fast. Capitol. Triumph. SP. CARVILIVS. C. F. C. N. MAXIMVS. vocatur. Sed potuerunt Sp. Carvilii consulis pater Caius et Sp. Carvilii ædilis curulis pater Quintus fratres fuisse, quorum ædilis nullos postea in republica honores gessisset. Paullo ante *fecit*, pro *effecit*, Hav.

§ 13 *Errorem in ædilibus fecisse*] *In sedilibus* Lov. 3. quemadmodum mox *sedilicia* Voss. 2. eodem errore, quo 'sedes' et 'sedes' in membranis commutari vidimus ad v. 42. § 1. *In ædibus* Leid. 1. *in ædiles* edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *fuisse* Hav. Vide ad XXXI. 46. § 2.

§ 14 *A P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Averrione*] *Sulpicio Saverrione* ex Capitolinis lapidibus. *Sigon.* Transpositis nominibus gentilitiis *P. Sulpicio Sopho et P. Sempronio* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. C. B. et quædam edd. antiqq. *P. Sopho et P. Sempronio* Hearnii L. 2. *P. Sulpicio Sex. Averrione* edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *Averrione* servant Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac C. *Avenione* obferunt Voss. 2. et Lov. 3. *Averione* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Arrione* Lov. 4. *Averone* fragm. Hav. *Aversione* Hearnii B. Sed recte Sigonius emendavit *Saverrione;* quod sibi in Mato suo obvium fuisse, Klockius notavit. Vide ad IX. 45. § 1.

Aniensis ac Terentina] *Antensis* Gaertn. *Anniensis* Leid. 2. et Lov. 3. Hæc posterior, ut et vulgata lectio ferri posse videntur. Nam tribus illa passim in lapidibus literatis AN. ANI. ANIENS. ANIENSIS, ANNIENSIS, et ANIENSIS vocatur; at ultimo modo longe frequentius; ut *Anniensis* potius ex lapsu sculptorum ortum esse credi possit. Turnebus ad Cic. Orat. Agrar. II. 29. *Arniensis* legi debere censet; quomodo in Epit. Liv. hoc lib. etiam præfert ed. Parm. At meminisse oportuerat, duas diversas fuisse tribus *Aniensem* et *Arniensem;* illam hoc loco reliquis additam memorari; hujus institutionem jam supra referri VI. 5. Deinde *et Terentina* Gaertn. *et Turentina* Voss. 2. Port. et Hav. *ac Turentina* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *ac Turrentina* Lov. 1. Sed mihi nil mutandum. Vide ad Epit. Liv. hoc libro.

CAP. X. § 1 *Ad Nequinum oppidum quum segni obsidione tempus tereretur*] [Vide Varr. Lectt.] Est insuitatum genus loquendi 'obsidio terit tempus.' Aliter Livius I. 57. 'Otium conviviis commessationibusque inter se terebant.' Et VI. 34. 'Quum inter se sermonibus tempus tererent:' non *otium convivia terebant*, nec *sermones tempus terebant*. Et sic alibi. Propius ad scripturam duorum librorum Gronovii accederet *tererent*. Duk. *Terretur* Flor. et Leid. 1. *terrentur* Hav. Solent passim in Mss. verba 'terere' et 'terrere' inter se confundi. Vide ad VI. 8. § 10. Id quod Gronovius in duabus bonæ fidei membranis se vidisse retulit, in nullo mihi codice obvium fuit. Si tamen reperissem, id locum tentandi caussa non exstitisset, sed errori librariorum adscripsissem. Novi enim, eos terminum passivum *ur* vel ejus notam infinitis locis omisisse. Exempla vide ad I. 17. § 6. c. 32. § 8. II. 14. § 4. c. 37. § 8. Epit. lib. III. in fine; III. 4. § 6. c. 5. § 13. c. 23. § 2. c. 30. § 3. c. 64. § 9. IV. 6. § 3. c. 12. § 4. c. 35. § 11. c. 41. § 10. c. 51. § 4. v. 5. § 6. c. 6. § 11. c. 12. § 4. c. 16. § 1. c. 33. § 2. c. 37. § 7. c. 43. § 2.

Digitized by Google

c. 45. § 3. Plura adscribere omitto, ne lectori tædio sim. Paullo ante *Nequinium*, pro *Nequinum*, est in Voss. 2. Lov. 3. 4. et Port. Vide ad cap. præc. § 8. et mox hoc cap. § 5.

Quorum erant ædificia juncta muro] *Ædificia inertia muro* Voss. 2. et Lov. 3. unde conjici posset *inhærentia*. Sed nihil muto. Mox iidem codd. *cæ itinere occulto*, addita prima voce, præferunt.

§ 2 *Inde ad consulem deducti*] *Ad consules* Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Male. Quamvis enim cap. præc. Nequini oppidi obsidionem M. Fulvius Pætinus et T. Manlius accepisse dicantur, verius tamen videtur, alteri tantum eorum obsidionem commissam esse. Mox enim addit Livius hoc cap. 'Consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere:' ubi, paucis exceptis, plerique codd. in hanc lectionem consentiunt. Quin et, alteri consuli T. Manlio Etruriam provinciam sorte evenisse, cap. seq. narratur, eique in expeditione mortuo successisse suffectum consulem M. Valerium. Eam sententiam firmant etiam excerpta Fastor. Capitol. triumphal. ubi solius M. Fulvii Pætini triumphus DE. SAMNITIBVS. NEQVINATIBVSQVE refertur; quem et egisset T. Manlius, si, antequam in Etruriam proficisceretur, junctis viribus rem cum collega ad Nequinum gessisset. Error itaque, qui in codd. scriptis est, inde natus videtur, quod per compendium scriptum fuerit *ad cos.* vel *ad cons.* in quo compendio passim indocti librarii, nescientes quemadmodum reddendum foret, vel in numero, vel in casu, vel in utroque simul turpiter errarunt. In unius Livii codd. tanta est copia exemplorum, quæ partim jam præcesserunt, partim sequentur, ut, si ea recensere vellem, lectoris patientia abuterer. Et quidem tanto facilius peccare potuerunt, quod numero plurali non tantum scripserint antiqui *coss.* ut nunc fere fit, sed etiam *cons.* vel *cos.* quo nunc tantum singularis vulgo indicatur. Exemplum est in senatusconsulto de Bacchanalibus, et alibi passim. Similes errores committuntur in explicandis notis, quibus indicantur voces 'tribunus militum;' (vide ad IV. 57. § 6. et VI. 6. § 3.) voces 'tribunus plebis;' (vide ad VII. 16. § 1.) 'patres conscripti;' (vide ad VII. 41. § 7.) 'senatusconsultum;' (vide ad XXXVIII. 60. § 1. et XLII. 33. § 1.) 'populus Romanus;' (vide ad XXXIX. 47. § 11.) 'censores;' (vide ad XLIII. 14. § 6.) quælibet notæ numerales; (vide ad XLII. 12. § 9.) 'respublica;' (vide hoc lib. ad c. 37. § 15.) Mox *inter mœnia*, pro *intra*, Lov. 3. Vide ad V. 27. § 3.

§ 3 *Nec aspernanda res visa*] *Hæc aspernanda* Hav. Vide ad XXXII. 20. § 7. *Nec aspernenda* Gaertn. Mox *obsessus retentus* Harl. Deinde *explor. et per cunic. missi* Leid. 2. et Lov. 1. *explor. per cun. missum* Leid. 1. *explor. per cun. missi sunt* Hearnii Oxon. L. 2.

§ 4 *Per quos satis comperta re*] *Satis comperata re* Voss. 2. et Leid. 3. Vide ad XXXIX. 29. § 5. Vox autem *re* exsulat a Leid. 1. Deinde *ceperunt*, pro *cepere*, Lov. 4. et ed. Rom. 1472.

Qua refracta, consul exercitusque Romanus] *Qua re facta* Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 4. Ita sæpe 'factus' et 'fractus' confundi solent. Vide ad VI. 17. § 6. 'Refringere' in hac re proprium est. Supra VI. 17. 'Refracturosque carcerem minabantur.' X. 30. 'Refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos inveniunt.' c. 43. 'Simul et refringebantur portæ, et vis undique in muros fiebat.' Infra XXIII. 18. 'Moliri portas, et claustra refringere parat.' XXIV. 46. 'Ex interiore parte vi claustra refringere jubet.' XXV. 9. 'Ceteros vigiles obtruncant, refrin-

Digitized by Google

guntque portam proximam.' c. 24. 'Prope Hexapylon est portula magna vi refringi cœpta.' c. 25. 'Refractisque foribus quum omnia terrore ac tumultu streperent.' XXVII. 15. 'Inde et proxima refracta porta.' XXVIII. 3. 'Securibus dolabrisque cædebantur et refringebantur portæ.' Tum *cōss. exercitusque* Lov. 4. *consules exercitusque* Lov. 3. Port. Gaertn. et Hav. Vide modo ad § 2. Mox *invaserunt* Lov. 4.

§ 5 *Ita Nequinum in ditionem populi Romani venit*] *Nequinium* Voss. 2. Lov. 4. et Port. Vide supra hoc cap. § 1. Tum *in dictionem* Lov. 1. *in dedicio* Lov. 2. *in dedicionem* Gaertn. *in deditionem* Leid. 2. Port. et Haverk. Vulgatum, reliquorum codicum auctoritate firmatum verius est. 'Ditio' et 'deditio' sæpius in Mss. commutantur. Vide ad Liv. XXVI. 21. § 17. Deinde *pervenit* Hav. Sed et hic receptam lectionem præfero. Vide ad XXXIII. 37. § 4.

A flumine Narnia adpellata] *A Nare flumine Narnia appellata* edd. vett. usque ad Frobenium, qui, consensu omnium scriptorum, a. 1535. vocem *Nare* omisit, nisi quod unus eam servet Harl. quem non audiendum censeo. *Narvia* Port. Mox *Romam deductus*, pro *reductus*, fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad VI. 26. § 7.

§ 6 *Eodem anno ab Etruscis adversus inducias paratum bellum*] Biennio ante, consulibus M. Livio et C. Æmilio, inducie datæ erant Etruscis ad biennium ab dictatore M. Valerio: quo pacto igitur parabant bellum *adversus inducias?* Glar. Inducie datæ erant in biennium Livio et Æmilio consulibus extremo anno CDLI. At hoc anno, qui est CDLIV. *adversus inducias* parant bellum. Recte: non enim biennium completum est, neque enim annus, quo datæ sunt, numeratur. Hoc dixi, ut defenderem a Glareani calumnia Livium. [' Magna vero calumnia, si quis dicat, aliquem memoria lapsum!'] *Sigon.* Recte Sigonius Livium contra Glareanum defendit. Non tamen necesse est, ut cum eodem Sigonio annum, quo inducie datæ sunt, non computemus. Anno enim, qui consulatum M. Valerii et Q. Appuleii proxime præcessit, sive eo M. Livius Denter et C. Æmilius consules fuerint, sive eo M. Valerius sine consulibus dictaturam gesserit, Etruscis 'inducie biennii datæ' sunt c. 5. et quidem, ut ex ordine narrationis Livianæ patet, anno illo exeunte. Anno proximo M. Valerio et Q. Appuleio consulibus Etruscum adversæ belli res, et inducie quietum tenuerunt. Vide cap. 6. Sed anno, qui proxime secutus est, ab Etruscis adversus inducias paratum est bellum, ut hoc loco refert, et quidem, quod iterum narratio Livii exigit, ejus anni initio, ut vix biennii inducias per sesquiannum observarint. Ceterum *Eo anno*, pro *Eodem*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sæpius pronomina *is* et *idem* inter se commutantur. Vide ad I. 26. § 10. c. 39. § 1. II. 18. § 2. c. 23. § 9. III. 21. § 2. IV. 10. § 1. c. 13. § 10. et 11. c. 46. § 6. V. 13. § 9. c. 48. § 4. VI. 5. § 8. c. 9. § 5. VII. 28. § 5. VIII. 14. § 11. c. 17. § 11. c. 37. § 5. IX. 8. § 2. c. 19. § 3. c. 46. § 1. X. 7. § 2. c. 9. § 11. hoc cap. § 7. c. 11. § 9. c. 23. § 1. c. 30. § 1. XXII. 2. § 2. XXXI. 26. § 5. XXXVII. 58. § 3. XXXVIII. 8. § 11. XXXIX. 44. § 10. c. 55. § 6. XL. 2. § 5. c. 16. § 7. et pluribus aliis locis.

Sed eos alia molientes Gallorum ingens exercitus, &c. a proposito avertit] Vide num legendum *talia*, pro *alia*: non enim alioqui hæc verba facile intellectu. *Glar.* Donjatius vel *alia* intelligit, nempe habito respectu exercitus Gallorum et pactæ cum iis societatis; vel probat conjecturam Glareani; quæ et mihi non displicet. 'Alia' et 'talia' interdum in Mss. commutari solent. Vide quæ notata

Digitized by Google

sunt ad v. 2. § 13. Deinde *Gallorum exercitus ingens* Lov. 3. et insuper *advertit* fragm. Hav. a m. pr. Etiam hæc verba librarios in membranis vetustis confudisse, vidimus ad I. 12. § 10.

§ 7 *Ut eo adjuncto exercitu cum Romanis bellarent*] *Eo advento exercitu* Pal. 1. exhibet: Pal. 2. vero *eodem adjuncto*. Gebh. *Eodem adjuncto exercitu* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. ac B. Vide paullo ante ad § præc. *Eo advento exercitu* Voss. 2. et Lov. 3. Voces *ut eo adjuncto* desunt in Flor. Mox *debellarent*, pro *bellarent*, Klockian. Vide ad Liv. Epit. lib. XXXVII.

§ 8 *De societate haud abnuunt barbari*] Rescribunt Pall. duo, *De soc. haud ānuunt ut barb.* Gebh. Ita et Lov. 3. *Haud annuunt barbari* fragm. Hav. a m. pr. et Lov. 4. a m. sec. in quo *annuerunt* exstitit a m. pr. Vide ad XXXVI. 34. § 6.

Sequique Etruscus juberet, inficias esse] Elegantem non diffiteor esse hanc lectionem: atque ideo non valde probo quod offerunt Pall. duo, *sequique Etruscos juberentur, inficiaverunt*. Pal. 2. *infitiantur:* cui adstipulatur Camp. *Gebh. Sequique Etruscos juberentur* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Port. *sequique Etruscos juberent* Lov. 4. *sequique Etruscos juberet* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *sequi Etruscus juberet* Hav. *se quisque Etruscus juberet* Harl. Deinde *inficiarunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *inficiaverunt* Voss. 2. et Lov. 3. *inficiantur* Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. N. ac B. Quod ex alterius expositione natum est. Vide ad lib. XXXI. c. 31. § 6.

§ 9 *Quidquid acceperint, accepisse*] *Acceperunt* fragm. Hav. Mox *lacesserant*, pro *lacesserent*, Leid. 1.

§ 10 *In partem agri accipiantur, tandemque aliqua sede certa consistant*] *In partem agri acciperentur* Leid. 2. *in parte agri accipiantur* Gaertn. Sed 'accipere in partem,' ut 'vocare in partem' v. 21. § 5. ubi vide. Deinde *sede aliqua certa* Lov. 4. *alia sede certa* Port. a m. pr. Vide ad XXV. 28. § 3. Paullo ante *Militaturos se tamen* alio ordine Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav.

§ 11 *Non tam quia imminui agrum, quam quia*] Vocula *non* deficit in Harl. *non tam, quia minui agrum* legit Leid. 2. *non tamquam minui agrum* Gaertn. *non tam quia in unum agrum* Hav. Voces *quia imminui agrum, quam* exsulant a Leid. 1. Præterea *quam quod* est in Port. et Hav. ut ita *quod* inferatur post *quia*, quemadmodum contra τὸ *quod* prioris membri in altero subjungitur *quia* v. 15. 'Sive quod et ipse in parte prædæ sis, sive quia vanum indicium est:' ubi alia vide. Servant tamen reliqui omnes codd. *quia*, unde ipsi substitutum *quod* a librariis profectum arbitror, qui alibi has voces commutarunt. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Paullo ante *consilia populorum Etruriæ*, pro *concilia*, Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Male. Significatur enim plurium Etruriæ populorum communis respublica: quod non *consilium*, sed *concilium*, dicitur. Vide ad Livii XLIV. 2. § 5.

Adcolas sibi quisque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebat] *Adcola sibi quisque* Leid. 1. Sed ultima prioris vocis intercepta est ab initiali seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Deinde *tam efferatas gentes hom. horr.* Voss. 2. et Lov. 3. *tam efferatas gentes hominesque horr.* fragm. Hav. a m. pr. *tam efferatas gentes hom. horrebant* Lov. 2. et 4. a m. pr. in quo posteriori altera manus emendavit *tam efferatæ gentis.*

§ 12 *Pecuniam ingentem sine labore ac periculo paratam retulerunt*] Vet. lib. *partam*. Sigon. Pal. 2. *sine labore ac per. partam tulerunt*. Gebh. *Sine labore et periculo* Lov. 4. et fragm. Hav. Tum *paratam* superest in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 3.

Digitized by Google

a. Harl. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. Voces illas sæpissime in Mss. confundi, vidimus ad v. 6. § 1. Tandem *retulere* Lov. 4. Paullo ante etiam *Itaque dimissi Galli* Lov. 2. Vide ad XXI. 53. § 7. In verbis etiam seqq. *Romanis terrorem præbuit*, pro *Romæ*, Hearnii Oxon. L. 1.

CAP. XI. § 1 *T. Manlio consuli Etruria provincia sorte evenit*] [Vide Lectt. Varr.] Duæ voces, quas a suis abesse tentatur Gronovius, non adparent etiam apud me in Leid. utroque, Lov. 1. Gaertn. Port. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. B. ac C. An tamen ejiciendæ sint, ut eidem visum fuit, admodum dubito. Voces *provincia sorte* ignorat Lov. 3. unam *provinciu* Lov. 4. *provincia Etruria* alio ordine præferunt Flor. et Lov. 2. Deinde *forte evenit* Port. et Hearnii Oxon. B. sollemni errore, de quo dictum est ad I. 4. § 4. *Forte venit* Leid. 1. *sorte venit* Lov. 2. fragm. Hav. et Flor. sed prima litera ultimæ vocis intercepta est a finali præced. Vide ad IX. 12. § 1. *Evenit sorte* vocibus transpositis Hav. Ceterum Manlii prænomen exulat a Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. *Marcus* vocatur in Voss. 2.

Qui, vixdum ingressum hostium fines, quum exerceretur inter equites] *Qui dum vix ingr. host. fines* Harl. Port. Hav. et edd. Rom. 1472. et Parm. Male. De vocula *vixdum* vide ad XXXIII. 28. § 4. Tum *fines hostium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Deinde *quum* deficit in Voss. 2. Editores, qui primos illos modo memoratos secuti sunt, quum viderent si *dum vix* legatur, aliquid superesse, ipsi etiam vulgari curarunt *qui dum, vix ingressus hostium fines, exerceretur*. Ita exhibetur in ed. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, aliisque. Verum ita saltem dari oportuerat *qui dum exercetur*, vel *qui quum exerceretur*. Vide ad I. 40. § 7. Deinde *intra equites* Voss. 2. Vide ad V. 27. § 2. Mox *a rapido cursu* idem Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *Tertius ab eo casu dies finis vitæ consuli fuit*] Vox *dies* deficit in Gaertn. *die* a m. pr. præfert Flor. Sed ibi ultima litera intercidisse videtur ob similitudinem primæ vocis seq. Vide ad IV. 33. § 11. Deinde *finis vitæ consulis fuit* Leid. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Verum hic vel librarium in errorem induxit compendium *cos*, de quo dictum est ad cap. præc. § 2. vel litera sibilans in fine vocis ex principio sequentis repetita est. Vide ad IV. 33. § 10. Vulgatum adstruitur ex illis quæ notata sunt ad II. 30. § 9. Vox *fuit* deficit in Lov. 4.

Quo velut omine belli accepto] Pall. 1. et 3. *omine bene accepto*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. quorum prior etiam *veluti* præfert. *Quo velut homine belli accepto* Leid. 1. perperam in initio mediæ vocis addita adspiratione. Vide Cuperum ad Lactant. de Mort. Persec. c. 16. *Quo velut omen belli accepto* Hav. *Quod velut omen belli accepto* Gaertn. Mox *bellum commemorantes*, pro *memorantes*, Lov. 2.

§ 3 *Roma, tum desiderio viri, tum incommoditate temporis*] *Cum desid. viri* Flor. a m. pr. Leid. 1. Lov. 4. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Exc. Pithœi. Vide ad I. VI. c. 28. § 3.

Ut Patres ab jubendo dictatore] [Vide Lectt. Var.] Gronovium impulisse videtur, ut locum conjectura tentaret, quod non videret unde penderet τὸ *ut*. At solet interdum *ut* poni pro 'adeo ut.' Supra II. 18. 'Magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicto parendum:' ubi vide quædam: hoc lib. c. 18. 'Eo profectum est, quod mature ventum erat, ut quosdam Etruriæ populos metus Romani nominis comprimeret:' ubi male quidam codd. *quod adeo mature*. Nulli codd. Gronovio favent; ser-

Digitized by Google

vant enim omnes voculam *ut*, servant etiam *deterruerint*, nisi quod *deterruit* sit in Hav. *decreverint* in fragm. Hav. a m. pr. *deterruerunt* in Gaertn. Præterea *ab jubendo dictatorem* Lov. 3. Vide ad XL. 49. § 1. Tum *consuli subrogandi comitia* Lov. 4. An voluit *consuli subrogando comitia*? Utrumque Livio in usu fuit. Locutionem 'comitia consuli subrogando' inlustravi ad II. 8. § 3. alterum obcurrit III. 19. 'Tenuere contentiones usque ad comitia consulis subrogandi:' ubi nunc nihil mutandum agnosco. VI. 39. 'Quum tribunorum plebi creandorum indicta comitia essent.' Quum itaque reliqui scripti vulgatum servent, nihil mutandum puto. In codice autem, qui *consuli subrogandi* dedit, prioris vocis litera finalis sibilans intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Tandem *ex sententia principis* Gaertn. Male. Vide ad III. 6. § 8. Clericus, postquam Gronovii emendationem recensuisset, addit videri majus aliquod mendum latere. Si rationem (quam hujus effati nullam video) addidisset, de ea judicandi locus foret. Doujatius hac periphrasi verba Livii inlustrare conatur: 'Patres a jubendo dictatore non deterruerunt habita comitia; sed primorum sententiæ de habendis comitiis consularibus, quos secuti reliqui.' Hæc ille. Sed non intellexit, quid Livius his verbis, 'comitia ex sententia principum habita,' innuerit. Indicat enim, ideo Patres a jubendo dictatore deterritos esse, quoniam consul subrogatus sit, quem principes senatus populo commendarant, et dictatorem jussuri erant, nisi consul creatus fuisset, ut constat ex verbis seqq. eodem fere modo, quemadmodum de Camillo habemus VI. 6. 'Senatus Diis agere gratias, quod Camillus in magistratu esset. Dictatorem quippe eum dicendum fuisse, si privatus esset.' *Ex sententia* itaque est 'ex voluntate,' 'ex voto.' Infra hoc lib. 'Et in Etruria res ex sententia gesta.' Vide Hadr. Cardin. de Ling. Lat. p. 138.

§ 4 *M. Valerium consulem omnes sententiæ centuriæque dixere*] Hic est 'M. Valerius Corvus,' qui anno priore v. hoc vere VI. consul creatus est, Plutarcho, Livio, et Cicerone, et Suetonio auctoribus. Sigon. Consentit Pighius in Annal. ad a. CCCLIV. p. 286. *Dixerunt* est in Lov. 4. Mox *jussurus fuerit*, pro *fuerat*, Port. Gaertn. et Hav. Deinde *eum extemplo*, pro *tum*, Port. Vide ad IX. 35. § 7. Tandem *profisisci jubet*, pro *jussit*, Lov. 3. et Gaertn.

§ 5 *Adventus ejus compressit Etruscos*] Pal. 2. *adventus dies ejus*. Gebh.

Ut nemo extra munimenta egredi auderet] Vet. lib. *munitiones*. Sigonius. Pal. 2. *extra munitiones*. Gebh. Ita et Port. Gaertn. atque Hearnii Oxon. B. *ut nemo munitiones egredi auderet* Hav. Supra III. 68. 'Egredimini extra portam Esquilinam:' ubi unum etiam codicem præpositionem omittere notavimus. 'Munimenta' autem et 'munitiones' etiam commutantur. Vide ad IX. 37. § 7.

Timorque ipsorum obsidioni similis esset] *Timorque eorum* Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac B. Vox *ipsorum* deficit in Harl. et multis edd. antiqq. Recepit jam Parm. et mox Aldus. Tum *obsidionis similis* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad VI. 13. § 3. Ultima litera vocis *obsidionis* hic repeti potuit ex initio sequentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2. 'Obsidioni simili' autem est similis timori obsessorum. Vide Gronov. Obs. l. IV. c. 8. p. 122.

§ 6 *Frequentes quoque vici incendiis fumarent, elicere ad certamen potuit*] Vox *vici* deficit in Port. Hinc *fumarent* est in Hav. *dicere ad certamen* in Flor. pro quo Salvinius scribendum conjicit *ducere ad certamen*. Male. Nam literis *c* et *i* in *d* coalescentibus,

Digitized by Google

ex *elicere* scribæ errore factum *dicere*. Ejusdem erroris alia exempla vide ad XL. 28. § 2. *Ad certamen elicere* Harl. et edd. Aldo priores. Paullo ante *illorum novus consul*, pro *illos*, Port.

§ 7 *Quod multis in vicem cladibus haud inmerito*] Pall. duo, *quod de multis invicem cladibus*. Gebh. Ita et Voss. 2. et Lov. 3. *quod multis invicem cladibus habitis inmerito* Lov. 2. Paullo ante *Quumque hoc segnius*, addita vocula *que*, fragm. Hav. *Quumque segnius* Lov. 2.

Novorum sociorum indicio exorta est] *Judicio* Hav. Vide ad VII. 39. § 5. *Initio* Lov. 4. *incendio* Leid. 1. *sociorum novorum indicio* edd. antiqq. usque ad Aldum, qui ordinem, consentientibus scriptis omnibus, uno tantum Harl. adversante, mutavit eo modo, ut nunc editur. Klockius ad verba proxime præcedd. in margine Livii notavit, malle se vocem *fama* abesse; at quis tum sensus in his verbis erit, et unde τὰ 'alterius belli,' item hic *exorta est* pendebunt, indicare debuisset. Manus docta etiam vel *fama* vel *indicio* abundare ad oram ed. Curionis monuit. In ea scilicet opinione fuit is, qui ita censuit, *fama* hic poni casu sexto; quum, primo accipi debere, sensus manifeste postulet. Mox *rebellionem exspectare*, pro *spectare*, Lov. 3. Vide ad VI. 33. § 1.

§ 9 *Ut scripsere, quibus ædilem fuisse eo anno Fabium Maximum placet*] *Scripserunt* Lov. 4. Hinc *fuisse* deficit in Leid. 2. Tum *eodem anno* præfert Lov. 2. Vide ad cap. præc. § 6. Deinde in verbis seqq. *nisi*, pro *ni*, Gaertn. Vide ad XXIII. 1. § 8.

Talis domi tum in annonæ dispensatione, præparando] *Talis domi tamen* Lov. 3. Vide ad XXII. 17. § 5. *Tum* deficit in Lov. 2. et Gaertn. Ejus particulæ potestatem hoc loco non adsecutus est librarius Lov. 4. qui nobis hoc loco *tum in annonæ disp., tum in præp.* dedit. *In annonæ dispositione* legunt Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Male. Supra IV. 12. 'Revolutus ad dispensationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum et vendere.'

§ 10 *Interregnum initum: interreges fuere Ap. Claudius, dein P. Sulpicius*] *Tamen interregnum initum*, addita prima voce, quam reliqui omnes recte non agnoscunt, Lov. 2. Tum *interreges fuerunt* Lov. 4. Hinc *deinde P. Sulpicius* Lov. 1. et Gaertn. *deinde P. Sulpicius* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. Port. Hav. et quædam ex edd. prioribus. Sed vocem *dein* non agnoscit Lov. 4. Ceterum ad hunc Ap. Claudium, vulgo Cæcum cognominatum, Pighius in Annal. ad a. CDLV. pag. 388. et Gronov. Obs. I. 25. pag. 201. referunt verba Cic. in Bruto c. 14. 'Possumus suspicari disertum M'. Curionem, quod is tribunus plebis, interrege Ap. Claudio, diserto homine, comitia contra leges habente, quum de plebe consules non accipiebat, Patres antea auctores fieri coëgerit.' Hinc Livium erroris arguunt, qui non Ap. Claudium, sed P. Sulpicium, comitia consularia habuisse scribit, quum ipsum quoque Ap. Claudium ea habuisse velint. Putant enim, ante Ap. Claudium fuisse alium adhuc interregem, qui, ut moris apud Romanos fuisse scribit Ascon. ad Cic. Orat. pro Mil. c. 5. comitia non habuit. Ei deinde succedentem Ap. Claudium, ex insita pertinacia consulatum patriciis reddere conatum, nullius de plebe candidati rationem habere voluisse. Verum quum, repugnante M'. Curione, id obtinere non posset, non peractis comitiis interregno abiisse: at P. Sulpicium demum consules creasse, alterum patricium, alterum ex plebe. Mihi res anceps esse videtur. Sed forte Livius suos habuit, quos secutus sit, annales ab illis, quibus Cic. usus est, diversos.

Creavit L. Cornelium Scipionem, Cn.

Digitized by Google

Fulvium consules] Vocem *Scipionem* omittunt Gaertn. et Hav. Deinde inter utriusque nomina interponitur copula *et* in Harl. et primis edd. usque ad Froben. qui an. 1535. eam omisit, adstipulantibus reliquis scriptis. Vide ad II. 17. § 1. Deinde *M. Fulvium* legunt Leid. 2. et Lov. 1. Sed *Cnæi* prænomen ei tribui in Fragm. Fastor. Triumph. observat Pigh. in Annal. ad an. CDLV. p. 387. Solent autem librarii passim 'Marcum' pro 'Cnæo' dare. Vide ad VII. 12. § 1. Deinde *consulem* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad cap. præc. § 2.

§ 11 *Oratores Lucanorum ad novos consules venerunt, questum*] De hac legatione Lucanorum Romam, et Romanorum ad Samnites, vide Dionysii Halicarnassei ἐκλογὴν περὶ πρεσβειῶν tertiam. *J. F. Gron. Ad novos consules venere* Lov. 4. *ad novos consules venerant* Harl. Tum *quesitum* Port.

Quia conditionibus pellicere se nequiverint ad societatem armorum] *Quare cond.* Lov. 3. Tum *se pellicere* Port. et Hav. *perlicere se* Leid. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed voces hæ desunt in Lov. 4. relicta lacuna. Deinde *nequiverant* Port. et Hav. *nequiverunt* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. ac L. 2. Caussam ita errandi jam indicavi ad II. 8. § 5. *Nequierint* ediderunt Mediol. 1470. eosque secuti plures usque ad Aldum. Ea contractione Livium delectatum fuisse, verum est. Vide ad XXIX. 34. § 12. Non tamen eam ob caussam invitis libris ubique obtrudi debet. Insuper *ad soc. amorum* Leid. 1. et Lov. 4. *ad soc. annorum* Voss. 2. Lov. 3. et Port. Vide ad VI. 38. § 1. Tandem Doujatius existimat, orationem magis perspicuam futuram, si, voce *Samnites* trajecta, Livius scripsisset, *questum, Samnites, quia cond. pell. se neq. ad soc. arm., infesto exercitu, &c.* Sed, quod dubium aut obscurum in verbis Livii adtento lectori esse possit, non invenio.

§ 12 *Nunc ita obstinatos animos esse*] *Obstinatos animo* Hearnii Oxon. N. quomodo etiam edi curavit Gronovius 1665. quod scribarum errori tribuendum videtur, licet eam lectionem etiam Doujatius retinuerit. Sed vulgatum tuentur reliqui omnes Mss. et edd. Et recte. Supra l. II. c. 65. 'Restitere primo obstinatis animis:' ubi alia vide: et v. 41. 'Adventum hostium obstinato ad mortem animo exspectabant.' Verbum *esse* deficit in Lov. 4. Mox *tolerabilius dicant*, pro *ducant*, Hav. Vide ad XXXVIII. 43. § 1.

Quam ut umquam postea nomen Romanum violent] Vocula *quam* defit in Hav. sequens *ut* in Lov. 3. Tum *numquam* præfert Port. Hinc *Romanum nomen* Lov. 4.

§ 13 *Bello cum Samnitibus suscepto, necessaria jam facta*] *Suspecto* Hav. literis male transpositis. Vide ad l. XXVIII. c. 6. § 12. Deinde *necessaria ut facta* Lov. 2. Paullo ante *Orare Patres, et Lucanos*, omissa vocula *ut*, Klockian. Et solet quidem omitti post verba orandi: hic tamen ceterorum eam defendentium concors consensus apud me prævalet.

CAP. XII. § 1 *Resque repetendas ab Samnitibus censent*] *Resque petendas* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. At hodie tironibus apud nos notum est, sollemne in hac re verbum esse 'repetere.' Tum *cēnt*, id est *essent*, fragm. Hav. *censuit* Hav. Paullo ante a principio cap. *Sed ejus consultatio senatus fuit* Lov. 3. Τὸ *fuit* deest in Harl. at voces *cum Lucanis, resque repetendas, &c. ictumque fœdus* in Gaertn. Cui errori caussam dedit repetitio vocis 'fœdus.' Vide ad IX. 11. § 11.

§ 2 *Feciales missi, qui Samnitem de-*

Digitized by Google

sedere agro socierum, ac deducere exercitum] *Fecialesque missi* Lov. 2. Tum *Samn. dec. agrum soc.* Port. *Samnitum dec. agrum soc.* Hav. Deinde *ac exercitum deducere* Leid. 2. et Lov. 1. quod Livianum non esse, patebit ex illis quæ dicentur hoc lib. c. 36. § 17. Mox *a Samnitibus* fragm. Hav.

Si quod adissent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros] *Si quidem abiissent in Samnio consilium* Gaertn. *Sique audissent in Samnio cō alium* Lov. 3. *audissent* etiam Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Ita sæpe lapsi sunt scribæ, ut verba 'audire' et 'adire' confuderint. Vide ad VIII. 2. § 9. et IX. 25. § 5. Adde Burm. ad Suet. Tiber. c. 27. Deinde *inviolatum abituros* Lov. 3. *inviolatum habituros* Voss. 2. *inviolatos habituros* Leid. 1. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et quædam edd. vett. Hæc etiam aberratio in Mss. frequens est, ut, addita vel detracta perperam adspiratione, verba 'habiturus' et 'abiturus' commutentur. Vide ad XXII. 59. § 19.

§ 3 *Bellum Samnitibus et Patres censuerunt*] Vocula *et* non comparet in Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. Sed vide ad II. 44. § 4. Mox voces *et populus jussit* exsulant ab Harl.

Consules inter se provincias partiti sunt. Scipioni Etruria, Fulvio Samnites] *Intra se* Voss. 2. Vide ad v. 27. § 3. *Cons. prov. inter se partiti sunt* Gaertn. *Cons. inter se partiti prov. sunt* Port. Τὸ *sunt* deficit in Hav. Si conjecturis indulgere liberet, videri posset scribendum esse *Coss*, id est *Consulibus, inter se prov. partitis, Scipioni Etr., Fulvio Samn. obvenerunt:* et τὸ *sunt*, quod præter unum memoratum reliqui codd. servant, natum censerem ex ultima litera vocis *partitis*, quam inde diductam librarii mutassent in verbum *sunt*. Sed potius vide quæ dicta sunt ad III. 22. § 3. Præterea *Samnites* omittit Voss. 2. Ea voce transposita, *Samnites Fulvio* præfert Gaertn.

Diversique, ad suum quisque bellum, proficiscuntur] Vocula *que* non est in Lov. 2. Harl. et edd. Aldina prioribus, reliquis scriptis invitis. Voces vero *ad suum quisque bellum* exsultant a Flor.

§ 4 *Hostes ad Volaterras instructo agmine obcurrerunt*] *Ad Volateras* fragm. Hav. *ad Nolateras* Gaertn. *ad Volteras* Port. et Hav. *ad Volaturas* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. in quo *ad Volaternas* emendavit manus altera. Tum *infesto agmine* Leid. 2. Supra III. 3. 'Infesto agmine ruere ad urbem:' et eodem cap. 'Quum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset.' At uni codici credere temerarium foret. 'Instructum agmen' est in formam prælii ordinatum. De verbo 'instruere' hoc sensu vide ad XLII. 51. § 3. Deinde *obcurrunt* Port. Hav. Hearnii Oxon. B. et excusi ante Aldum. Inertes librarii, quum scriptum per compendium invenissent *obcurr'unt*, additam notam neglexerunt. Hinc passim eadem similium verborum tempora in libris scriptis commutantur. Vide ad II. 6. § 9. c. 47. § 9. VII. 29. § 5. IX. 21. § 5. c. 24. § 11. c. 36. § 12. c. 45. § 15. X. 14. § 3. c. 25. § 5. c. 42. § 7. c. 43. § 9. XXI. 29. § 2. XXII. 1. § 3. c. 18. § 4. XXXVIII. 16. § 2. XXXIX. 31. § 1. et alibi sæpe. In præcedentibus τὸ *et* deerat in Hav.

§ 5 *Nox incertis, qua data victoria esset, intervenit*] *Nox in ceteris* Hav. Vide ad XXXIV. 36. § 4. Supra IV. 39. 'Nox incertos diremit.' IX. 23. 'Nox incertos, victi victoresne essent, diremit.' Deinde *quadrata victoria esset* Leid. 1. voces *qua data* desunt in Lov. 4. lacuna tamen relicta. Mox *lux sequens victorem victum ostendit*, pro *insequens* et *victumque*, Lov. 2. Deinde *relinquerunt*, pro *reliquerunt*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 3.

§ 6 *Ubi profectione hostium conco-*

Digitized by Google

sam victoriam vidêt] Ms. Fuldensis *ubi professionis host. conc. vict. videt.* Modius. Conspirat hic Pal. 2. membranis Fuldensibus Modio excussis. *Gebh.* Consplrant etiam Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxoniensis N. *Profusione hostium* se in Oxoniensi B. invenisse, idem Hearnius testatur. Vulgatum præferendum puto.

Vacuis cum plurima præda (nam et stativa trepide deserta fuerant) potitur] Pall. tres *vacua potitur*. Deinde Pal. 2. *nam et stativa et trepide deserta*. Gebh. *Progressus ad castra vacua, cum plurima præda, &c. potitur* etiam Voss. 2. Lov. 4. Hav. et fragm. Hav. in qua lectione ex præcedenti repetendum foret 'castris,' vel 'iis potitur.' Vide ad II. 40. § 10. Ipsam vocem ex interpretis glossa interposuit Port. hoc modo *progressus ad castra vacua, eis cum plurima præda, &c. potitur*. Alio modo subcurrit Lov. 2. qui voce omissa *progressus ad castra vacua, plurima præda, &c. potitur* legit: aliter, unius literæ immutatione, *progressus ad castra vacua, tum plurima præda, &c. potitur* Lov. 3. Mihi caussa non est, cur displiceat vulgatum, pro quo stant codd. integerrimi. Præterea *nam in stativa trepida deserta fuerant* Lov. 2. *nam et stativa et trepide deserta fuerant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. neque aliter Gaertn. nisi quod insuper *fuerunt* præferat. *Nam et stativa et trepida deserta fuerant* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *nam et stativa etiam trepida deserta fuerant* Lov. 4. Et hic recepta scriptura genuina est. Caussa, cur Romani plurima præda in castris Etruscorum potiti sunt, erat, quod trepide ea deseruerant.

§ 7 *Expedito agmine ad populandos hostium fines intendit*] Lego *incedit*. Gelen. E tribus Pall. legendum *ad depopulandos hostium fines incedit*. Gebh. *Ad depopulandos hostium fines* jam Gronovius in contextum recepit, cui præter Harl. consentiunt reliqui codd. Ex Flor. tamen nihil etiam notatum video. Sæpe hæc vocabula in Mss. commutari solent. Præter illa quæ notantur ad II. 62. § 2. vide ad IX. 38. § 2. hoc lib. c. 14. § 5. c. 18. § 8. c. 20. § 2. c. 27. § 5. 6. XXI. 45. § 2. XXXI. 30. § 2. et alibi. Præterea *incendit* Hav. Vide ad VIII. 20. § 5. *Intendit* unus tantum servat Harl. pro quo recte *incedit* emendat Gelenius, reliquis meis accinentibus. Supra II. 62. 'Sabini usque ad portas urbis populantes incessere.' Solent autem et hæc verba a librariis confundi. Vide Nic. Heins. ad Silii III. 466. et quæ notantur ad Livii I. 57. § 8. Similiter 'concedere' et 'contendere.' Vide ad Livii II. 22. § 1. Paullo ante *Inde in Fal. tamen agrorum cop. red.* nullo sensu Lov. 3. Tum *non modice præsidio*, pro *cum modico*, Lov. 2.

§ 8 *Nec solum modo vastatum hosti relictum*] Lego *vastum*. Gelen. *Vastatum* tantum inveni in Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. *vastatur* in Gaertn. Reliqui servant *vastum*, quod ex editis etiam defendunt Rom. 1472. et Parm. Sæpe ita librarios peccasse, videbimus ad XXIII. 30. § 7. Insuper *ne solum modo* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 47. § 7. *Ac solum modo* Leid. 2. *τὸ nec* deficit in Leid. 1. Paullo ante *ferro igneque*, pro *ignique*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad I. 41. § 3. et IV. 9. § 8.

Castellis etiam vicisque inlatis ignis] *Ignis illatus* Leid. 2. et Lov. 1. *injectus ignis* Hearnii Oxoniensis L. 1. quod ex interpretis expositione receptum puto. Tacit. Hist. III. 47. 'Classi quoque faces intulit vacuo mari eludens.' 'Ferre faces in Capitolium' simili modo dixit Cic. de Amic. c. 11. Mox *temperatur*, pro *temperatum*, Lov. 4.

Digitized by Google

§ 9 *Cn. Fulvii consulis clara pugna in Samnio ad Bovianum*] *Cn. Fulvio consule clara pugna* Lov. 1. *Cum Fulvio consule clara pugna* Leid. 2. *Cor. Fulvii consulis clara pugna* Lov. 2. *Cum Fabii consulis clara pugna* Lov. 4. Tum *cum Samnio* Gaertn. Hinc *ad Bovianum* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *haud quamquam ambiguæ*, pro *haudquaquam*, Lov. 1. 2. & et 4. Vide ad VII. 26. § 8. *Haudquaquam victoria ambiguæ fuit* Leid. 1. *fugrit* Hav.

Bovianum inde adgressus, nec ita multo post Aufidenam vi cepit] Hoc oppidum Bovianum bis ante captum fuit a Romanis, a. CDXLIV. (l. IX. c. 31.) et a. CDXLIX. (ibid. c. 44.) quod admonemus ob fidem exemplariorum. De Carseolis jam admonuimus. *Glar. Bovicenum* Lov. 2. *Romanum* Lov. 3. Tum *Aufidenam* Lov. 2. et Gaertn. *Aufideriam* Lov. 3. *Fidenum* Hearnii Oxoniensis N. *post Aufidenæ vi captæ* Lov. 4. *post Aufidenam vice cepit*, repetita perperam proximæ vocis syllaba initiali, Leid. 1. *Tò ita* deest in Voss. 2.

CAP. XIII. § 1 *Eodem anno Carseolos colonia in agrum Æquicolorum deducta*] Vet. lib. *in agro Æquicolarum*. Recte utrumque: sic enim in Epitoma lib. XIX. 'Colonia deducta in agro Sallentino Brundusium:' et lib. XX. 'Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto, Cremona et Placentia.' *Æquicolarum* autem ab 'Æquicola' scribendum. Unde Virgilius Æneid. VII. 747. 'duris Æquicola glebis.' Neque enim audiendus est Gelenius, qui Plinium III. 12. scribentem 'Carseolanos' esse *Æquicolarum*, *Æquicolorum* emendat; atque diminutivum esse ait. *Sigon. Agro* etiam unus liber Hearnii. Non est, cur mutetur scriptura vulgata. Lib. XXXIV. cap. 45. 'Sipontum item in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloniam, &c. deduxerunt.' Ibidem c. 53. 'ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum, deducerentur.' Sic XXXV. 9. XXXVII. 47. XXXIX. 44. et 55. XL. 29. Adde c. 3. et 21. hoc libro. *Duk. Tarseolos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxoniensis N. in cujus tamen posterioris margine *Carseolos* emendatum est. *Crasecolos* Lov. 2. *Carseolas* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *Carsolas* Hearnii Oxoniensis L. 2. qui in L. 1. *Cariolos* invenit. Aliter variant codd. hoc lib. c. 3. § 2. ubi et causam vide, cur Carseolos colonia deducta hic iterum memoretur, cujus deductæ jam eo loco meminerat. *In agro* autem *Æquicolarum*, quod Sigonius probavit ex vet. lib. apud me tantum superest in Port. et Hav. *in agrum Æquicolorum* servant reliqui, nisi quod *in agrum Æquicolanum* inter versus præferat Leid. 2. *in agrum Æquicolonorum* Hav. Hearne *in agro Æquicolarum* se in Oxoniensi B. invenisse testatur, *in agrum Æquicolorum* in L. 2. et Exc. Pithœi. Livius quidem, ut Sigonius hic restitutum voluit, locutus est XL. 34. 'Aquileia colonia Latina eo anno in agro Gallorum est deducta:' et auctor Epit. Liv. lib. LX. 'Ut complures coloniæ in Italia deducerentur.' Præfero tamen vulgatum *in agrum*, quod recte revocarunt in contextum editores Sigonium secuti. Id enim firmant integerrimi codd. Livium etiam eo modo locutum esse, pluribus exemplis probari posset. *Æquicolarum* autem recepit primus post Sigonium Modius; quod deinceps alii taciti probarunt. Verum et hic *Æquicolorum* restitui, auctoribus iisdem Mss. Et hanc scripturam defendit Cluver. Ital. Antiq. II. 16. p. 773. et 774. qui videndus est.

Fulvius consul de Samnitibus triumphavit] *Fulvius consul eos de Samn. triumph.* referunt Pall. duo. Pal. 2. *eo de Samnitibus triumph.* Gebh. *Consul eo de Samn.* Lov. 2. Gaertn. et Hav. *consul eos de Samn.* Voss. ambo, Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. Alicubi pro

Digitized by Google

consul, sive *cos*, scriptum fuisse videtur *cos*. Ita enim interdum variasse librarios, vidimus ad II. 64. § 7. Hanc autem utramque lectionem jungere voluisse puto scribam, qui primus *consul eos de Samnitibus* dedit; in quo quod sensum non reperiret, alius *eo* emendavit. Mox § seq. *instanter*, pro *instarent*, trajectis perperam literis, obferunt Leid. 2. et Lov. 1. etiam *Etruscos Samnitemque* Lov. 2. quæ lectio probari posset ex illis quæ notantur ad XXXV. 40. § 6. Invitis tamen reliquis unius auctoritate id probare nimis temerarium foret.

§ 3 *Increpari magistratus Samnitium*] *Increpare* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxonienses L. 2. B. C. et vett. edd. usque ad Frobenium, qui a. 1531. *increpari* substituit.

Quod exercitum, adversus Lucanum hostem comparatum, objecerint Romanis] Tò *adversus* nullus apud me codex, aut cujus excerpta hunc ad locum habeam, agnoscit. Rott. et Helm. *exercitui Lucanum*. Scribamus ergo *quod exercitum, in Lucanum hostem comp., obj. Romanis*. Exercitus comparatus in Lucanum hostem et Romanis objectus est ille ipse, quem decedere agro sociorum jusserat Romana legatio, et, quum hæc audita non esset, vicerat ad Bovianum Cn. Fulvius. Carpebantur igitur principes, quod legiones, adversus leviorem hostem Lucanum scriptas, opposuissent Romanis, et, tanto graviore hoste incumbente, non novum egissent delectum, auctisque demum copiis aciem commisissent. Quæ autem sequuntur, 'itaque suis sociorumque viribus,' pendent a superiore, 'fama exorta,' et sunt quæ Romæ jactarentur. Sic VI. 1. 'Quod postridie Idus Quintiles non litasset Sulpicius tribunus militum, neque inventa pace Deum post diem tertium objectus hosti exercitus Romanus esset.' XXVIII. 15. 'Haudquaquam par pugna, quod turba Balearium tironumque Hispanorum Romano militi objecta erat.' XL. 35. 'Neque novum militem ferocissimo hosti objecturum.' Buslid. tamen, 'Quod exercitum Lucanum hostem comparatum adjecerint Romanis.' Quæ lectio facile defendi posse videtur Alb. Rubenio. Increpabant, inquit, Samnites magistratus suos, quod importuna incursione Lucanos sibi novos hostes parassent, et hunc exercitum Lucanorum adjecissent Romanis: nam quæ sequuntur, 'itaque suis,' &c. etiam Samnitium verba sunt, magistratus suos increpantium. Sane ut Buslid. ita prorsus et Voss. 1. Quare, si cui id satisfacit, legat *quod excitum Lucanum, hostem tam paratum, adjecerint Romanis. Excitum*, id est, lacessitum. Adde quæ ad c. 35. dicemus. *J. F. Gron.* Præter duos a Gronovio memoratos codd. *adjecerint* non alibi, quam in Leid. 2. et Lov. 1. invenio; quare ad eam lectionem non adtendendum puto, sed ortam existimo ex errore scribarum, qui præpositiones *ad* et *ob*, ac verba cum utraque composita, passim confundere soliti sunt. Vide ad XXXVII. 27. § 5. Sed τὸ *adversus* non modo exsulat etiam ab Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. verum insuper ab omnibus meis, nisi quod tamen ex Flor. Harl. et Klockian. nihil notari video. Admodum itaque verisimile fit, id quod Gronovio in mentem venit, scripsisse Livium *exercitum in Lucanum hostem comparatum*: ut præpositio *in* intercepta sit a vocis præced. litera finali *m*; qui error in libris scriptis est frequentissimus. Exempla vide ad I. 27. § 4. c. 31. § 1. c. 37. § 5. c. 53. § 2. II. 1. § 10. c. 2. § 6. c. 12. § 5. c. 55. § 10. III. 5. § 7. c. 18. § 8. c. 25. § 9. c. 29. § 6. c. 41. § 6. IV. 9. § 14. c. 20. § 11. c. 25. § 4. et 13. c. 31. § 2. c. 48. § 13. c. 58. § 4. et 14. V. 15. § 2. c. 21. § 5. c. 27. § 2. VI. 4. § 10. c. 14. § 10. c. 22.

Digitized by Google

§ 3. VII. 7. § 6. c. 17. § 5. c. 36. § 7. c. 37. § 10. c. 41. § 2. VIII. 23. § 13. c. 25. § 6. c. 33. § 1. IX. 16. § 7. X. 22. § 9. XXI. 7. § 8. c. 24. § 4. c. 43. § 2. XXXVI. 20. § 2. XXXVIII. 32. § 3. XXXIX. 40. § 10. c. 54. § 10. XL. 34. § 9. c. 53. § 5. XLI. 23. § 12. XLIV. 6. § 10. XLV. 1. § 4. c. 8. § 4. Adde Burm. ad Rutilii Iter I. 497. et ad Suet. Cæs. c. 5. et Ner. c. 2. Alibi eadem præpositio excidit ob vocis seq. literam initialem *m*. Vide ad XXXVII. 1. § 2. Contra τὸ *in* elisit vocis præced. literam finalem *m*. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Insuper *comparatum* non adparet in Harl. contra addita voce *non objecerint* præferunt Lov. 2. et Gaertn. *obicerent* est in Leid. 1.

§ 4 *Haudquaquam pari defungendum esse certamine*] *Haud quamquam* Lov. 1. 2. 3. Vide ad VII. 26. § 8. Tum *defugiendum esse* Voss. 2. et Lov. 3. *defugendum esse* Leid. 1. et Hav. *defendendum esse* Klockian. *defigendum esse pari cert.* Lov. 4.

§ 5 *Primo non petentem, deinde, ut inclinata studia vidit*] *Primum non petentem* Flor. et Hav. Sed prima vox deficit in Gaertn. Tum *deinde indŏa studia* Lov. 4. qui idem cum Lov. 2. 3. Voss. 2. et fragm. Hav. omittunt vocem *vidit*. Contra paullo ante inserta voce *quum omnes illustres viri* Lov. 4.

§ 6 *Quid se jam senem, ac perfunctum laboribus laborumque præmiis, sollicitarent*] Pall. duo *jam senem, perf. lab., bellorum præmiis solle.* Gebh. Similiter etiam Voss. 2. et Lov. 3. Insuper *Qui se jam senem* fragm. Hav. Tum *profunctum laboribus* Gaertn. Sed vide ad IX. 10. § 7. *Perfunctum honoribus* Lov. 4. a m. pr. Sed vox *honoribus* olim margini adscripta fuisse videtur, ut eo exponeretur quod sequitur ' laborumque præmiis.'

Nec corporis, nec animi vigorem remanere eumdem] *Neque corporis, nec animi* edd. antiqq. Vide ad IX. 9. § 14. Aldus primus *nec corporis* substituit, concinentibus omnibus scriptis. Deinde *animi vigorem* Lov. 4. Solent hæc vocabula in membranis antiquis confundi. Vide viros doctos ad Vellei. Paterc. II. 98. § 3. ad Ovid. Ep. Her. IV. 118. et quæ notavi ad Silii Ital. VIII. 612. Hic autem vulgatum verius est. Vide ad VII. 4. § 7.

Fortunam ipsam vereri] Plato Parmenide: Καί τοι δοκῶ μοι τὸ τοῦ Ἰβυκείου ἵππου πεπονθέναι· ᾧ ἐκεῖνος ἀθλητῇ ὄντι καὶ πρεσβυτέρῳ, ὑφ' ἅρματι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι, καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμοντι τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀνεκάζων, ἵνων ὕφη καὶ αὐτὸς, οὕτω πρεσβύτης ὤν, εἰς τὸν ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι ἴέναι. J. F. Gron.

Vereri, ne cui Deorum nimia jam in se, et constantior, quam velint humanæ res, videatur] Pal. 1. *fortunam ipsam reseri. M. ne cui Deorum nimia.* Pal. 2. *ne cui D. nimium jam in se constantior.* Vitiosissime omnium Pal. 3. *fortunam ipsam veseri. M̃. nec vi D. menia jam in se et const., quam velit, humanæ res videantur.* Gebh. [Vid. Lectt. Varr.] *Nimium jam in se constantior*, vet. lib. Sigonii consentientes, Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Ipse tamen Sigonius postea hanc lectionem damnasse videtur; certe Scholion illud omisit in ed. a. 1572. Ceterum *fortunam ipsam vereri, ne cum D. nimium in se jam const., quam velit, hum. res videantur* præfert Gaertn. *fortunam ipsam veri, ne vi D. nimia jam in se const.*, Leid. 2. *ne vi D.* etiam Voss. 1. et Lov. 1. ac 4. quorum duo priores etiam particulam *et* ante *constantior* omittunt. *Fortunam ipsam vereri. M̃. ne cui D. nimia jam in se et const.* Leid. 1. *fortunam ipsam veĕi. M. nec vi D. nimia jam in se et const.* Lov. 3. *fortunam ipsam vereri, quæ nimia jam in se et const.* Lov. 2. Deinde *videantur* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. Lov. 3. et fragm. Hav. Vulgatum, in quod Flor. aliique conspirant, non mutandum existimo.

§ 7 *Subcrevisse, et ad suam gloriam consurgentes alios lætum adspicere*] Auc-

Digitized by Google

tius Fuld. membranæ *cons. alios fortissimos viros lætum aspicere.* Modius. Auctarium illud membranarum Fuld. ex verbis seqq. perperam hic a librario repetitum est. *Succurrisse,* pro *succrevisse,* male Gaertn. De verbo 'subcrescere' vide ad XXI. 3. § 2. Tum vocula *et* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Mox in verbis proximis *decesse honoribus* alio ordine Lov. 3.

§ 8 *Quæ verecundia legum restinguenda ratus*] Ms. Fuld. *restringenda ratus.* Modius. Meliores duo Pall. codd. Mss. *reverentia legum restringenda.* Pal. 2. quoque jubet legere *restringenda.* Comp. vero *constringenda.* Gebh. *Reverentia legum* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. C. atque in margine N. quod ex interpretis glossa profluxisse arbitror. De voce 'verecundia' vide ad IV. 45. § 8. Tum *restringenda* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. L. 1. ac N. Similiter se quoque in vet. lib. invenisse, Sigonius monuit; verum hoc quoque Scholion in iterata ed. omisit. Optimi cum omnibus editis stant pro vulgato, quod verum puto. Cic. in Orat. c. 1. 'Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia ac copia ceterorum studia restinxit.' Interdum hæc verba in Mss. commutantur. Vide viros doctos ad Ovid. Met. XII. 548. et Cortium ad Sall. Catil. c. 31. § 9. Similiter *præstinguere* et *præstringere.* Vide quæ notavi ad Silii Ital. I. 1. vs. 358.

Legem revitari jussit, qua intra decem annos eumdem consulem refici non liceret] Hinc undecimus est annus, quo Q. Fabius consul fuit, nempe an. CDXLVI. Licuit igitur eum rursus consulem fieri, hac lege non impediente. Sed fortassis Livius, oblitus sui, secutus est Pisonis ordinem, de quo a. CDXLIX. (l. IX. c. 44.) Id multo mihi dubium magis quandonam hæc lex fuerit lata, cum a. CDXLVI. in hoc ipso Fabio prioribusque adeo annis raro observata fuerit, nec posterioribus item temporibus, ut consulum nomina recensenti facile apparet. Annotavimus simile quid in Chronologia nostra de posteriore Scipione apud Florum lib. LVI. in Epitome, A. U. C. DCXX. *Glar.* Hæc lex lata est a. CDXIII. Q. Marcio, Q. Servilio consulibus, ut ait Livius lib. VII. extremo. Ea vero nunc tenetur Q. Fabius: nam tertium consul fuerat a. CDXLV. Hic autem annus, quo quartus ei defertur consulatus, est CDLIV. Legis autem hæc erat sententia, ut nemo, postquam consul fuisset, nisi exactis decem annis, reficeretur, ita ut inter duos consulatus anni X. interessent, qui inter tertium et quartum Fabii consulatum numerari non possunt. Quod cum ita sit, ergo merito contemnenda sunt ea, quæ a Glareano contra Livium hoc in loco sunt dicta. De Scipione enim quod ille opponit, suo loco respondebo. ['Glareanus carpitur injuste, nec enim respondet ad alteram partem, quando hæc lex toties neglecta est.'] *Sigon.* Minus contemnenda sunt, quæ Glareanus dicit, quam quæ Sigonius. Fabius tertium consulatum gessit a. CCCCXLV. quartum, de quo hic agitur, a. CCCCLVI. Fuerunt ergo inter utrumque interjecti integri decem anni, et Fabius a. CCCCLVI. consulatum ex legibus gerere potuit. Vide quæ de hoc loco disputat Dodwell. de Cyclis dissert. X. sect. 66. *Duk.* Secundum chronologiam Glareani non intersunt decem anni inter ultimum Fabii consulatum et hunc annum, verum annus hic erat decimus, adeoque intra decem annos consul reficeretur. Secundum chronologiam autem marmorum Capitolin. decem anni elapsi sunt, ex quo Fabius tertio consulatu abiit, et quartum occepit. Sed quum in fastis illis annus interponatur annus inter eum, quo M. Livius Denter, M. Æmilius, et Q. Appuleius, M. Valerius consu-

Digitized by Google

les fuerunt, per dictatores exactus, quem Livius non agnoscit, patet Livium, ex rationibus chronologicis quas probavit, scribere potuisse Fabium legem, qua intra decem annos eumdem consulem refici non liceret, recitari jussisse, adeoque eum censuram Glareani meritum non fuisse. Alia quæstio est, utrum annus marmorum Capitol. omnino interponendus sit. Quem quum revera interpositum fuisse sibi persuadeat Pighius, etiam excusationem Fabii ad annum sequentem, quo populus consulatum ei continuare volebat, referendam esse existimavit, adeoque Livium male ad hunc annum retulisse. Vide quæ notavit in Annal. ad a. CDLVII. p. 390. Verum sine dubio Livius suos habuit annales, quos secutus est; et ita potius accusandus foret, quod errantes duces probarit. Quod autem Glareanus excipiat, legem hanc toties neglectam esse; non efficit, eam cum effectu a Fabio obponi non potuisse.

§ 9 *Vix præ strepitu audita lex est: tribunique plebis*] Pall. duo *per strepitum*. Andreæ ed. *pro strepitu*. Gebh. *Per strepitum* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Male. Præpositionem *præ* hoc sensu inlustravi VI. 40. § 1. *Per* et *præ* etiam alibi commutantur. Exemplum habuimus IX. 40. § 20. Vide ad IX. 10. § 7. Tum *audita est lex* Leid. 1. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *tribuni quoque* tres posteriores codd. Vide ad V. 27. § 1. Mox *agebat*, pro *aiebat*, Klockian. Vide ad VIII. 33. § 23. *Sed ad populum laturos*, pro *se ad populum*, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. atque L. 2. Vide ad VI. 23. § 9.

§ 10 *Quid ergo adtinet leges ferri, rogitans*] *Lego quid ergo attineret*, non *attinet*. Gelen. Scribendum *attinere:* ut II. 41. 'Quid attinuisse, Hernicis paullo ante hostibus capti agri tertiam partem reddi?' VI. 23. 'Quid attinere, cum mortali corpore uno civitatis, quem immortalem esse deceat, consenescere vires?' XXXVII. 15. 'Sin autem manendum ibi nihilominus sit, quid attinere claudi portum?' *J. F. Gron.* Vide Gronov. Obs. II. 14. III. 9. ad Livii II. 3. c. 44. VIII. 33. X. 2. XXIV. 3. *Duk. Attinet*, ut ante Geleninm edebatur, etiam ex scriptis Gaertn. et Hav. Sed vide ad XL. 14. § 10. Gronovio nullus consentit codex. Vide tamen quæ notavit Obs. II. 14. p. 322. Præterea *quid igitur adtineret* Lov. 4. Vide ad XXI. 40. § 6. Tum *lege ferri* Hav. ubi ultima litera prioris vocis excidit ob similitudinem primæ vocis seq. Vide ad IV. 33. § 11. *Leges ferre* Gaertn. Paullo ante *præstabat*, pro *perstabat*, Leid. 2. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX.

Quibus per eosdem, qui tulissent, fraus fieret] Forte *jussissent*. Neque enim populus fert legem, sed jubet vel accipit, ferente magistratu. Scio § 15. Inst. de lege Aquilia haberi, 'plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit.' Sed et hujus auctor scripsit *jussit*, si Latine locutus est. Nec ignoro III. 34. Livii: 'Quas consensus omnium non jussisse latas magis, quam tulisse, videri posset.' Est enim sensus, quasi quisque eas pro se aliis jubentibus tulissent. *J. F. Gron.* Non hic populus intelligitur, sed tribuni plebis. Hi enim erant, per quos frangebatur lex semel confirmata. Nec potest dici a populo fraus fieri legibus, quibus quid derogat; sed tribuni, quod semel ad populum tulissent, directo antiquare veriti, oblique et e longinquo elidebant. *Jac. Gron.* Meliori ratione receptam lectionem adversus conjecturam paternam vindicavit Jac. Gronovius, quam Doujatius; qui, licet fateatur, proprie loquendo populum legem non ferre, sed ferente magistratu jubere vel accipere, nihilominus contendit, 'ferre' quoque

Digitized by Google

dici populum vel plebem tum a Livio, tum a Justiniano Imp. quæ loca Gronovio erroris suspecta erant. Eadem autem, quæ Jac. Gronovio, expositio vulgatæ scripturæ etiam Ant. Perizonio in ora cod. sui in mentem venerat: similiter enim *tulissent* referendum putat ad tribunos plebis, qui Fabium legibus solvere volebant, eamque patris sententiam probavit etiam Jac. Perizonius. Ceterum *qui refulissent* est in Lov. 2. Mox etiam *non lege*, pro *non regere*, est in Lov. 4.

§ 11 *Populus nihilominus suffragia ixibat*] *Populos nihil. suff. ixibat* Leid. 1. Lov. 2. 4. et fragm. Hav. *Populos nihil. suff. ixibant* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. An forte librarius volnit *populus ixibant?* Certe talia multa apud Livium obcurrunt. Lib. I. c. 26. 'Non tulit populus patris lacrimas, absolveruntque.' c. 41. 'Clamor inde concursusque populi, mixantium quid rei esset.' Epit. lib. II. 'Jurejurando populum adstrinxit, neminem regnare Romæ passuros:' ubi vide quæ notantur. IV. 31. 'Uni Fidenatium populo rebellare placuit, et, novorum colonorum cæde inbutis armis, Veientibus sese conjungunt.' VI. 21. 'Tum, ut bellum juberent, latum ad populum est.' XXI. 11. 'Populum Romanum injuste facere, si Saguntinos vetustissimæ Karthaginiensium societati præponant.' XXIII. 16. 'Ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent.' XXXVIII. 48. 'Non cum Gallis bellum senatus decreverat, et populus jusserat; sed simul, ut opinor, cum his decreverant jusserantque.' c. 46. 'Non ad populum ferri, velint, jubeantque, cum Gallis bellum geri.' XXXIX. 51. 'Liberemus diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis exspectare longum censent.' D. Lucas in Euang. c. 1. vs. 21. Καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν, καὶ ἐθαύμαζον. Vide ad Liv. VI. 39. § 10. VIII. 23. § 6. XXX. 27. § 3. XXXIV. 49. § 11. XXXIX. 39. § 4. Duker. ad Flori I. 9. § 8. Cortium ad Sall. Jug. c. 22. et viros doct. ad Val. Max. II. 10. § 8.

Ut quæque intro vocata erat centuria, consulem haud dubie Fabium dicebat] *Intra vocata* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. Male. Cic. Fragm. orat. pro C. Cornelio: 'Nec criminosius tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum privatum intro vocare.' Liv. X. 24. 'Priusquam intro vocarentur ad suffragium tribus.' Deinde *haud dubie* Klockian.

§ 12 *Dii adprobent, inquit, quod agitis, acturique estis*] Pal. 3. *Dei approbent, inquit, quod agitatis.* Gebh. *Dei* etiam Leid. 1. Lov. 3. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et edd. quas vidi, usque ad Modium. Vide hoc lib. c. 40. § 13. *Approbent, inquit, Dii* Klockian.

Quoniam in me, quod vos vultis, facturi estis] *Quoniam nunc, quod vos vultis* Lov. 4. *quoniam in me, quod vultis* Voss. 2. qui idem cum Lov. 3. præfert *factum est.* Præterea mox etiam *apud me*, pro *apud vos*, idem adhuc Voss. 2.

§ 13 *Dignum vobis, dignum parente suo, quæso, mecum consulem faciatis*] Duæ priores voces omittuntur in Lov. 2. et 4. tertia in Leid. 2. et Lov. 1. *vobis dignum, dignum parente suo* præferunt Harl. et edd. ante Aldum. Deinde *mecum, quæso, cons. mecum fac.* Gaertn. *quæso, mecum consulem facite* edd. Rom. 1472. et Parm.

Justa suffragatio visa] *Justa suffragio visa est* Voss. 2. additis tamen signis voci postremæ, quibus eam perperam scriptam esse librarius indicare voluit. *Justa suffragia visa* Port. Supra IV. 44. 'Nec potestas, nec suffragatio horum valuit.' Mox *Q. Fabium et P. Decium* Harl.

§ 14 *Dies dicta ab ædilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat*] *Dies dicta ædil.* Voss. 2. et Lov. 3. quod, ne ambiguam Livii orationem reddat, rejiciendum est. Deinde *plus, quam*

Digitized by Google

lege finitum Port. *plus, quam quod lege functum* Voss. 2. et Lov. 3. *plus, quam quod lege futurum* Gaertn. 'Finire' hic est definire, modum alicui rei statuere. Vide ad Epit. Liv. lib. XXXIV. Mox autem in verbis seqq. *fere*, pro *ferme*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVII. 38. § 5.

Vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum est] Utrum intelliges 'possessoribus?' forsan: nam libri nihil mutant.' Secus posses *cupiditati:* ut III. 26. 'Terror injectus urbi est.' *J. F. Gron.* Gronovio *cupiditati* rescribenti unus favet Port. reliqui vulgatum servant: quibus adsentiri malo, et cum eodem Gronovio vinculum cupiditatis injectum possessoribus intelligere. 'Vinculum cupiditatis,' ut 'vinculum fugæ' hoc lib. c. 41. 'His vinculis fugæ obstricti stabant.' Ceterum *vinculum quod ingens* legit fragm. Hav. *vinculum ingens* Lov. 2. *Tò est* autem exulat a Lov. 3.

CAP. XIV. § 1 *P. Decius Mustæ tium*] Decii cognomen deficit in Hearnii Oxon. L. 1. et 2. et in uno meorum Harl. *quartum* etiam, pro *tertium*, male præfert Lov. 4. Paullo ante etiam vox *Fabius* non adparebat in Gaertn.

Inter se agitarent, ut alter Samnites hostes, alter Etruscos diligeret] *Intra se agit.* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Tum *uti alter Samnites* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. Harl. Port. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Paris. 1573. Quod recepi. Deinde *alter et mixtos* Lov. 3. Tandem *delegeret* Port. *diligerent* Flor. *Diligere* pro *deligere*, quomodo fere *dilectus*, pro *delectus*, est in optimis codd. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Diligerent* autem, quia referendum ad utrumque consulem. Ita mox hoc cap. 'Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum agrum in Samnium legiones ducunt:' et II. 10. 'Dum alius alium circumspectant:' ubi vide.

§ 2 *Quantæque in hanc aut in illam provinciam copiæ satis essent*] *Essent* redundat. *Gelen.* Dele *τὸ essent* auctoritate Th. Voss. 1. Helm. Rott. Sufficit Livio *quantæque in hanc aut in illam prov. copiæ satis, et uter ad utr. bell. dux idon. magis esset.* J. F. Gron. Deest etiam *τὸ essent* in Flor. Leid. 1. Klockian. fragm. Hav. omnibusque meis, exceptis tautum Voss. 2. Lov. 3. et Harl. Non adparere etiam in suis codd. auctor est Hearne, in solo tamen Oxon. C. legi *quantæque in hanc aut in illam prov. copiæ sint.* Transpositis etiam vocibus *provinciam satis copiæ* legit Port.

§ 3 *Ab Sutrio et Nepete et Faleriis legati*] *Nepet*, ut ante dixi. *Sigon.* Ita est etiam in Port. et Hearnii Oxon. B. *et Nepte* in Harl. et Gaertn. Vide ad VI. 9. § 3. *Ab Sturio repente et Faleriis* est in Oxon. L. 1. Prius *et* a m. pr. non comparet in Lov. 1. Tum *et Falisiis* Harl. *et Falerii* Gaertn.

Auctores, consilia Etruriæ populorum de petenda pace haberi] *Consilia Etr. popul.* edd. Rom. 1472. et Parm. *auctores concilii et Etr. popul.* Leid. 2. et Lov. 1. *auctores concilii Etr. popul.* Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 2. Et ita edidit Aldus, sed inter errata priorem lectionem revocavit. Præterea *de pace petenda* Leid. 1.

Totam belli molem in Samnium averterunt] *Adverterunt* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. Hav. et fragm. Hav. solemni librariorum aberratione. Vide ad VI. 28. § 8. *Advertant* Harl. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. *Averterat* Lov. 3. *advertere* Lov. 4.

§ 4 *Quo venturum bellum foret*] Duo Voss. Rott. *qua.* Cic. 'Qua adiri poterat.' *J. F. Gron.* *Quo* et *qua* differunt. Supra IX. 3. § 2. 'Quo, aut qua eamus:' ubi locum Senecæ, etiam huc adprime facientem, laudavi. Certus erat hostis, quo bellum venturum foret; at incertus, qua. Noverat, bellum ad se venturum esse, at qua parte hostis invaderet, ignorabat: *qua* itaque omnino legendum; id enim pro 'qua parte,' 'qua via'

Digitized by Google

poni solet. Supra IV. 39. § 2. 'Nec perrumpere eadem, qua transierant, posse.' XXV. 21. 'Duo ferme millia equitum, qua fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere jubet.' XXXIII. 29. 'Evastatis prius agris, qua ab Elatio duo diversa agmina iere.' XL. 58. 'Retro, qua venerat, Transdanubianam regionem repetiit.' XLII. 1. 'Singula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant.' XLIV. 2. 'Quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset.' XLV. 9. 'Arabas hinc Indiamque, qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, peragravit:' c. 29. 'Trans Nessum ad orientem versum, qua Perseus tenuisset vicos.' Vide ad I. 38. § 6. et ad V. 47. § 9. Adde Gronov. ad Liv. I. 23. § 5. et Cortium ad Sall. Catil. c. 57. § 3. et ad Jugurth. c. 18. § 2. Solent autem *qua* et *quo* in Mss. commutari. Vide ad IV. 37. § 9. V. 43. § 2. et Pierium ad Virg. Æn. I. 401. Et quidem *qua* hic superest in omnibus meis, et Hearnii Oxoniensibus membranis, nisi quod unus meorum Gaertn. præferat *quem*. Similiter etiam *qua* servant omnes editores, usque ad Gruteri postremam, quæ, incertum cujus auctoritate, *quo* subposuit, usque ad Gronovium, qui a. 1665. *qua* revocavit. Præterea *bellum venturum esset* Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. Mox *Sedicinum*, pro *Sidicinum*, Leid. ambo, et Lov. 1. *Sidicionum* Gaertn.

§ 5 *Explorant tamen latius, quam populantur*] *Et explorant tamen* Voss. 1. *explorantque tamen* Voss. 2. Tum *qua populantur* Gaertn. Vide ad VI. 35. § 9. *Quam populabuntur* Haverk. Paullo ante *depopulabundus* Lov. 4. invitis omnibus reliquis. Vide ad II. 62. § 2.

§ 6 *Igitur non fefellere ad Tifernum hostes*] Admonuimus de hoc priore etiam libro. Et hoc sane loco oppidum sit, an mons, an fluvius, scivi non potest. Ptolemæus fluvium facit, Livius montem postea c. 30. atque hæc non in Umbria, ubi Tifernum oppidum omnes fatentur. *Glar. Trifernum*, ut ante. *Sigon.* Pal. 2. et Andr. ed. *Trifernum*, Pal. 3. *Ufernum*. Gebh. *Trifernum* Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. et edd. Rom. 1472. et Parm. Reliqui omnes codd. *Tifernum*. De 'Tiferno' Samnitium oppido vide ad IX. 44. § 6. In vulgatis Ptolemæi codd. fluminis 'Tiferni' hodie mentio non obcurrit. Sed apud eum III. 1. memorantur Φιτέρνου ποταμοῦ ἐκβολαί· pro quo Τιφέρνου legendum esse, Cluverius docuit Ital. Antiq. l. IV. c. 9. p. 1207. Hunc itaque locum indicâsse videtur Glareanus, integriore codice usus. At male confundit Tifernum in Samnio, de quo ad librum præc. et Tifernum in Umbria, Metaurense cognominatum, de quo Cluver. lib. II. c. 6. p. 621. Ceterum *non fefellerunt hostes ad Tifernum* Lov. 4. *at Tifernum* Flor. frequenter obvio scribarum errore. Vide ad VI. 24. § 8.

Occulta valle instructi, qua ingressos] Iidem et Helm. Thuaneusque *quam ingressos*. J. F. Gron. *Ingredi via* illustravi ad III. 17. § 6. Hinc tamen *quam*, Gronovio consentiens, verum puto. Nam *qua ingressos* tantum inveni in Port. et Hearnius in solo Oxon. B. Reliqui *quam* probant, quod etiam tuentur edd. Rom. 1472. et Parm. Pari errore *egredi urbe* edebatur ante Gronovium XXIX. 6. § 4. Hic vero ultima litera τοῦ *quam* ab initialibus vocis seq. *ingressos* elidi potuit. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Deinde *occulta valle instincti* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad IX. 40. § 7. Mox *superiori ex loco*, pro *superiore*, Port. et Hav. *superiori loco* Gaertn. *ex superiori ex loco* Harl. *ex superiori loco* ed. Parm. *ex superiore loco* reliqui typis descripti Aldo priores.

§ 7 *Præsidioque modico inposito*] *Inposito modico* Voss. 2. et Lov. 3. quo-

Digitized by Google

ratu prior mox omittit vocem *labebras.*

§ 8 *Samnites desperantes improviso tumultu*] *Desperato* rectius. *Gelen.* Ms. Fuldens. *disperatos.* Nimirum recte Gelenium monere, legendum videri *disperato*, seu quod pro eodem est, *desperato tumultu.* Modius. Legendum *desperato;* quandoquidem hæret in Pall. 1. ac 3. *desperatos;* expressitque liquide Campan. *desperato;* quod inter lineas in Pal. 2. scriptum reperi. *Gebh.* Scribe cum Gelenio *desperato improviso tumultu:* nam om. Mss. *desperatos.* Lib. XL. c. 33. 'Desperato auxilio suorum in deditionem venit.' Lentulus ad Ciceronem ad Fam. XII. 14. 'Rhodii nos et rempublicam quam valde desperaverint, ex literis, quas publice misi, cognosces.' *J. F. Gron. Desperantes* servant Flor. Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac B. *desperatos* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Klockian. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii C. Neque aliter Mediolanenses 1505. ediderunt: *desperati* Lov. 2. et Hearnii L. 2. Verum recte viri docti substituerunt *desperato improviso tumultu*, cujus lectionis vestigia in solo obcurrerunt mihi Gaerta. Exhibet enim *desperantes de desperato improviso tumultu:* cujus librarius hac ratione duplicem, quam in cod. suo invenerat, lectionem simul jungere voluisse videtur. Supra IX. 14. 'Ne desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum ageret.' XXIII. 17. 'Desperata tutela urbis, per intermissa munimenta dilapsi.' XLII. 25. 'Quum desperato jam colloquio profecti essent.' XXIII. 14. 'Quia non desperabat voluntariam deditionem.' Florus IV. 11. 'Quod ubi desperavit a principe, servarique se triumpho vidit.' Hac forma dicendum fuisset *desperantes improvisum tumultum.* Hunc enim se Romanis inlaturos speraraut; quæ spes quum fefellisset, aciem instruxerunt. Mox nullo sensu *quando imperatum semel discrimine evasura esset res* Hav. Vox *res* deficit in Voss. 2.

Itaque et in æquum descendunt] *Ita et . . . . discedunt*, lacuna relicta, Lov. 4. *itaque et nequ discedunt* Leid. 1. *itaque in æquum discendunt* Flor. *itaque et in æquum discedunt* fragm. Hav. Sed 'discedere' et 'descendere' passim confundi solent. Vide ad IX. 14. § 8. Vocula *et* non adparet in Voss. 2. Lov. 3. Harl. et edd. Aldina prioribus. Paullo ante *suis inserta mallerunt*, pro *acie justa*, Leid. 1. *vulnerunt* Hav.

§ 9 *Sive quia ex omnium*] Vet. lib: *seu quia ex omnium.* Sequitur enim alterum membrum 'seu quia discrimen.' *Sigon.* Nulla est ratio, qua hanc scripturam confirmat Sigonius. Virg. Æneid. II. 34. 'Sive dolo, seu jam Trojæ sic fata ferebant.' Æn. VII. 199. 'Sive errore viæ, seu tempestatibus acti.' Ovid. Amor. El. II. 10. 9. 'Sive bonus color, est, &c. Seu malus:' et contra Amor. El. II. 2. 53. 'Seu tepet, &c. Sive æmet.' Et, ne quis solos poëtas ita loqui putet, Livius XLV. 8. 'Utcumque tamen hæc sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt.' *Duk. Seu quia* etiam Part. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Contra in altero membro fragm. Hav. quod hic vulgatum servat, *sive quia discrimen* præfert. Nihil mutandum. Male enim Sigonius ideo vet. lib. scripturam probandam existimavit, et in contextum recepit, quod mox sequatur *seu* in altero membro. Sæpe enim particulæ illæ in utroque membro mutantur, atque altera alteri subjici solet. Supra VII. 18. 'Empulum captum, sive deorum consilium auspicio bellum ibi gestum est; seu per idem tempus Tarquiniensium quoque sunt vastati agri.' IX. 26. 'Sive timore ejus, seu conscientia, Celavios mors judicio subtraxit.' Plaut. in Mercat. II. 2. 35. 'Seu casum, seu istic rati-

Digitized by Google

lum, sive atrum est, amo:' in Sticho III. 1. 18. 'Here, sive ego taceam, seu loquar, scio scire te, Quam multas tecum miserias multaverim.' Ovidius Ep. Heroid. II. 123. 'Sive die laxatur humus, seu frigida lucent Sidera.' Cæsar Bell. Gall. I. 23. 'Seu quod timore perterritos discedere existimarent, sive quod re frumentaria intercludi posse confiderent.' Bell. Civ. II. 27. 'Il seu vere, quam habuerant, opinionem perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt.' Sallust. in Catil. c. 31. 'Sive præsentiam ejus timens, seu ira commotus, orationem habuit luculentam:' ubi vide Cortium, et quæ infra notantur ad XXXV. 21. § 6. Ejusdem generis est, quod conjunctioni *que* subjungantur *et* vel *ac*; vide ad II. 31. § 1. v. 49. § 1. et ad hujus lib. c. 30. § 2. quod τῷ *nec* subjungatur *neque*, ac vicissim. Vide ad IX. 9. § 14. Præterea *omnibus Samnitium populis* unus Hearnii Oxon. C. ut XLV. 31. 'In omnibus Græciæ gentibus populisque.' Verum nihil muto, Nam 'omnium Samnitium populi,' pro 'omnes Samnitium populi,' eadem ratione dictum est, qua 'speciesi ministerii administratio,' pro 'speciosa ministerii administratio,' de quo vide ad IV. 8. § 6. Vide etiam Burm. ad Suet. Domit. c. 9. Mox *quacumque roboris* Flor. et Lov. 3.

Discrimen summæ rerum augebat animos] Pall. omnes Campanique ed. *agebat animos*. Verum 'agere,' ut supra dixi, monuique ad Propertii El. II. 19. 20. est ἐρεθίζειν. *Gebh. Augebat animos* Flor. sollemni errore. Vide ad IV. 51. § 6. et ad XXVII. 40. § 2. Error ortus est ex similitudine literarum *n* et *u* in scriptura Longobardica. Vide ad V. 13. § 7. *Agebat animos* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod ex priori *ãgebat* natum videtur. Vide ad XXIX. 6. § 7. Quin sæpe etiam 'agere' et 'augere' confunduntur. Vide ad XXVII. 9. § 11. Præterea *quia discr. est summæ rerum* Hav.

Aliquantum aperta quoque pugna præbuerunt terroris] *Aliq. quoque aperta pugna* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. antiqq. usque ad Frobenianam 1535. Præterea *terroris præbuerunt* Leid. 2. et Lov. 1. *præbuere terroris* Lov. 4.

§ 10 *Ubi nulla ex parte hostem loco moveri videt*] *Ex nulla parte* Lov. 2. Male. Ita 'magna ex parte,' 'aliqua ex parte:' vide ad II. 48. § 1. 'alia ex parte' III. 38. 'ulla in parte' XXXIX. 36. 'omni a parte' XL. 22. Adde quæ dicta sunt ad II. 19. § 8. Tum *hostium loco moveri* Lov. 4. *hostem moveri* Leid. 2. *hostem moveri loco* Lov. 2. et 3. Deinde *vidit* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. quorum auctoritatem sequor.

M. Fulvium et M. Valerium tribunos militum] Duo Voss. et Thuan. *Maximum Fulvium*. Ut verum videatur, quod est in Helm. et Rott. *Maximum filium et M. Valerium*. Neque mirum, patre imperatore filium militasse tribunum. *J. F. Gron. Max. Fulvium* Lov. 4. *Maximum Fulvium*, præter Voss. a Gronovio memoratos, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. atque Exc. Pithœi. Sed *Maximum filium* Flor. et Kloekian. Quæ lectio tanto magis placere posset, quod nullus plane circa hæc tempora *M. Fulvius* memoretur, et contra Fabii consulis filius post quinquennium consulatum obtinuerit, ideoque nunc id ætatis fuerit, ut tribunus in exercitu Romano merere potuerit. Quo minus tamen probare audeam, id obstat, quod Fabii filius 'Gurges,' non 'Maximus,' cognominetur hoc lib. cap. ult. 'Creavit consules Q. Fabium Maximi filium Gurgitem et D. Junium Brutum

Scævam:' et Auct. Ep. Liv. lib. XI. 'Quum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset:' etiam apud Val. Max. v. 7. ex. 1. 'Fabius Rullianus legatus ire Fabio Gurgiti filio gravatus non est.' Neque censendum est, 'Gurgitis' cognomen demum postea inditum fuisse. Id enim ipsum primore ætate ex vitiis nactum esse, docet Macrob. Saturn. II. 9. 'Ut taceam Gurgitem a devorato patrimonio cognominatum, quia insignibus virtutis secutæ vitia primoris compensavit ætatis.' Quin et, quum consul crearetur, jam ad meliorem frugem sese recepisse, indicat Val. Max. IV. 1. 5. referens, Fabium Maximum, quum filius ejus summo consensu consul creabatur, cum populo egisse, 'ut vacationem aliquando hujus honoris Fabiæ genti darent, non quod filii virtutibus diffideret, (erat enim inlustris) sed ne maximum imperium in una familia continuaretur.' Si quis tamen contendere velit, Fabii filio, licet ex moribus 'Gurgitis' cognomen traxerit, attamen paternum etiam cognomen 'Maximum' adhæsisse, eoque hic a Livio, altero alibi adpellatum esse, pertinaciter non adversabor. In fragmentis enim Fast. Capit. Triumphalium aliquis XIMVS ANN. CDLXII. triumphasse dicitur. Annus is est proximus post consulatum Fabii Gurgitis. Quare per literas has XIMVS, quibus temporum injuria pepercit, prioribus abolitis, intelligendus omnino est celeberrimi Fabii Maximi filius, quem etiam 'Maximum' cognominatum fuisse lucrum illud Fastorum fragmentum probat. Nam, eum triumphasse, docet Auctor Epit. Liv. lib. XI. 'Ejus' (Fabii Maximi patris) 'consiliis et opera filius consul adjutus, cæsis Samnitibus, triumphavit.' Vide etiam Valer. Max. v. 7. ex. 1. et Plut. in Fabio Max. p. 188. In secundo etiam consulatu triumphavit, ubi jam in Fragm. Fast. Triumph. omnibus nominibus describitur anno CDLXXVII. Q. FABIVS Q. F. M. N. MAXIMVS GVRGES. Vocatur itaque hic 'Maximus,' at 'Maximi filius Gurges' cap. ult. hujus lib. simili varietate atque dixit Liv. IV. 26. 'T. Quinctius L. F. Cincinnatus: eidem et Penno cognomen additur:' quem deincepe c. 30. et alibi simpliciter 'T. Quinctium Pennum' vocavit. Per me itaque incertum sit, utrum *M. Fulvium*, an vero *Maximum filium* hoc loco legendum sit. Ceterum *L. Valerius* solus hic præfert Harl. cum edd. Aldina prioribus.

Cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites] *Cum quibusdam ad primam aciem* Voss. 2. *cum quibus in primam aciem* Lov. 4. Tum *procurrerat* fragm. Hav. Vide ad IX. 10. § 7. *Concurrerat* Harl. Deinde *et ire ad equites, et adhortari* Hav.

§ 11 *Adhortari, ut si quando umquam equestri ope adjutam rempublicam*] *Adhortati* Voss. 2. *adhortare* fragm. Hav. *hortari* Harl. Tum *ut quando umquam* Lov. 4. *ut si quando numquam* Hav. Deinde *equestri opem ad vitam remp.* Gaertn. *equestri ope adjutura remp.* Lov. 4. *equestri ope adjuctam remp.* Hav. sed errore amanuensium, qui et alibi *adjutus* et *adjunctus* commutarunt. Exemplum habuimus ad VIII. 13. § 4. habebimus etiam XXI. 50. § 9. Mox *admictantur*, pro *admittantur*, fragm. Hav. *adjutantur* Hav. *adjuventur* Harl. Tandem *ejus ordinis gloriam*, trajectis vocibus, Port. Gaertn. et Hav.

§ 12 *Peditum certamine immobilem hostem restare*] *Peditum certamen* Gaertn. Tum *restare* defit in Port. ejus loco *stare* præfert Hearnii Oxon. C. ut infra h. cap. 'adversus incitas turmas stetit inmota Samnitium acies.' Sed nihil muto. *Restare* hic est resistere. Supra IV. 58. 'Summa vi restare nunciabantur:' ubi plura vide. Mox præpositio *in* deficit in Gaertn. Verum ea vel intercepta est a litera

Digitized by Google

finali vocis præced. de quo vide ad c. præc. § 3. vel a prima syllaba vocis seq. de quo vide ad VIII. 33. § 6.

Pari comitate utrumque, nunc laudibus, nunc promissis onerat] Vet. lib. *utcumque*. Sigon. Sigonius e suo libro profert *utcumque*. Sed sic erit contradictio in adjecto: quomodo enim 'utcumque' quis laudibus oneratur? *Utcumque ὅπως δήποτε. Gebh. Utrimque* Leid. 2. et Hav. *utcumque* Port. quod recte Gebhardo displicuit. Ita alibi etiam variant scripti. Vide ad VIII. 24. § 16. Deinde *non laudibus, non promissis* Hav. Similiter etiam peccarant librarii l. III. c. 61. § 8. *Laudibus nunc promissis* Leid. 1. a m. pr. *nunc laudibus promissis* Leid. 2. Insuper *honorat* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IV. 13. § 13. *Ornat* Harl. Vide ad XXXII. 11. § 2.

§ 13 *Ceterum, quando ne ea quoque tentata vis proficeret, consilio grassandum*] *Et, quando ne ea quoque tent. vis prof.* Lov. 2. *Ceterum, ne ea quoque tent. vis prof.* Gaertn. *nec ea quoque tent. vis* Leid. 1. Harl. et edd. Aldo priores: *ne* deest in Lov. 4. *tentata* in Leid. 2. *vis* in Voss. 2. et Lov. 3. ejus loco *vix* erat in Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IV. 24. § 9. Tum *consilio* omittit Gaertn. *crassandum* vero præferunt Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. quomodo etiam alibi peccarunt librarii. Vide ad II. 12. § 15. Literæ *C* et *G* ob ductuum adfinitatem sæpius in Mss. confunduntur. Vide ad VI. 25. § 6. Mox *vires juvarent ratas*, pro *ratus*, Lov. 3.

§ 14 *Scipionem legatum*] *P. Upponem legatum* corrupte, pro *P. Scipionem*, sé invenisse testatur Hearnius in Oxon. L. 1. At prænomen in nullo apud me codice obvium fuit. Mox *ex acie subtrahere*, trajectis dictionibus, Lov. 2.

Ad montes proximos, quam posset occultissime, circumducere] *Quaque posset occult.* Voss. 2. et Lov. 3. Si autem *quaque* pro 'et qua' positum accipiatur, eodem modo dictum esse posset, quo 'qua proxime potest.' Vide ad I. 23. § 5. Sed nihil muto. Supra IX. 2. 'Circa Caudium castra, quam potest occultissime, locat.' Vide ad XXXVII. 20. § 10. Deinde *ducere* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Mox *inde jubet* alio ordine Leid. 1.

Inde adscensu abdito a conspectu erigere in montes agmen] *Inde primo adscensu abdito ac conspectu* Lov. 4. *inde abscensu abdito a consp.* fragm. Hav. *inde ascensu abdito et a consp.* Hav. *inde abscensu abdito et a consp.* Port. *inde adscensu abdito et a consp.* Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac B. Male. 'Adscensus abditus a conspectu,' est remotus a conspectu, quo sensu Virgilianum illud Georg. III. 96. 'abde domo,' remove a domo, exposuit Gronov. de Pec. Vet. IV. 8. Tum *erigere ad montes* Harl. Neque hoc probo. Vide hoc lib. ad c. 26. § 8.

Aversoque hosti ab tergo repente se ostendere] Vet. lib. *et adverso hosti*. Sigon. Pal. 2. congruens Sigoniano per omnia fere libro, *adverso hosti*. Pall. 1. ac 3. *adversique hosti a tergo repentes eos intendere*. Camp. vero vulgavit *adversoque hosti*. Gebh. *Accersoque hosti* Lov. 2. *adversique hosti* Voss. 2. et Lov. 3. *adversoque hosti* Gaertn. *adverso hosti* Port. et Hav. Sed nihil mutandum. 'Aversum hostem invadere' pro eum a tergo invadere poni, vidimus ad IV. 27. § 8. quo sensu hic non accipiam, ne redundet *ab tergo*: sed potius 'hostem aversum' expono alio versum; quo sensu 'avertere' inlustrat Nic. Heinsius ad Valer. Flacc. I. 66. Passim 'aversus' et 'adversus' commutari, vidimus ad II. 31. § 6. Hinc *a tergo* Voss. ambo, Lov. 1. 3. et Leid. 2. Deinde *repentes eos intendere* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. *repentes eos incendere* Lov. 3. *repente eos intendere* Lov. 2. *repente eo intendere* Lov. 4. Vox *repente* exsulat ab edd. Rom. 1472. et Parm.

Digitized by Google

§ 15 *Ante signa evecti præbuerunt tumultus*] *Prevecti* Leid. 2. *prævecti* Lov. 1. a m. pr. duplice lectione juncta. Insuper *præbuere* Lov. 4.

§ 16 *Et, postquam irritum inceptum erat, recepti post signa prælio excesserunt*] *Eo postq. irritum inceptum erat* Port. et Gaertn. Sed *et* atque *eo* etiam commutabantur VI. 23. § 2. *Et, quamq. irritum inceptum erat* Hav. Tum *prælia recesserunt* Voss. 2. et Lov. 3. 'Excedere prœlio,' 'acie,' 'agro' inlustrantur ad VIII. 2. § 8. *Prælio excessere* Lov. 4. qui paullo ante etiam præfert *prorumpi* pro *perrumpi*. Vide ad IX. 43. § 15.

§ 17 *Nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset*] Vox *prima* deficit in Gaertn. quam reliqui omnes servant. Tum *increscenteque fiducia sui vim* Hav. Deinde *potuissent* Leid. 2. quasi conlective poneretur *frons*, pro militibus in prima acie positis. Quum tamen reliqui omnes stent pro vulgato, hanc lectionem ex aberratione librariorum ortam puto.

Ni secunda acies jussu consulis in primum successisset] Vet. lib. *in primam*. Sigon. Omnes Pall. Campanique ed. pertendunt legendum *in primam*. Gebh. *In primam* ab se fatetur esse Sigenius, cum ante illum editi, non modo scripti, haberent *in primum*. Quod certe sollicitandum numquam fuit. Lib. II. cap. 20. 'Desiliunt ex equis, provolant in primum, et pro antesignanis parmas objiciunt:' ubi Sigonius ex suo *in primum agmen:* etsi concedat utrumque esse usitatum. Non nego, sed hoc posterius hic aio esse magistri, non Livii. Eodem libro cap. 46. 'sic in primum infestis hastis provolant duo Fabii.' III. 62. 'Ex equis desiliunt, cedentibusque jam suis provolant in primum, simulque et hosti se opponunt.' Hoc lib. X. c. 41. 'Arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant.' XXV. 21. 'Prima legio et sinistra ala in primo instructa:' sic enim scribendum ex Put. Vulgo præpositio deest. XXXVI. 18. 'Levis armaturæ partem ante vallum in primo locavit.' Sic Sallustius in Jug. c. 59. 'Qui in primo locati fuerant, paullisper territi perturbantur.' Eodemque libro c. 68. 'Equites in primo late, peditea quam arctissume ire, et signa occultare jubet:' male editur in *primo latere*. Nec additamentum est τὸ *latere*, ut suspicatur Gruterus, sed corruptum ex *late*, ut Palmerio et Colero visum, qui tamen perperam faciunt adverbium *imprimo*. Seneca Epist. 108. 'In ætate nostra quod optimum, in primo est:' ubi frustra tentat Lipsius. Justinus XII. 7. 'Quod in primo ex Persico superbiæ regiæ more distulerat:' sic enim Mss. nec faciendum *imprimo* adverbium, atque excusandum pro 'antiquario,' quod facit Acidalius. Ne *primo* quidem et *primum* adverbia esse, demonstrat Grosippus in epistola ad Alexandrum: ubi tamen, quod *mallum* quo Germani explicant, quod Itali *volta*, aut Galli *fois*, derivat ab illa significatione, qua convivium aut conventum notat, non persuadet. Commodior enim est, qua *signum* dicitur idem *mahl* sive *mallus*. Sic pro *semel* dicunt *einmahl*, quasi 'uno signo,' et sic deinceps. Et imitantur Itali: Ariosto can. 5. *Pel valore, Ch' avea mostrato in arme a pia d' un segno.* J. F. Gron. *In primam*, erranti codici Sigoniano consentientes, tuentur Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. *in primus* Flor. Reliqui recte stant pro vulgato, quod optime Gronovius vindicavit. Vide etiam quæ notat ad II. 40. § 3. et ad XXV. 21. § 6. Præterea *vim consulis* Voss. 1. in contextu, *τῷ jussu* margini adscripto. Vide ad IX. 24. § 4. *Jussu consulum* Hav. Sed unus tantum consulum bellum cum Samnitibus, alter cum Etruscis administrabat, ut Liv. in principio cap. narravit.

Digitized by Google

§ 18 *Sistunt invehentem se jam Samnitem*] *Si sunt invek.* Lov. 3. *sistunt invehementem* Gaertn. Alibi 'vehens' et 'vehemens' in scriptis confunduntur. Vide Burm. ad Suet. Aug. c. 80. *Jam se*, trajectis vocibus, Lov. 2.

Et tempore improvisa ex montibus signa] Ms. *et tempore ex se visa.* Lege *et tempore, esse, visa ex montibus signa.* Vide Petrum Colvium ad Apuleii Metamor. l. VII. p. 94. *Klock.* Helm. et Rott. *eo tempore visa.* Forte *eodem tempore visa ex montibus signa.* J. F. Gron. *Tempore* dicit, pro 'in tempore,' id est 'opportune,' 'tempestive.' Varro de Re Rust. I. 69. 'Si tempore promas.' Vide Scheff. et Burm. ad Phædr. Fab. IV. 25. *Duk. Ex tempore provisa montibus signa* Lov. 4. *et tempore improviso et montibus signa* Gaertn. *et tempore improviso ex montibus signa* Port. et Hav. quod etiam Doujatius invenit in cod. Memmiano, idque planum esse judicat. Idem vero in uno Colbertino esse tentatur *et tempore provisa ex montibus signa*, quod exponit 'tempestive,' sive 'oppertune visa.' Quin et vulgatum *improvisa* accipi posse existimat pro 'ex improviso apparentia.' Jac. Perizon. ad marginem Livii forte refingendum adscripsit *et tempore ipso visa ex montibus signa.* Propius ad vulgatum accederet, si conjecisset *et tempore in ipso visa ex montibus signa.* Vide Tennul. ad Front. Strat. I. 1. ex. 1. *in tempore* alibi sæpe Livius dixit. Supra VIII. 7. 'Aderunt in tempore, et cum illis aderit Jupiter ipse:' ubi plura vide.

Clamorque sublatus non vero tantum metu terruere Samnitium animos] Vet. lib. *non vero metu tantum.* Sigon. Cluverius Ital. Antiq. IV. 6. pag. 1194. corrupta hæc aut mutila censet. Nequicquam; nisi forte ipse mutila fecit omittendo τὸ *sublatus*, quod et ad signa et ad clamorem pertinet. Quis autem non intelligit, mox explicare Livium, præcipuum illis terrorem factum ex vano metu, alterum ad consulem et recentem exercitum? cf. *F. Gron.* Quæ Clericus Art. Crit. part. III. sect. 1. cap. 5. § 1. et Heumannus in Parergis Criticis p. 149. scribunt, nihil me ad hæc intelligenda juvant. Ille emendat *non vero tantum motos metu terruere Samnitium animos*, idque explicat, Samnites non tantum motos fuisse signis infestis legionum, aut equestri procella, quibus non sine ratione terreri potuissent, utpote vero metu, quantum falso illo metu pauculorum hastatorum. Sed præterquam quod Livius Samnitibus magnos animos in pugna tribuit, nec ullum eorum metum a legionibus et equitibus memorat, metus ille hastatorum falsus non erat. Nam quod de pauculis hastatis dicit Clericus, vanum est: quum Samnites utique ignorarent, quæ et quantæ illæ copiæ essent, quæ se iis repente ex montibus a tergo ostendebant, atque adeo his conspectis non sine causa vero metu terrerentur. Heumannus distinctionem maximam post *sublatus* ponendam censet, et, quod de vero metu dicit Livius, ferme eodem modo, quo Clericus, ita exponit: hastati hi non tantopere Samnites terruerunt vero metu, quum in acie stantes contra eos pugnarent, quam falso illo metu per dolum excitato. Sed hæc interpretatio iisdem, quas dixi, rationibus refellitur. Oratio Livii quidem satis obscura est, et non nihil dubito, an quædam exciderint: nam verba illa *nam et Fabius* non optime cum præcedentibus necti et cohærere videntur: sed puto Gronovium recte percepisse sententiam horum verborum, nimirum, ea quæ memorat Livius, non tantum terruerunt Samnites vero metu, quantum falsus rumor de adventu alterius consulis et exercitus, qui eos vano quidem, sed tamen magno, metu perfudit; eo enim maxime territos paullo post dicit. *Duk. Non sero*

Digitized by Google

tantum metu Hearnii Oxon. N. in margine, qui *non tamen metu* se in L. 1. invenisse professus est. *Non vero metu tantum*, vet. lib. Sigonii consentientes, præferunt Port. Gaertn. et Hav. Deinde *animos Samnitium* Voss. 2. et Lov. 3. Id autem Cluverio suspicionem movisse videtur, locum corruptum, aut saltem mutilum esse, quod particulis *non tantum* nihil deinceps respondeat. Sed, quæ sequuntur satis ostendunt hic intelligendum esse 'sed etiam vano.' Similia omittuntur et in l. 31. ff. de Rei Vind. 'Quum de fructibus servi petiti quæritur, non tantum pubertas ejus spectanda est, quia etiam impuberis aliquæ operæ esse possunt.' Vide Burm. ad Phæd. Præf. I. 6. et ad Calpurn. Ecl. VII. 64. Quod autem Gronov. dicat τὸ *sublatus* et ad signa et ad clamorem pertinere, ita demum verum est, si antea vulgatam scripturam *et tempore inprovisa* servemus, non autem, quemadmodum voluit, legamus *eodem tempore visa*.

§ 19 *Nam et Fabius Decium collegam adpropinquare*] Vocem *Decium* ignorat Voss. 2. Deinde *propinquare* præferunt Leid. 2. et Lov. 1. Mox *esse*, pro *adesse*, fragm. Hav. *tremunt* autem, pro *fremunt*, Flor. sollemni scribarum aberratione. Vide quæ notavi ad Silii XVII. 259.

§ 20 *Terrorque utilis Romanis oblatus*] Non *terror* Romanis offerebatur, sed *error*: nam suos quoque in acie stantes fefellerat Fabius, ratos adesse alterum consulem et exercitum, atque eo gaudio exsultantes frementesque. Neque excusare possis, quasi τὸ *Romanis* ad *utilis*, non *oblatus* pertineat, vel quia sequitur 'maxime territos.' Non est Livii sic loqui 'terror formidinis implevit Samnites, territos, ne.' Præterea non hic modo, sed quivis alius terror hostibus injectus utilis foret Romanis, atque ideo fatuum et otiosum illud epitheton. Sed elegans et verum *error utilis Romanis oblatus*. Nam plerumque error inutilis et damnosus est, præsertim belli, ubi non licet bis peccare: hic autem error, dum putant vincere se, victores eos fecit: atque eadem res, quæ errori, sed utili, fuit Romanis, fugæ formidinisque Samnites implevit; eo maxime timefactos, quod ipsi lassis et exhaustis sibi putarent cum recentibus et integris fore pugnandum. Infra c. 41. 'Fefellitque non Samnites modo, sed etiam Romanos, et consul affirmavit errorem, clamitans inter prima signa, ita ut vox etiam ad hostes accideret, captum Cominium, victorem collegam adesse.' Conjecturam hanc meam rebar esse: nunc video, *terror* post Modiana passim esse receptum: priscos omnes ipsumque adeo Curionem expressisse *error*. J. F. Gronov. Vere Gronovius *errorque* revocavit; quam scripturam ex meis servasse videntur Harl. et Gaertn. ex Hearnii autem Oxon. L. 1. et N. Non tamen post Modianam demum ed. *terrorque* receptum est, sed eam lectionem primum inveni in Sigonianis, quam inde acceptam servarunt Paris. 1573. et Francof. 1578. Modiana priores. Quin Aldus quoque in contextu *terrorque* dedit; sed alteram scripturam in erratis restituit. Solent autem voces *error* et *terror* sæpe in Mss. confundi, præsertim si, ut hoc loco, præcedat vocabulum, cui litera *t* finalis est. Vide ad XXIV. 30. § 6.

Maxime territos, ne ab altero exercitu integro intactoque] *Maximeque territos* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Exc. Pithœi, Oxon. Hearnii N. L. 2. B. et edd. usque ad Froben. qui a. 1531. conjunctionem *que* expunxit. Tum *nec ab altero exercitu* Lov. 3. Hinc *integre intactoque* Hav.

§ 21 *Tria millia et quadringenti cæsi*] *Tria millia et trecenti cæsi* Voss. 2. et Lov. 2. ac 4. neque aliter Leid. 1.

Digitized by Google

et Hearnii Oxon. L. 2. nisi quod numerum notis exhibeant. *Tria millia et tercenti*, omissa ultima voce *cæsi*, Lov. 3. *tria millia et quadraginta cæsa* Hav. *tria millia et quadringenta cæsa* Port. et Gaertn.

Capti trecenti ferme et viginti] Vet. lib. *capti ad trecentos ferme et triginta.* Sigon. Vitiosissima hæc sunt in Pall. 1. ac 3. Pal. 2. autem *capti ad trecenta ferme et triginta.* Gebh. Lectionem vet. lib. Sigonii probant Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Capta ad trecentos ferme et triginta* præfert Port. *capta ad trecenta ferme et triginta* Gaertn. et Hav. *capta CCC. ferme et XXX.* Leid. 1. *capta trecenta et triginta* Lov. 4. a m. pr. *capti trecenti et triginta* a m. sec. *capti trecenti ferme et triginta* Harl. *capti et CCCXXX. ferme et XXIX.* Lovel. 3. *capti et trecenti ferme et XXIX.* Voss. 2. *capti aut trecenti triginta ferme* Hearnii Oxon. C. pro quo scribendum conjicit *capti autem*, quod exstat in Lov. 2. *capti a CCCXXX. ferme et XXX.* fragm. Hav. *capti a CCC. ferme et XXX.* Flor. Ex his videmus, *viginti*, quod scholiis suis Sigonius præscripsit, in nullo Msto superesse; quin idem demum adparuit in ed. Froben. 1535. et a paucis servatum est: deinde *capti trecenti ferme et triginta*, ut primæ edd. præferunt, et jam Curio revocavit, ut et *capti ad trecentos ferme et triginta*, quod Sigonius, et post eum Gronov. etiam in contextum receperunt, tantum in paucis exstare, iisque ferme deterioris notæ, certe non primæ auctoritatis membranis. Quamvis autem Livius voculam *ad* sæpissime eo sensu adhibuerit, (ut videbimus hoc lib. ad c. 17. § 8.) hic tamen omnino a manu Livii profecta non videtur. Quum enim numeralibus juncta notet 'circiter,' 'plus minus,' (ut Gronov. ipse agnoscit hoc lib. ad cap. 46. § 5.) patet eam hoc loco non necessariam esse, quia *ferme*, ejusdem potestatis particulam, quam uno excepto omnes codd. tuentur, addit Livius Quis ferret Livium dicentem 'capti circiter trecenti ferme et triginta?' Neque lectioni Sigonianæ favet, quod capite seq. obcurrit 'Cæsi ferme pugnantes ad quadringentos triginta.' Vel enim locum hunc aliter exponendum, vel ex vestigiis Mstorum emendandum esse, ad eum videbimus. Nihilominus lectiones in codd. obviæ haud obscure indicant, inter voces *capti* et *trecenti* aliquid medium intercessisse, quod non intellectum ab his omissum, ab iliis varie scriptum est. Nimirum ad veram scripturam investigandam prælucet id quod in optimis Flor. et fragm. Hav. obvium est: eorum autem ope adjutus legendum puto *cæsi octingenti ferme et viginti.* Numerus enim videtur notis scriptus fuisse *IↃCCC.* Nota autem numeri quingenarii *D.* vel *IↃ.* a librariis non intellecta est, quare alii ejus loco *a*, alii alia reposuerunt. Vide ad lib. XXXVIII. c. 37. § 6. Quamvis autem hanc lectionem certam putem, in contextum tamen recipere ausus non sum. Sed quum nec Sigonii lectio ferri possit, priorem revocavi. Mox *et signa militaria*, addita prima vocula, Lov. 2.

CAP. XV. § 1 *Ni P. Decius consul iis ad Maleventum castra objecisset*] Vet. lib. *ni P. Decius consul alter.* Sigon. Ita etiam Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed melioris notæ codd. additam vocem constanter repudiant. Hinc *ad Maleventum tum castra* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Sed, voculam *tum* ex præced. vocis syllaba finali natam esse, quisque videt. Ejus loco *cum* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. *tam* Leid. 1. *clam* Lov. 4. quæ ex priori depravata sunt. Deinde *objecissent* Leid. 1. Paullo ante *se Apuli* Port. Gaertn. et fragm. Hav. Hinc *conjunxissent* Lov. 1. et Klockian. *commisissent* Leid. 1.

Extructosque deinde ad certamen fudisset] Copula *que* deficit in Pall.

Digitized by Google

omnibus. Camp. edidit olim *et tractos deinde ad cert. effud.* Gebh. Eamdem copulam, quam omnes edd. usque ad Gronovianas servant, solus agnoscit Harl. Sed addita est ab illis, qui sine ea verba Livii non recte cohærere putarunt, non observantes copulæ vice fungi vocem *deinde*. Ex eodem fonte promanavit, quod *et extractos* præferant Port. Gaertn. et Hav. Ubi tamen τὸ *et* perperam repeti potuit ex præced. vocis literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Præterea *extractus deinde ad cert. fidisset* Flor. *extractus deinde ad cert. fudisset* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *extractus ad cert. deinde fuisset* Leid. 2. *extractus deinde ad cert. fuisset* Voss. 1. et Lov. 1. *extractus deinde ad cert. fuisset fudisset* Voss. 2. penultimæ tamen voci additis signis, quibus eam delendam indicatur. *Fudit* et *fuit* etiam alibi commutantur. Vide ad VIII. 13. § 5.

§ 2 *Decius in Samnitium legiones duxit*] Ita Jac. Gronovius edidit, eumque secutus est J. Clericus, qui tamen in præfatione jactavit, se Livium ad J. F. Gronovii mentem quam adcuratissime edidisse. Lectio hæc per se spectata ferri posset. Absolute enim 'ducere' sine casu addito Livio frequens est. Vide ad I. 28. § 6. Præterea, licet *legiones* Romanorum propriæ fuerint, adeo ut copiæ auxiliares quæ in castris Romanis militarent non *legiones*, sed *alæ* dicerentur (ut Livius monet XXXI. 21.); aliorum tamen, quam Romanorum, *legiones* sæpe ipse Livius memoravit. Supra VIII. 9. 'Legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo.' Ita 'Sabina legio' obcurrit II. 26. 'legiones Faliscorum' IV. 17. 'Bruttiæ Lucanæque legiones' VIII. 24. 'legiones Etruscorum' X. 5. 'Samnitium legiones,' ut hoc loco, VIII. 38. IX. 2. similiaque plura. Verum lectio hæc non alibi mihi obvia fuit, quam in edd. Rom. 1472. et Parm. Reliquæ omnes edd. ut et codd. præferunt *in Samnium*, nisi quod *in Samninium* sit in Port. 'Ducere' autem 'in Samnium,' ut 'ducere in Etruriam' XXI. 58. 'ducere in Asiam' XXXVII. 7. 'ducere in Mædiam' lib. XL. c. 21. et passim alibi. Quin et *in Samnitium legiones*, si ad sequentia adtendamus, ferri nequit: ita enim non haberet sequens *ibi* quo referri posset. At si *in Samnium* legamus, *Ibi* erit in Samnio. *In Samnitium* itaque typographorum aberratione in ed. Gronovianam inrepsisse puto; quia ipse vir clariss. mutatæ lectionis non meminit. At Clericus mendum illud emendare neglexit, quia nulla ejus in syllabo erroris mentio facta erat. Tanta diligentia operi, quod suscepit, præfuit. Priscam itaque lectionem revocavi. Insuper *ducit* Harl. invitis reliquis omnibus. Paullo ante *plus fugæ, quam cædis, fuit*, alio ordine, Port.

§ 3 *Ibi duo consulares exercitus*] Ant. Perizonius in margine Livii scribendum conjecit *Ubi duo*. Ad quod inductus fuisse videtur, quia *Ibi* mox præcessit. Sed in aliam lectionem omnes libri conspirant. Mox *quinque mensium spatio evastarunt*, trajectis vocibus, Lov. 2. *quinque mensium spatio evastaverunt* Lov. 2. *evastare* præfert Lov. 4.

§ 4 *Quadraginta et quinque loca in Samnio fuere*] *Et XLVX. loca* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. *Et XL. et XV. loca* Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *Et quadraginta et quinque loca* Voss. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. C. Deinde *in Samnio fuerunt* Lov. 4. et Gaerta. quorum prior vicissim mox præfert *castra fuere*; aliter *castra fuerant*.

§ 5 *Nec valli tantum ac fossarum vestigia relicta*] Hic locus pulchre confirmat, quod observarunt Lipsius de Milit. Rom. v. 1. et Schelius ad Hygin. p. 1112. Romanos in expedi-

Digitized by Google

fionibus nullam noctem sine castris egisse. *Duk. Nec valli tantum nec foss. vest.* Hav. *nec valli tantum aut foss. vest.* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad XXI. 53. § 8. *Nec vallum tantum aut vest.* Hearnii Oxon. L. 1.

Sed multa illis insigniora monumenta vastitatis circa regionumque depopulatarum] Vet. lib. *sed multo illis insig. mon., vastatis circa regionibus depopulatisque.* Sigon. Pall. 1. et 3. *multo aliis insigniora.* Pal. 2. *sed multo illis insign. mon., vastatis circa regionibus depopulatisque.* Denique Camp. *multo aliis insign. mon. vastatis circa regionumque depopulata.* Gebh. Sigoniani *vastatis circa regionibus depopulatisque.* Non succinit, nisi unus juxta suspectus. Forte *sed multo illis insign. mon. vastitas circa regionum depopulatarum.* Nec mirere *monumenta vastitas.* Justinus XII. 10. 'Ibi in monumenta rerum a se gestarum urbem condidit, aramque statuit.' Rott. et Helm. *vastitas.* J. F. Gron. *Sed multo illis insigniora* Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et edd. usque ad Froben. qui a. 1535. *multa* vulgavit, errore, ut videtur, operarum, quem tamen præter Sigonium secuti omnes editores probarunt usque ad Gronov. qui a. 1665. *multo* restitnit. Certe illud *multa* in nullo scripto obvium fuit. Reliqui enim codd. Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. præferunt *multo aliis insigniora*, culpa scribarum, qui etiam alibi *illa* et *alia* in membranis antiquis confuderunt. Vide ad XXIII. 7. § 3. 'Multo insigniora,' ut 'multo validior' I. 48. § 3. ubi vide quæ notavi. Deinde *castrorum circa regionumque depopulatorum* Lov. 2. *vastatis circa regionumque depopulatarum* Voss. 2. et Klockian. *vastatis circa regionibus depopulatisque* Port. Sigonii vet. lib. consentiens, quod et se in uno cod. reperisse Doujatius monuit. *Vastitatis circa religionibusque populatisque* Hav. quasi esset a 'vastitare;' quod tamen nondum alibi apud Livium obvium fuit, nisi quod perperam ei unus cod. obtrudere conatus sit v. 12. § 5. Quin et ipsa compositio illa, licet pro *religionibusque* substituatur *regionibusque*, barbara, certe non Liviana est. Contra *vastitas* apud Livium sæpe obcurrit. Supra l. IV. c. 21. 'Tantum metum vastitatis in urbe agrisque fecit.' VIII. 9. 'Fugam ac vastitatem late fecerunt.' XXI. 23. 'Quæ moles ea, quidve prodigii esse quærentem audisse, vastitatem Italiæ esse.' XXIV. 3. 'Post vastitatem eo bello factam vix para dimidia habitabatur.' Vulgatum itaque, quod integerrimi codd. servant, verius esse puto.

§ 6 *Fabius etiam urbem Gimeram cepit*] Varie hoc in exemplaribus legitur, cæterum certi nihil: videnda sunt exemplaria vetustiora, et fieri potest, ut nomen cum loco interierit. *Glar.* Hanc ex solo hoc loco memoravit Ortelius. Cluverius et Cellarius præterierunt. *Duk.* Ita in nullo cod. obvium fuit. Quin et ita demum Mediol. an. 1480. editum vidi. Priores præferunt *Gimetram*, quomodo etiam legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et Klockian. *Cimetrum* Hearnii Oxon. N. *Simetrium* Port. et Gaertn. *Simetiam* Hav. *Cunetrum* invenit Doujatius in Colbert. *Cimetriam* in Memm. Reliqui, quos consului, exhibent *Cimetram*, quomodo Aldus primus, et post eum tantum non omnes reliqui ediderunt. Oppidum Samnii obscurum est, cujus præter Livium hoc loco, nullus veterum meminit. Præterea *vi cepit* Port. et Hav. *vi capit* Gaertn.

Ibi capta armatorum duo millia quadringenti, cæsi ferme pugnantes ad quadringentos triginta] Supra ad cap. præc. § ult. contendi, Livio indignum esse, ut *ferme* et *ad* pro 'circiter' eadem periodo jungat, cujus tamen hoc loco exemplum obcurrit. Verum

Digitized by Google

ibi ita jungebantur, ut ad unum referenda forent 'capti ad trecentos ferme,' quasi diceret 'capti ferme circiter trecenti:' quod ferendum non videtur. Hic autem eadem periodo juncta tamen ad diversa referri debent. Indicat enim Livius *ad* sive 'circiter' quadringentos triginta cæsos esse, et quidem cæsos esse *ferme* pugnantes, maximam partem pugnantes, vix alios quam pugnantes. Ut autem dicam, quod videatur, puto locum vitio laborare, quam suspicionem codd. et edd. vett. dissensus movit: *ad CCCCXXX.* per notas exhibent plures codd. quod omnibus literis perscriptum demum inveni in Mediol. 1495. ac Ven. 1498. priores præferunt *a quadringentis triginta:* quibus consentit Harl. *ad CCCXXX.* habet Lov. 2. *mille CCCC et XXX.* Lov. 4. *ac CCCXXX.* Lov. 3. a m. pr. *a CCCCXXX.* a m. pr. neque aliter erat in Flor. Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. quam varietatem considerans a Livio scriptum esse videtur *IↃCCCCXXX.*, sive *nongenti triginta:* ut iterum non intellecta nota numeri quingenarii, de quo cap. præc. loco laudato dictum est, librariis errandi caussa exstiterit. Hinc ulterius progressus etiam in numero præcedenti librarios errasse existimavi, pariterque legendum *duo millia nongenti:* quum enim ibi quoque per notas scriptum esset, ad eumdem lapidem obfendentes similiter dederunt *duo millia a CCCC.*, ut exstat in Flor. quia autem ex illo *a* jam *ad* efficere non audebant, hinc *duo millia ac CCC.* datum est in Leid. 1. et fragm. Hav. *duo millia et CCCC.* in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. alii deinde per literas scripserunt *duo millia et quadringenti*, quemadmodum in Port. Hav. Hearnii Oxon. B. et Exc. Pithœi. Verum hæ tantum conjecturæ sunt, quas, licet admodum verisimiles, certe priorem, nemini obtrudo. Præterea *ita ibi capta*, prima voce addita, Hav. Tum *casi pugnantes ferme* Leid. 1. Lov. 2. 4. et fragm. Hav.

§ 7 *Comitiorum caussa Romam profectus*] *Roma profectus* Gaertn. *Romam profecturus* Harl. et edd. Frobeniana 1535. priores. Vox *Romam* deficit in Lov. 3. et 4. quorum prior etiam habet *aprofectus.*

Quum primo vocatæ Q. Fabium consulem dicerent omnes centuriæ] *Primo vocatæ centuriæ* dicebantur, quæ primo post prærogativas vocarentur. Nam sic paulo post loquitur c. 22. 'Eumque et prærogativæ et primo vocatæ omnes centuriæ consulem cum L. Volumnio dicebant.' Ex quo convincitur, in veteribus libris esse mendosum *cum primo vocatum Q. Fabium.* Sigon. *Quum primum vocatum Q. Fabium consulem* Port. Gaertn. et Hav. *quum primo vocatæ Q. Fabium consules* Voss. 1. *quum primo vocatum Q. Fabius cōs.* Leid. 1. *quum primo vocatum Q. Fabium consules* Leid. 2. *quum primo vocatum Q. Fabium consulem*, (quam scripturam etiam Sigon. in vet. lib. invenit, et recte damnavit,) Voss. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Klockian. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. principes, nisi quod *vocat* præferant Rom. a. 1472. ac Parm. *primo vocatæ* superfuisse videtur in solo Flor. unde nihil notatur. Et ita restituit Froben. 1531.

§ 8 *Quum suis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se cum Q. Fabio consulem dicerent*] *Tum suis, tum totius* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. atque ita etiam Flor. a m. sec. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad vr. 23. § 3. Tum vocula *ut* deficit in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. Deinde *secumque Fabium cons. diceret* Voss. 2. *secumque Fabium cons. dicerent* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *cum-*

Digitized by Google

que Fabium cons. dicerent Lov. 4. et fragm. Hav. *se cumque Fabio cons. dicerent* Voss. 1. *se cum Q. Fabio consule dicerent* Hav. Fabii prænomen Q. omittitur in Lov. 2.

§ 9 *Fabius primo, de se eadem fere*] Vox *primo* non est in veteribus libris, nec desiderari videtur. *Sigon.* Non est etiam in Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Ea transposita *Primo Fabius* præfert Lov. 4. Quod vero Sigonio eam non desiderari visum fuerit, forte inde factum est, quod videret, post eam non inferri *deinde* vel simile aliud, quod requiri putabat. At, Livium etiam ita loqui solitum fuisse, videbimus ad XXII. 43. § 3. Mox *ānuere*, pro *abnuere*, fragm. Hav. Vide ad XXXVI. 34. § 6. Tum *nobilitas omnis* alio ordine Hav. et denique *extraherent*, pro *extraheret*, Hearnii Oxon. L. 1.

Majestatemque pristinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet] Id fore putabat nobilitas, si duo, ut ante, patricii consules facti fuissent. *Sigon.* *Cum honori, tum patriciis* Leid. 1. Lov. 4. Port. Hav. et Exc. Pithœi. Vide ad § præc.

§ 10 *Silentio facto, media oratione studia hominum sedavit*] Duæ priores voces non adparent in ed. Rom. 1472. quam tamen omnes servant reliquæ, cum codd. scriptis. Deinde *sedavit* aberratione librarii Flor. Mox *facturum enim fuisse*, pronomine *se* omisso, Lov. 4. *facturum eum se fuisse* Harl. Vide ad VI. 8. § 6.

Nomina reciperet, si alium, quam se, consulem fieri] *Nomina reciperentur* Lov. 4. Deinde *sed alium* Port. Verbum autem *fieri* exsulat ab Hav.

§ 11 *Se sui rationem comitiis, quum contra leges futurum sit*] *Se suam rationem* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *se suam orationem* Lov. 2. et 4. Ita etiam scriptum erat in Leid. 1. sed postea primæ literæ ultimæ vocis addita erat nota, qua indicabatur, eam delendam esse. Deinde *contra legem* Harl. Gaertn. et edd. principes, pro quo Frobenius 1535. *contra leges* reposuit, quod in ceteris scriptis superest.

§ 12 *Ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus*] Fortasse *Lucius Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consules fiunt, priore item consulatu inter se comparati.* J. F. Gron. Si vulgata lectio displicet, propius accedet ad eam *consules facti sunt*. De locutione autem ' L. Volumnius cum Ap. Claudio consules fiunt,' vel ' facti sunt,' videbimus ad XXI. 60. § 7. At pro recepta lectione stant omnes, scripti et editi, nisi quod *factus est* præferat Hav. Præterea *Inde*, pro *Ita*, Klockian. *Itaque* Gaertn. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum Volumnii et Claudii prænomina omittuntur in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *Volumius* habent fragm. Hav. Harl. et ed. Rom. 1472. *Voluminus* Lov. 1. *Voluminius* Voss. 1. Leid. 2. et Port. *Volunninus* Lov. 3.

Priore item consulatu inter se comparati] *Priore enim consulatu* Lov. 2. 3. Gaertn. Port. et Hav. *priore ei consulatu* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 4. et fragm. Hav. Deinde *comparanti* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Mox *fuisse*, pro *fugisse*, Flor. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXVII. 32. § 6. Denique *civilibus artibus*, copula *que* omissa, Voss. 2. et Lov. 3.

CAP. XVI. § 1 *Veteres consules jussi bellum in Samnio gerere*] Prima vox perperam exsulat a Lov. 4. Neque melius *jussit* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *in Samniti gerere* Leid. 1. *in Samnitio gerere* fragm. Hav. *in Samnites gerere* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XXI. Prævalet tamen auctoritas aliorum codd. qui vulgato adhærent. Mox *in VII. menses* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2.

Digitized by Google

§ 2 *Insequenti quoque anno L. Volumnio et Ap. Claudio consulibus*] Legendum *iterum consulibus*, hoc quod ipse paulo ante c. præc. innuit, 'Priore' (inquiens) 'item consulatu inter se comparati.' Fuere enim ante una consules a. CDXLVII. (lib. IX. c. 42.) *Glar. Insequenti anno*, media voce omissa, Leid. 1. et Gaertn. *insequenti anno quoque* Hav. Tum *Volumio* Harl. et fragm. Hav. *Volumnio* Lov. 3. *Voluminio* Voss. 1. a m. pr. et Leid. 2. Similes varietates habuimus cap. præc. § ult. Vide etiam ad IX. 42. § 2. Deinde copula inter nomina duorum consulum non adparet in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. quorum auctoritatem secutus sum. Vide ad II. 17. § 1. Quamvis autem ambo consules jam antea dignitatem hanc gesserint, non audiendum tamen Glareanum esse, qui *iterum consulibus* scribendum existimavit, patebit ex illis quæ notantur ad II. 16. § 7.

P. Decius, qui consul in Samnio relictus a collega fuerat] *P. Decio* Harl. Prænomen omittitur in Lov. 2. Tò *qui* non comparet in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Verum ita etiam delendum erat sequens *fuerat*. Quod, si Gruterus in Pall. suis invenisset, ipsi non displiciturum fuisse, verisimile fit ex illis quæ notat ad XXIII. 34. § 15. Sed mihi potius nihil mutandum videtur. *Fuerat relictus a collega* alio ordine præfert Gaertn.

Nusquam se prælio committentem] *Numquam se præliis committentem* Leid. 2. et Lov. 1. Male. Supra III. 42. 'Persecutis hostibus nusquam se æquo certamine committentes:' ubi alia vide. Verba seqq. *postremo expulit finibus. Etruriam pulsi petierunt* nulla de caussa omisit scriba Gaertn. Paullo ante *populari agros non destitit*, trajectis vocabulis, Hav.

§ 3 *Acturos efficacius rati, postulaverunt principum Etruriæ concilium*] *Effic. acturos rati* Voss. 1. *acturos rati effic.* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Vox *vati* deficit in Harl. Deinde *postulav. principium et curiæ concilium* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *Et Etruriam pulsi petierunt* iidem ambo codd. Sed vocula *et* nata est ex sequentis literis prioribus. Ejusdem erroris exempla vide ad v. 4. § 14. X. 3. § 1. et alibi. *Petiere* Lov. 4. Deinde *mixtis terrores precibus* Harl. Verum ita legendum foret *id tanto agmine*. Ubi quum *se* constanter in omnibus supersit, et reliqui etiam hic *terrore* servent, *terrores* librarii errori adscribo, quem etiam Aldus in contextum recepit: sed recte in erratis *terrore* revocavit. De locutione 'mixtæ terrore preces' vide ad VIII. 36. § 5.

§ 4 *Quo coacto, per quot annos . . . exponunt*] *Quod coacti* Lov. 3. et 4. *Quod coacto* Leid. 1. et fragm. Hav. *Quo coacti* Voss. 2. Deinde *per quod annos* Leid. 1. Vide ad XLIV. 1. § 1. *Per tot annos* Lov. 3. et 4. Hinc *exponit* Voss. 2. et Lov. 3.

Si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent] *Si suis in ipso. vir.* fragm. Hav. *si uismet ipsorum* Flor. in quo tamen alia manu *suismet* emendatur: *si suimet ipsorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Atque ita edidit Curio, cujus lectionem, solo Sigonio excepto, secuti editores servarunt usque ad Modium, qui recte iterum *suismet*, injuria loco suo pulsum, restituit. Est autem id dictum, quemadmodum illud VII. 40. 'Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis?' ubi vide quæ notantur. *Si suismet ipso. vir. tol. non possent tantam molem belli* Harl.

§ 5 *Petisse pacem a populo Romano, quum bellum tolerare non possent*] *Petiisse pacem* Lov. 1. Vide ad XXXVII. 45. § 2. Tum *ab populo Romano* Hav. *bellum tolerare nisi possent* Lov. 3. *hol-*

Digitized by Google

lum tol. possunt Leid. 1. Paullo ante *tantusne haud etiam magni*, transpositis vocibus, Port. et Hav. In verbis seqq. *pax fugientibus gravior*, pro *servientibus*, Exc. Pithœi.

§ 6 *Unam ipsi spem reliquam in Etruscis restare*] Pall. duo, totidemque vetustissimæ edd. *Unam sibi spem.* Pal. 2. *Unam spem sibi.* Gebh. *Unam ipsi spem* primus edidit Curio, pro quo frustra vir doctus in margine ejus ed. conjicit *Unam ipsis spem.* Curionis autem lectionem servant, præter Sigonium, reliqui editores usque ad Grater. qui in postrema ed. *Unam sibi spem* restituit; et recte. Ita enim non tantum Curione priores vulgarunt, sed et idem servant codd. nisi quod *sibi* desit in Leid. 2. et Lov. 1. et *Unam spem sibi reliquam* præferant Voss. 1. Port. Gaertn. et Hav. Præterea *stare* Port. et Gaertn. Displicuit forsitan librariis τὰ 'reliqua' et 'restare' hic conjungi, sed ita etiam Terent. in Hec. IV. 2. 11. 'Nen causa alia restet reliqua:' et Flor. III. 10. 'Reliqua, quæ restabant in Europa, fortuna in Cæsarem transtulit.'

Feroces quum suopte ingenio, tum adversus Romanum populum: quem captum a se] Flor. *Romanos populum;* super *os* positum *a* cum lineola. An forte? *tum ado. Rom., quem populum.* J. F. Gron. *Romanum populum*, excepto Flor. servant reliqui codd. nisi quod *populum Romanum* sit in Lov. et Hav. Altera quidem verborum conlocatio insolentior est; non tamen sine exemplo. Supra VIII. 28. 'Ægre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas restituerit Romanus populus:' ubi in hunc ordinem consentiunt omnes quos vidi, et scripti et editi. Alibi etiam id in Livii vel codd. vel edd. compleitur, ubi nunc recentiores inverterunt. Vide ad III. 26. § 8. c. 48. § 1. v. 24. § 6. et 9. XXII. 32. § 6. XXXIV. 49. § 11. Vide etiam viros doctos ad Val. Max. III. 4. ex. 2. Similiter interdum 'plebis tribuni,' 'plebis ædiles' obcurrere, vidimus ad IV. 59. § 11. Si quis tamen, quemadmodum Gronov. scribendum docuit, præferre velit, non adversabor. Præterea *feroces suopte ingenio* Hearnii Oxon. C. *feroces tum suopte ingenio* Flor. a m. sec. Voss. 2. et Lov. 1. ac 3. Vide ad VI. 23. § 3. *Feroces tum suo ingenio* Voss. 1. et Leid. 2. *feroces cum suo ingenio* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. Non est cur vulgatum displiceat. Vide ad VI. 15. § 12. Deinde *quem a se captum* Leid. 1. *quem captum ab se* Port. et Hav. Mox *vana lætantes*, pro *jactantes*, Hearnii Oxon. N. in margine. 'Jactatus' et 'lætatus' in Mss. etiam alibi commutari, vidimus ad Silii XI. 405.

§ 7 *Qui Porsenæ quondam majoribusque eorum fuerit*] *Porsinnæ* Flor. *Proscennæ* Leid. 2. Vide ad II. 9. § 1. Tum *quondamque majoribus eorum* Hav. at copula *que* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Quin Romanos, omni agro cis Tiberim pulsos] *Quin Rom. omnia grecis Tib. pulsos* Leid. 1. *qui Rom. omnia grecis Tib. pulsos* Voss. 1. *qui Romanis omnia grecis Tib. pulsos* Lov. 1. a m. pr. *qui Romanis omni cis Tiberim pulsos* a m. sec. *qui Romanos omnia cis Tiberim pulsos* Leid. 2. *qui*, pro *quin*, etiam Hav. et fragm. Hav. quorum prior quoque *omnt ejus Tiberini pulsos* legit. *Romanos enī agro* Gaertn. Mox *de tolerando Italiæ regno*, pro *de intolerando*, Leid. 2. et Port. a m. pr. *de intolerandæ Italiæ regno* Gaertn.

§ 8 *Samnitem illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio, venisse*] *Et Samn. illis ex. paratum instructumque* Voss. 2. et Lov. 3. In verbis seqq. *ut confestim secuturos*, addita prima vocula, Gaertn. *secutores* Voss. 1. et inter versus Leid. 2. *securos* Lov. 3.

CAP. XVII. § 1 *Hæc eos in Etruria jactantes molientesque*] Pal. 2. *jactantes*

Digitized by Google

atque molientes. Gebh. Ita et Port. Hav. et Gaertn. nisi quod eorum posterior insuper legat *mollientes.*

Advocato concilio] *Advocato consilio* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quod probandum videtur, si quidem intelligantur legati, tribuni militum, quosque, quoties aliquid deliberandum incidebat, in consilium advocabant imperatores. Id autem *consilium*, non *concilium*, vocari docet Gronov. ad XLIV. 2. § 5. In contextum itaque recepi.

§ 2 *Quin urbes et mœnia adgredimur*] Ita primus edidit Jac. Gronovius, quum antea *ac mœnia* vulgaretur. Gronovio vero consentiunt omnes scripti mei, solo Harl. excepto. Hearne autem, qui priorum edd. lectionem servavit, memorata illa Gronovii, de suorum codd. scriptura nihil monet. Præterea *adgrediamur* Lov. 1. in margine. Male. Vide ad I. 57. § 7. Paullo ante *circumferendo bellum*, pro *circumferentes*, Port. reliquis omnibus invitis.

Cessere finibus, ac sibimet ipsi exsilium conscivere] *Cesserunt* et *conscive-runt* solus Lov. 4. *concivere* sollemni scribarum lapsu Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. et fragm. Hav. Vide ad cap. seq. § 2. De locutione 'consciscere sibi exsilium' vide ad v. 53. § 5. Tum *et sibimet ipsis* Gaertn. *ac sibimet ipsis* Lov. 4. Perperam. Vide ad II. 19. § 5.

§ 3 *Ad Murgantiam, validam urbem, obpugnandam ducit*] Stephanus: Μορ-γέντιον πόλις Ἰταλίας· λέγεται καὶ Μορ-γεντίνα· τὸ ἐθνικὸν Μοργεντῖνος. *Sigon. Murganciam* Leid. 2. *Mugantiam* Voss. 2. *Magantiam* Lov. 3. *Margantiam* Lov. 2. 4. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. et ita hoc cap. § 11. legunt Lov. 2. 3. et Voss. 2.

Ut uno die vi atque armis urbem caperent] *Una die* Port. et Hav. Sed vide ad XXVIII. 28. § 9. *Urbem vi atque armis caperent*, alio vocum ordine, Gaertn.

§ 4 *Et centum pugnantes circumventi*] Pall. duo Mss. codd. 1. ac 3. *circumvecti.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. sollemni scribarum aberratione. Vide hoc lib. ad c. 2. § 4.

Captique: et alia præda ingens capta est] Recidenda pro alienis videntur *capta est.* J. F. Gron. Quum omnes codd. voces *capta est* pertinaciter servent, Gronovio eas ejicienti consentire non audeo. Vide ad IX. 44. § 13.

Quæ ne impedimentis gravibus agmen oneraret] Vocula *ne* deficit in Flor. et Lov. 4. Deinde *honeraret* addita adspiratione dederunt Voss. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad IV. 13. § 13.

§ 5 *Haccine, inquit, victoria sola, aut hac præda contenti estis futuri*] *Hacine, inquit* Flor. et Leid. 1. Vide ad VI. 17. § 3. *Hiccine, inquit* Lov. 3. *Hæccine, inquit* Lov. 4. a m. pr. Deinde *et hac præda* Gaertn. Eædem voculæ etiam commutantur III. 39. § 5. Tum *contenti estis futuris* Lov. 4. a m. pr. pro quo postea emendatur æque ineptе *futuras.*

Urbes, fortunæque in urbibus relictæ, vestræ sunt] *Vires, fortunæque* Lov. 2. Tum *in urbibus derelictæ* editi priores. Infra XXXIX. 30. 'Castra ingressi, quæ derelicta inter nocturnam trepidationem erant.' Sed Aldo, qui primus *relictæ* reposuit, favent omnes scripti: quare vulgatum servo. *In viribus relictæ* Gaertn. Hinc *nostræ sunt* Lov. 2. et 3. *sunt nostræ* Voss. 2. Paullo ante *Si vultis vos*, addita prima vocula, edd. priores usque ad Froben. qui eam a. 1535. recte expunxit: addita enim ab interprete videtur.

Quando legiones eorum, tot prœliis fusas, postremo finibus expulistis] *Cremundo leg. eorum* male Hav. nec melius *tot prœliis fusis* Port. De origine hujus erroris vide ad VI. 3. § 8. Deinde *finibus repulistis* Gaertn. et Hearnii Oxon. B.

Digitized by Google

§ 6 *Inlicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen*] Habet Pal. 2. *Illicite lucro mercatores, ut sequantur agmen.* Gebh. *Inlicita* a m. pr. fuerat in Flor. pro quo postea *inlicitæ* emendatum est. De verbo 'inlicere' vide ad v. 38. § 3. *Inl. lucro mercatorum, ut sequantur agmen* Lov. 2. *inl. lucro mercatorum, ut sequatur agmen* Lov. 3. 4. et fragm. Hav. *inl. lucro mercatorum, ut sequantur agmen* Voss. 2. *inlicite lucro mercatorem, ut sequantur agmen* Gaertn. *inlicite lucro mercatores, ut sequantur agmen* Port. et Hav. Nihil muto. 'Mercator' pro mercatoribus, ut 'miles,' 'eques,' 'pedes,' et similia poni solent sensu collectivo. Vide ad VII. 35. § 2. Mox *subgeram, ut vendatis*, pro *quæ vendatis*, Hearnii Oxon. L. 2.

Ad Romuleam urbem hinc eamus] De hac sic Stephanus: 'Ρωμυλία τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Σαμνιτῶν πόλις, τὸ ἐθνικὸν Ῥωμυλιάτης. *Sigon.* Pal. 2. habet *Ad Romuleam hinc eamus.* Gebh. Eadem vox, quam optimi codd. servant, non comparet etiam in Port. Hav. et Gaertn. quorum posterior etiam legit *Romuliam*, sed *Romuleiam* Lov. 2. Deinde *hinc eramus* Hav.

Ubi vos labor haud magnus, præda major manet] Pall. duo Mss. 1. et 3. et Andreæ vetusta ed. *ubi labor vos haud major, præda major manet.* Pal. 2. *ubi labor vos, haud major præda, manet.* Campanus vero edidit, *ubi vos labor haud major prædaque potior manet.* Vulgata jam lectio e libris melioribus eruta est, quam non facile est aspernandum. *Gebh.* Duo Pall. duo Voss. Helm. Chifl. Andreas, *labor haud major, præda major manet.* J. F. Gron. *Ubi nos labor* Lov. 2. et 4. *ubi labor nos* Gaertn. *ubi labor vos* Port. et Hav. Deinde *labor haud magnus, præda potior manet* Harl. *labor haud major prædaque potior manet* Neapol. Latinii: *labor haud major, quam præda, manet* Voss. 2. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *labor, aut major præda manet* Hav. *labor haud major, præda major manet* reliqui mei Voss. 1. Leid. ambo, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. et Gaertn. et cum illis Exc. Pithœi, Doujatii Memm. ac Colbert. ut et edd. Rom. 1472. et Parm. pro quo deinde Mediolan. 1480. dederunt *labor haud major, præda potior manet;* idque proximi servarunt usque ad Aldum, qui eam lectionem primus substituit, quæ deinceps constanter obtinuit. Verum codicum numerus et auctoritas effecit ut priorum edd. scripturam revocarim, licet eam Gebhardus improbasse videatur. 'Labor haud major, præda major' eadem ferme figura dictum est, qua illud apud Cic. Orat. pro Ligar. c. 6. 'Principum dignitas erat pœne par, non par fortasse eorum, qui sequebantur.'

§ 7 *Divendita præda, ultro adhortantes imperatorem*] *Hi vendita præda* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Male. 'Divendere' in hac re Livio frequens est. Supra III. 13. 'Ut, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim viveret.' XXI. 21. 'Partitis divenditisque reliquis prædæ.' XXXVII. 5. 'Partim divendita, partim divisa præda.' Deinde *ultro exhortantes* Hav. Mox iterum *Romuleiam* Lov. 2.

Simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris] *Simul ut admota* Voss. 1. inter versus, Leid. 2. et Lov. 1. *simul a admota* Port. quasi volaisset *simul ac admota.* Sed vide ad VI. 1. § 6. Tum *nulla inde territi* Gaertn. Error natus primo est ex similitudine literarum *ui* et *in*, præsertim in scriptura Longobardica. Vide ad III. 49. § 6. Deinde quod disjungenda juncta sint, et jungenda disjuncta sint; quemadmodum *inde fatigationem* dederunt librarii, pro *in defatigationem*, VIII. 38. § 11. Paullo ante *Ibique sine opere*, pro *Ibi quoque*, Lov. 2. Vide ad v. 27. § 1.

Qua cuique proximum fuit, &c. in ma-

Digitized by Google

mia evasere] Prima vocula deficit in Leid. 2. et Lov. 1. *quacunque proximum fuit* præfert Lov. 3. Verbum autem *fuit* non adparet in Gaertn. Hinc *in mænia vasere* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. *in mænia evaserunt* Lov. 4.

§ 8 *Captum oppidum ac direptum est*] *Et direptum* Gaertn. et Hav. *ac directum* fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 31. § 5. Sed duæ illæ voces omittuntur sine causa in Port.

Ad duo millia et trecentos occisi] Hoc postremæ Gruteri debetur. Andreas et omnes usque ad Frobenium ultimum *trecenti*. Gryphius, Curio, Sigonius, Gruterus prim, *CCC.*, ut et fere scripti; sed Voss. 2. clare *ad duo millia trecenti*. Et genus est loquendi Livio haud insolens. Lib. III. c. 15. 'Exules serviqne ad quatuor millia hominum et quingenti, duce Appio,' &c. IV. 59. 'Quorum ad duo millia et quingenti vivi capiuntur.' XXVII. 12. 'Cecidere in pugna fugaque ad duo millia et septingenti.' XXXV. 22. 'Ad mille quingenti ad consules transfugerunt.' *J. F. Gron. Ac duo millia* Hav. Vide ad XXI. 32. § 2. Vocula *et* deficit in Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. Recte autem Gronov. *trecenti* revocavit. Certe *tercenti* etiam Lov. 3. *tricenti* Port. Vide eumdem Gronov. ad *Liv.* VIII. 18. § 8. XXII. 41. § 2. XXVIII. 26. § 13. Jac. Gronov. ad XXII. 50. § 11. XXVIII. 34. § 2. et quæ notavi hoc lib. c. 43. § 8. XXVII. 12. § 16. ac XLI. 18. § 2. Eamdem lectionem non intellexerunt Nannius ad Liv. III. 15. § 5. et Tan. Faber ad Liv. IV. 59. § 7.

Et sex millia hominum capta; et miles ingenti præda potitus] *Et V. millia hom.* Klockian. *et sex millia hostium* Port. et Hav. Vide ad XXIII. 37. § 11. et mox hoc cap. § 10. Deinde *præda potitur* Leid. 2.

§ 9 *Coactus, Ferentinum inde*] De Ferentino libris hujus decadis duobus primis ad I. 51. § 9. et II. 39. § 1. admonuimus; sed in Volscis oppido, cujus agrum Romani Hernicis postea dederunt, A. U. C. CCCXLII. IV. 51. *Glar. Coactus est* Port. Sed vox *coactus* deficit in Leid. 1. Tum *Ferventinum* Lov. 1.

Quamquam nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus] *Nihil qui dabatur* Voss. 2. et Lov. 3. *nihil quietis dicebatur* Leid. 2. a m. pr. pro que in ter versus adscriptum *dicebatur*. Tum *cum summa alacritate ductus* Hav. de qua locutione vide ad XLIII. 23. § 1. Sed potius nihil muto, et arbitror varietatem scripturæ ortam esse ex similitudine ductuum, quibus compendia *tñ*, id est *tamen*, et *cũ*, id est *cum*, scribi solent. Vide ad IX. 3. § 8.

§ 10 *Et defensa summa vi mænia sunt*] Vet. lib. *nam et defensa*. Sigon. *Tò nam* interposuit Sigonius: nos reperimus nusquam. *J. F. Gron.* Reperi in uno meorum Port. Hearnius etiam in uno Oxon. B. Sed particulam hanc additam puto a librariis connectendæ orationi, quam ceteroquin male cohæsuram existimabant. Vide ad hujus libri c. 30. § 1. et ad VI. 24. § 2. Adde quæ notantur ad hujus lib. c. 30. § 4. In præcedd. *vò plus* deficit in Port.

Locus erat munimento naturaque tutus] *Locus erat mun. namque tutus* Lov. 3. *locus mun. erat* editi ante Aldum cum uno ex scriptis Harl. *munimento et natura* Port. et Hav.

Sed evicit omnia adsuetus prædæ miles] Nonne *præda?* Vide paterna XXXI. 35. *Jac. Gron.* Quæ pater illius ibi adnotat, eo pertinent, ut ostendat *adsuetus* recte ablativo jungi, non ut neget ei etiam dativum addi posse. Livius V. 48. 'Quorum intolerantissima gens, humoriqne ac frigori adsueta.' Curtius X. 5. § 8. 'Nobiles pueri, custodiæ corporis ejus adsueti.' Et cur *adsuetus* minus cum tertio casu dici posset, quam 'adsuescere,' quo optimi scriptores utuntur? Non ma-

Digitized by Google

gis hic quidquam invitis Mss. tentandum est, quam XXXVIII. 17. 'Romanis Gallici tumultûs adsuetis:' quod nemo mutare conatus est. *Duk. Devicit omnia* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *devincit omnia* Lov. 3. Sed litera initialis *d* in his codd. adhæsit ex ultima vocis præced. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Ceterum si qui codd. Gronovio *præda* scribenti adsentirentur, non adversarer; ita enim passim scriptores loqui, ad d. l. Livii videbimus. Nunc vero, quum omnes *prædæ* retineant, ejus conjecturam probare non audeo. Et quidem *prædæ* vel accipi potest casu tertio: illa enim ordinaria et consueta est hujus vocis constructio: vel casu secundo. Nam, ita et Livium locutum esse, videbimus ad XXXVIII. 17. § 5.

Ad tria millia hostium circa muros cæsa: præda militis fuit] *Ad tria millia hominum* Harl. quas voces librarii frequentissime in codd. commutant. Vide ad XXIII. 37. § 11. et hoc cap. § 8. Deinde *præda militi fuit* Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. Sed litera sibilans finalis vocis mediæ intercidit ob similitudinem initialis vocis proximæ. Vide ad IV. 33. § 11. *Præda militum fuit* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. et fragm. Hav. cum Oxon. B. et C. apud Hearnium. Qua mutatione opus non esse, docent quæ notantur hoc cap. § 6.

§ 11 *Hujus obpugnatarum urbium decoris pars major*] *Oppugnatorum* Port. *oppugnaturum* Leid. ambo. Tum *major pars* Hav. et fragm. Hav.

Murgantiam ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleamque obpugnatas] *A Decio* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Tum *ab Fabio* Gaertn. sed præpositio deest in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quorum posterior etiam præfert *Ferrentinum*. Hinc *Romulam* fragm. Hav. *Romuleiam* Lov. 2. Insuper *oppugnandas* Leid. 1.

§ 12 *Sed alterius, P. Volumnii*] *L. Volumnii* ex ipsomet Livio et Capitolinis tabulis. *Sigon.* Primum edd. prænomen ignorant. *Publium* vocant Parm. tum Aldus, hinc reliqui: quibus fere consentiunt codd. Insuper *P. Voluminii* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. *s. P. Voluminii* Lov. 3.

Ei Samnium provinciam evenisse] Verba hæc desunt in Gaertn. et Hearnii Oxon. N. vox prima in Hav. cujus loco *et* præfert Harl. Tum *Samnitium*, vel *Samnitum, provinciam evenisse* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. B. et L. 2. Verum ita Livius potius dixisset *Samnites provinciam*. Vide ad v. 12. § 6. *Provinciam Samnitium* Lov. 4. *Samnitium provincia* Port. *Samnitum pugnam* Hav.

CAP. XVIII. § 1 *Dum ea in Samnio, &c. gererentur*] Nulli codd. aliquid mutant, nisi quod *in Samnium* præferat Gaertn. et *gerentur* Lov. 1. Interim tamen verisimilis est conjectura J. F. Gronovii, qui ad II. 47. § 5. legendum existimat *Cum gererentur*, vel *Dum gerunntur*. Et quidem a posteriori conjectura haud longe abit Lov. 1. scriptura. Vide ad I. 40. § 7.

Romanis in Etruria interim bellum ingens multis ex gentibus concitur] Tres Pall. *iterum bellum*. Gebh. Pall. et Voss. alter *iterum bellum ingens*. J. F. Gron. *Romanis interim in Etruria bellum* Harl. et excusi Aldo priores. *Romanis in Etruriam interim bellum* Leid 1. et fragm. Hav. *Romanis in Etruria itim bellum* Lov. 2. incertum, utrum librarius *iterum*, an *interim*, scribere voluerit: *iterum* autem, si excerptis meis fides habenda sit, non tantum alter, sed uterque Voss. præferunt, quod etiam superest in Port. Lov. 3. Gaertn. et Hav. seque in codd. Oxoniensibus reperisse, Hearne monuit. Reliqui Flor. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. *interim* servant. Solent voces *iterim*, sive *interim*, et *iterum*,

Digitized by Google

quæ ductibus parum differunt, sæpe in Mss. confundi. Vide ad III. 7. § 4. c. 17. § 4. c. 63. § 7. IV. 51. § 4. v. 15. § 1. c. 49. § 8. VI. 3. § 6. Gronovius *iterum* in contextum recepit. Verum, quum vix interesse videatur utrum præferamus, et pro altero stent integriores codd. id etiam, si mei arbitrii fuisset, retinuissem. Insuper vox *ingens* non adparet in Voss. 2. Tum *conciere* Harl. *concitatur* Gaertn. Vide ad IX. 37. § 1.

Cujus auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat] *Cujus actor* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad I. 26. § 5. Deinde *Gelius Egnatius* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. et principes edd. *Gelius Egnarius* Portug. *Gellius Egatius* Lov. 3. *Gellius Egnonius* Lov. 4. Infra tamen plerique codd. in vulgatum consentiunt, aut adhuc aliter legunt. Vide ad c. 21. § 2. et c. 29. § 16. Tò *erat* deficit in Gaertn.

§ 2 *Tusci fere omnes consciverant bellum*] *Tusci vero omnes* Lov. 2. Harl. et Gaertn. Et ita ediderunt Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et variæ Venet. usque ad Aldum. Vide mox ad § 8. *Tusci fere nõis nõ consciv. bell.* Lov. 1. Deinde *consciv. bell.* Gaertn. *Conciverant* Neapol. Latinii, et edd. Rom. 1472. Parm. Venet. 1495. 1506. Mediolan. 1505. Ascens. omnes, Vascos. Curio, et omnes recentiores usque ad Gronov. nisi quod interim Sigoniana 1592. pejus legerit *concitaverant*. Gronovius vero substituit a. 1665. *consciverant*, quomodo præferunt reliqui codd. Et recte. Non enim Tusci *conciverant*, id est concitaverant bellum; sed, a Gellio Egnatio uno Samnitium, qui belli auctor erat, concitati, bellum *consciverant*, id est simul omnes jusserant. De verbo 'consciscere' hoc sensu vide ad I. 32. § 13. quædam etiam ad XXI. 8. § 7. Populus, quum aliquid in comitiis jubet, dicitur id 'sciscere,' ut notum est; unde 'plebiscita' vocantur: si alii in eadem re jubenda consentiunt, dicuntur 'consciscere:' quo sensu hic capiendum est. Solent verba 'concire' et 'consciscere' a librariis commutari, præsertim autem in præteritis 'concivi' et 'conscivi,' quæ una tantum litera vel addita vel detracta differunt. Vide ad III. 53. § 4. hoc lib. c. præc. § 2. c. 34. § 13. XXII. 1. § 2. XLI. 8. § 4. Adde Nic. Heinsium ad Claud. de Laud. Stil. I. 243. Mox in verbis seqq. *in Gellica auxilia*, pro *et Gallica*, Hav. Deinde pronomen *ea* deficit in Harl. et edd. Aldina prioribus. Ejus loco *illa* præfert fragm. Hav.

§ 3 *Qui tumultus repens postquam Romam perlatus est*] *Quamquam Romam* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *Romæ* Hav. Deinde verbum *est* deficit in Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 4. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxoniensibus N. B. ac C. ejus loco *quam* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. At eo transposito *est perlatus* legunt Flor. Port. Gaertn. et Hav.

L. Volumnius consul cum legione secunda ac tertia, sociorumque millibus quindecim] Consulis prænomen omittitur in Gaertn. et Hav. Ipse *Volumnius* dicitur in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Vide ad c. 16. § 2. Hinc *cum legione veterna, sociorumque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Oxoniensis N. apud Hearnium, qui in ejus margine recte *secunda ac tertia* emendatum monuit. *Cum legione II. actria* Leid. 1. Videtur per notas scriptum fuisse *II. ac III.* quod, quemadmodum reddendum foret, non adsecutus librarius ita per errorem dedit. Similiter fere *cum legione actria* Lov. 4. *cum legione secunda et tertia* Port. Gaertn. et Hav. *cum legione secunda ac tertia* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. fragm. Hav. Hearnii Oxoniensis C. et edd. priscæ, pro quo Frobenius 1535. primus *legionibus* substituit; quod in solis Flor. et Klockian. superfuisse videtur. Certe ex illis nulla in excerptis

Digitized by Google

scripturæ varietas obcurrit. Id etiam eruditius est, nec facile librariis in mentem venire potuisse existimo, si antea *cum legione* scriptum fuisset. Similis est oratio XXIX. 2. 'Cornua dextrum Illergetes, lævum ignobiles tenebant Hispaniæ populi:' quomodo recte Rhenanus emendat, pro *cornu*. Neque hinc multum abit *Sp. et L. Papirii*, de quo dictum ad VI. 22. § 1. Deinde *sociorumque militibus* $\overline{XV}$. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quod reddendum foret *sociorumque militibus quindecim millibus*. Librarii enim linea transversa, quæ capiti notarum numeralium inponitur, numerum millies multiplicandum esse, indicare solent. Locutio autem 'militibus quindecim millibus' eodem jure defendi potest, quo alia defendit Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 8. num. 2. Potius tamen existimo, librarios per errorem *militibus*, pro *millibus*, scripsisse; quas voces sæpe alibi commutare soliti fuerunt. Vide ad XXIII. 41. § 10. Mox *in Samnium est*, pro *esset*, Hav.

In Etruriam ire placuit] *In Etruria* Voss. 1. et Leid. 1. *in Etruriam ne placuit* Voss. 2. et Lov. 3. Similitudo literarum *ir* et *n* posterioris erroris caussa exstitit. Vide ad VII. 26. § 1.

§ 4 *Legiones secutæ, prima et quarta, et sociorum*] *Secutæ sunt*, addita ultima voce, Port. a m. pr. *legiones secunde secunda et quarta* exhibet Gaertn. *legiones secutæ, mercenariorum quinquaginta et quatuor* Lov. 2. *legiones secutæ L. et IIII.* Leid. 1. et Lov. 4. *legiones secutæ L. et vim* Lov. 3. *legiones secutæ prima et quinta* Hearnii Oxoniensis L. 2. Posterius *et* ante *τὸ sociorum* deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn.

§ 5 *Ceterum magis eo profectum est, quod mature ventum erat*] Vet. lib. *eo magis*. Sigon. Similiter Hav. et Exc. Pithœi. Deinde *quo mature ventum* Voss. 2. et Lov. 3. *quod adeo mature ventum* Port. et Hav. Sed interposita vox est a librarii glossa, qui simpliciter *ut* pro 'adeo ut' usurpari ignorabat. Vide ad hujus lib. c. 11. § 3. Verbum *erat* exsulat ab Hav.

Quosdam, spectantes jam arma, in Etruria populos metus Romani nominis comprimeret] Tres Pall. *Etruriæ populos*. Neque discrepant vetustissimæ edd. *Gebh.* Pall. Voss. Helm. Th. et editi omnes ante Frobenium *arma Etruriæ*. J. F. Gron. *Etruriæ populos* omnes Hearnii Oxonienses et mei codd. nisi quod ex Flor. qui cum edit. alteram lectionem præferente conlatus est, nihil notetur. Tum *quodam spectantes* Lov. 3. et Hav. *quosdam exspectantes* Leid. 2. Vide ad VI. 33. § 1. Præterea *metus magis Rom. nom. comprim.* Port. et Hearnii Oxoniensis B. *metus Rom. nom. Romam opprimeret* Leid. 2. Vox *nominis* deficit in Flor.

Quam quod ductu consulis quidquam ibi satis scite aut fortunate gestum sit] *Quamquam ductu consulis quicquid* sine sensu Haverk. neque melius *quamq; ductu consulis quicquam* Lov. 3. Tum *scite ac fortunate gestum est* Hearnii Oxoniensis B. qui *gestum est* etiam invenit in N. neque aliter Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav.

§ 6 *Spesque in dies graviorem hostem faciebat*] *Spesque inde grav. hostem faciebat* Leid. 2. Paullo ante *Et multa prælia*, addita prima vocula, Port. Gaertn. et Hav.

Ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret] *Quod nec duci* Gaertn. Hinc *ne militibus dux* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. Deinde *fideret satis* Hav.

§ 7 *Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas, in trinis annalibus*] *Literas ac coll.* Leid. 2. Vide ad XXI. 32. § 2. *Ad collegam accersendam* Gaertn. *ad collegam accersiendum* Voss. 1. Lov. 1. 2. et Port. *ad collegam accersendum* Leid. ambo, Lov. 3. 4. Harl. Hav. et fragm. Hav. Vide superius notata ad IX. 9. § 12. Tum

Digitized by Google

in tribus annalibus Hav. et fragm. Hav. *in ternis annalibus* Leid. 2. in margine. Vide ad XXIII. 49. § 6.

Quum ea ipsa inter consules populi Romani jam iterum eodem honore fungentes discrepatio fuerit] *Quum jam ipsa inter cons. iterum*, mediis omissis, Lov. 4. Tum *iterum eorum honore fungentes* Gaertn. *iterum eumdem honorem fungentes* ed. Mediol. 1480. et quædam aliæ. Verum nulli codicum consentiunt, neque alibi Livium hac constructione uti memini. Deinde *disceptatio* edd. antiquiores cum Flor. a m. pr. in quo manus altera, sed satis etiam antiqua, substituit *discrepatio*, quomodo reliqui codd. servant, et primus Aldus in contextum recepit. Vide ad XXI. 31. § 7.

Appii se literis adcitum] *Literis se accitum* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. et Port. a m. sec. Paullo ante *ipso Appio admonente*, addita prima vocula, Lov. 4. *Appio annuente* fragm. Hav. Vide ad XXXVI. 34. § 6.

§ 8 *In quibus ad tria millia hostium cæsa erant, dimidium fere ejus captum*] *In quibus tria millia* Gaertn. invitis reliquis scriptis omnibusque excusis. Livium sæpius *ad* præpositione pro 'circiter,' 'plus minus,' usum esse, vidimus ad VI. 20. § 7. *Millia hostium cæsa sunt* Lov. 4. Tum *dimidium fere ejus* Lov. 1. *dimidium vero ejus* Gaertn. Alibi voces *fere* et *vero* in Mss. confunduntur. Modo exemplum ejus erroris habuimus hoc cap. § 2. Vide ad IX. 29. § 1.

Et Lucanorum seditiones, a plebeiis et egentibus ductibus ortas] Prima vocula deficit in Lov. 4. Hinc *ab plebeis et egentibus* Port. Gaertn. et Hav. *a plebeiis cogentibus* Lov. 4. *a plebeiis et agentibus* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *orta* Gaertn. Sed ultima ejus vocis litera intercepta est a prima sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 5.

Summa optimatium voluntate per Q. Fabium proconsulem] *Summa optima ei* vol. Haverk. *summa optimatum vol.* Gaertn. *summa optimatum vol.* Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXIX. Tum *per quæ Fabium* Lov. 3. Præterea *Fabium consulem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxoniensis L. 2. *Fabium pro consule* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo etiam Sigonius in prioribus edd. excudi curavit, quod deinceps in Aldina, quæ nomen ejus præfert, sed eo demum mortuo Venetiis 1592. prodiit, mutatum est. Vide ad XXIII. 30. § 19.

Missum eo cum veteri exercitu, compresserat] *Amissum locum veteri exercitu* Klockian. *missum eo cum vetere exercitu* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. idque etiam voluisse videtur scriba Lov. 3. qui tamen per errorem *cum venire exercitu* dedit. Eadem varietas in terminatione ablativi hujus vocis etiam erat IX. 31. § 9. c. 39. § 11. X. 2. § 14. et XXXVII. 24. § 11. Hinc *compressæ erant* Harl. et multæ ex vetustis edd. Vide ad XXIII. 29. § 16. *Compresserat Volumnius* Hav. Sed ultima vox, quæ jam initio periodi præcesserat, est ex glossa interpretis.

§ 9 *Decio populandos hostium agros relinquit*] Pall. omnes, Campanique ed. *depopulandos hostium agros*. Gebh. Scripti *depopulandos*. J. F. Gron. *Populandos* in uno est Harl. et forte in Flor. ex quo nihil in excerptis notatur. *Ad populandos* Hav. Reliqui mei, Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. *depopulandos*. Sæpius ita variasse librarios, vidimus hoc lib. c. 12. § 7. Præterea *Decio* non adparet in Voss. 2. quemadmodum nec *hostium* in Leid. 2. et Lov. 1. Mutato ordine *agros hostium* præfert Hav. *reliquit* Voss. 2. Lov. 2. Port. et Harl.

Ipse cum copiis in Etruriam ad collegam pergit] Hæc ita legunt Pall. duo; *ipse cum ipsis suis copiis in Etruriam pergit ad collegam*. Pal. 2. Andreæque ed. *ipse cum suis copiis*. Gebh. Scripti *cum ipsis copiis*, sed legendum

Digitized by Google

cum suis, ut Voss. et edd. ante Modianam jam occuparunt. *J. F. Gron.* Duobus Pall. Gebhardi consentit unus ex meis Lov. 3. sed reliqui cum Hearnii Oxoniensibus legunt *ipse cum suis copiis*, ut Gronovius restituit. Lectionis autem, quam damnavit, non Medius auctor censendus est, sed ita jam ante eum receperunt Curio, Lugdunensis 1553. Basileensis 1554. Parisina 1573. et Francofurtana 1578. Mox in verbis seqq. *excepere*, pro *accepere*, Lov. 2. Passim ita variant scribæ librarii. Vide ad VI. 9. § 12. VIII. 6. § 7. hoc lib. c. 20. § 12. Plura exempla habes ad II. 47. § 7. *acceperunt* Lov. 4.

§ 10 *Animum habuisse haud immerito iratum, si nihil scripserat: inliberali et ingrato animo, si egerat ope, dissimulantem*] Videtur τὸ *animo* insiticium esse: Livio enim satis fuerat, paullo ante vocem eam posuisse, unde facillimum repeti. Nisi scripsit, *credo animatum fuisse: haud immerito iratum, si nihil scripserat; illiberali et ingrato animo.* J. F. Gron. *Haud merito natum* Hav. *haud immerito elatum* Hearnii Oxon. L. 1. *haud immerito irritatum* Leid. 2. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXIV. 36. § 6. Tum *in illiberali et ingrato* fragm. Hav. *illiberali, etiam ingrato* Lov. 2. Voces *habuisse haud immerito, &c. ingrato animo* desunt in Lov. 4. neglegentia librarii, cui fraudi fuit vocum *animum* et *animo* repetitio; quales errores innumeris locis committi, sæpius supra vidimus. Vocem *ope* omittunt Lov. 3. et 5. Ant. Perizon. scribendum conjecit ad marginem Livii, *animum habuisse haud immerito iratum, si nihil scripserat; illiberalem et ingratum, si, quum egerat ope, dissimulavit.* Id nimium a vulgato et codicum lectione discedere, quisque videt. Neque satis placet alterutra Gronovii conjectura; non posterior, quia et ipsi idem, quod modo propositæ, obstat; non prior, quia ejusdem, quæ modo præcessit, vocis repetitionem per se satis idoneam locum emendandi rationem non existimo. Vide ad I. 3. § 9. Judicium sustineo.

§ 11 *Satin' salvæ, inquit, L. Volumni? ut sese in Samnio res habent*] *Sed ni salvus, inquit, L. Volumni, in Samnio res h'as* Lov. 2. *Satin' salute* Voss. 2. *Satini salvæ* Leid. 2. Lov. 1. et Hav. *Satin' salve* Port. et fragm. Hav. Sed vulgatum probum est. Vide ad I. 58. § 7. Tum *inquit Lucio Volumnio* Flor. Sed et hic omnino vulgatum præfero. Livium enim in adlocutionibus prænomine et nomine uti solitum fuisse, vidimus ad VI. 12. § 10. et c. 15. § 4. Deinde *ut sese res in Samnio habent* Hav. Paullo ante male *salute mutua reddita est*, addita ultima voce, fragm. Hav.

Quæ te causa, ut provincia tua excederes, induxit] Pall. duo, *ut provinciam tuam excederes.* Gebh. *Quæ te causa, ut e provincia tu excederes* Lov. 2. *Quæ te causa, ut de provincia tua excederes* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. *Quæ te causa, ut in provinciam tu excederes* Leid. 1. *Quæ te causa, in provinciam tuam excederes* Voss. 2. *Quæ te causa, ut provinciam tuam excederes* Lov. 3. Quæ lectio non displiceret, si plures ac certiores codd. eam firmarent. Livius enim ita sæpe hoc verbum construere solet. Deinde *movit*, pro *induxit*, Hearnii Oxon. C. quod ex glossa in contextum receptum videtur. Eo sensu 'inducere' est XXVI. 11. 'Quum rudera militis, religione inducti, jacerent.'

§ 12 *In Samnio res prosperas esse ait: literis ejus*] Præpositio *in* non adparet in Hav. Tum *prosperas esse: at literis ejus* Leid. 2. Mox *nec usus sui sit in Etruriam* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. et fragm. Hav. Quod fere dictum esse videri posset, ut XXXIV. 6. 'In navis administratione alia in secundam, alia in adversam tempestatem usui sunt:' ubi vide. Præterea *habiturum*,

Digitized by Google

pro *abiturum*, Gaertn. Vide ad XXII. c. 59. § 19.

§ 13 *Tu vero abeas, inquit, neque te quisquam moratur*] *Tum vera habeas* Gaertn. *Tum vero, abeas, inquit* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. Port. et fragm. Hav. Sed nihil muto. Supra II. 12. 'Tu vero abi, inquit, in te magis, quam in me, hostilia ausus:' ubi eamdem lectionum diversitatem notavi. Vide hoc lib. ad c. 40. § 11. Tum *nec te quisquam* Lov. 2. Harl. et edd. ante Aldum. *Nec te quispiam* Lov. 4. Vide ad XXXV. 42. § 8. *Nec te quisque* Gaertn. Vide ad IX. 38. § 9.

Hic te ad opem ferendam aliis gloriari venisse] *Huc te ad opem ferendam* Lov. 2. et Neapolit. Latinii: ut jungatur 'huc venisse.' Reliqui servant *hic*, quod jungendum cum *gloriari*. Tum *gloriaris venisse* Port. *glorieris venisse* Hearnii Oxon. B. et C. Paullo ante *enim minime*, pro *etenim*, Voss. 1. Deinde *vix forsitan sufficias*, alio ordine, Lov. 4. *forsitan vix efficias* Port.

§ 14 *Bene, Hercules, verteret*] *Hercule* Leid. 2. et Lov. 1. *Hercle* Lov. 2. Vide ad v. 4. § 10. et VII. 11. § 1. *Bene verteret, Hercules* Port. Gaertn. et Hav. *Dii verterent* Lov. 2. Utraque formula in communi usu fuit, vel simpliciter 'bene vertat,' 'res bene vertat,' vel etiam 'Dii bene vertant.' Vide Brisson. de Formul. l. I. p. m. 65. Nihil itaque reliquis invitis mutandum.

Malle frustra operam insumtam, quam quidquam incidisse] *Male fr. opera sua usum, tamquam quidq. incidisset* Lov. 2. *male fr. operam suam visam, tamquam quidq. incidisse* fragm. Hav. *male* etiam Lov. 1. et Hav. *operam frustra, quam quidquam*, omissa media voce, sed tamen relicta lacuna, Lov. 4. 'Insumere operam' est inpendere. Cic. de Invent. II. 38. 'Quid sumtus in eam rem, aut laboris insumserit.' Deinde *accidisse* Lov. 4. quod ex vulgatæ lectionis interpretatione natum puto. Sæpe enim *incidere* pro *accidere* apud Livium est. Lib. I. c. XLVI. 'Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur.' c. 58. 'Ita facto maturatoque opus esse: rem atrocem incidisse.' II. 27. 'Quod ubi cui militi inciderat, collegam adpellabat.' III. 38. 'Quidnam incidisset, cur rem desuetam usurparent.' c. 40. 'Quonam fato incidisset, mirari se dictitans, ut decemviros obpugnarent:' hoc lib. cap. seq. 'Si qua clades incidisset, desertori magis, quam deserto, noxiæ fore.' XXVI. 23. 'Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nunciaretur.' XXXVIII. 49. 'Infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus.' cap. 58. 'Forte ita incidisse, ut dierum aliquot via abesset.' XLV. 8. 'Utcumque tamen hæc, sive errore humano, seu casu, seu necessitate, inciderunt.' Vide etiam Broekhus. ad Propert. El. I. 15. 28. *Incidisset* Lov. 2. qui etiam mox omittit vocem *esset*.

CAP. XIX. § 1 *Digredientes jam consules legati, &c. circumsistunt*] *Digredientë jam consules, legati* Lov. 3. *Digredientem jam consulem legati* Voss. 2. a m. pr. Lov. 2. 4. Harl. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. et priscæ edd. *Digrediente jam consule legati* Voss. 2. a m. sec. et Hav. Sed recte Frobenius, consentientibus reliquis scriptis, a. 1535. *Digredientes jam consules* edidit. Deinde *circumsistant* Gaertn.

Auxilium, quod accipiendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur] A Curione est. Priores *acciendum*. Verissime: loquuntur enim tamquam credentes Appio neganti accitum esse. Itaque jam recepimus in secundam editionem nostram. Sed nec pejus mox foret *sperneret*, vel *aspernaretur*. Nemo enim spernebat præter ipsum imperatorem. *J. F. Gron.* *Accipiendum*, quod Gronovius recte damnavit, ex nostris nihilominus servant Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et forte

Digitized by Google

Flor. unde nihil notatum video. Ex Hearnii autem Oxoniensibus similiter peccant N. L. 2. et C. Quin etiam ante Curionem pariter edidit Aldus, qui tamen inter errata revocavit *acciendum*. Alibi sæpe 'accipere' et 'accire' in Mss. commutantur. Vide ad VII. 37. § 4. VIII. 3. § 10. IX. 3. § 8. XXXVI. 27. § 2. et XL. 47. § 4. ubi etiam locutio 'adcire auxilia' inlustratur. Similiter 'acciri' et 'accipi' confunduntur. Vide ad XXIII. 27. § 7. 'Ultro adcire,' ut I. 35. 'Numam non petentem in regnum ultro adcitum.' Tum *ultro fuit* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. Deinde Donjatius *sperneretur* contra Gronovium defendit; ne, si *sperneret*, vel *aspernaretur*, legamus, tribuni ac legati culpam spreti auxilii Appio præsenti exprobrare videantur: quasi vero id se facere Appius negaret. Sane *oblatum sperneret* præferunt Lov. 2. et Gaertn. *sperneret oblatum* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Paullo ante vox *pars* omittitur in Leid. 1.

§ 2 *Ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat*] *Ne prave* Port. *ne parvo* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. cum edd. Parm. et Tarvis. priori, facili ac frequenti lapsu. Vide ad XXIX. 37. § 16. Deinde *prodeat* Hav. *prodant* Lov. 2. 3. et Leid. 1. *perdant* Lov. 4. *perdat* Harl. et edd. vett. ante Frobenianam 1535. Sed nihil mutandum. 'Prodere' hic est destituere, id, quod curæ ac tutelæ suæ commissum erat, deserere. Supra II. 54. 'Desertam ac proditam causam publicam queri:' et sæpe alibi. Vide quæ notantur ad Silii XVI. 621. 'Perdere' autem et 'prodere' sæpe in Mss. commisceri, patet ex illis quæ notat Gruter. ad I. 13. § 5. et N. Heins. ad Ovid. Fast. IV. 715. Adde ad XXI. 10. § 9. XXII. 53. § 4. et aliis locis.

Desertori magis, quam deserto, noxiæ fore] Pal. 1. *nosse fore*. Reliqui duo cum ed. Campani *noxæ fore*. Lib. XXXIV. c. 19. 'Publica fide accepta, nihil eam rem noxæ futuram:' ubi tamen Mss. Pall. et vet. ed. *noxiæ*. Lib. XXXVI. c. 7. 'Nec iis noxæ futurum sit:' ubi libri omnes *noxiæ*. Gebh. *Nosse fore* Voss. 2. et Lov. 3. *noxæ fore* Voss. 1. in marg. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hav. At ita nasuti librarii dedisse videntur, quia veram crediderunt grammaticorum distinctionem, qui 'noxa' crimen, 'noxia' pœnam notare existimarunt. Quum vero, ea vocabula sine discrimine, vel pro crimine, vel pro pœna criminis usurpari, dictum sit ad II. 54. § 10. atque optimi codd. vulgatum tueantur, nihil mutandum censeo.

§ 3 *Eo rem adductam, ut omnis rei bene aut secus gestæ in Etruria decus*] Pal. 2. *omne rei bene aut secus gestæ in Etr. decus*. Gebh. Flor. Rott. Helm. Voss. *omni*. Ergo *omne:* quod etiam notavit Muretus. *J. F. Gron. Eo rem abductam* Harl. Vide ad XXVII. 29. § 1. *Eo rem deductam* Lov. 2. Male. Livius XXV. 8. 'Ubi jam eo consuetudinis adducta res est, ut, quocumque noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur.' XXXVII. 49. 'Et eo rem adduxerunt, ut haud paullo plurium maleficiorum gentis, quam beneficiorum memoria subiret animos.' XLII. 12. 'Eo rem prope adductam, ut aditus et in Achaiam daretur.' Tum vocula *ut* exsulat a Gaertn. Deinde *omni rei* Leid. 2. et Lov. 1. *omne rei* Port. et Hav. Ita interdum codd. quos minime credas, meliorem lectionem retinent. Hinc *gesta in Etruriam* Leid. 2. et Lov. 1. Ita loquitur Justin. III. 1. 'Bello in Græciam infeliciter gesto, etiam suis contemtui esse cœpit:' ubi videndi sunt viri docti. Eamdem locutionem multis locis codd. Livio adscribunt. Vide ad hujus lib. c. 16. § 1. hujus cap. § 9. c. 24. § 13. ad XXX. 27. § 3. XXXVII. 53. § 12. ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Adde Oudendorp. ad Frontin. I. 3. ex. 5. Si-

Digitized by Google

militer fere loquitur auctor Epit. Liv. lib. XXI. 'In Italiam belli Punici secundi ortus narratur:' ubi alia vide. Quia tamen optimos codd. pro vulgato stare video, id præferendum omnino puto.

Ad L. Volumnium sit delegatum] *Ad L. Volumnium delegetur* Harl. cum editis ante Aldam: *sit delatum* Lov. 2. Male. Similiter errarunt scribæ ad IX. 13. § 11. De verbo 'delegare' vide ad XXIX. 20. § 2. Mox *quia verbi Appii, sed quia fortunæ* Lov. 2. *verbi* et *fortunæ* etiam Leid. 1.

§ 4 *Sed a republica et ab exercitu retineri*] Probo, si rejecta copula legatur, ut exhibet Pal. 2. *sed ab republica, ab exercitu retineri.* Idem paullo post rescribebat 'experiretur modo militem.' *Gebh. Sed ad rempublicam et ab exercitu retineri* Leid. 1. et fragm. Hav. *sed ab republica exercitu retineri* Hav. *sed ab republica, ab exercitu retineri* Port. et Gaertn. *sed a republica, ab exercitu retineri* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Quod, si primas notas codd. firmarent, probari posset. Vide ad XXXVIII. 18. § 12. Paullo ante *Dimitti Appio*, omissa præpositione, Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. In verbis seqq. *experiretur modo militem* Port. *experiretur modo militum voluntatem* Hav.

§ 5 *Hæc monendo obtestandoque, prope resistentes consules*] Vetus lectio habet *restitantes*, non *resistentes*. Gelen. Pal. 2. rescribebat *Hæc movendo detestandoque apud resistentes consules.* Perperam, ut nemo non videt. *Gebh. Hæc movendo obtestandoque* Hav. Vide ad XXXV. 35. § 5. *Hæc inducendo obtestandoque* Lov. 2. *Hæc dicendo obtestandoque* Hearnii Oxon. C. Male. Sallust. in Jug. c. 10. 'Per hanc dextram, per regni fidem moneo obtestorque.' Deinde *resistentem consulem* Hearnii Oxon. C. *resistentes consules* ejusdem Hearnii B. cum Port. Gaertn. et Hav. *restantes consules* Voss. 1. *resistantes* Flor. Sed recte *restitantes* Gelenius emendavit: quod non tantum superest in reliquis scriptis meis, sed etiam in multis edd. antiqq. ut Rom. 1472. Mediol. 1480. 1505. allisque. Alibi sæpe hæc verba inter se commutantur. Vide ad VI. 7. § 2. (ubi de τῷ *restitare* plura vide) VII. 39. § 14. et ad XXX. 31. § 8.

In quam inter paucos certatum verbis fuerat] Vet. lib. *in quum paucis ante cert. ver. fuerat:* recte: iccirco enim ait longiores nunc orationes habitas. *Sigon.* Nisi fallor, congruit scriptura Pal. 2. Sigoniano libro *in quam ante paucis certatum fuerat verbis.* Gebh. Qui Sigonio interpolatum ediderunt *in quam paucis ante certatum verbis fuerat*, non adsecuti sunt leporem Livii. *Inter paucos* est inter comites et proximos utriusque. 'Certare' autem 'verbis,' quum 'longioribus orationibus' diversum ponitur, est brevibus dictis alternis et altercatione contendere. Donatus ad Terentii in Phormione IV. 3. 35. ''Iria non commutabitis verba hodie inter vos:' Proprie verba commutare est, quod altercari dicimus.' Eaque Plauti est 'verbis velitatio' in Asin. II. 2. 41. Turpilius apud Nonium in 'Velitatio.' 'Comperce verbis velitare, ad rem redi.' Auctor Moralium sub nomine Catonis I. 10. 'Contra verbosos noli contendere verbis.' *J. F. Gron. In quam ante paucis cert. ver. fuerat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *in quum paucis ante certat. ver. fuerat* Hearnii Oxonienses N. et L. 2. *in quam ante paucis cert. fuerat ver.* Port. Gaertn. et Hav. Sed recte Gronov. vulgatum tuetur, quod reliqui codd. et inter eos omnes optimi, firmant.

§ 7 *Cavillanoque Appium, sibi acceptum referre, diceret, debere*] *Cavillans Appius*, sine copula *que*, Leid. 2. et Lov. 1. Tum *sibi acceptum diceret, quod*, omissis duobus verbis *referre* et *debere*, Lov. 3. 4. et fragm. Hav. Eorum prius deest in Voss. 2. *Sibi acceptum referre diceret deberet* Leid. 1.

Digitized by Google

sibi acceptum referre dicerat deberi Lov. 2. Mox *etiam secundum*, transpositis vocibus, Voss. 2. et Lov. 3.

Hiscere cum nequisse, nunc jam populares orationes serere] Pronomen *cum* omittunt Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. et primæ edd. quod recte Aldus adscivit, et reliqui codd. servant. Tum *nequivisse* Lov. 4. Vide ad v. 10. § 10. Deinde *hunc jam populares* Lov. 2. solita scribarum aberratione. Vide ad IX. 9. § 9. *Nunc tam populares* Hav. Vide ad XXI. 11. § 12. De particulis *nunc jam* inter se junctis vide ad VII. 32. § 14.

§ 8 *Quum ego abs te scite loqui didicissem*] *Quam ego absque te* Lov. 2. *quam abs te* Lov. 4. Deinde *scire loqui* Lov. 3. Port. et Gaertn. *scite eloqui* Flor. a m. pr. Sed prima litera vel *eloqui*, quam manus altera erasit, ex litera ultima proximæ vocis repetita erat.

Neque enim id desiderare rempublicam] Pessime Pal. 2. *neque enim id desiderat respublica.* Gebh. Ita etiam ex meis errant Port. Gaertn. et Hav.

§ 9 *Suo exercitu se vel in Etruria, vel in Samnio rem gesturum*] Pal. 2. *suo exercitu se in Etruriam vel in Samnium rem gesturum.* Gebh. Ita et in Port. atque Hav. inveni. Vide hoc cap. § 8. *Vel in Samnium* etiam Leid. 2. et Gaertn. prius *vel* etiam omittitur in Harl. Gaertn. et edd. Aldina prioribus. Paullo ante *utrumque mallet*, pro *utram*, Leid. 2. Vide ad VIII. 6. § 18. *Utrum mallet, eligeret* Gaertn. *utram mallet eligere* Voss. 2. Lov. 3. Hav. et fragm. Huv.

§ 10 *Tum militum clamor ortus*] *Tum clamor militum exortus* Lov. 2. reliquis scriptis, omnibusque editis invitis. *Tò exortus* receptum videtur ex § 12.

§ 11 *Non committam, ut, quid vos velitis, obscurum sit*] *Nunc omittam* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *Nunc* et *non* sæpe confunduntur. Vide ad IX. 7. § 5. Similiter etiam 'omittere' et 'omittere' vel 'committere.' Exemplum habuimus VI. 24. § 2. Hac ratione etiam confunduntur 'occurrere,' sive ut scribebant sæpe, 'ocurrere,' et 'ocurrere' vel 'concurrere.' Vide ad XXXVI. 24. § 11. Paullo ante *Quum. in coll., inquit, vol. interp. errasti*, alio ordine vocabulorum, Harl. et edd. Aldo antiquiores. Voces autem *obscurum sit: manere, an abire me velitis* non adparent in Voss. 2. neglegentia librarii, cui fraudi fuit vocis *velitis* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 12 *Tantus tot clamor exortus, ut hostes e castris exciret*] *Clamor est ex.* Lov. 2. 4. Hinc *quod hostes e castris exciret* Gaertn. *ut hostem e castris exciret* Harl. *ut hostem ex castris excieret* edd. principes. Aldus postea *e castris* dedit; Frobenius insuper a. 1535. *hostes:* sed *ut hostes e castris accieret* Hearnii Oxon. C. *ut hostes e castris audirent* fragm. Hav. in quo reliqua verba hujus § desiderantur. At voces *exciret: armis, &c. efferri e castris* exsulant a Voss. 2. et Lov. 3. librariorum culpa propter repetitionem *tûv e castris.*

Vexilla afferri e castris jussit] Pal. 2. binæque edd. antiqq. *vexilla efferri.* A reliquis duobus Mss. Pall. hæc absunt. *Gebh.* Non dubito, quin *vexilla* hic eadem sint, quæ 'signa,' ut VIII. 8. Nam quod hic *vexilla efferri*, id alibi in eadem re 'signa ferri,' 'efferri,' et 'proferri,' dicit. Vide IV. 9. IX. 14. c. 43. et c. 45. X. 5. XXVII. 2. et c. 42. XXXIV. 36. XLIII. 45. *Duk. Afferri*, quod etiam Hearnio in Oxon. L. 2. obvium fuit, primus edidit Curio: idque præter Sigonium plerique editores servarunt usque ad Gronov. qui *efferri* reposuit. *E castris ferri jussit* est in Gaertn. *efferri jussit* apud Hearnium in Oxon. L. 1. *efferri castris jussit* in C. *jussum*, pro *jussit*, legit Lov. 4. Paullo ante *in acie descendunt*, pro *in aciem*, Flor. et Leid. 1.

Digitized by Google

§ 13 *Appium addubitasse ferunt, cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegæ victoriam*] *Appium dub. fertur* Lov. 2. quod dictum videri posset ad exemplum eorum, de quibus egi ad I. 31. § 8. At uni codici credere temerarium foret: 'addubitare' etiam alibi apud Livium obvium est. Vide ad II. 4. § 7. Deinde *propugnante* fragm. Hav. *cern., seu pugnante, seu quieto se, vict. coll.* Leid. 2. et Lov. 1. *victoriam collegæ* etiam Voss. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 14 *Nam et Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat*] Τὸ *et* deficit in Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et fragm. Hav. Tum *Gelius Egratius* Hav. Deinde *cum coh. pab. paucis* Harl. et edd. Aldo antiquiores: *pab. cum paucis coh.* Leid. 1. Mox *suo spem magis*, pro *suoque impetu magis*, Voss. 2. *suo quoque impetu magis* Hav. Hinc *ductu vel imperio* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Port. et Hav. Vox autem *capessebant* non adparet in Leid. 2.

§ 15 *Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis*] *Impariter ambo ducti* Klockian. Deinde *ne satis* Lov. 3.

§ 16 *Velut sorte quadam mutante adsuetos inter se hostes*] Legendum censeo *forte*. J. F. Gron. Hæc sæpissime permutari, nemo non adnotavit. Adsentirer Gronovio, nisi nonnihil scrupuli injiceret *velut*, quod nondum alibi phrasi *forte quadam* additum inveni: 'velut sorte quadam' dicit Livius VI. 21. 'Volscos velut sorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi datos,' id est, velut fato quodam. Nec video, cur hic quoque ita accipi non possit, quemadmodum XXX. 30. 'Fato datum,' et 'sorte datum' eadem sunt. *Duk.* Ita etiam inveni non tantum in Leid. 2. et Flor. sed etiam in edd. Froben. 1535. eamque secutis recentioribus usque ad Gruter. qui demum in postrema ed. *sorte* iterum substituit. Alterum itaque revocavi. Sæpius autem librarios hæc vocabula commutasse, vidimus ad I. 4. § 4. Supra v. 13. 'Palantes, veluti forte oblati, populatores Capenatis agri reliquias pugnæ absumsere.' Deinde *mutante* Lov. 4. quomodo alibi scribas errare solitos fuisse, olim docui ad Silii Ital. VI. 234. Paulo ante *pervenit*, pro *perveniret*, Leid. 2. Deinde *fonte inæquali*, pro *fronte*, Leid. 1. *sorte inæquali* Harl. et editi Aldo priores. 'Inæquali fronte,' ut contra 'æqua fronte' XXII. 47. 'Æqua fronte acieque densa impulere hostium cuneum.' lib. XXXVI. c. 44. 'Æqua fronte ad pugnam procedebat.' Tibull. Carm. IV. 1. 102. 'Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo.' Denique *cursum est*, pro *concursum est* Voss. 2. et Lov. 3. culpa librariorum, qui non adsecuti compendium quo prima syllaba notata fuit, id omiserunt. Vide ad IX. 24. § 12.

Parumper cunctati, quia dux aberat, Appio obcurrere] *Parum percunctati* Lov. 2. cum pluribus ex editis principibus. *Parumper civitati* Gaertn. *parumper incitati* Hav. *parumper cunctanti* Leid. 1. contra mentem Livii. Non enim Appius cunctabatur, quia dux Samnitium aberat, sed ipsi Samnites, quorum dux pabulatum cum cohortibus paucis ierat, ut modo retulit. Insuper *concurrere* Leid. 2. *occurrerunt* Lov. 2. et 4.

§ 17 *Inter prima signa manibus ad cælum sublatis*] *Ad prima signa* Port. quod accipi posset pro 'apud prima signa:' de quo vide ad VII. 7. § 4. Hic tamen minus placet, partim propter aliorum codicum dissensum, partim quod sequatur *ad cælum*, et Livio invito earumdem vocum repetitio obtrudi non debeat. *In prima signa* Gaertn. et Hav. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. *Inter signa prima* fragm. Hav.

Bellona, si hodie nobis victoriam duis] Antiquatum *duis* omnibus fere libra-

Digitized by Google

riis displicuit. Hinc *si hodie nobis vict. dederis* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *si hodie vict. nobis dederis* Gaertn. *si hodie nobis dederis* Harl. *si hodie nobis vict. de Samnitibus dederis* Lov. 2. *si hodie nobis vict. des* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. *si nobis hodie vict. des* Lov. 3. *si hodie nobis vict. das* Lov. 4. cum edd. Rom. a. 1472. et Parm. At Livium in formulis antiquis ipsa verba, quamvis antiquata, sæpissime servasse, videbimus ad XXXVI. 2. § 2.

At hic ego tibi templum voveo] Vetus lectio habet *ast ego templ. tibi voveo.* Gelen. Pro *ast*, legendum *asti*, ut est in V. C. Quod videtur positum pro eo, quod in inscriptione veteri Fratrum Arvalium est TVNC, ut in notis ad eam inscriptionem plenius scripsimus, prolato etiam Tertulliani loco simili. Reperitur autem *asti* apud alios etiam veteres scriptores eodem, qui hic apud Livium, significatu usurpatum. *Ursin.* F. Ursinus e V. C. legendum prodit *asti*, quod significat 'tunc.' Nihil tale conspicio in omnibus nostris libris. *Gebh.* Vide J. F. Gronovium ad XXIV. 37. Gudius ad Phædr. Fab. IV. 17. ex hoc loco, et e Sil. Ital. VIII. 226. 'Nympha, felix oblata secundes. Ast ego te, compos pugnæ, Carthaginis arce Marmoreis sistam templis,' ostendit, *ast* usitatum fuisse in concipiendis votis. Particula inscriptionis Fratrum Arvalium cum notis Ursini, quas hic memorat, exstat in opere Gruteri pag. CXIX. Eam pleniorem, sed tamen adhuc mutilam, ex archivo Basilicæ Vaticanæ protulit Fabrettus Inscript. cap. VI. 51. In iis quæ ibi quater repetuntur, 'astu ea ita faxis, tum tibi vovemus,' *astu* videtur poni pro *ast tu*, et esse *si tu*: nam hanc significationem postulat sequens *tum*. Duk. Si libri scripti consentirent, *τὸ at* ferri posset ex illis quæ notantur ad I. 18. § 9. nunc *ast* præferendum, quod in omnibus superest scriptis, exceptis solis Klockian. et Lov. 2. ac 4. unde vocula illa exsulat. Deinde *τὸ hic*, quod Gelenius ejecit, unus tantum servat Harl. reliqui ignorant. Et recte. Non enim mens Appii fuisse videtur, se eodem loco, ubi cum hoste pugnavit, Bellonæ templum exstructurum; qualis mens Romuli fuerat I. 12. 'Hic ego tibi templum Statori Jovi voveo:' qui locus exigere videtur, ut ordinem verborum, qui ante Gelenium obtinuit, *tibi templum voveo*, revocemus; præsertim quum ita legant Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Sed vox *tibi* non adparet in uno Harl. Quum tamen optimi codd. in eo etiam Gelenio adsentiantur, lectionem ejus mutare nolui.

§ 18 *Et ipse collegæ, et exercitus virtutem adæquavit ducis. Imperatoria opera exsequitur*] In Pal. 2. reperi *ipse coll. et ex. virt. æquavit. Duces imp. opera exsequuntur:* neque cedit Campani ed. Pall. 1. ac 3. *virtutem æquavit ducis: imp. opera exercentur.* Gebh. Hæc sana non sunt. Primum non possunt, nisi de solo Appio et militibus Appianis, accipi: quo pacto nihil dicitur, quod dictum non esset præcedenti periodo, et male continuatur sequens 'ergo fundunt fugantque hostes:' quod haud dubie de utroque exercitu dicitur. Præter hoc incommodum scriptorum varietas suspicionem auget. *Exsequitur* nusquam. Duo Pall. Voss. *virtutem æquavit ducis: imp. opera exercentur.* Pal. 2. et Thuan. Rott. et Helm. cum Campano *virtutem æquavit: duces imp. opera exsequuntur.* Nisi quod Th. *ducis.* Spero fuisse *et ipse collegæ, et exercitus virtutem æquarunt. Duces imp. opera exsequuntur; et milites.* Ipsum Appium ait æquasse virtutem Volumnii et exercitus utriusque æquasse virtutem inter sese. Comparatio exercituum inter se, ut modes-

Digitized by Google

tior, ita honestior. Quamquam et possis accipere, et ipsum et exercitum, collegæ cum ejus exercitu virtutem æquasse, et scilicet retinere *æquavit*. Lib. III. c. 70. 'Communicando consilia laudesque et æquando imperem sibi.' Hoc lib. X. c. 30. 'Excitataque memoria parentis, æquata eventu publico privatoque filii laudibus.' Iterumque c. 35. 'Ibi ira vires æquavit.' Et c. 37. 'Collegæ amicos ad solatium æquatæ repulsæ sibi quoque negare triumphum.' XXII. 17. 'Nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit.' XXXIX. 32. 'Ap. Claudius felicitatem virtutemque collegæ in Ligaribus Ingaunis æquavit secundis aliquot prœliis.' Quæ deinceps, ut de utroque duce, ita et de utroque accipienda exercitu; et ita optime continuatur sequens periodos. *J. F. Gron.* Ex omnibus meis unus tantum Harl. per omnia lectionem, quæ ante Gronov. obtinuit, tuetur: reliqui variant, *Virtutem æquavit ducis. Imp. opera exercentur* præferunt Lov. 2. 3. 4. *virtutem æquavit ducis. Imp. opera exercuntur* Leid. 1. *virtutem æquavit ducis: imp. opera exsequuntur* Flor. Voss. 1. fragm. Hav. et Lov. 1. a m. pr. *virtutem æquavit, Duces imp. opera exsequuntur* Lov. 1. a m. sec. Leid. 2. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. N. atque L. 1. nisi quod in Leid. 2. sit *imperatoris imperia*. Ex his patet, præter unum quem dixi, cod. reliquos *æquavit*, pro *adæquavit*, probare. 'Adæquare' autem alibi quidem Livius utitur: ut I. 56. 'Quibus duobus operibus vix nova hæc magnificentia quidquam adæquare potuit.' Hic tamen alterum præferendum esse, tot codicum conspiratio evincit. Quod autem Gronov. *æquarunt*, pro *æquavit*, scribendum conjicit, id egregium fore fatetur Doujatius, nisi sine ullius libri adminiculo de suo proferret. Primo igitur locum sanum existimat; et, quamvis hæc verba de solo Appio ejusque militibus sint accipienda, non tamen minus sequentia 'ergo fundunt fugantque hostes,' cohærere. Illa enim ad totius prœlii eventum significandum necessaria esse; neque opus fuisse de alterius consulis, alteriusve exercitus jam satis ex Samniticis expeditionibus cognita virtute, multa verba fieri; sed de Appio ejusque exercitu, qui adhuc male rem gesserat. Tandem tamen fateri cogitur, id negotium facessere, quod in nullo Msto *exsequitur* numero singulari legatur. Hinc eo delabitur, ut legendum conjiciat *et ipse collegæ, et exerc. ipsius virtutem adæquavit. Duces imp. opera exsequuntur*. Verum qua fronte is, qui ferre non potuit ut Gronovius parva mutatione *æquarunt*, pro *æquavit*, sine auctoritate Mstorum emendaret, exigere poterit, ut integram vocem, cujus nullum in codd. scriptis vestigium exstat, feramus? Quanto satius fuisset, ut, quæ altera fuit Gronovii sententia, admissa reliqua emendatione, *æquavit* retinuisset? Ceterum in Voss. 2. post voces *virtutem æquavit. Duces imperatoria* (ita autem et is exhibet) desunt decem proxima vocabula *op. exsequuntur; et milites ne ab altera parte prius victoria;* quod accidit neglegentia librarii ob similitudinem vocum *imperatoria* et *victoria*. Vide ad IX. 11. § 11.

Et milites, ne ab altera parte prius victoria incipiat, adnituntur] *Ut milites* Gaertn. Tum *ne ab altera prius vict.*, omissa voce *parte*, Port. Gaertn. et Hav. Deinde *admictuntur* fragm. Hav.

§ 19 *Manus conserere adsueti fuerant*] *Erant consueti* Lov. 4. *consueti fuerant* edd. antiqq. usque ad Aldum. Paullo ante *fugantque hostem*, pro *hostes*, Gaertn.

§ 20 *Interventu Gellii cohortiumque Sabellarum*] *Inïim ventu Gelli* Leid. 1. Hinc *cohortumque Sabell.* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. *cohortum Sabell.* Hav.

Digitized by Google

cohortium Sabell. Voss. 1. *cohortiumque Samnitarum* Harnii Oxon. N. *cohortiumque Samniticarum* edd. Rom. 1472. et quaedam aliae. Sed ea lectio ex interpretis glossa nata videtur. Samnites enim etiam 'Sabelli' vocantur. Vide Cluver. Ital. Antiq. l. IV. c. 7. p. 1191.

Jam a victoribus castra oppugnabantur] Pall. 1. ac 3. *jam auxiliatoribus.* Pal. 2. *jam ab auxiliatoribus castra oppugnabantur.* Campan. *jam auctoribus.* Gebh. *Jam a viatoribus* Leid. 2. Lov. 1. et Harnii Oxon. C. *jam auxiliatoribus* Flor. a m. pr. suprascripta a m. sec. syllaba *li*, ut sit *auxiliatoribus*: *jam ausiatoribus* Leid. 1. *jam auxiliatoribus* Voss. 2. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. *jam ab auxiliatoribus* Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. et Harnii Oxon. B. Praeterea *oppugnantur* Hav.

§ 21 *Et, quum Volumnius ipse portae signa inferret*] Iterum Pall. 1. ac 3. *Vol. quum portae signa inferret.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. *quum Vol. ipse jam portae signa inferret* Port. Gaertn. et Hav.

Accenderet militum animos, per vallum, per fossas irruperunt] *Accenderant* Leid. 1. fragm. Hav. et Exc. Pithoei: atque ita etiam praeferunt Flor. et Voss. 1. a m. pr. in quibus a m. sec. emendatum est *accenderat*, quomodo etiam legunt Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. Harnii Oxon. B. ac C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *irrumperent* Voss. 2. et Lov. 3. *irrumpere* Lov. 4. *irrupere* Leid. 2. et Lov. 1. Et ita est in Voss. 1. a m. sec. quum antea *eruperet* scriptum exstitisset. *Eruperunt* quaedam ex antiquis excusis.

§ 22 *Septem millia ac trecenti hostium occisi, duo millia et centum viginti capti*] *Septem millia ac cc* Voss. 1. Lov. 1. Klockian. Exc. Pithoei, et Harnii Oxon. N. ac B. *VII. a. ccc* Lov. 3. *VII. acce* Leid. 1. *VII cccc* Flor. *septem millia ac ducenta* Leid. 2. et Gaertn. *septem millia et ducenta* Hav. *septem millia ccc* fragm. Hav. *septem millia et ccc* Lov. 4. et Portug. *septem millia ccac* Voss. 2. Deinde *aceisa* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. et Harnii Oxon. N. *caesa* Gaertn. et Hav. *casi* Port. Harl. fragm. Hav. et edd. Aldina priores. Insuper *centum capti* Harnii Oxon. L. 1. *centum viginti capta* ejusdem codex N. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav.

CAP. XX. § 1 *Per Vestinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt*] *Vescinos* legendum est, a 'Vescia' oppido in his locis, ut alibi dixi: nam 'Vestini' Sabinos attigerunt, non Campanos: sic paullo post c. 21. 'Vestinum et Falernum agrum:' item 'in saltu Vestino Falernum contingente,' lege *Vescinum*, *Vescino*. Sigon. Vet. lib. in *Campanum Falernumque agrum*. Idem. Mala manus Sigoniani *Campanum*. Lib. VIII. c. 37. 'Nec tamen res ulla memorabilis acta: ager Apulus Samniumque evastatum.' Quod necesse non est mutari. Lib. XXI. c. 35. 'Italiam ostentat subjectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos.' XXII. 9. 'Praetucianum Hadrianumque agrum, Marsos inde Marrucinosque et Pelignos devastat, circaque Arpos et Luceriam proximam Apuliae regionem.' Iterumque c. 14. 'Hostesque sub oculis erant, Falerni agri colonorumque Sinuessae tecta urentes.' Quae omnia egregie copiam Livii decent: atque utinam satis a nobis intelligerentur. Vide ad III. 17. *J. F. Gron.* Vide Malaspin. et Gronov. ad hoc Ciceronis ad Att. XV. 2. 'Divertissemque a Cumis in Vesciano;' et Sigon. ad Livii l. VIII. c. 11. *Duk.* Omnes scripti *Vestinos* servant; sed Sigonio *Vescinos* reponenti adsentitur Cluverius Ital. Ant. l. III. c. 10. p. 1082. Vide etiam Sigonium ad IX. 25. § 4. Deinde *in Campanum agrum Falernumque agrum* Gaertn. *in Campanum Faler-*

Digitized by Google

numque agrum Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. quod recte Gronovio displicuit. Vide ad VII. 26. § 9. Mox *ingentes prædas*, pro *ingentesque*, Port. et Hav. Paullo ante *ad dep. Romani imperii fines* transpositis vocibus Gaertn. *ad populandos* Harl. et editi Aldo priores. Vide mox ad § seq.

§ 2 *Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat*] *Fabio Decio* sine copula Voss. 2. et Lov. 3. *Decio Fabioque* trajectis vocabulis Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn. Deinde *aderit finis* Hav. *aderat finis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn.

Fama de Samnitium exercitu populationibusque Campani agri] Pall. duo *depopulationibusque*. Gebh. Similiter et Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. B. Sæpius hæc vocabula commutasse librarios, monitum est ad hujus libri c. 12. § 7.

§ 3 *Ut in Calænum agrum venit*] *Calenum* sine diphthongo ex Capitolinis triumphis, et Græcis Καληνός. *Sigon. In Calanum agrum* Lov. 2. *in Calenium agrum* Hearnii Oxon. C. Vox *agrum* non adparet in Harl. Sed vide ad II. 59. § 5.

Ut vix explicare agmen possint] Concipiunt aliter paullo lectionem Pall. omnes, quam vulgus editionum, *ut vix explicare agmen possit*. Gebh. Parum interest: sed Mss. fere *explicari agmen possit*. Lib. II. c. 59. 'Cum maxime agmen e castris explicaretur.' XLII. 66. 'Nullo exspectante, dum utcumque explicaretur agmen.' *J. F. Gron. Explicari agmen possit* apud me tantum superest in Lov. 3. Harl. et Gaertn. *expugnare agmen possit* legit Port. *expugnari agmen possit* Hav. *explicari agmen potuit* Voss. 2. *explicare agmen possunt* Leid. 2. et Lov. 1. *explicare agmen posset* Lov. 4. *explicare agmen possint* Voss. 1. Lov. 2. Flor. Leid. 1. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. quorum auctoritate motus lectionem, quæ ante Gronov. recepta erat, revocavi. Paullo ante vocula *jam* exsulabat a Port. Hav. et fragm. Hav.

§ 4 *Jam propalam duces loqui, extemplo eundum in Samnium esse*] Et hic voculam *jam* omittit fragm. Hav. vocem autem *extemplo* edd. Aldinæ priores ignorant, quam omnes scripti tuentur, solo Harl. excepto. Deinde *in Samnio* Gaertn. et Hav. Mox *relicta ipi præda*, id est *ipsi*, pro *ibi*, Lov. 2.

Nec tam oneratum agmen dimicationi committant] *Nec tantum oner. agmen* Lov. 4. *tam oner. agrum* Lov. 1. a m. pr. Tum *dimic. dimittant* Harl.

§ 5 *Vagos prædatores in agros palantes excipiant*] Ita est in omnibus scriptis et edd. præterquam Sigonii, qui *in agris palantes* edidit, cui nullus editorum dicto audiens fuit. Sed lectionem Sigonii defendit Gronov. hoc lib. c. 2. § 11. Eamdem etiam veriorem esse Dukerus putabat. Præterea *incipiant* Flor. a m. pr. postea inter lineas adscripta est syllaba *ter*, quasi legendum foret *intercipiant*, quod Salvinio, qui hunc cod. cum edito Livio contulit, non displicebat. Puto tamen *excipiant*, quam lectionem omnes alii codd. retinent, præferendum esse. Vide ad V. 41. § 6. Paullo ante *Et quamquam similia veris*, pro *Ea quamquam*, Lov. 4. Tum *certius* non comparet in Gaertn.

§ 6 *Inde tertia vigilia moturum iter in Samnium esse*] Primam vocem non agnoscunt Port. et Oxon. B. apud Hearnium, qui in codd. C. et N. invenit *in tertia vigilia*, quod mihi quoque obvium fuit in Leid. 2. et Gaertn. Scriptum per compendium fuerat ĩt̃; eaque vox intercepta est a litera finali *m* vocis præced. quale exemplum etiam obcurrit hoc lib. c. 44. § 6. alii notam compendii additam omiserunt; quomodo sæpe peccarunt librarii. Exempla vide ad I. 12. § 1. II. 10. § 8. c. 39. § 5. c. 50. § 10. c. 52. § 3. c. 54. § 1. c. 58. § 7. III. 4. § 3. c. 28.

Digitized by Google

§ 3. v. 7. § 8. c. 47. § 2. c. 52. § 5. et 17. VI. 14. § 4. VII. 31. § 4. VIII. 24. § 17. IX. 10. § 2. hoc lib. c. 38. § 7. c. 43. § 9. XXII. 4. § 2. Et ita variant scripti et editi apud Colum. VI. 30. ubi exhibet Mstum Sangerm. 'Cibo abstinetur primo die: inde postero autem potio jejuno tepidæ aquæ præbetur:' at vulgo editur *in postero autem*. *Inde* pro *in* præferunt codd. VIII. 10. § 5. Ceterum Jac. Gronovius ad Livii VII. 14. § 8. locum male interpunctum ita distinguendum censuit: *inde tertia vigilia moturum: iter in Samnium esse:* ut 'movere' absolute ponatur, de quo vide hoc lib. ad c. 4. § 9. Deinde *iter Samnium esse*, omissa præpositione, fragm. Hav. *iter in Samnium est* Gaertn. Paullo ante *Vulturnium* Leid. 2.

§ 7 *Egredientem e castris hostem obprimeret*] Pal. 2. spreta præpositione *egred. castris hostem*. Gebh. Ita et Gaertn. atque Hav. Vide hoc lib. c. 35. § 17. In præcedd. vox *satis* non adparet in Leid. 1. Deinde *propinquitate nosci nimia*, transpositis vocibus, legunt Leid. 2. et Lov. 1.

§ 8 *Ad castra accessit; gnarosque Oscæ linguæ*] *Ad ea castra accessit* Voss. 1. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. *ad ea castra excessit* Leid. 2. Tum *gnarosque hosce linguæ* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. *gnarosque hoste linguæ* Port. *gnarosque hostis linguæ* Oxon. L. 1. teste Hearnio, qui *gnarosque hujusce linguæ* invenit in L. 2. et C. idque mihi obvium fuit in Lov. 2.

Quod facile erat in nocturna trepidatione] Præpositionem *in* excludit Harl. sed una voce auctior *in nocturna trep. cognosci* fragm. Hav. Deinde in seqq. *agnoscant*, pro *cognoscunt*, Gaertn. Tum *ad prædam prædæque custodes*, addita præpositione, Harl. et quædam ex antiqq. edd. *prædamque, prædæque custodes* Leid. 2. et Lov. 1.

Ignobile agmen, et sua quemque molientem] Vet. lib. *immobile*. Vere: nam subdit 'Samnites præda impediti.' *Sigon.* Pal. 2. Campanique ed. *immobile agmen*. Sed reliqui *ignobile*: hoc est, non fortibus viris, sed meris lixis calonibusque magna ex parte constans. *Gebh.* Omnino melius *ignobile agmen*, quam *immobile*, quod probat Sigonius, etsi et scripti quidam sic et Campanus. Hoc ipso lib. c. 25. 'Exercitum itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse.' 'Agmen ignobile' est non tam armis ornatum, quam præda oneratum, pugnæque et fortium factorum immemor. *J. F. Gron. Immobile agmen* Gaertn. Hav. Klockian. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. B. et N. in cujus tamen ultimi margine *ignobile* emendatur. *Nobilis* et *mobilis* sæpissime in Mss. commutantur. Vide ad VI. 6. § 1. c. 34. § 7. et XXI. 11. § 7. Adde Gronov. ad Senec. Agam. vs. 670. Bentlei. aliosque ad Horat. Od. I. 1. 7. viros doctos ad Petron. Satyr. c. 131. ad Rutilii Iter I. 222. et Cortium ad Sall. Catil. c. 49. et Jug. c. 56. Hic cum Gronovio, cui etiam Doujatius consentit, nihil mutandum.

§ 9 *Tempus adgrediendi aptissimum visum est: et jam lux adpetebat*] Hoc abruptum esse videbatur, et in mentem veniebat, ex ultimis literis vocis præced. posse fieri *id*, vel *hoc tempus*. Deinde nihil mutandum putavi propter ea, quæ de abruptis et male nexis in Livio adnotavit Gronovius ad Livii I. 32. *Duk. Aggrediendi tempus* Gaertn. et Hav. *Egrediendi tempus* Port. Deinde *et lux appetebat* Lov. 1. *etiam lux appetebat* Lov. 2. Vide ad XXXIX. 10. § 6. *et jam lux apparebat* Lov. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. (quod hoc loco deficit) et Hearnii Oxon. L. 2. atque N. in margine. Sed male. Supra v. 44. 'Ubi nox adpetit, prope rivos aquarum passim ferarum ritu sternuntur.' VIII. 38.

Digitized by Google

'Nox jam adpetebat: id prohibuit munimenta adoriri:' ubi vide Gebhard. XXII. 1. 'Jam ver adpetebat.' XXXVII. 32. 'Quia jam hiems adpetebat, Phocææ portus ad hibernandum classi delegit:' ubi librarios passim ita errare solitos fuisse docui. Mox *agmen hostium*, pro *agmenque*, Harl.

§ 10 *Pars stare; incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret. Inter cunctationem*] Ita vulgo hic locus distinguitur, sed vitiose, et censuimus nunc mutandum. *Jac. Gron.* Quemadmodum Jac. Gronovius interpungendum censuit, etiam in Exc. Pithœi interpunctum fuisse, auctor est Hearnius. Eandem distinctionem in plerisque edd. superesse vidi; illam vero, quam Gronov. damnavit, Heinsius in Elzevir. ed. admisit. Tum *pars instare* Hearnii Oxon. C. Deinde *utrum prægredi* Leid. 2. et Lov. 1. errore scribarum. Vide ad IX. 10. § 7. Paullo ante *Samnites præda impedit*, pro *impediti*, iidem duo codd.

§ 11 *Præterquam hostili tumultu, captivorum etiam repentina defectione*] *Præterq. hostium tumultu* Hav. et Hearnii Oxon. B. *præterq. quod hostium tumultum, capt. est repentina defectione* Gaertn. *præterq. quod hostium tumultu* Port. Tum *repentina refectione* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. Vide ad IX. 41. § 8. In verbis proximis pronomen *ipsi* exsulat a Lov. 3.

§ 12 *Arma in sarcinis deligata rapiebant*] Ut qui hostem et pugnam non exspectarent. Vide Lips. in Analect. de Milit. Rom. ad III. 2. et Freinsh. ad Curt. V. 11. § 1. *Duc. Delegata* Leid. 2. et Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 27. § 3. Eorum codd. posterior etiam *capiebant* exhibet sollemni scribarum errore. Vide ad VI. 23. § 5. Mox *intermisti agminem*, pro *agmini*, Flor. a m. pr. cujus loco manus altera emendavit *agmine*. Sed vulgatum verum est. Plin. XVII. 7. 'Intermixto lapide terræ minutæ, arenosæ.' Virgil. Ecl. X. 4. 'Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos, Doris amara suam non intermisceat undam.'

§ 13 *Statium Egnatium ducem, adeuntem ordines hortantemque*] Vet. lib. *Statium Minatium.* Sigon. Libri omnes nostri *Staium Minatium.* Gebh. Sigonii liber *Statium Minatium:* nec aliter Juntas et Saveterius ediderant. Beccarius, Ascensius, Tarvis. Ven. *Statium Minatium.* Scripti nostri et Andreas Romæ et Moguntini nam *Stajum Minatium ducem.* Prius nomen est apud Persium Sat. II. et in fragmento Fastorum municipalium apud Gruter. MLXXXVII. 2. 1. 'M. Stajus Flaccus duumvir:' unde etiam 'Stajenus,' et 'Iustejus.' Visuntur quoque in volumine inscriptionum 'P. Minacius Augus,' cum 'P. Minacio Albino' fratre, aliisque item 'M. Minacius.' Non confundendus cum Stajo Minacio Samnitium duce alter Samnitium dux Gellius Egnatius, de quo et ante Livius, et deinde. *J. F. Gron. Stajus* tribunus Tacit. Annal. IV. 27. Nec tamen *Statius* ignotum apud Samnites nomen erat. Liv. IX. 44. et XXIII. 1. *Duk. Gelium Egnatium* Hearnii Oxon. L. 2. et C. At Gellius Egnatius Samnitium dux hoc tempore non in Samnio, sed in Etruria erat, ut constat ex c. 18. et c. 19. *Stamen Minatium* Gaertn. *Scejum Minatium* Voss. 2. et Lov. 3. *Stejum Minatium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Klockian. *Statium Minatium* Leid. 1. Lov. 4. et Hearnii Oxon. N. *Statim Minatium* Hav. Harl. et Hearnii B. *Statum Minatium* Flor. *Statum Minatium* Port. Unde forte conjici posset *Statum Minacium* legendum esse. Sed vide ad IX. 44. § 18. *Statium Egnatium*, quod recte Sigonio displicuit, ac nullius cod. consensu firmatur, primum inveni in ed. Froben. 1531. Deinde *adeuntem ordines orantemque* Lov. 2. sollemni

Digitized by Google

scribarum aberratione. Vide ad XXX. 7. § 7. Paullo post *insidentem equo, captumque*, trajecta copula, Gaertn.

§ 14 *Prœliumque jam profligatum integratum est, nec diutius sustineri potuit*] Voces *jam profligatum* desunt in Harl. et edd. Aldo prioribus: *prœliumque jam profl. incognitum est* habet Gaertn. *prœliumque jam profl. integratumque est* Lov. 1. Deinde *nec diutius sustinere potuit* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. Port. Gaertn. et Hav. Paullo ante *Devocata*, pro *Revocata*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IX. 10. § 6.

§ 15. *Cæsa ad sex millia hominum: duo millia et quingenti capti*] *Ad sex millia hostium* Hearnii Oxon. L. 1. et Lov. 4. Vide ad XXIII. 37. § 11. Tum *duo millia quingenti*, sine vocula *et*, Port. Gaertn. et Hav. Mox *rò militum* exsulat ab Harl. Tum *signa militaria XX*, pro *triginta*, habet Lov. 4. *signa militaria cognita* Gaertn.

Et, quod lætissimum victoribus fuit, captivorum recepta septem millia et quadringenti] Prima vocula non adparet in Voss. 2. et Lov. 3. nec *victoribus* in Leid. 2. et Port. Ea transposita *fuit victoribus* legit Gaertn. Hinc *recepta sex millia* Hearnii Oxon. L. 2. *recepta millia septem* Harl. et edd. ante Aldum. Deinde *et XL.*, vel *et quadraginta*, Voss. 1. Lov. 1. Gaertn. et Hav.

Adcitique edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque] *Adciti edicto domini* Gaertn. Deinde *noscendas rapiendasque* Voss. 2. et Lov. 3. Infra hoc lib. cap. 36. 'Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque evocatis.'

§ 16 *Præstituta die, quarum rerum non exstitit dominus, militi concessæ*] *Præstitit ut a die, &c. militi concessa* Leid. 2. et Lov. 1. *Præstitit, ut ea die, &c. militi concessæ essent* Lov. 2. 'Præstituta dies,' ut VI. 4. 'Dies deinde præstituta capitalisque pœna, qui non remigrasset Romam:' ubi alia vide. Mox *coacti vendere*, pro *coactique*, Voss. 2. et Lov. 3. Tum *alibi, quam armis*, pro *in armis*, Port. Præpositio intercepta est a præced. vocis litera finali. Vide hoc lib. ad c. 13. § 3.

CAP. XXI. § 1 *Magnum ea populatio Campani agri tumultum*] *Magna ea populatio* Gaertn. Causam erroris vide ad VI. 2. § 8. *Populatio agri Campani* Lov. 4.

§ 2 *Etruriam concitam in arma*] Pall. 1. et 3. *concitari*. Pal. 2. *concitatam in armis*. Gebhard. *Concitari in arma* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *concitum in armis* Hav. *concitatam in armis* Port. et Gaertn. *concitatam* etiam præferunt Oxon. Hearnii B. et N. nisi quod eorum posterior *concitam* ostentet in margine. *Concitus* et *concitatus* passim confunduntur. Vide ad IX. 37. § 1.

Et Gellium Egnatium, Samnitium ducem] Hæc verba nec præcedentibus nec sequentibus conveniunt? nec enim tum demum sumebat arma, quæ dudum expertus erat, nec vocabatur ad defectionem, quippe qui dudum defecerat. Scribe *Etruriam concitam in arma, et Geli. Egn. Samn. ducem et Umbros ad def. vocare, et Gallos pretio ingenti sollicitare:* non *vocari* et *sollicitari*. J. F. Gron. De *vocari* adsentior, non item de *sollicitari*. Imperator Samnitium quidem cap. 16. apud Etruscos loquitur 'Samnitem illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio, venisse;' sed parum verisimile est, eum finibus Samnii expulsum tantam vim pecuniæ secum extulisse, ut Gallos ad societatem belli sollicitare potuerit. Itaque quod Livius dicit *sollicitari*, ad Etruscos refero, de quibus c. 10. 'Pecunia deinde, qua multum poterant, freti socios ex hostibus facere Gallos conantur.' Et c. 13. 'Palam omnibus conciliis vexari principes Etruscorum, qui non Gallos quacumque conditione traxerint ad bellum.'

Digitized by Google

Nec non ad eosdem, quod est c. 18. de bello, quod Gellius Egnatius Romanis conciverat: 'Tusci fere omnes consciverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos: et Gallica auxilia mercede sollicitabantur.' *Dukerus.* *Gallium Egnatium* Hearnii Oxon. L. 2. *Gelium Egnatium* ejusdem codex C. *Gelium Egratium* Hav. *Gilium Eñatium* Klockian. Vox autem *Samnitium* deest in Lov. 2. Gronovius in priori notarum ed. legendum conjecerat *Etruriam concitam in arma per Gellium Egnatium.* Cujus loco eam in iterata ed. substituit, quæ hic conspicitur. Verum neque illa Doujatio placere potuit; qui, quum pro hac emendatione nullius veteris exemplaris auctoritas proferatur, nihil mutandum censet: et, agnoscens hæc verba sequentibus non convenire, ad præcedentia refert; ut simul cum Etruscis Samnites eorumque dux Egnatius (repetito per zeugma vocabulo) *conciti* vel *concitati* seipsis ad arma intelligantur, et ab utrisque Umbri et Galli ad defectionem vocati ac sollicitati. Verum, si ab Etruscis et Egnatio Umbri ad defectionem vocati, et Galli sollicitati intelligendi sunt, omnino, ut Livius id dicat, cum Gronovio *vocare*, et *sollicitare* legi debet. Præterea, nisi ita legamus, *Etruriam concitam in arma* per se accipi oportet, subintellecto infinitivo verbi substantivi, neque alio referri possunt præcedentia 'post deductum inde Volumnianum exercitum.' Falsum autem est, ut jam Gronovius monuit, vel Etruriam, vel Gellium Egnatium Samnitium ducem post deductum ex Etruria Volumnianum exercitum in arma concitos esse, qui jam din antea in armis fuerant, et cum Volumnio bellum gesserant, ac licet victi arma non posuisse dicuntur. Verba itaque *concitam in arma* ad solam refero Etruriam, non etiam, ut Doujatius faciebat, ad Gellium Egnatium Samnitium ducem; eaque addita puto a Livio, ut indicet, se eam tantum Etruriæ partem intelligere, quæ bellum cum Romanis antea sumserat. Cap. autem 18. refert Tuscos 'fere omnes' conscivisse bellum; sed, Claudio adventante, metum Romani nominis 'quosdam spectantes jam arma Etruriæ populos compressisse.' 'Etruria' itaque 'concita in arma' sunt illi Etruriæ populi, qui nominis Romani metu non compressi bellum intulerunt. Hæc ergo Etruria et Gellius Egnatius utrumque, quod subjungitur, fecerunt, nempe et Umbros ad defectionem vocarunt, et Gallos pretio ingenti promisso sollicitarunt. Omnino itaque Gronovii conjectura probanda, et *vocare* ac *sollicitare* legendum videtur.

§ 3 *Justitium indici, delectum, &c. haberi jussit*] Pal. 2. *delectumque.* Gebh. Similiter Port. et Hav. At Livius ita copulas sæpius omittere solet. Supra VI. 40. 'Est aliquis, qui se inspici, æstimari fastidiat:' ubi etiam vario modo codd. turbasse videmus. Et ita alibi sæpe. *Dilectum* præferunt Flor. Leid. ambo, Lov. 1. et Klock. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 4 *Nec ingenui modo aut juniores sacramento adacti*] *Sacramento adactis* Flor. et Leid. 1. in quibus litera finalis ultimæ voci adhæsit ex prima seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Id vero quum aperte mendosum librarii nonnulli deprehenderent, suo Marte, non inspectis libris integrioribus, emendare conati sunt, ac dederunt *sacramento adacti sunt.* Quæ lectio obvia fuit in Voss. 2. Lov. 3. 4. et edd. Aldina ac plerisque recentioribus. Sane sæpe factum est, ut verbum *sunt,* unica litera *s* scribi solitum, voci præcedenti hoc modo adcreverit. Vide ad XLV. 17. § 6. Corruptius *sacramento acciti sunt* præfert Hearnii Oxon. L. 2. qui etiam τὸ *sunt* in reliquis codd. suis invenisse videtur, quia de earum lectione nihil addit,

Digitized by Google

licet ipse id in contextu servarit, et a Jac. Gronov. omissum docuerit. Quum tamen longe plures codd. hoc verbum ignorent, Gronovio adsentiri non dubitavi.

Summaque rerum prætor P. Sempronius præerat] Pal. 2. *L. Sempronius prætor.* Gebh. Nostri nihil mutant, nisi quod *prætor L. Sempronius* sit in Port. Vulgatum itaque servandum. Partim enim 'Lucii' prænomen in gente Sempronia circa hoc tempus non reperitur, et contra *P. Sempronius*, qui nunc prætoram gerit, is esse videtur, quem antea tribunum plebis Livius memoravit IX. 33. partim etiam verum non esse existimo, quod Sigonius credidit ad Livii XXII. 14. § 13. Livium semper nomina magistratuum nominibus propriis postposuisse, ut ad d. l. latius docui.

§ 5 *Parte curæ exonerarunt senatum*] *Exhonerarunt* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IV. 13. § 13. *Exoneraverunt* Hav. Mox Volumnii prænomen *Lucii* deficit in Hearnii Oxon. L. 2. Tum *populares*, pro *populatores*, præfernnt Hav. et Lov. 3.

§ 6 *Itaque et supplicationes*] *Ita et supplic.* Gaertn. Vide ad XXI. 53. § 7. et mox hoc cap. § seq. *Itaque supplic.* Lov. 3. *Itaque supplicationesque* Voss. 2. Mox *consules nomine decernunt*, pro *consulis*, Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 10. § 2.

Justitium remittitur, quod fuerat dies decem octo] Vet. lib. *per dies decem et octo.* Sigon. Ita quidem Pal. 2. Sigonio consentiens: alias reliqui duo *quod fuerat dies XVIII.* Gebh. Ex Sigoniano immissum *per* libri meliores cum antiquitus editis ignorant. Plautus Asin. II. 4. 22. 'Quia triduum hoc unum modo foro operam assiduam dedi.' Menæch. v. 5. 47. 'Elleborum potabis, faxo, aliquos viginti dies.' *J. F. Gron. Et justitium remittitur*, addita prima vocula, Lov. 4. *justitium remittunt* Harl. cum priscis edd. pro quo Froben. 1535. *remittitur* recte reposuit. Vide ad VIII. 34. § 9. Deinde, præpositione recepta, *per dies* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Et, ita nonnumquam Livium locutum esse, docet Sigonius ad XXXIX. 22. § 1. Vide etiam ad XXXVIII. 27. § 7. Sed numerus et bonitas eamdem omittentium efficiunt ut Gronovio adsentiar. Accedit Livium innumeris locis ita locutum esse. Supra II. 7. 'Matronæ annum, ut parentem, eum luxerunt.' III. 3. 'Finem justitio, quod quatriduum fuit, reditus Quinctii consulis in urbem fecit.' c. 23. 'Aliquot menses Tusculi bellatum.' c. 30. 'Quoniam ipsi quinquennium elusi essent.' v. 10. 'Unum bellum annum jam tertium trahi.' Infra hoc lib. c. 47. 'Unum diem Æsculapio supplicatio habita est.' XXI. 58. 'Biduum eo loco, velut obsessi, mansere.' c. 61. 'Triginta dies obsidio fuit.' XXVIII. 11. 'Jussi et supplicationem unum diem habere:' ubi etiam vide: c. 39. 'Ita res hos annos in Hispania atque Italia gessistis:' ad quem locum etiam Gronov. veram hujus loci lectionem adseruit. XXXI. 34. 'Biduum consul et rex continuere suos intra vallum.' XXXV. 40. 'Terra dies duodequadraginta movit.' In quorum locorum quibusdam codd. levioris auctoritatis librarii modo præpositionem *per*, modo præpositionem *in* addiderunt, modo casum quartum in sextum mutarunt. Vide etiam ad XXXV. 40. § 8. Jac. Gronov. ad Liv. XXIII. 20. § 2. et Cortium ad Sall. Jug. c. 24. § 3. Præterea *decem et octo*, quod Sigonius etiam ex vet. lib. reposuit, in nullo apud me superest codice, nisi in Sigoniani adseclis Harl. Gaertn. et Hav. ut et in edd. Rom. 1472. ac Parm. Omnes reliqui scripti per numeros exhibent *dies XVIII.* reliquæ, quas vidi, edd. Sigonio priores *dies decem octo.* Quod verum conjicio, nisi *dies octodecim* malis.

Digitized by Google

Certe sæpius ita Livium locutum esse testatur Priscian. Gramm. XVIII. 1170. 'Græci quoque πέντε καὶ δέκα, δέκα καὶ πέντε. Nos contra *quindecim*, et *decem et quinque*. Livius tamen frequenter etiam sine conjunctione, *septemdecem* et *decemseptem* dixit.' Ita plures codd. præferunt XXXIV. 10. 'Argenti infecti tulit in ærarium decem quatuor millia pondo septingenta triginta duo:' ubi vulgo editur *quatuordecim*.

Supplicatioque perlæta fuit] Probe admodum: nam ait totius civitatis summa lætitia supplicationem istam peractam. Quare non recte Pal. 2. *perlecta:* et Campan. *perlata*. Gebh. *Supplicatioque perlata fuit* Lov. 2. 4. et Neapol. Latinii. Vide ad Livii VI. 1. § 3. *Supplicatioque perlate fuit*, literis transpositis, Klockian. *supplicatioque perlecta fuit* Gaertn. et Hav. Ita etiam peccant librarii III. 38. § 12. ubi vide; VIII. 30. § 10. X. 42. § 6. et aliis locis. *Supplicatioque fuit*, omissa media voce, Hearnii Oxon. L. 1. *perleta* Flor. a m. pr. pro quo postea emendatum est *perlatat:* quod in *prolata* mutandum Salvinius conjecit. Sed male. Cur enim supplicatio, ob rem bene gestam consulis nomine decreta, justitio remisso prolata fuisset, caussam non video; quamvis tamen *perlætus* vix alibi obcurrat.

§ 7 *Circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur*] *Circa Vestinum*, et mox *in saltu Vestino* omnes scripti et edd. antiqq. Id, quod hodie editur, repositum est a Sigonio, quem vide ad c. 20. § 1. Tum *Falernumque agrum* Lov. 2. Vocem *agrum* non agnoscunt Harl. et edd. Aldo priores. Deinde *ducerentur* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *a Samnitibus*, pro *ab*, Voss. 2. Lov. 3. et eædem edd. Hinc *Ita placuit*, pro *Itaque*, Gaertn. Vide ad § præc.

§ 8 *Una ad ostium Liris fluvii, quæ Minturnæ adpellata*] *Unam* Flor. et Leid. 1. Postea *fluvii Liris* idem Leid. 1. *Liris fluminis* Lov. 3. *litoris fluvii* Gaertn. *Luris fluvii* Hearnii Oxon. L. 2. Vox *Liris* deficit in Lov. 4. Tum *quæ Venturnæ* Gaertn. *quæ tamen Turmæ* Leid. 1. *quæ Nunturnæ* edd. Rom. 1472. et Parm. *quæ nunc Minturnæ* Lov. 2.

Altera in saltu Vescino, Falernum contingente agrum] *Alterum* et *contingentem* Flor. et Leid. 1. Hinc *in salto* Gaertn. Insuper *Fal. agrum contingente* Lov. 2. Mox *Synope* per literam Græcam edd. usque ad Gruter. qui in postrema *Sinope* substituit; quomodo etiam scribendum esse, monuit Cluver. Ital. Antiq. lib. III. c. 10. p. 1079. Sequens vox *dicitur* exulat a Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *a colonis Romanis* Gaertn. *ab Romanis colonis* Harl. *a Romanis colonis* excusi ante Aldum.

§ 9 *Plebeiscito juberetur P. Sempronius prætor triumviros, &c. creare*] *Plebescito* Harl. *plebiscito* Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Hav. et, vetustissimis exceptis, plerisque edd. usque ad Gronov. Præterea *juberetur, ut P. Sempronius, &c. crearet* Voss. 2. et Lov. 3. *crearet* etiam Leid. 1. et Lov. 4. *L. Sempronius* Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad § 4. Tum *in ea loco* Leid. 1. *in eo loco* Hav. Denique *colonis deducendis*, pro *colonis*, Lov. 2.

§ 10 *In stationem se prope perpetuam infestæ regionis, non in agros, mitti rebantur*] *In stat. se quoque perp.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 17. § 6. Tum *infestatæ regionis* Gaertn. Vide ad hujus lib. c. 46. § 9. Deinde *τὸ non* deficit in Lov. 4. Sed *non agros* præfert Voss. 2. At Livium præpositiones potius repetere solitum fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. Hinc *mitterebantur* Flor. a m. pr. pro quo manus altera *mittebantur* male emendavit. Vide ad XXVII. 25. § 11. Paullo ante *nec, quia nominâ darent, facile*, omisso verbo sequenti *invenie-bantur*, est in Voss. 2. et Lov. 3.

Digitized by Google

§ 11 *Avertit ab eis curis senatum Etruriæ ingravescens bellum*] *Advertit* Voss. 2. et Lov. 3. Quod, graviorum testium auctoritate accedente, probari posset. Ingravescens enim Etruriæ bellum non tantum 'avertit' senatum ab illis minoris momenti curis, sed etiam 'advertit,' nempe ad se, id est ad se convertit. Eodem fere modo Rhenanus emendabat III. 17. 'Concilium inde legi perferendæ habere, advocato populo ab armis.' Quod mihi etiam non displicere ad enm locum notavi. Et quidem nunc tanto magis placet, quod, præter codd. ibi memoratos, similiter legant Flor. et Lov. 1. 3. ac 4. quos postea consulendi facultatem nactus sum. 'Advertere' autem pro ad se convertere inlustravimus ad l. I. c. 12. § 10. Ita contra *avertere ad se*, quam *advertere*, dicere maluerunt. Vide ad VI. 22. § 8. *Avertit ab eis senatum curis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *Ab eis avertit curis senatum* Harl. et editi ante Aldum. M&x *nec regionis ejus*, pro *ne*, Voss. 2. et *neglegerent* Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4.

§ 12 *Jam castra bifariam facta esse*] *Bifaria* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Infra XXII. 40. 'Castris bifariam factis, ut nova minora essent propius Hannibalem.' Deinde *posset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et edd. antiquiores. Frobenius demum *posuit* reposuit; cui consentiunt reliqui.

§ 13 *Ob hæc etiam adpetebat tempus comitiorum, quorum caussa L. Volumnius*] Sincera lectio *Ob hæc, et jam app. tempus, com. caussa, &c.* Gelen. Exstat quidem in priscis edd. *Ob hæc, etiam appetebat tempus com., L. Volum.:* sed diversimode in libris membranaceis: ex quibus Pall. 1. et 3. *Ob hæc etiam apparebat tempus comitiorum, et L. Vol.* Pal. 2. *Ob hæc etiam appetebat tempus com., tum L. Vol.* Gebh. Sic *Ob hæc, et jam appetebat tempus, com. causa* Gelenius: sic etiam Andreas Romæ, secutique hunc Beccar. Tarvis. Ven. nisi quod *etiam* habent. Ascensius et Mog. *Ob hanc (etiam appetebat tempus comitiorum) causam.* Juntas, Savet. *Ob hæc etiam appetebat tempus com., quorum causa L. Vol.* Pall. non agnoscunt *rè causa:* habent enim duo et Voss. alter, *comitiorum et Lucius:* Pal. 3. *comitiorum tum Lucius.* Omnia ista licet eodem ordine habeas, scribasque, *Ob hæc (et jam appetebat tempus com.) L. Vol. consul.* Habent tamen Voss. 1. et Chifl. et tolerari potest, si distinguas *Ob hæc et (jam appetebat tempus) com. causa.* J. F. Gron. Lectionem, quam Gelenius recte rejecit, et in nullo codice inveni, prima exhibet ed. Ald. *Ob hoc* est in Leid. 2. Lov. 2. Port. et Hav. Tum *etiam appetebat* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *etiam apparebat* Lov. 3. sollemni aberratione. Vide ad XXXVII. 32. § 14. Deinde *comitiorum caussa L. Vol.* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. Klockian. et Hearnii Oxon. N. et L. 1. *comitiorum tã L. Vol.* Gaertn. quomodo ob non intellectum compendium scribendi dedit librarius pro *cã*, id est *caussa*. Vide ad VIII. 14. § 1. Ob eamdem caussam datum est *comitiorum cũ*, vel *quum*, *L. Vol.* in Oxon. B. Vide ad IV. 44. § 10. Eas lectiones magis corrupernnt Port. et Hav. in quibus est *comitiorum tum L. Vol.* et Lov. 3. in quo est *comitiorum et L. Vol.* Priorem patris conjecturam maxime probasse videtur Jac. Gronovius, qui vocem *caussa* a male otiosa manu, quemadmodum sæpius alibi factum fuerat, additam putabat ad IX. 30. § 8. Mihi tamen magis adridet posterior *Ob hæc, et (jam adpetebat tempus) comitiorum caussa L. Vol.* Quum enim vox *caussa*, vel errore librariorum aliud ejus loco, in codd. tantum non omnibus constanter supersit, ei controversiam movere audax nimis videtur.

Digitized by Google

Ad suffragium centurias vocaret, in concionem advocato populo] *Centurias ad suffr.* Port. Gaertn. et Hav. Hinc *ad conc. adv.* Hearnii Oxon. L. 2. *in concione adv.* Hav. Sed 'in concionem advocare,' ut 'in consilium advocare;' de quo vide Gronov. ad Livii XXIII. 32. § 3. Mox *Etrusci belli*, trajectis vocabulis, Gaertn.

§ 14 *Jam tum, quum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit*] *Jamque tum quum ipse* Hav. *jam quum ipse* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Male. De junctis voculis *jam tum, quum* vide Stewich. de Partic. Ling. Lat. et Tursell. de Partic. Lat. Orat. c. 69. Eas restituendas censeo XLV. 6. 'Oroandes jam tum, quum pecunia deferretur, primis tenebris solverat navem.' Editur nunc vulgo *dum deferretur*. Deinde *ipse sibi cum collega* Lov. 4. Vide ad I. 57. § 10. et V. 34. § 7. *Ipse ibi collega* Leid. 2. et Lov. 1.

Ut nec duce uno, nec exercitu geri potuerit] *Ut nec uno duce, uno nec ex.* Lov. 2. et ita etiam erat in Leid. 1. nisi quod duæ priores voculæ *ut nec* ab eo exsulent.

Accessisse postea dici Umbros] Dissentiunt iterum libri Mss. et vetusti editi: quippe Pall. 1. ac 3. *accessisseque postea dici Umbros*. Campanus *Access. his postea dici Umbros*. Andreas *Acces. postea Umbros*. Gebh. *Accessisseque postea dici Umbros* Voss. 2. et Lov. 3. *accessisse etiam postea dici Umbros* Gaertn. et Hav. *accessisset postea dici Umbros* Leid. 1. *accessissent postea dici Umbros* Harl. et quædam ex vett. edd. *accessisse dici Umbros* Port. *accessisse postea dicit Umbros* Voss. 1. *accessisse dicit postea Umbros* Leid. 2. et Lov. 1. Mox *Gallorum exercitum* Gaertn.

§ 15 *Adversus quatuor populos duces consules illo die deligi meminissent*] Vet. lib. *duos consules*: optime. Quatuor enim populos duobus consulibus opponit. *Sigon.* Pal. 2. solus hanc stabilit lectionem *duos consules*, a Sigoniano numquam discrepans. Reliqui duo *duces consules*. Andreas vulgavit *Adv. quatuor pop. et duces consules illo die deligi memin.* Gebh. Sic *duos consules* Sigonius ex suo, cum in aliis et melioribus sit *duces consules*. Fregit vim sententiæ puerili antitheto et lusu in numeris *quatuor* et *duo*. Nam si quicquam referret, quod duo tantum adversus quatuor, cur tamquam graviorem adversarium minatur omnibus quatuor unum dictatorem? Immo pondus omne in vocabulo *duces* est; meminissent creare se consules, qui duces futuri essent bello adversus quatuor firmissimos populos. Andreas et omnes antiqui impressi *populos et duces*. J. F. Gron. Malim *duces, non consules*: h. e. qui non tam gesturi essent consulatum in urbe, quam duces futuri exercituum contra quatuor hostes populos: atque idcirco deligendos esse meminissent his comitiis tales consules, qui magis sint idonei, ut reipublicæ præsint belli forisque, quam domi et in pace. *Jac. Periz.* in Orig. Babyl. c. 6. *Duces consules* reposui, quod tuentur Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. a m. pr. Lov. 2. 3. 4. Klockian. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *et duces consules* priscis edd. consentiens Harl. Primus Aldus *duces consules* recte dederat. Tum *deligi illo die* Gaertn. *illo die diligi* Lov. 1. eadem ratione, qua *dilectus* pro *delectus* sæpe obcurrit. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Nisi confideret, cum consensu populi Romani consulem declaratum iri, qui haud dubie] *Confideret, cum consensu pop. Rom.* Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Sed solent voces *cum* et *eum* ob similitudinem literarum in Mss. confundi. Vide ad X. 7. § 3. Hinc *consulem* deficit in Gaertn. qui etiam *declaratam iri* præfert; at *declaratum reri* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. *declaratum ieri* Lov. 3. *declaratum firi* Flor.

Digitized by Google

a.m. pr. quod in *declaratum fieri* perperam mutavit manus interpolatrix. Voces *iri qui* desunt in Lov. 2.

Primus omnium ductor habeatur, dictatorem] Ludit in vocibus 'ductor' et 'dictator.' *Sigon. Primus ductor omnium haberetur* Lov. 2. *haberetur* etiam Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *habetur* Leid. 1. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm.

CAP. XXII. § 1 *Quin Q. Fabius*] [Vide Var. Lectt.] Prima vocula deficit in Port. secunda in Gaertn. *quin Q. Fabius quintum* præfert Flor. *quin Fabius quintum* Leid. 1. et Lov. 4. *qui Fabius Quintus* Leid. 2. *quin Fabius Quintus* Lov. 2. 3. et 4.

Eumque et prærogativæ et primo vocatæ omnes centuriæ consulem cum L. Volumnio] *Cumque prærogativæ* Leid. 1. Lov. 1. 2. et Harl. Vide ad x. 7. § 3. *Cumque eum et prærog.* Lov. 3. *eumque et prærog. eum* Voss. 2. Deinde *consulem C. L. cum L. Volumnio* Leid. 2. et Lov. 1. Ceterum de prærogativis et jure vocatis vide Pantagathum apud Ursin. ad Livii I. 43. § 12. et Dukerum ad v. 18. § 1. Hic autem constanter omnes, quibus utor, codd. *prærogativæ*, non *prærogativa*.

§ 2 *Deinde, ut vincebatur consensu*] Pal. 2. *ut convincebatur*. Gebh. Eadem lectio exstat etiam in Lov. 2. Port. et Hav. Sed orta videtur ex scribarum errore; qui quum, omissa voce *vincebatur*, sequentis primam syllabam exarassent, neglegentia animadversa perperam omissum addiderunt, nec tamen τὸ non delerunt, ne codicem macularent. Similia alia vide ad II. 34. § 9. *Ut vincebantur* habet Leid. 1. Mox *versus*, pro *versa*, Lov. 2. *vestra* Leid. 2.

§ 3 *Id senectuti suæ adminiculum fore*] Vet. lib. *hunc senectuti suæ*. Sigon. Pal. 2. *hunc senectutis suæ admin. fore*. Gebh. *Id senectutis suæ* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. et Gaertn. Sed litera sibilans fini vocis secundæ ex principio seq. adhæsit. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Adminiculum senectuti* autem ea ratione dictum est, qua plura alia, de quibus vide ad III. 46. § 2. *Id senectutis ejus* Lov. 2. *hunc senectutis suæ* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed vulgatum defendit Gronovius ad Senec. Consol. ad Marc. c. 19. pluribus exemplis docens, pronomina potius genere convenire cum voce sequenti, quam præcedenti.

Duobusque consulatibus simul gestis expertum se, nil concordi collegio] Copula *que* exsulat a Gaertn. vox *simul* a Port. Deinde *expertum scire* quædam ex priscis edd. præferunt: *nihil* autem est in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Port. Hav. et edd. Aldina prioribus. Reliqui *nil* tuentur. Vide ad VI. 40. § 3. Tum *concordi collegi* Leid. 2. *concordi collega* Hearnii Oxon. N. in margine: quæ alterius lectionis glossa videtur. Supra IV. 17. 'Is magistrum equitum ex collegio prioris anni L. Quinctium Cincinnatum dixit:' ubi alia vide. Mox *esset*, pro *esse*, Leid. 1.

Novo imperii socio vix jam adsuescere] *Ñ imperii socio* Leid. 1. *nā imperii socio* Lov. 2. *novi imperii socio* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Vocula *jam* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Cum moribus notis facilius se communicaturum consilia] Id est, cum homine, cujus mores noti sunt. Vide Gronov. ad Senec. Ep. VII. Præterea *se facile comm.* Lov. 4. *se potius comm.* Gaertn.

§ 4 *Quum meritis P. Decii laudibus, tum quod ex concordia*] Lege *tum quæ*. Gelen. *Tum meritis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et excusi ante Aldum. Vide ad VI. 23. § 3. Deinde *eumque ex conc.* Lov. 2. *tum quia ex conc.* Lov. 1. *tum quod ex conc.* unus retinet Harl. Mox *cum quæ ex discordia* Flor. *quæque ea discordia*, pro *ex discordia*, Voss. 1. Leid. 1. et Hav. Vide ad XL. 59. § 8. et mox hoc cap. ad § 6. *Quam ea discordia* Leid.

Digitized by Google

2. et Lov. 1. *quæ ex discordia* Lov. 2. Deinde *mala in ministratione* Voss. 2. *mala administratione* Gaertn.

§ 5 *Memorando, quam prope ad ultimum discrimen*] Voss. uterque, Rott. Helm. *quam prope ultimum*. Recte. Vide ad VI. 42. *J. F. Gron.* Non bene videntur hæc procedere, *tum memorando, &c. admonendo*. Certe durum est in his ἀσύνδετον, quod *memorando* inter duo illa ponitur, quorum utrumque ad hoc verbum refertur. *Duk. Quam prope ad ultimum* in solis superest Harl. Port. et Hearnii Oxon. B. *quam prope in ultimum* in Hav. Sed recte *quam prope ultimum* Leid. uterque, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Oxon. L. 1. 2. N. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad VI. 42. § 10.

§ 6 *Admonendo Decium Fabiumque, ut unò animo*] Pal. 2. habet *admonendo Decium Fabiumque, uno animo*. Gebh. *Amonendo* Lov. 1. Ita sæpe peccarunt librarii. Exempla vide ad III. 4. § 1. v. 46. § 6. VIII. 28. § 3. et alibi. *Decium Fabiumque, et uno animo* Gaertn. Vide ad XXI. 28. § 8.

Esse præterea viros natos militiæ] Vet. lib. *gnaros militiæ*. Vere: nam sequitur oppositum ' ad verborum linguæque certamina rudes.' Sic c. 20. ' Gnaros Oscæ linguæ.' *Sigon.* Substituit Sigonius ex Mss. suis *gnaros*: quam bene, nescio. ' Natus militiæ ' alius profecto, quam ' gnarus,' plusque ab eo requiritur. *Grut.* Propertius El. I. 6. 29. ' Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.' Pal. 2. *gnaros militiæ*, quod avide probat Sigonius, me invito, quia, hac admissa lectione, decerpitur laudibus Fabii Deciique: amplius enim est, ' natum ' esse ' militiæ,' quam ejusdem ' gnarum.' *Gebh. Gnaros militiæ* etiam Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *garos militiæ* Lov. 1. Reliqui, et inter eos Flor. *natos militiæ* tuentur; quod etiam Gronovius alteri præferebat Observ. IV. 17. p. 278. multisque exemplis, etiam ex Livio petitis, inlustravit. Vide quoque notata ad IV. 13. § 11. Mox *linguæ certamina*, pro *linguæque*, Gaertn. Deinde *et ingenia*, pro *ea ingenia*, Lov. 2. 3. 4. *ex ingenia* Leid. 1. Vide modo ad § 4.

§ 7 *Callidos solertesque, juris atque eloquentiæ consultos, qualis Ap. Claudius esset*] *Calidos* Leid. 2. Lov. 1. 2. et Port. solita scribarum aberratione. Vide ad XXXV. 32. § 12. *Solertesque viris* Lov. 3. Vide ad II. 44. § 5. *Solertesque viros* corruptius Portug. et Gaertn. Tum *eloq. consularis* Lov. 2. *eloquentiæ consultus* Lov. 3. *eloq. consulatus* Voss. 2. et Lov. 4. *eloq. consulatos* Leid. 1. Aurel. Vict. de Vir. Inl. c. 72. ' Eloquentiæ consultus ex ea gloriam peperit.' Cic. Orat. Phil. IX. 5. ' Neque enim ille magis juris consultus, quam justitiæ fuit.' Præterea *qualis vel Ap. Claudius esset* Hav. *qualis Appius C.* omissa etiam ultima voce, Port. et Gaertn.

Urbi ac foro præsides habendos, prætoresque ad reddenda jura creandos esse] Rejiciunt copulam *que* Pall. duo: at Pal. 2. *creandos fore*. Gebh. *Urbis ac foro* quædam ex prioribus edd. *urbi ac fori* Leid. ambo, et Lov. 1. neque aliter Flor. a m. sec. in quo corruptius *urbi ac tori* a m. pr. legebatur. ' Præses urbi ac foro ' similiter dictum est, ac ' princeps nobilitati,' ' adjutor consilii,' et similia, de quibus vide ad lib. XXXIX. c. 47. § 11. Mox copula *que* deficit etiam in Lov. 3. Hinc *creatos esse* legit Lov. 2. *creandos fore* Hav.

§ 9 *Consules creati Q. Fabius et P. Decius: Ap. Claudius prætor*] *Creati consules* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Sed prior vox *consules* exsulat a Voss. 1. Hinc *Q. Fabius Max.* legit Lov. 4. Postea *Ap. Claudio pr.* Lov. 3. *Ap. Claudius pre. Ro.* Leid. 2. *Ap. Claudius p. R.* Lov. 1.

Omnes absentes] Oportuit Q. Fabium ac P. Decium non descendisse

Digitized by Google

in campum Martium; alioqui utique præsentes erant. Appius autem erat in Hetruria. Cæterum cum aliud fuerit tempus creandi, aliud ineundi magistratus, Livius in nunc sequentibus frequenter numerum adjicit posteriori tempori, quanquam ea res indiligenter ab eo observata est multis in locis. *Glar.* Non est prætereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos sæpe, inprimis autem Glareanum, torsit, explicetur; id est, quid sit apud Livium 'absentem consulem' aut 'prætorem creari:' non enim eum significat tantum, qui abest ab Urbe, sed etiam, qui, cum in Urbe sit, abest a Campo; in quo tamen comitia creandi magistratus causa habeantur. Sic loquitur IV. 42. 'Plebi tribunos plebis Sex. Tempanium, A. Sellium absentes fecit:' hos vero ex castris in Urbem cum consule reversos paucis ante versibus tradidit: et hoc lib. c. 5. 'Consul ex dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atque adeo absentem creatum tradidere quidam.' Sic hoc loco Q. Fabius et P. Decius facti consules sunt, cum in Campo non adessent, Ap. Claudius prætor, cum non solum in Campo, sed ne in Urbe quidem tum, sed in Etruria, versaretur. Hoc autem ita esse, aperte docet Dionysius lib. IX. pag. 599. de Ap. Claudio consule absente facto, id est, ut ipse interpretatur, qui in Campum non descenderat: *Ἄππιον Κλαύδιον πολλὰ ἀντειπόντα καὶ οὐδ' εἰς τὸ πεδίον ἐλθεῖν βουληθέντα ἕνεκα τῶν ἀρχαιρεσιῶν, οὐδὲν ἧττον προεβούλευσάν τε καὶ ἐψηφίσαντο ἀπόντα ὕπατον.* ['*Absentes* hos dici, æque Glareanus, atque Sigonius scivit.'] *Sigon.* Et tamen, qua ratione *absentes* dicendum sit, lectorem despicere jubet Glareanus ad IV. 42. § 1. Vide autem eadem fere monentem Sigonium ad Liv. XXII. 26. § 12. *Absentes* etiam illos dictos esse, qui ab Urbe aberant, constat ex Liv. XXIV. 43. 'Creati consules ambo absentes.' Postea eodem cap. addit, 'Comitiis perfectis, auctore Q. Fabio consule, designati consules Romam arcessiti magistratum inierunt.'

Ex senatusconsulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est] *Ex s. et scito plebis* Lov. 3. Vide ad XXVII. 25. § 3. *Ex senatu consulto* Haverk. Deinde præpositio *in* omittitur in Leid. 1. sed eam intercepit litera finalis vocis præced. Vide hoc lib. c. 13. § 3. 'Prorogatum in annum,' ut 'reficere in annum.' Vide ad IV. 55. § 6. Ceterum rogat Donjatius, an non potius ex senatus auctoritate, quæ leges et plebiscita præcedere hisce temporibus solebat? et respondet, hæc sæpe confundi. Sed proprie 'senatus auctoritas' dicebatur, quum vel senatus non legitimus aliquid decreverat, vel tribunus plebis intercesserat; 'senatusconsultum' si nihil tale interveniseet: interdum tamen 'senatus auctoritas' pro 'senatusconsulto' ponitur. Vide Manut. ad Cic. ad Famil. I. 1. Hic ergo proprie Livius dixit *ex senatusconsulto*, non *ex senatus auctoritate*. Verum est Patres hac tempestate ante initum suffragium auctores fieri debuisse; sed id obtinebat in comitiis centuriatis et curiatis, non tributis, unde Patres lege Publilia et Lætoria submoti erant. Vide pluribus hæc docte exsequentem Gronov. Obs. I. 25. Quin etiam in illis, in quibus Patres auctores fieri debebant, eorum decretum vocatur 'senatusconsultum.' Liv. I. VI. c. ult. 'Factum senatusconsultum, ut duo viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret; Patres auctores omnium ejus anni comitiis fierent.' Hic alia res esse videtur. Senatus quum ex utilitate reipublicæ esse censeret, ut Volumnio in annum imperium prorogaretur, interposito senatusconsulto tribunis plebis negotium dedit, ut ea de re ad plebem comitiis tributis ferrent. Supra VIII. 23. 'Actum cum tribunis est, ad po-

Digitized by Google

pulum ferrent, ut, quum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret.' Hoc lib. cap. præc. 'Tribunis plebis negotium datum est,' (nempe a senatu, ut præcedentia docent,) 'ut plebeiscito juberetur P. Sempronius prætor triumviros in ea loca colonis deducendis creare.' XXVII. 22. 'Prorogatum' imperium 'et L. Veturio Philoni est. Quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab senatu, latumque de prorogando imperio ad populum est.' Nisi quis locum hunc alio pertinere censeat. XXXIV. 53. 'Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex senatusconsulto tulit ad plebem, plebsque scivit, ut Latinæ duæ coloniæ deducerentur.' XXXV. 20. 'His duobus primum senatusconsulto, deinde plebis etiam scito permutatæ provinciæ sunt.' c. 40. 'Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est senatusconsulto plebisque scito.'

CAP. XXIII. § 1 *Eo anno prodigia multa fuerunt*] *Eodem anno* Hearnii Oxon. C. Vide hoc lib. ad cap. 10. § 6. Tum *fuere* Lov. 4. et Hav.

Quorum averruncandorum caussa] *Quorum procurandorum* Lov. 4. *quorum advertendorum* Hearnii Oxon. L. 1. 2. et N. in contextu, *quorum avertendorum* Voss. 1. in margine, Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Oxon. B. ac C. Sed, nubem pro Junone amplexi, scribæ pro voce minus nota notiorem, quæ ejus interpretatio erat, in contextum receperunt. Vide quæ notantur ad VIII. 6. § 11. et Gronov. ad Livii XXIX. 27. § 2.

§ 2 *Publice vinum ac thus præbitum*] Vet. lib. *ac thus sacrificiis præb.* Sigon. Pall. duo *thus plebi datum præbiturum.* Ceterum illud *sacrificiis* intrusum ab Sigonio aspernantur quoque vetustæ edd. *Gebh.* Valde corrupte hæc in scriptis habentur: in uno consentiunt, quod ignorant τὸ *sacrificiis* ab Sigonio additum. *J. F. Gron.* Neque ego τὸ *sacrificiis* in ullo cod. ne illis quidem, qui ceteroquin plerumque vet. lib. Sigonii adsentiuntur, inveni. Præterea *ac par thus biduum* Voss. 1. *ac pāthus biduum* Leid. 2. et Lov. 1. *ac thus plebituum* Voss. 2. et Leid. 1. neque aliter Lov. 4. nisi quod voces *ac thus* omittat, relicta tamen lacuna. *Ac tum sprebituum* Flor. *ac thus plebi datum præbiturum* Lov. 3. *ac per thus*, reliquis omissis, Hearnii Oxon. L. 2. *ac thus biduum* Oxon. C. *ac thus exhibuerunt* Oxon. N. sed a manu altera. Vocem itaque a Sigonio additam, et a Gebhardo ac Gronovio damnatam, sed in contextu relictam, inde ejeci. Ex vitiosa autem cod. Flor. scriptura patet, librarium ejus *tus* sine adspiratione scribendum censuisse: quam orthographiam plurimi probarunt. Vide Achill. Stat. ad Tibull. Eleg. 1. 3. 34. Dausquei. in Orthogr. part. 2. et Voss. in Etymol. Ling. Lat. in voce 'Tus.' Vox *publice* deficit etiam in Leid. 2. Mox *supplicatum ire* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. Vide ad XLV. 2. § 7.

§ 3 *Certamen in sacello pudicitiæ patriciæ, quæ in foro boario est ad ædem*] Vox *patriciæ* deest in Gaertn. et quibusdam edd. vett. Tum *quæ in foro bovario est* Flor. Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. N. in contextu. Vide ad XXXV. 40. § 8. *Quod in foro bovario est* Leid. 2. et Hav. *quod in foro boario est* Gaertn. Port. et Hearnii Oxon. C. *in sacello Pudicitiæ in foro boario patriciæ, quod est ad ædem* Lov. 3.

§ 4 *Virginiam, Auli filiam, patriciam plebeio nuptam Volumnio*] *Verginiam* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. quomodo iidem codd. cum Voss. 2. etiam mox § seq. exhibent, et Exc. Pithœi apud Hearnium hoc loco. Vide ad II. 17. § 1. *Virginii Auli P. filiam* Gaertn. Deinde *nuptam L. Volumnio* Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. Hearnii Oxon. N. L.

Digitized by Google

2. C. omnesque editi usque ad Curionem, qui primus prænomen omisit. Tot itaque codicum testimonio firmatum revocavi; quod interim etiam Sigonius fecerat, sed a nullo auditus.

Quod e Patribus nupsisset] Lege *enupsisset*. Gelen. *Nupsisset* in solo apud me Harl. superest; itaque primum editum vidi Mediolani 1480. neque eam lectionem recepit nisi Frobenius 1531. unde Gelenio priorem lectionem revocandi occasio data est. *Nupsisset* se etiam in Alerien-si èd. reperisse Hearne testatur. Romana tamen 1472. *enupsisset* obfert: quod etiam in omnibus scriptis meis superest, nisi quod *emisisset* legat Hav. Præterea *de Patribus* Lov. 4. Male. Supra IV. 4. 'Neque vestras filias sororesque enubere sinendo e Patribus:' ubi etiam de verbo 'enubere' plura dicta sunt. Mox *sacris arguerant*, pro *arcuerunt*, Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et Hav. Vide ad l. VI. c. 25. § 6.

Brevis altercatio inde] *Brevis autem alt.* Voss. 2. et Lov. 3. *Brevis altricatio* Leid. 2. et Gaertn. Vide ad IV. 6. § 1. Mox *in contemptionem* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Port. *in contempsionem* Gaertn. Ita etiam 'contendere' et 'contemnere' in Mss. confundi solent. Vide ad VI. 6. § 6. *In concionem* Leid. 2. Vide ad IV. 6. § 4. Adde hoc lib. ad c. 26. § 6.

§ 5 *Et uni nuptam, ad quem virgo deducta sit*] Signatum in re nuptiali verbum. Propertius Eleg. IV. 3. 13. 'Quæ mihi deductæ fax omen prætulit.' Pal. 2. *virgo devecta*. Gebh. Ita et Hav. Sed 'deducere' hoc sensu inlustrant Jan. Gulielm. in Plautum Miscell. Quæst. cap. 4. et Gronov. ad Plauti Milit. Glor. III. 1. 91. Præterea *vetuni nuptam* Leid. 1. *uni nuptam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Volumnio nuptam* Lov. 2. *viri nuptam* Gaertn. qui idem etiam *atque virgo*, pro *ad quem virgo*, librarii culpa exhibet.

Nec se viri honorumve ejus ac rerum gestarum pœnitere] *Bonorumve* Lov. 2. Tum *nec rerum gestarum* Hearnii Oxon. C. Deinde *pœniteret* Lovel. 2. et 3.

Vero gloriaretur] *Non gloriaretur* Leid. 2. *verum gloriaretur* Lov. 2. et Neapol. Latinii. Doujatio rotundius futurum videbatur, si *vere* legeretur; agnoscit tamen *vero* accipi posse pro 're omnino vera,' 'ex vero.' Hinc efficit, priori conjectura opus non fuisse. Sane *vero* hoc sensu poni docuerunt Sciopp. Susp. Lect. IV. 20. et Cortius ad Sallust. Cat. cap. 58. § 16. et cap. 61. § 1. Vide etiam ad XL. 9. § 8.

§ 6 *Quod satis esset loci modico sacello, exclusit*] Vide Gronovium Obs. III. 13. *Duk. Quod satis esse* Leid. 2. Paullo ante *Facto deinde egregiore* Port. a m. pr. et *adduxit*, pro *adauxit*, Hav.

Convocatis plebeiis matronis] Vir doctus legere videtur ad Tacitum *convocatis plebeiis matrimoniis*: ut dicitur ab aliis 'conjugium' pro 'conjuge,' 'servitium' pro 'servo,' 'clientelæ' pro 'clientibus.' *Modius. Matrimoniis* Ms. recte: 'matrimonium' enim pro matrona, ut in Tacito 'conjugium principis' pro conjuge principis, et 'clientelæ' pro clientibus. Vide Lipsium ad Tac. Ann. lib. XII. c. 65. Virg. Æn. III. 296. 'Conjugio Æacidæ Pyrrhi sceptrisque potitum.' Apuleius de As. Aur. lib. IX. p. 164. ed. Colv. 'Pudicitiamque caro conjugio conservare summa diligentia cuperet.' *Klock. Matrimoniis* etiam Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. in contextu, Port. et Gaertn. Ita loquitur sæpe Justinus locis quæ lexicographi notarunt. Adde XVIII. 5. 'Ut et juventus matrimonia, et urbs sobolem haberet.' Florus I. 1. 'Itaque matrimonia a finitimis petita:' ubi vide Dukerum. Subdubito tamen, an ita Livius loquutus sit,

Digitized by Google

quia non modo in ipso, sed ne in æqualibus quidem scriptoribus, simile exemplum obcurrit. Paullo ante *aramque ibi imposuit* Gaertn. pro *posuit*, Sed prima syllaba *im*, vel *i*, nata est ex præced. vocis litera finali. Vide ad v. 37. § 7. 'Ponere aram,' ut apud Ovid. Ep. Her. XXI. 157. 'Ter mihi jam veniens posita Hymenæus ad aras Fugit.' Fast. I. 275, 'Ara mihi posita est parvo conjuncta sacello.' Potest etiam *aram posuit* accipi pro 'aram dedicavit:' quo sensu 'ponere' apud Livium et alios passim obcurrit.

Conquesta injuriam patriciarum] Pall. duo *conquesta de injuria*. Sic mox cap. 24. referunt Pall. duo *P. Decius de senatus injuria querebatur*. Gebh. *Conquestam injuriam* Gaertn. *conquesta injuria* Leid. ambo, Lov. 1. et Harl. quasi deponens hic accipiendum foret forma passiva. Potius tamen existimo, librarios ita scripsisse ob illam causam, quam dedi VI. 3. § 8. ex qua eadem causa etiam nata est modo memorata cod. Gaertn. scriptura, ut et *conquesta injuriarum patr.* in Lov. 2. *conquesta de injuria* Lov. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. Vulgatum præfero. Infra XXXV. 12. 'Theas prætor eorum conquestus injurias Romanorum.' XXXIX. 5. 'Id Cenomani conquesti Romæ apud senatum.' Et ita XXIX. 9. 'Quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit:' et l. XXXI. c. 31. 'Quum ad conquerendas Philippi injurias in tot socias nobis urbes venissem;' pro *ad conquerendum injurias*. Et ita sæpius etiam Livium 'queri injuriam,' 'necem,' et similia dixisse, videbimus ad XXIX. 19. § 5. Vox *patriciarum* exulat a Lov. 4.

§ 7 *Hanc ego aram, inquit, Pudicitiæ plebeiæ dedico*] Vox *aram* omisit scriba Harl. *Hanc aram ego, inquit* præfert Leid. 1. *Pudicitiæ dedico plebeiæ* Voss. 2. et Lov. 3.

Vosque hortor, ut, quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet] *Vosque exortor, et quod cert.* Hav. Tum vox *virtutis* deest in Lov. 4. sequens *viros* in Lov. 3. cujus loco *pares* præfert Port. Mox *hea pudicitiæ*, pro *hoc*, Lov. 2.

§ 8 *Si quid potest, sanctius et a castioribus cœli dicatur*] *Si quidem sanctius et a cast.* Lov. 2. Displicuisse videtur librario, τὸ *quid* hic abundare; quod tamen post voculam *si* frequens est. Vide ad III. 48. § 4. *Si quid potest, a sanctioribus et cast.* Harl. et editi Aldo priores. Non placet propter id quod additur. 'Mulier' enim 'sancta' est casta. Vide viros doctos ad Phædri Fab. III. 10. 30. At 'sanctius colere' est majori religione colere: apud Cic. de Nat. Deor. I. 21. 'Pie sancteque colimus naturam excellentem atque præstantem.' l. II. cap. 24. 'Non eum, quem nostri majores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt.'

§ 9 *Eodem ferme ritu et hæc ara, quo illa antiquior, culta est*] *Non quod illa antiq.* Voss. 2. *nisi quod illa antiq.* Lov. 4. *quod illa antiq.* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. ac 3. *qua illa antiq.* Hav. *quam illa antiq.* Flor. a m. sec. Tum *est culta* Port. Gaertn. et Hav.

Ut nulla, nisi spectatæ pudicitiæ matrona, et quæ uni viro nupta fuisset] *Ut nulla non spect. pud. matrona* Voss. 2, et Lov. 3. Vox *viro* in quibusdam non comparet edd. principibus.

§ 10 *Vulgata dein religio a pollutis*] Hoc Latine loquentibus puto esse 'religio enunciata est a profanis.' Horatius Od. III. 2. 26. 'Qui Cereris sacrum vulgarit arcanæ.' Ovidius Art. Amat. II. 602. 'Quis Cereris ritus ausit vulgare profanis?' Petron. c. 17. 'Ne, quod in sacello Priapi vidistis, vulgetis:' et c. 18. 'Neque sacra quemquam vulgaturum.' 'Enunciare' dixit Livius c. 38. 'Quæ visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum:' de quo Gronovius ad

Digitized by Google

IX. 16. Sed non apparet quidquam in sacro Pudicitiæ fuisse, quod enunciari nefas esset. Suspicor deleta præpositione legendum *Vulgata dein religio pollutis*, et sententiam esse: quum primum non nisi spectatæ pudicitiæ matronæ, et quæ uni viro nuptæ fuissent, sacrificandi in hoc sacello jus haberent, deinde hoc sacrum cum aliis quoque communicatum, et ad id etiam stupris atque adulteriis pollutas, non matronas solum, verum etiam promiscue omnis ordinis fœminas, admissas fuisse. 'Vulgare' est sæpe vulgo promiscue pluribus tribuere, et cum pluribus communicare, quod Livius cum præpositionibus *in*, *cum*, et *per* effert II. 41. IV. cap. 1. et 30. ac XXVIII. 27. Sed non minus cum tertio casu dicitur. Cic. de Arusp. Resp. cap. 27. 'Quæ navis umquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius ætas fuit?' Senec. Hippol. vs. 910. 'Et castum diu Vulgare populis corpus.' Cetera, quæ huc pertinent, legi possunt apud Gyraldum in Historia Deor. Syntagm. I. pag. 35. ed. Lugd. et Passeratium ad Propert. El. II. 6. p. 271. SODALITAS. PUDICITIÆ. SERVANDÆ in inscriptione apud Sponium in Miscell. c. 2. in fin. et in Gudianis p. CCVII. 10. Quæ fuerit, et an aliquid commune cum hoc sacro habuerit, mihi incognitum est. *Duk. Vulgata deinde religio* Leid. 2. Lov. 2. Harl. Port. Hav. Gaertn. et editi usque ad Froben. qui a. 1535. *dein* recepit: cum quo faciunt reliqui codd. Vide ad III. 3, § 6. Tum *ab pollutis* Port. Gaertn. et Hav. Mox *ne a matronis*, pro *nec*, Voss. 2. *nec a matrimonio* Hav. quomodo quum hoc loco peccarit scriba, id me confirmat, idem hominum genus similiter peccare potuisse hoc cap. § 6.

§ 11 *Eodem anno Cn. et Q. Ogulnii ædiles curules aliquot fœneratoribus diem dixerunt*] Pall. duo et ed. Camp. *Oguinii*. Pal. 2. *Cogninii æd. cur. aliquot diem fœn. dixerunt*. Gebh. *Cn. et Q. Oguinii ædiles curules* Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. neque aliter Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. nisi quod vocem *curules* omittant. *Cornelius et Q. Egunii ædiles curules* Lov. 2. *Cn. et Q. Eginii ædiles curules* Harnil Oxon. L. 1. *Oguini* Lov. 3. *Ognunii* Lov. 4. *Ogolini* Gaertn. *Cn. Q. Ogmunii curules* Hav. Similia lectionum monstra erant in Mss. hoc lib. c. 6. § 3. Tum *aliquibus fœn.* Lovel. 2. Vide ad VI. 27. § 8. *Aliquot senatoribus* Leid. 2. Ita autem peccatum a librariis, quum *fen'atoribus* scriptum esset, propter similitudinem literarum *f* et *f*. Vide ad XXII. 28. § 10. Vocem *diem* omittit Lov. 3.

§ 12 *Quorum bonis mulctatis*] *Multatis* Leid. 1. Lov. 1. ac 2. a m. pr. rum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad Livii II. 52. § 4. Insolens autem est locutio 'multare bona,' quum potius dicendum foret 'multare bonis,' quemadmodum 'multare agro:' ea itaque displicuit librariis Voss. 2. et Lov. 3. qui *quorum bonis instatis* perperam dederunt. Livius potius *quorum bonis multatis* dixit, quam *quibus bonis multatis*, ut concursum ablativorum evitaret, quemadmodum observat Doujatius.

Ænea in Capitolio limina] *Janua* Lov. 2. *lumina* Leid. 2. sollemni scribarum errore. Iis quæ notavi ad Silii I. 66. adde Burm. ad Suet. Calig. c. 45. *luminaria* habet Lov. 4. An hujus lectionis auctor ob oculos habuit locum Eginh. in vit. Caroli M. c. 26.? 'Miræ pulchritudinis basilicam Aquisgrani exstruxit, auroque et argento et luminaribus, atque ex ære solido cancellis et januis ornavit.' Sed vulgatum probum est. De æneis Capitolii limiuibus vide Just. Rycquium de Capitol. c. 17. Mox *in cellam Jovis*, pro *in cella*, Voss. 1.

Jovemque in culmine cum quadrigis] Has 'argenteas' fuisse, ex hoc loco scribit Rycquius de Capitol. c. 15.

Digitized by Google

'æneas' Nardinus Rom. Vet. v. 15. Mihi ex verbis Livii neutrum pro certo videtur adfirmari posse. Sed Rycquius secum non satis consentit: nam si ex eo quod de argenteis vasis præcedit, colligere voluit quadrigas quoque argenteas fuisse, etiam de simulacro lupæ et infantium idem statuere debuerat; at c. 24. non videtur improbare sententiam eorum, qui hoc æneum fuisse putant. *Duk. Jovem in culmine* Voss. 2. et Lov. 3.

Et ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupæ posuerunt] *Et aficitum Rum.* Voss. 1. a m. pr. vocula *et* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *simulacrum infantium* Voss. 2. Deinde præpositio *sub* exsulat ab eôdem Voss. 2. ut et Leid. 1. atque Lov. 2. 3. 4. Tandem *posuere* Lov. 4. Cetera de lupæ infantium nutricis simulacro vide Just. Rycquium de Capitol. c. 24.

Semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Martis straverunt] Utrobique [hic et mox 'ad Cereris ædem'] *ædem* scriba benignus de suo adjecit. *Gelen.* Quærunt viri docti in libro de Tutela Viarum part. II. c. 8. pag. 349. an cura sternendarum viarum (in Urbe scilicet, ut ex iis intelligitur quæ paullo post de cura viarum in Urbe definiunt) ædilibus etiam injuncta fuerit? et respondent, ita quidem videri posse ex hoc loco Livii, et ex eo qui cap. ult. hujus libri est: 'ab ædilibus curulibus, damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est:' nec non ex iis quæ de clivo Publicio in Varrone de Ling. Lat. lib. IV. p. 38. Ovidio lib. v. Fast. vs. 287. et Festo in voce 'Publicius' leguntur: verum curam sternendarum viarum in Urbe penes censores et IV. viros fuisse; ædiles vero aliquando ex multaticia pecunia, jussu senatus et populi, aliquando etiam privatis sumtibus, ob 'primum adscensum ad honoris amplioris gradum,' ut Cicero, et πρώτην τῶν ἐπιφανῶν ἀρχῶν, ut Plutarchus vocant, extra ordinem vias munivisse. In his nonnihil scrupuli est. Nam Martis ædes, de qua hic Livius agit, extra Urbem haud procul porta Capena erat, ut ex Livii VII. 28. et Ovidii Fast. VI. 191. constat. Vide Donat. de Urb. Rom. III. 13. et Nardin. Rom. Vet. III. 2. Et Bovillas ad X. ab Urbe lapidem ponit Tabula Peutingeriana, ad XI. Scholiastes vetus Persii ad Satyr. VI. 55. Quomodo ergo, quum de plateis in Urbe quærunt, ad illas loca Livii referri possunt? Veniebat in mentem, ædem Martis posse dici 'in Urbe' fuisse, quemadmodum JCti 'Romæ esse,' vel 'fieri,' dicunt, quæ in continentibus Urbis ædificiis sunt, vel fiunt. Nec tamen hoc omnino satisfacit, quia aliud est *in Urbe*, aliud *Romæ*: 'Urbis' enim 'appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patere' scribit Paulus l. 2. pr. D. de U. S. Et ut hoc de Martis templo concedatur, tamen vix est ut via a Martis ad Bovillas 'in Urbe' fuisse dici possit, aut Bovillæ eo tempore, de quo est cap. ult. 'in continentibus Urbis ædificiis' numerari potuerint. Nam quod Propertius El. IV. 1. 33. et Ovidius Fast. III. 667. Bovillas 'suburbanas' vocant, id ad hanc ætatem, qua nondum tanta erat amplitudo Urbis, referri non potest. Nam sic Florus I. 11. § 7. 'Tibur,' quod fere XX. lapide ab Urbe aberat, et olim bella cum Romanis gesserat, 'nunc' (id est, sua ætate) 'suburbanum' vocat. Quamquam autem neutrum horum locorum Livii ad vias in Urbe pertinere puto, tamen, si quis credere velit hoc tempore ædilibus etiam injunctam fuisse curam viarum in Urbe, illius sententiæ confutandæ non sufficit quod dicitur, 'curam sternendarum viarum in Urbe apud censores et IV. viros fuisse;' sed ostendendum est, id jam A.U.C.

Digitized by Google

CCCCLVII. et CCCCLX. ita fuisse, in quorum annorum rebus gestis hæc quoque de viis prodit Livius. Mihi probabilius videtur, curam viarum in Urbe primum magis ad ædilium, quam censorum, munus pertinuisse. Nam et naturæ rei conveniens est, ut, quibus cura ædium et locorum publicorum mandata erat, iidem etiam vias in Urbe curarent; nec censores ab initio hujus rei causa instituti sunt. Quando autem hi hoc jure uti cœperint, et utrum id a senatu aut populo tributum fuerit, an alia quadam ratione acceperint, nusquam proditum scio. Nec credo Lipsio c. 18. de Magistrat. Rom. sine auctoritate veterum scribenti, censores curam illam 'in Urbe semper' habuisse, 'extra Urbem paullo serius' sumsisse. Certe in verbis Livii XLI. 27. quem hujus sententiæ auctorem laudat, nihil est, unde colligi possit, quod de censorum cura viarum 'in Urbe' dicit. 'Censores,' ait Livius in A. U. C. IDLXXIX. 'vias sternendas silice in Urbe, glarea substernendas extra urbem, marginandasque primi omnium locaverunt.' Nec ullam, quod quidem sciam, viam a censoribus, sive in Urbe, sive extra eam, munitam ante censuram Ap. Claudii et A. U. C. CCCCXLI. tradiderunt veteres, Appiam scilicet, quæ extra Urbem erat. Quod si jam demus, statim ab initio instituti hujus magistratus munus censorum fuisse, vias in Urbe sternere et curare; tamen ex eo non consequeretur, idem ad ædiles non pertinuisse. Nam quum deinde quatuorviri viarum in Urbe curandarum creati sunt, tamen censores quoque hanc curam administrarunt. De quatuorviris viarum in Urbe curandarum hoc addo, virum doctum, quum hæc duo loca in Livii lib. X. de viis in Urbe accipiat, non satis accurate videri statuere, hoc ædilibus extra ordinem datum fuisse, eo quod cura viarum in Urbe non solum apud 'censores,' verum etiam apud 'quatuorviros' esset. Nam quo argumento probat, hos jam A. U. C. CCCCLVII. et CCCCLX. in republica fuisse? Quo tempore hi primum instituti fuerint, non pro certo dici posse reor. Pomponius in l. 2. § 30. D. de Orig. Jur. auctor est, 'eodem tempore' quatuorviros, qui curam viarum gererent, triumviros monetales, et capitales constitutos fuisse. Triumviros capitales A. U. C. CCCCLXIV. primum creatos putat Pighius in Annal. ex Epit. Liv. lib. XI. ubi post relatum Curii consulatum ac triumphos, et deductionem aliquot coloniarum additur, 'Triumviri capitales tunc primum creati sunt.' Sed ex hoc nihil certi de ea re statui potest: non enim magis necesse est, hæc omnia ad unum annum adligari, quam alia in iisdem Epitomis, quæ auctor illarum per plures annos sparsa sæpe in unum cogit. Nec ex eo, quod Pomponius dicit hos et decemviros litibus judicandis 'eodem tempore' constitutos, conficitur, hos omnes eodem anno in rempublicam venisse, si alia argumenta, quibus hoc ostendi possit, non suppetant. Nam multa apud Pomponium ἐν πλάτει accipi debent, nec ad accuratam temporum rationem exigi possunt. Gutherius quidem de Offic. Dom. Aug. III. 19. triumvirorum capitalium creationem in A. U. C. CCCCLXV. confert, et auctores citat Fastos, atque ex iis etiam nomina illorum, si Dis placet, nobis adnumerat. Et sequitur enm, ut sæpe pessima quæque, stupor Pitisci in Lexico Antiquitatum. Sed omnes, quas vidi, Fastorum edd. Q. Marcium Tremulum et P. Cornelium Arvinam, e quibus Gutherius primos triumviros capitales facit, eo anno consules habent. Quæ Gutherio tanti erroris causa fuerit, non possum excogitare. Sed suspicor, ortum fuisse ex edit. Fastorum Panvini, in cujus margine ad hæc nomina consu-

Digitized by Google

lum adscriptum est, *III. viri capitales primi*. Sed, ut ad verba Livii, quorum occasione longius, quam debueram, evagatus sum, redeam, quod doctissimus Auctor libri de Tutela Viarum, (qui ædilibus post censores in rempublicam inductos omnem curam ordinariam viarum in Urbe adimit,) porro scribit, eos aliquando ex pecunia multaticia 'jussu senatus et populi extra ordinem' vias (in Urbe, scilicet, de quibus ibi agit) munivisse, de eo nihil in Livii, Ovidii, Varronis, et Festi prolatis ab eo locis dici video: nec adsequor, quod denique addit, aliquando etiam 'privatis sumtibus' hoc ab iis factum 'ob primum adscensum ad honoris amplioris gradum,' et *πρώτην τῶν ἐνιαυσίων ἀρχῶν*, ut Cicero et Plutarchus vocant. Quæ in his sit consequutio, Cicero de Legibus III. 3. et Plutarch. in Paullo Æmilio in princ. ædilitatem curulem ita vocant; ergo ædiles curules interdum privatis sumtibus 'ob primum adscensum ad honoris amplioris gradum,' et *πρώτην τῶν ἐνιαυσίων ἀρχῶν* vias in Urbe muniebant, acutiores quam ego sum videbunt. *Duk. Ab Capena porta* Port. Gaertn. et Hav. qui tres codd. cum Voss. 2. Harl. et Hearnii B. atque N. in margine *ad Martis ædem* præferunt; sed *ad Martis templum* N. in contextu. Verum et *ædem* et *templum* ex glossa margini adscripta in contextum inrepsit, quas voces Livius sæpius omittere solet. Supra II. 51. 'Ut primo pugnatum ad Spei sit æquo Marte.' XL. 51. 'Theatrum et proscenium ad Apollinis, ædem Jovis in Capitolio locavit.' XLI. 28. 'Alterum diem supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit.' Vide Sanctium in Minerva IV. 4. in voce 'Ædes,' et quæ ibi notavit Perizonius. Similiter, ut hoc loco, errarunt librarii sæpe. Vide ad Livii I. 41. § 4. XLIII. 33. § 4. XXXVIII. 28. § 3. alia vide ad XXXVII. 18. § 1. Contra eamdem vocem, quam hic perperam addiderunt, perperam omiserunt v. 21. § 10. Deinde *statuerunt* Voss. 1. a m. pr. Port. Gaertn. et Hav.

§ 18 *Ab ædilibus plebeiis L. Ælio Pæto et C. Fulvio Curvo*] Tertia vox non adparet in Hav. nec quinta in Leid. 2. et Lov. 1. *L. Æmilio Pæto* male legunt Harl. et quædam ex edd. vett. Vide ad IX. 7. § 13. Copula *et* deficit in Lov. 2. Deinde *C. Fulvio Corvo* est in Gaertn. *C. Fulvio Curtio* in Flor. *Curvo, Corvo*, et *Curcio* in Oxoniensi N. esse, Hearnius testatur.

Ex multaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis] *Ex multaticia* Leid. 1. Lov. 1. 2. et Port. Eoque ducunt vestigia Flor. et Leid. 1. qui *multacitia*, transpositis literis, præferunt. Vide ad II. 52. § 4. *Ex insticia* Voss. 2. *ex instatia* Lov. 3. Deinde *jam*, pro *item*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. sed vocula illa deficit in ed. Rom. 1472. et Parm. Tum *pepona*, pro *pecunia*, Lov. 4. Hinc *quam exigerunt* Gaertn. *quam exegerant* Port. Hav. et Oxoniensis B. Porro *a pecuariis* Gaertn. *ab peculiariis* Hav. *ab pecuniariis* Port. et Hearnii Oxoniensis B. *pecuniariis* Voss. 1. 2. Lov. 1. 2. 3. et Oxoniensis N. Vide etiam hoc lib. c. 47. § 4. De pecuariis vide Burm. de Vectig. c. 3. p. 140.

Pateræque aureæ ad Cereris positæ] *Ad Cer. positæ ædem* Lov. 2. *ad Cer. ædem* Harl. Flor. a m. sec. et Hearnii Oxonienses B. atque N. in margine: *in Cer. templum* ejusdem N. *in Cer. ædem* Port. *in Cereris æde* Gaertn. et Hav. *a Cereris* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide supra hoc §.

CAP. XXIV. § 1 *Q. inde Fabius quintum et P. Decius quartum consulatum iisunt*] *Quoniam Fabius* Lov. 3. *Quæ inde Fabius* Lov. 4. *Q. Fabius inde* quædam ex antiquis edd. quo ordine vocula illa, si in proponendis novis consulibus usurpatur, sæpe ob-

Digitized by Google

currit. Vide ad II. 49. § 9. Ex scriptis tamen nullus ei lectioni favet. Deinde vox *quintum* omittunt Flor. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *quinto* et *quarto* est in Gaertn.

§ 2 *Concordia inter se clari*] *Inter se dare* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *inter se dari* Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. qui error natus est ex eo, quod litera *ei* ob ductuum affinitatem coaluerint in *d*. Sæpissime ita peccarunt scribæ indocti. Hinc datum est *induxerunt*, pro *inclusserant*, II. 2. § 8. *dicentes*, pro *clientes*, III. 16. § 5. *a sede*, pro *assecla*, V. 11. § 2. *indudunt*, pro *includunt*, VI. 8. § 9. *inditam*, pro *inclitam*, VI. 42. § 5. *data*, pro *clara*, IX. 20. § 5. *Deonymus*, pro *Cleonymus*, X. 2. § 1. *dementia*, pro *clementia*, XXI. 60. § 4. *Philodes*, pro *Philoclea*, XXXII. 36. § 3. *Damides*, pro *Damocles*, XXXIV. 25. § 7. *Xenodides*, pro *Xenoclides*, XXXV. 50. § 8. *Ditore*, pro *Clitore*, XXXIX. 35. § 8. Contra sæpe etiam litera *d* dissolvitur in *cl*. Hinc datum est *clementia*, pro *dementia*, VIII. 5. § 7. *declarat*, pro *dedevat*, IX. 43. § 15. *inclitum*, pro *inditum*, ad XXI. 31. § 4. *Clasius*, pro *Dasius*, XXIV. 45. § 1. *Classeretii*, pro *Dassaretii*, XXXVI. 10. § 10. *clamatus*, pro *damnatus*, vel *damnatus*, Epit. Liv. lib. CXX. Alia exempla vide apud Casaub. ad Suet. Cæs. c. 39. Burmann. ad Suet. Galb. c. 9. ad Calpurn. Ecl. IV. 117. Cortium ad Sall. Jug. c. 22. et Plinii Ep. I. 20. Vide etiam quæ notavi ad Silii II. 52. Simili modo *ei* in *d* coaluisse, ac librarios *datus*, pro *elatus*, scripsisse, vidimus ad II. 16. § 7. Paullo ante *ne gloria*, pro *nec gloria*, est in Voss. 1. et Leid. 2. et mox in verbis seqq. *nec perpetua*, pro *ne*, in Voss. 1. Vide ad III. 47. § 7. *Certamine* etiam, pro *certamen*, in Port.

§ 3 *Ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet*] Omnia hæc verba cum tribus seqq. desunt in Lov. 2. 4. et Voss. 2. *in Etr. extra ordinem*, addita præpositione, legunt Voss. 1. et Leid. ambo. *Etr. provinciam extra ordinem* Lov. 2.

Ut ad sortem revocaret. Fuit certe contentio in senatu] *Revocaretur* Lov. 2. *revocare* Lov. 4. Voces *revocaret. Fuit certe contentio* desunt in Voss. 2. et Lov. 3. at sola vox *certe* in Hav. qui etiam præfert *in senatum*.

§ 4 *Revocata res ad populum est in concione: ut inter*] Perversissima distinctio, quam sic emendes licet: *revocata res ad populum est. In concione, ut inter militares, &c.* Sunt enim eadem *ut ad populum*, et *in concione*. Jac. Gron. Interpunctio, quam Gronovius probat, est in omnibus edd. usque ad Gruterianas. In quarum una, quæ prodiit Paris. 1625. operæ aberrantes dederunt *ad populum est, in concione, ut inter*: in altera 1628. *ad populum est in concione: ut inter*. Priorem ergo reduxi. Ceterum in *contionem* Flor. Voss. 2. Gaertn. et Hav. *in contentionem* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *ad contentionem* Leid. 2. Vide ad IV. 6. § 4. Tum *et inter militares* Lov. 2. 3. et Voss. 2. Mox *parva verba*, pro *pauca*, Lov. 4. solemni librariorum lapsu, qui sæpius hæc verba confundere soliti fuerunt. Vide Broekh. ad Prop. Eleg. IV. 10. 24. N. Heins. ad Nason. Met. II. 788. Fast. III. 66. ex Pont. Ep. III. 1. 60. et Burm. ad Nason. Fast. III. 192.

§ 5 *Fabius, quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum esse, dicere*] Si hæc vere scribuntur, qui factum est, ut a. CCCCXLVI. idem hic Fabius cum eodem hoc P. Decio collega consule non contenderit, atque adeo ægre tulerit, Hetruriam, a se jam in triumpho latam, ad sortem revocari, ubi sors ejus provinciæ in Decium cecidit? Mirum vero, Livium ejus prorsus nullam dicere causam. Videndum etiam hoc loco, num *consevisset* legendum, pro *conseruisset*. Glar. Vet. lib. *seruisset*. Si-

Digitized by Google

gon. Probe *conseruisset* Pall. duo, editionesque antiquissimæ. Pal. 2. vero *seruisset*, addito tamen supra *con.* alii *consevisset*. Gebh. 'Conserere arborem' ntique recte dicitur. Cato de Re Rust. c. 6. 'Hoc genus oleæ in viginti quinque, aut in triginta pedes conserito.' Palladius de Re Rust. mense Apr. Tit. IV. 'Locis calidis Aprili mense ziziphum conseremus:' pro quo mense Junio Tit. v. de eodem dicit 'serere.' Et Octobr. Tit. XII. 'De palmis cogitet conserendis.' Frustra quoque Glareanus *consevisset*. Vide Cujac. Obs. XI. 39. *Duk. Consevisset* Glareani nullius cod. auctoritate confirmatur. Et sane 'consero' hoc sensu perfectum non tantum 'consevi,' sed etiam 'conserui,' formasse, ex participio 'desertus' apud Tibull. El. I. 15. probat Voss. de Annal. III. 30. eodemque sensu etiam 'insertus' dixit Sueton. in Tib. c. 8. *Seruisset* soli exhibent Port. et Hav. quod perperam Sigonius ex vet. lib. recepit. Alterum enim non tantum servant reliqui scripti, sed apud optimos scriptores etiam in frequenti usu est. Varro de Re Rust. I. 24. 'Agrum oliveto conserundo, nisi qui in ventum favonium spectet, et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse.' Plin. XIV. 8. 'Narbonicam' vitem 'vocant, quam nunc tota provincia conserit:' et c. 4. 'Qui locus vino optimus dicetur esse, helvinum minusculum conserito.' Vide quæ notarunt Broekhus. ad Prop. El. IV. 4. 8. et viri docti ad Silii X. 533. Ceterum *facilius*, pro *Fabius*, est in contextu Voss. 1. Tum *et sub ea legere alium fructum* Hav. *sub alia legere alium fructum* Leid. 2. Hinc *indignum* exsulat a Gaertn. Tandem *diceret* Flor. Lov. 1. 3. et Leid. 1. Vide ad I. 50. § 5.

Se aperuisse Ciminiam silvam, viamque per devios saltus] *Se apparuisse* Gaertn. Vide ad XLIV. 28. § 10. Tum *Cuminam silvam* Leid. 2. Vide ad IX. 36. § 1. Deinde *namque per devios saltus* Port.

§ 6 *Quid se id ætatis sollicitassent, si alio duce bellum gesturi essent*] *Quid si id ætatis sollic.* Gaertn. *Quid se ad id ætatis sollic.* Hearnii Oxon. C. *Quid se ad id sollic.* Lov. 2. Vulgatum rectum est, et sæpius apud Cic. obcurrit. de Orat. I. 46. 'Quoniam id nobis, Antoni, hominibus id ætatis, oneris ab horum adolescentium studiis inponitur.' in Verr. I. 26. 'Homo, qui et summa gravitate, et jam id ætatis, et parens esset, obstupuit.' II. 14. 'Ut hominem id ætatis, minime litigiosum, quam tumultuosissime adoriantur:' et alibi sæpius. Deinde *bella gesturi essent* Port. et Hearnii Oxon. B. *belli gesturi essent* Hav. *bellum gesturum essent* Voss. 2. *gesturum bellum essent* Lov. 3. Vide ad VI. 3. § 8. *Gesturi bellum essent* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4.

Non socium imperii legisse, sensim exprobrat: et invidisse Decium concordibus collegiis tribus] *Non socium imperium legisse* Hav. *socium legisse imperii* Lov. 4. *socium imperii legisse se* Lov. 1. Sed ultima vox perperam nata est vel ex ultima syllaba præced., vel primis literis seq. vocabuli. Eam enim repeti, quum præcesserit, nihil adtinebat. Tum *sensim exprobrarat* Hav. *exprobrabat* Lov. 2. et Hearnii Oxon. B. Deinde *in concordibus collegiis tribus* Gaertn. *in concordiis collegiis tribus* Hav. *concordium collegiis tribus* Flor. *concordibus collegis tribus* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 4. et Port. Sed de hoc errore vide ad XXXVI. 19. § 2. Paullo ante *Nimium*, pro *Nimirum*, est in Gaertn.

§ 7 *Quam ut, si se dignum provincia ducerent*] Voss. uterque, Rott. Helm. carent τῷ *se*. J. F. Gron. *Quasi ut, si* Lov. 2. et 3. Deinde pronomen *se* non adparet etiam in Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon.

Digitized by Google

N. L. 2. B. et ed. Aleriensi, Rom. 1472. et Parm. Id sæpius a Livio per ellipsin omissum, et a librariis male additum fuisse, dictum est ad I. 23. § 5. Utrum vero hoc etiam in vulgata lectione factum sit, ut dubitem, id efficit, quia ex Flor. et Klockian. nihil notatum video. Præterea *dicerent* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad Livii XXXVIII. 43. § 1. In verbis autem seqq. *fuisse se* alio ordine Lov. 3. et postea *in potestate populi se futurum*, addito pronomine, Leid. 1.

§ 8 *P. Decius senatus injuriam querebatur*] *Senatus injuria* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et Gaertn. *senatus de injuria* Lov. 3. *de senatus injuria* Voss. 2. Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. atque in margine N. Neque aliter se in duobus Pall. reperisse, testatus est Gebhardus ad c. præc. § 6. Utramque, 'queri injuriam,' et 'de injuria,' in usu est. Nihil itaque muto, quia pro vulgato stant optimi codd. et Livius ita etiam alibi loquitur. Sic XXIX. 19. 'Si vera forent, quæ Locrenses quererentur:' ubi plura vide.

Quoad potuerint, Patres admisos, ne plebeiis aditus] *Quod potuerint* Gaertn. Vide ad VI. 38. § 13. *Quoad potuerunt* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *ne plebis aditus* Voss. 1. (addita tamen nota ultimæ literæ, qua eam delendam esse indicatur) Leid. 1. Flor. et Port. *plebi aditus* Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn.

§ 9 *Ipsa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset*] *Ipsi virtus* Leid. 1. Deinde *ne ullo genere* Lov. 2. et Gaertn. *ne nullo genere* Hav. Tum *inorta esset* Lov. 3. *inhonorata essent* Leid. 2. Ultima vox *esset* deficit in Lov. 2.

Irrita sint non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunæ] *Irrita fuerit non suffragio modo populi sed arbitrio* Voss. 2. et Lov. 3. *non in suffragia modo populi* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *arbitrio et fortunæ* Voss. 2. *arbitria in fortunæ* Hav. *arbitraria in fortunæ* Gaertn. Mox *in paucorum potestate*, pro *potestatem*, Voss. 1. Lov. 1. a m. pr. Port. et Gaertn.

§ 10 *Nunc extra sortem Fabio senatum provinciam dare*] *Mñ*, id est *modo*, *extra sortem* Lov. 4. Insuper *provinciam dare senatum* Lov. 3. Sed vox *senatum* omittit Voss. 2. In verbis præcedd. *τὸ esse* deficit in Port.

§ 11 *Ita eum de se, deque republica meritum esse, ut faveat Q. Fabii gloriæ*] *De seq; republica* Flor. et Voss. 1. Tum *ut faveant* Harl. et edd. vett. Paullo ante *Sed honoris ejus causea*, pro *Si honoris*, Lov. 2.

§ 12 *Cui autem dubium esse*] *Cum autem dubium esse* Voss. 2. et Lov. 4. a m. pr. *Nulli autem dubium esse* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C.

Quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro supervacaneo atque inutili habeatur] *Cui id alteri* Flor. et Leid. 1. *cui ad alteri* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *ei id alteri* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *extra sortem Fabio senatum provinciam dare mandetur* Hearnii Oxon. C. qui recte monuit, quatuor interpositas voces a librario ex § 10. huc invectas esse. Ita sæpe librarii peccare soliti fuerunt. Vide Jac. Perizon. ad Liv. lib. XXII. c. 7. § 3. et quæ notantur ad Livii XXIV. 6. § 8. Id sæpe etiam apud poëtas obvenit: verum quum ibi omnia numeris ac metro adstricta sint, alia iterum omittuntur, ne ceteroquin versus laborent. Vide Markland. ad Statii Silv. I. 2. 231. et quæ olim dixi ad Silii XIII. 224. Deinde *cum alter consul* Leid. 2. *quin alter consulum* Port. Gaertn. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. quomodo Livius passim loqui solitus fuit; sæpe id etiam ipsi eripere librarii conati sunt. Vide ad IX. 32. § 2. Levior tamen est codicum id præferentium auctoritas, quam ut eorum fide locutionem illam Livio hoc loco vindicare audeam. Vide ad II. 33. § 4. Hinc *pro*

Digitized by Google

supervacuo edd. principes neque ad Aldum, qui *pro supervacaneo* recte reposuit: ita enim servant omnes scripti, nisi quod *pro supervaganeo* sit in Flor. sollemni literarum *C* et *G* commutatione, de qua dictum est ad VI. 25. § 6. Eadem hac voce etiam Livius utitur XXII. 39. 'Si tu collegæ tui similis esses, supervacanea esset oratio mea.' XLV. 38. 'Supervacaneum defensionem Paulli fuisse.' Præterea *atque humili habeatur* Hav.

§ 13 *Gloriari Fabium rebus in Etruria gestis*] *In Etruriam gestis* Voss. 2. Lov. 3. Port. Gaertn. et Hav. quod, si plures ac certiores codd. adsentirentur, eodem modo dictum esse videri posset, quo 'bellum in Italiam;' de qua locutione vide ad Epit. Liv. lib. XXI.

Et forsitan, quem ille obrutum ignem reliquerit] Prima vocula non exstat in Lov. 2. Tum *forte* legit Lov. 4. Quomodo et variarunt librarii v. 5. § 12. Deinde *quem illum obrutum igne reliq.* Hav. *quem ille obrutum igne reliq.* Gaertn. *quem obrutum ille ignem reliq.* Lov. 3.

Ut totiens novum ex improviso incendium daret, cum se exstincturum] *Toties hõi*, id est *homini*, Hav. qui etiam *cum se exstructurum* præfert. Error ortus est ex similitudine ductuum literarum *in* et *ru*. Similiter variatum est VIII. 14. § 12. Vide etiam Nic. Heinsium ad Ovid. Fast. II. 534.

§ 14 *Se collegæ honores præmiaque concessurum verecundia ætatis ejus*] Sensus formatus in re gravi, ut in joco apud Plautum Trinum. II. 4. 'Decedam ego illi de via, de semita, De honore populi: verum, quod ad ventrem adtinet, Non hercle hoc longe, nisi me pugnis vicerit.' Est autem exandiendum 'concedere honores,' ut sit, pati se vinci in petendis honoribus: ut alibi 'concessa victoria,' 'concessum mare.' Vide ad XXXIII. 19. § 1. *J. F. Gron.* Quum aberrantes operæ in ed. Gronov. 1665. dedissent *verecundiæ*, quæ lectio vix commodum sensum efficiebat, eum tamen errorem Doujatius deprehendere non potuit, sed eodem etiam principem juventutis Francicæ inbuit. Ceterum *verecundia et ætatis ejus majestatisque* unus Lov. 4. quomodo Livium sæpe loquutum fuisse, vidimus ad v. 49. § 1.

Quum periculum, quum dimicatio proposita sit] Posterius *quum* deficit in Pall. duobus: at Pal. 2. *cum in per. dimicatio prop. sit.* Gebh. Posteriori *quum* deficiuntur tres Pall. duo Voss. Rott. Helm. Et sic mavult sæpe Livius per asyndeton. Fortassis etiam, *quum periculum, dimicatio proposita sint.* Sic c. 29. 'Cœlestium, infernorum iras.' Sic enim Mss. vel *inferorum*, non *infernorumque*. J. F. Gron. Vulgata scriptura tamen defendi potest e Livii v. 35. 'Quum magnitudinem, quum formas hominum inusitatas cernerent.' *Duk. Cum in periculum dimicatioi* Hav. *cum impericulum dimicatio* Gaertn. *cum in periculum dimicatio* Port. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui testatus est, se invenisse *cum in periculo dimicatio* in Oxon. C. *cum periculo dimicatio* in L. 1. *quum periculum, dimicatio*, quod Gronovius probavit, neque tantum hoc loco, sed etiam ad VI. 41. § 2. præter codd. quos memoravit, præferunt etiam Leid. ambo, et Lov. 1. 2. 3. 4. De similibus locutionibus asyndetis vide ad IV. 3. § 12. Ex Harl. et Klockian. nihil notatur, ut vulgatum servasse videantur. Et eo ducunt etiam vestigia Flor. qui *quum periculum tum dimicatio* servat. Neque id, quod nunc vulgo exstat, a stilo Livii alienum est. Vide quæ dicta sunt ad VI. 35. § 4. Nihil itaque temere mutandum puto. Deinde *sit proposita* Lov. 3. 4. Mox in verbis seqq. *nec cessurum* edd. principes. Vide ad IX. 9. § 14. Ejus loco *neque* primus substituit Aldus, quod servant omnes scripti.

Digitized by Google

§ 15 *Ut, quod populi sit, populus jubeat potius, quam Patres gratificentur*] Sic locutus est Pædianus in oratione pro Corn. 'Promulgavit legem, ne quis nisi per populum legibus solveretur, eamque tulit invitis optimatibus, qui vel paucis gratificari solebant:' sic enim legendum est, non *paucos*, ut vulgo legitur: nam ante præcessit, 'Eaque ipsa senatusconsulta per pauculos admodum fiebant.' *Sigon.*

§ 16 *Si eandem virtutem felicitatemque in bello administrando daturi sint*] *Sicut eandem virt. fel. in bello dat. sunt* Lov. 4. Paullo ante *Jovem optimum maximumque* Voss. 2. Tum *sibi* deficit in Harl.

§ 17 *Certe id et natura æquum, et exemplo utile esse*] *Certe et id natura æquum* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. Gaertn. Hav. et omnes, quas vidi, edd. usque ad Frobenianam 1531. qui ordinem inmutavit. Tum *et expresse utile esse* Port.

Et ad famam populi Romani pertinere] *Ad famam populi id pert.* Port. *ad famam pop. Rom. id pertinere* Hav. Mox *duce* non adparet in edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *recte geri* possit alio ordine Leid. 2. a manu pr.

§ 18 *Precatus populum*] Voss. *populum Romanum*: alter *pmR.* Rott. *precatus p. r.* J. F. Gron. Vox *populum* exsulat a Leid. 2. et Lov. 1. Contra *precatus populum Ro.* est in Hav. et Gaertn. *precatus populum Ro. inde* Lov. 4. *precatus populum Romanum* Lov. 2. 3. et Port. *precatus pm*, id est *p. Rm*, sive *populum Romanum*, Leid. 1. Vox *Romanum* tamen, quam ignorat optimus Flor. commode etiam abesse potest.

Prius, quam intro vocarentur ad suffragium tribus] *Vocaretur ad suffr. tribus* Harl. *vocarent a suffr. tribus* Voss. 2. a m. pr. Ultima vox non adparet in Leid. 1. Mox *literæ allatæ ex Etruria* alio ordine Lov. 4.

Comitio abiit] *Comitio habuit* Leid. 1. et Gaertn. *comitia habuit* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Rom. 1472. Parm. atque Aldina in contextu, quam inter errata alteram lectionem revocavit: adeo pertinaciter in lectionem aperte vitiosam libri conspirant. Causa erroris exstitit, quod pro *abiit* perperam addita adspiratione prime scriptum fuerit *habit*, mox *habuit*; unde consequens erat *comitio* mutandum esse in *comitia*.

Nec minore populi consensu provincia Etruria] *Nec in minore* Voss. 2. et Lov. 3. *nec minori* Port. Deinde *provincia Etruria* Lov. 2. et edd. quædam vetustiores. Male. Vide quæ notantur ad v. 12. § 6.

Cap. xxv. § 1 *Concursus inde ad consulem factus omnium ferme juniorum*] *Concursus deinde* Lov. 4. Vide ad xxxvi. 24. § 10. Tum *ad consules* Voss. 2. Lov. 4. Harl. et edd. vett. Vide ad x. 10. § 2. Deinde *omnium fere juniorum* Lov. 2. 4. Vide ad xxxvii. 38. § 5. *Omnium ferme juniorum* Gaertn. Media vox deerat in Leid. 2. et Lov. 1.

Pro se quisque nomina dabant: tanta cupido erat] *Per se quisque* Gaertn. Male. Vide ad iv. 32. § 4. Deinde *tanta erat cupido* Port. Gaertn. et Hav.

§ 2 *Qua circumfusus turba, Quatuor millia, inquit, peditum*] *Qui circ. turba* Lov. 2. 3. et Voss. 2. *Quã circ. turba* Leid. 1. *Quam circ. turbas* Lov. 4. Tum *quatuor, inquit, peditum*, voce *millia* omissa, Leid. ambo, et Lov. 1. 2. ac 3. *inquit, quatuor, peditum* Lov. 1. *quatuor, inquit, millia peditum* Port. Gaertn. et Hav.

Hodierno et crastino die qui nomina dederitis, mecum ducam] Vet. lib. *dederint*. Sigon. Lego *et diecrastini*. Vide Gellium x. 24. *Klock.* Emendationem Klockii major verisimilitudinis species commendaret, si in Livio

Digitized by Google

alio ordine *die crastino* ederetur. Nunc vero quum in omnibus excusis constanter exstet *crastino die*, et scripti nihil varient, vulgatum præferendum videtur. *Dederint* vero, quod Sigonius etiam in contextum admisit, apud me non superest, nisi in Port. et Gaertn. Omnes vero Hearnii codd. et reliqui mei recte servant *dederitis*, nisi quod, literis *ri* in *n* coalescentibus, *dedentis* sit in Lov. 3. Vide ad III. 30. § 3. Lectionem Sigonii damnat etiam Gronov. ad XXIII. 15. § 4. et ad XL. 26. § 8.

§ 3 *Majori mihi curæ est, ut omnes locupletes reducam*] *Majore mihi curæ* Gaertn. *major mihi cura est* Klockian. Sed vulgatum præstat. Cic. ad Fam. X. 1. 'Mihi maximæ curæ est, non de mea quidem vita; sed me patria sollicitat.' ad Attic. I. 1. 'Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, hujusmodi ratio est.' Post Redit. ad Quir. c. 9. 'Mihi majori curæ est, quemadmodum vobis gratiam referam.' Ita 'esse prædæ' Livius dixit III. 29. § 2. ubi plura vide. Tum vocula *ut* omittitur in Hav. In seqq. verbis *res geram* præfert Flor.

§ 4 *Profectus apto exercitu, et eo plus fiduciæ ac spei gerente*] *Apto exercitu*, id est *aperto*, Leid. 2. Vide ad XXXI. 22. § 8. *Appio exercitu* Lov. 3. et 4. Tum *plus spei ac fiduciæ* Lov. 4. Deinde *gerens* Lov. 2. et Harl. In verbis seqq. *quod desideratu multit. non erat*, transpositis vocibus, Port. et Hav.

Ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant] Vel corruptum est hoc nomen, vel deletum oppidum, ut postea nemo ejus meminerit, ut sunt pleraque alia. *Glar.* Vet. lib. *Adharnaham.* Sigon. Pall. duo *Abarnam.* Pal. 2. *Adharnaham.* Gebh. *Adharnaham*, quod Sigonius probavit, et in contextum recepit, in nullo apud me codice superest. Quidam tamen eorum prope accedunt. Nam *Adarnahan* est in Port. *Adharnacam* in Hav. *Adarnaban* in Gaertn. *Abarnam* in Lov. 3. *Abarnam* in Lov. 4. *Haarnam* in Leid. 2. et Lov. 1. *Aharnam* in Voss. 1. Reliqui nihil mutant. Cluverius in Ital. Antiq. II. 7. p. 626. censet, illud oppidum esse, quod ab aliis vocatur 'Arna.' Id si verum est, nihil muto, et puto *Aharnam* ab aliis *Arnam*, in Mss. *Haarnam* vocari, quemadmodum Sulpiciorum cognomen *Ahala* modo *Haala*, modo *Ala* in Mss. scribitur. Vide ad Epit. Liv. lib. IV. *nri*, id est *nostri*, pro *unde*, est in Lov. 2. Sed vox illa deficit in Harl. et edd. priscis.

§ 5 *Paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio obcurrunt*] *Paucis circa militibus* Voss. ambo, et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXIII. 41. § 10. *Paucis circa militibus* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav. Passim librarios etiam *circa* et *citra* in Mss. confudisse, videbimus ad XXI. 48. § 6. Tum *ei* deficit in Port. cujus loco *et* exhibet Gaertn. Deinde *obcurrerunt cum præsidio* Lov. 4. Vide hoc lib. c. 12. § 4.

Ut lictores prægredi viderunt] *Progrederunt* Voss. 2. *progredi viderunt* Lov. 2. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Vide ad IX. 10. § 7. Mox *τὸ esse* non adparet in Port. Gaertn. et Hav.

Læti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt] *Læti ac alacres* Port. et Hav. Male. Vide ad hujus libri c. 36. § 17. Deinde *gratias agunt* Gaertn. et ita exhibuerunt edd. Mediol. 1480. eamque secutæ omnes usque ad Gronov. qui a. 1665. *grates* substituit, quomodo reliqui mei exhibent. Neque aliter in suis Hearne invenisse videtur, quia, Sigonium *gratias* edidisse referens, nullius Oxoniensis consensum laudat. Passim *τῷ grates* librarios *gratias* substituisse, videbimus ad XXIII. 12. § 7. Mox *imperatorem inisissent*, id est *inmisissent*, Hav.

§ 6 *Ain' tandem, inquit, num castra*

Digitized by Google

vallata non habetis] Pall. duo Mss. 1. ac 3. *diu tandem.* Campani ed. *quo tandem, inquit : numquid.* Pal. 2. *quid an tandem, inquit. Num castra, num vallum non habetis?* Gebh. *An tandem, inquit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. cum quibusdam ex edd. vett. et Exc. Pithœi : *diu tandem, inquit* Voss. 2. et Lov. 3. *dic tandem, inquit* Lov. 2. *aut intandem, inquit* Klockian. *et tandem, inquit* Gaertn. *ac tandem, inquit* Hav. *qui tandem, inquit* Port. et Oxon. C. apud Hearnium ; qui *quo tandem, inquit* invenit in L. 2. *an tandem, inquit ; dic tandem, inquit,* et *quo tandem, inquit* in N. ejusque margine. Prima autem vocula abest a Lov. 4. Patet librarios non intellexisse formulam loquendi *Ain' tandem,* quam inlustrat Manut. ad Cic. ad Famil. IX. 21. Deinde *num castra, num vallum non habetis* Port. Gaertn. et Hav. quomodo se etiam in vet. lib. invenisse Sigonius in prima Scholiorum ed. monuit. *Num castra vallata, num vallum non habetis* Hearnii Oxon. B. duplici lectione juncta. Vide ad III. 44. § 4.

§ 7 *Duplici quidem vallo, et fossa, et tamen in ingenti metu esse*] Exhibent Pall. omnes *et tamen ingenti metu esse.* Gebh. Ita et exhibent Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. cum ed. Aleriensi prima. Id autem dictum videri posset ad exemplum aliarum similium locutionum, ut ' esse ingenti gloria,' de qua vide Gronov. ad II. 22. § 6. et ' quo statu sunt res,' de qua vide ad III. 68. § 3. Quum tamen optimi Leid. 1. et Klockian. ut et Harl. vulgatum servent, eoque ducant vestigia lectionis licet corruptæ Flor. *et fossatam enim ingenti metum esse,* præstare puto, ut credamus, præpositionem *in* interceptam esse a syllaba prima vocis seq. Vide ad V. 47. § 1. Locutionem ipsam inlustramus ad XXXVII. 28. § 6. Præterea *et vallo et fossa* Leid. 2. Paullo ante *Ad hæc quum subclamatum esset* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Klockian. et Hav.

Habetis igitur, inquit, adfatim lignorum : redite, et vellite vallum] *Habetis ergo* Hav. Vide ad XXI. 40. § 6. Sequens *inquit* a Lov. 4. exsulat. Et solet etiam hoc vel simile verbum omitti. Vide ad XXIII. 45. § 6. Tantam tamen auctoritatem uni codici concedere, ut ejus solius fide a reliquis omnibus servatam vocem expungamus, mali exempli esse puto. Quare nihil muto. Tum *reddite* Port. Eodem errore ' reditus ' et ' redditus ' commutantur VIII. 1. § 3. Deinde *et avellite vallum* Lov. 2. Male. De locutione ' vellere vallum ' vide ad II. 25. § 3.

§ 8 *Et iis, qui in castris remanserunt, militibus, et ipsi Appio fecerunt*] *In castris erant* Lov. 4. *in castris manserant* Hav. et, ut Gebhardus docet hoc cap. § 17. Pal. 2. *in castris remanserant* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Klockian. Hearnii Oxon. B. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, quorum fide id revocavi. Septem priores voces negligentia librarii omittuntur in Lov. 2. Deinde *fecere* Lov. 4. In verbis præcedd. *illi vellentes,* pro *ibi,* Lov. 3. et Voss. 2.

§ 9 *Consulis se Q. Fabii facere jussu*] Pall. 1. et 3. *consulem sequi Fabii facere jussu.* Gebh. Idem monstrum lectionis inveni etiam in Voss. 2. et Lov. 3.

Postero inde die castra mota, et Appius prætor Romam dimissus] *Postero die inde castra mota* Lov. 2. *Postremo inde die castra mota* Voss. 2. Vide ad IX. 7. § 11. *Postremo inde die crastina mota* Gaertn. Tum *Appius populo Ro. dimissus* Lov. 4. *missus* Lov. 2.

§ 10 *Itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse*] Lego *mobiliorem.* Klock. Conjectura Clerici in Art. Crit. part. III. sect. 1. c. 4. § 4. *mobiliorem* speciem habet. Nam qui diu in iisdem stativis sedent, sarcinas omnes et impedimenta ex-

Digitized by Google

plicare solent; quibus colligendis deinde, itinere denunciato, pinaculum temporis opus est: at qui se non diu eodem loco mansuros sciunt, vel putant, non nisi omnino necessaria ad usum expediunt; quibus, quum iter faciendum est, nullo negotio collectis, ipsi facilius movere se possunt. Tamen propter consensum librorum retineo *nobiliorem*, id est, ut puto, 'strenuiorem,' 'laborum tolerantiorem,' sive 'minus desidem,' 'minus ignavum,' ut solet, quum diu uno loco sedet, otio corrumpi miles: quem duces disciplinæ militaris studiosi ob eam causam in stativis ad laborem adigebant. Adde Gronovium ad c. 20. § 8. *Duk. Nobiliorem* neque Doujatio ad rem facere videbatur: ideoque diu ante Clericum non inlibenter *nobiliorem* legebat, id est, 'magis expeditum,' et 'ad bella promtiorem.' 'Nobilis' et 'mobilis' sæpe in Mss. commutari, vidimus ad hujus libri c. 20. § 8. Hic tamen in vulgatam lectionem omnes libri, scripti et editi, conspirant.

Fiebant autem itinera, quanta fieri sinebat hiems] Omnia hæc verba desunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *quæ fieri* exhibent Leid. 2. Port. et Hav. *q. fieri* Lov. 1. et Gaertn. *quando fieri* edd. Rom. 1472. ac Parm. *itinera majora, quam fieri sinebat hiems* Kleckian. Librariis displicuisse videtur vox *quanta*, quia non præcedebat τὸ *tanta*; quod tamen aliquando omitti solere, vidimus ad II. 10. § 12.

§ 11 *Relicta secunda legione ad Clusium, quod Camars olim appellabant*] Clusium vetus intelligit, quod a Roma distare ait Polybius II. 25. itinere trium dierum. J. Annius Viterbiensis super Catonis nescio quo fragmento, 'Camorsol' vocatum ait hoc Clusium. Verum quod ad hunc attinet locum, secunda legio Clusii relicta refertur: ubi autem exercitum alium Fabius reliquerit, neque hoc loco, nec in sequentibus Livius explicat. Castrorum meminit, sed illa ab secunda legione nescio ut discriminet. Nec id satis constat, num Scipio legionis dux cum ea interierit, quippe cujus in posterioribus adhuc videtur mentio. Denique antea c. 18. legio secunda cum tertia in Samnium mittitur cum Volumnio consule, hic vero posteriore anno ad Clusium creditur. Paulo post autem c. 27. in acierum ordinatione adversus Gallos ac Samnites ipsa aberat, videlicet cum quarta legione missa in Samnium. *Glar.* Hinc Polybius II. 19. Καὶ Ῥωμαῖοι καὶ Γαλάται παρετάξαντο Ῥωμαίοις ἐν τῇ Κλουσίων χώρᾳ. Quos Polybius 'Camartinos' vocat, eos 'Clusinos' esse intelligendum est. *Sigon.* *Camaris olim appellabant* Voss. 1. a m. pr. Klockian. et Exc. Pithœi. *Camersolim appellabant* Leid. 1. Lov. 4. et primæ edd. *Camersolima appellabant* Port. *Camasolima appellabant* Gaertn. *Camarsolum appellabant* Hearnii Oxon. L. 1. *Carmasolim appellabant* Leid. 2. et Lov. 1. *Carmasilim appellabant* Lov. 2. *Camars olim appellabant* primum ediderunt Moguntini. Ceterum, depravata Livii scriptura deceptum insignem impostorem Annium Viterbiensem *Camarsolum* nobis dedisse, observat Cluver. Ital. Antiq. l. II. c. 3. p. 565. Ejus verba sunt in Pseudo-Antonini Itiner. 'Clusio veteri, olim Camersole, Clusio novo.' Quibus laudatis Hardouinus ad Plinii l. III. Emendatione 36. subjicit hæc Livii verba, sed ea ita profert, quasi suo tempore etiam *Camarsolum* vulgo editum invenisset; quem eo nomine confutavit Wesseling. ad Anton. Itin. pag. 533. Idem etiam Cluver. eo loco pag. 567. *Camars*, quam *Camars*, hic legere malebat, quum propter Umbrorum Camertium nomen, tum propter Polybii auctoritatem, qui Καμαρτίων, non Καμερτίων, ut Sigonius laudat, χώραν memoravit. Quod autem etiam addat, in aliis Livii exemplaribus rectius legi *Camars*, fateor me ignorare,

Digitized by Google

qualia videre potuerit. Certe ea lectio mihi obvia fuit in sola ed. Gronov. 1665. quæ demum diu post mortem Claverii prodiit. Insuper difficultas, quam occasione *secundæ legionis* movet Glareanus, alicujus momenti esse videtur. Ei nonnihil medebitur lectio Lov. 2. *relicta prima legione.* Verum, hac lectione recepta, ubi reliquum exercitum castra habuisse, quibus L. Scipionem præposuit, dicemus? Videant igitur acutiores. Præterea *ad Clusium* habet Hearnii Oxon. L. 2. Paullo ante autem *vere* aberat a Lov. 4.

Præpositoque castris L. Scipione propretore, Romam ipse] Non displicet quod ex uno suo et ex Sigonio adnotat Hearnius, *pro prætore*, id est, quem legatum forsitan, ut c. 14. Romam proficiscens Fabius interim pro prætore castris præesse jusserat. Nam prætor priore anno fuerat P. Sempronius c. 21. Ita c. 29. ex vera emendatione Gronovii, 'Pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, jusseratque pro prætore esse.' Sallustius Jug. c. 37. 'Albinus, Aulo fratre' (non quæstore, ut Manutius, sed legato ibid. c. 38.) 'in castris pro prætore relicto, Romam decessit.' Et, 'Aulus, quem pro prætore in castris relictum diximus:' ita ibi recte Ursinus pro vulgato *proprætorem.* Videntur autem imperatores hoc vel lege, vel more usurpasse; quemadmodum præsides provinciarum, ante adventum successoris de provinciis decedentes, legatos vel quæstores suos, qui iis interim pro prætoribus præessent, relinquebant. *Duc. L. Scipione prætore* Hearnii Oxon. C. *L. Scipione pro prætore*, divisis vocibus, edidit Sigonius. Et ita in quibusdam edd. superesse vidi. Vide ad cap. seq. § 12. *L. Scipione prope* habet Gaertn. Tum *ipse Romam* idem Gaertn. Mox autem vocem *bello* non agnoscit Harl.

§ 12 *Sive ipse sponte sua, quia bellum ei majus in conspectu erat*] *Sive ipse suo quia bellum* Voss. 2. *sive ipse suo quia bellum* Lov. 3. *sive ipse sua sponte* Lov. 4. Tum *quia bellum et majus* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. 2. ac 3. Vide ad XLI. 15. § 6. *Quia bellum majus* Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. *quod bellum majus* Lov. 4. *quia bellum magis in conspectu erat* Gaertn. solita scribarum aberratione. Vide ad XXVI. 41. § 16. Mox alio ordine *quam esse quantum* Lov. 3. et Voss. 2. Præterea *in utroque auctores sunt* Lov. 2. 3. 4. et Voss. 2. *in utrimque auctores sunt* Leid. 2.

§ 13 *Ab Ap. Claudio prætore retractum quidam, &c.*] *Ab Ap. Claudio retractum prætore* Voss. 1. Port. a m. pr. et Hav. *Ab Ap. Claudio retractum prætorem* Gaertn. *Ab Ap. Claudio retractatum prætorem* Leid. 2. et Lov. 1. eodem errore, quo *attractatum*, pro *attractum*, habuimus ad VI. 6. § 7. Tum *quidam* deficit in Hav. ejus loco *quidem* præfert Gaertn. Vide ad XXXIII. 17. § 5. Mox *in senatum* Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinam. Præterea *perfecerat*, pro *fecerat*, Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *terrorque belli Etrusci augeret* iidem duo codd. *terrorem belli Etruscis augeret* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr. *augerent* Gaertn.

Non subfecturum ducem unum, nec exercitum unum] Prima vocula exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. tres voces posteriores a solo Lov. 3. ultima ab Hearnii Oxon. L. 1.

§ 14 *Periculosum esse, sive juncti unum premant, sive id diversi gerant bellum*] Forte *periculum esse.* Supra c. 7. 'Id esse periculum, ne suas preces minus audirent Dii.' XL. 1. 'Apuanos ad rebellionem spectare, periculumque esse, ne impetum in agrum Pisanum facerent.' *J. F. Gron.* Ita et XLV. 23. 'Id enim vero periculum erat, ne Romanos Rhodii contemnerent.' Et sane, quemadmodum Gronovius conjecit, præferunt Leid.

Digitized by Google

2. et Lov. 1. Neque multum abit Flor. qui a m. pr. *periculos esse*, ab altera *periculo esse* exhibet: *periculum esse* etiam vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum suspicatus est. Deinde *sive diversi*, omisso pronomine medio, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et editi ante Aldum. Forte interceptum est τὸ *id* a primis literis vocis seq. *Sive adversi bellum gerant* Hav. Male. Vide hoc lib. c. 33. § 10. 'Adversus' et 'diversus' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad XXII. 7. § 2.

Ne ad omnia simul adire et obire unus non possit] Vetus scriptum *ne ad omnia simul obire unus non possit*. Gelen. Ms. *ne ad omnia subire unus non possit*. Lego *Næ omnia simul adire et obire unum non posse*. Klock. Quemadmodum Gelenius emendavit, jam ante in contextu ediderat Aldus; sed, mutata sententia, priorem lectionem inter errata revocavit. Donjatius autem monet 'adire ad aliquid' non raro dici; sed 'obire ad aliquid' haud facile inveniri. Ant. Perizon. etiam ad marginem Livii objecta præpositione scribendum conjecit *ne omnia simul obire*. Et sane præpositio abesse poterat, quemadmodum docent exempla supra laudata ad v. 52. § 2. Et ita XXVI. 51. 'Dux cuncta pari cura obibat.' In omnibus tamen superest codd. nisi quod lectionem, quæ vulgo ante Gelenium exstabat, præferat Harl. *abire* Port. et vocalem *non* omittat Lov. 2. Klockii conjecturam neminem probaturum credo. Nimium enim a codicum tantum non omnium scriptura recedit. Lectionem Gelenii, tot codicum nostrorum consensu firmatam, servavi. Nam 'obire ad aliquid,' licet haud facile, attamen invenitur etiam apud Livium XXXI. 21. 'Cum quibus circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus possit.'

§ 15 *Et minus quinque millia peditum equitumque cum Fabio venisse*] Vet. lib. *equitumque mille cum Fabio*. Recte: minor enim numerus equitum debet esse, quam peditum. *Sigon. Equitum cum Fabio* omnes nostri. Sigonianus, *equitumque mille cum Fabio*. 'Recte,' inquit ille; 'minor enim numerus equitum debet esse, quam peditum.' Quasi diceretur istic, quinque millia equitum, et quinque millia peditum venisse. Immo non recte. Minus quinque millia pedites simul equitesque erant universi, quippe quatuor millia peditum, equites sexcenti. *J. F. Gron.* Sigoniano codici ex meis consentiunt Port. Gaertn. et Hav. ex Hearnii Oxoniensibus unus B. Sed recte hanc scripturam rejecit Gronov. ex initio hujus capitis docens, Fabium dumtaxat quatuor millia peditum, sexcentos equites scripsisse, adeoque pedites equitesque simul connumeratos minus quinque millia militum effecisse. Sed *equitumque, qui cum Fabio venissent* legunt Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. Quæ lectio requirit, ut ad præcedentia ex superioribus repetamus 'ibi reliquisse.' Quamvis autem Appius demum postero die Romam dimissus sit, postquam hi equites peditesque cum Fabio advenissent, vix tamen est, ut Appius dicere possit, se eos reliquisse, quemadmodum reliquerat duas legiones, quibus priori anno præfuerat. Vulgatum itaque servo. Præterea vox *millia* exulat a Flor. Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. sed *quinque millibus peditum* præferunt Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Utroque modo Livius loqui solitus est: in primis tamen id, quod vulgo obtinet, ei in deliciis fuit. Vide ad XLI. 12. § 8. Id vero quum exquisitius et indoctis librariis minus notum fuerit, propterea etiam merito alteri præfertur. Vox *millia* per notas scripta fuerat, unde scribæ eam illo, quod magis usitatum erat, reddiderunt. Vide ad XXV. 9. § 16. Mox *et sibi placere* Voss. 2. et Lov. 2. Deinde *Samnii provinciam* Gaertn.

Digitized by Google

Male. Vide ad cap. præc. § ult.

§ 16 *Si consul malit in suam provinciam ire, Volumnium in Etruriam*] *Τὸ malit* exulat a Gaertn. Ejus loco *mallit* est in Port. Deinde *L. Volumnium* legunt Flor. Harl. et, exceptis Rom. 1472. ac Parm. omnes edd. usque ad Froben. quia. 1535. prænomen omisit; quod, quum paullo ante præcesserit, hic iterum addi nihil adtinebat.

§ 17 *Ut omnia integra ac libera Q. Fabio servarentur*] Pall. 1. et 3. *reservarentur*. Contra superius Pal. 2. hoc cap. *qui in castris manserant*. Gebh. Th. et duo Pall. *reservarentur*. Cic. ad Fam. XI. 21. 'Disturbavi rem, totamque vobis integram reservavi.' *J. F. Gron.* Eodem modo Gronovius emendat, quod est XXV. 6. 'Reipublicæ nos servassemus:' et Jac. Gronovius in Cic. de Offic. II. 21. ex auctoritate plurium, ut ait, Mss. *Utinam ad illa tempora fortuna me reservasset:* pro vulgato *servasset*. In his et bonitatis et numeri Mss. ratio haberi potest: nam alioqui nullum aliud κριτήριον habeo, quo dignoscam, cur et quando in hoc genere loquendi 'servare' deterius sit, quam 'reservare.' Livius c. 28. 'In id tempus igitur, quo vinci solebat hostis, quam integerrimas vires militi servabat.' Cicero ad Fam. III. 11. 'Augurales libros in commune utriusque nostrum otium serva.' Virg. Æn. I. 207. 'Durate, et rebus vosmet servate secundis.' Plinius Ep. VII. 6. 'Consules, ut Polyænus postulabat, omnia integra Principi servarunt.' Cicero eodem loco utroque sine discrimine utitur, pro Plancio c. 5. 'Sin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reservasti, ego quoque et respublica ad ea te tempora revocavi, ad quæ tu te servaras.' *Duk. Reservarentur* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. C. Utrumque et *servarentur* et *reservarentur* recte dici potest. Quum tamen major codicum numerus, et insuper plerique optimæ notæ, stent pro vulgato, causa non est, cur id mutemus; præsertim quum Livius eo sensu 'servare' sæpius dixerit. Ita II. 11. 'In parvis rebus neglegens ultor, gravem se ad majora vindicem servabat.' III. 40. 'Quum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset.' XXXIX. 4. 'Ita sibi mandasse, ut ea disceptatio integra in adventum suum servaretur.' Et Quinctil. VIII. 5. in fine: 'Gravior videbatur locus, et majori operi servandus:' ubi etiam quidam codd. *reservandus*. Curtius IX. 6. 'Temet ipsum ad ea serva pericula, quæ magnitudinem tuam capiunt.' Similiter etiam variant codd. supra lib. VII. cap. 7. § 5. Præterea *integra liberaque Fabio* Lov. 3. 4. et Voss. 2. Mox *donec ut ipse*, pro *vel ipse*, Harl. Vide ad XXXVI. 41. § 2. eadem lectio superest in quibusdam vett. edd. in aliis exstat *donec et ipse*.

§ 18 *Quantisque administrandum copiis, et quot per duces esset*] *Quantis administr. copiis et quot duces esse* Lov. 2. *quantisque administ. copiis, et quot ducibus esset* Gaertn. *et per quot duces esset* Harl. ac primæ edd. usque ad Ald. *et quot per duces* substituentem. Vide ad II. 19. § 8. Omnia autem hæc verba desunt in Leid. 2. cui errori ansam neglegenti librario dedit repetitio verbi *esset*. Vide ad IX. 11. § 11. Paullo ante *quantum belli in Etr. esset* alio ordine Lov. 2.

CAP. XXVI. § 1 *Fabius, ut Romam rediit, et in senatu et productus ad populum mediam orationem habuit*] Pall. duo codd. Mss. *Fabius ut Romam rediit, et in senatum est prod., ad pop. mediam or. habuit*. Pal. 3. *ad pop. mediam omnem habuerit*. Pal. 2. *Fabius ut rediit, et in senatum est productus, et ad pop. mediam orat. habuit*. Vulgarium edd. lectio stabilitur veterrimæ recensionis auctoritate. *Gebh. Ut rediit*, omissa media voce, Port. et Hav. *ut*

Digitized by Google

Romam redit Flor. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Tum *et in senatu est productus* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. Gaertn. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 1. et B. *in senatu est productus* Oxon. C. *et in senatu est proditus* Lov. 3. *et in senatum est productus* Voss. 2. Port. Hav. et Oxon. N. *in senatum est productus* Lov. 4. Vulgatum solum verum est. Non enim usus Latinæ linguæ fert, ut dicamus 'producere in senatum;' sed potius sollemnes locutiones sunt 'introducere in senatum,' et 'producere ad populum.' Vide ad XXVII. 51. § 5. Mox *ut ne indulgere*, pro *nec*, Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad III. 47. § 7.

Magisque in altero adsumendo duce aliorum indulgere timori] *Magis quam in altero ads. duce* Lov. 2. et Harl. *magis quam in ads. altero duce* Hav. Deinde *aliorum indulgere mori* Lov. 4. Mox *reipublicæ consulere periculo* Hav. Verbum vero *consulere* non adparet in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *Quonam modo se oblivisci P. Decii consulis per tot collegia experti posse*] Sumsit ab Homero, apud quem Diomedes: (Il. K. 242.) Εἰ μὲν δὴ ἔταρόν γε κελεύεαι μ' αὐτὸν ἰλέσθαι, Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην; *J. F. Gron.* Vide an *consulis* in omnibus libris sit. Mihi nonnihil suspectum est. *Duk. Quoniam modo se oblivisci* Lov. 3. 4. et Leid. 1. *quoniam non se oblivisci* Lov. 2. *quonam modo oblivisci* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sæpius pronomen *se* omitti, vidimus ad I. 23. § 5. Deinde duæ ultimæ voces cum quatuor sequentibus male exsulant a Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4.

§ 3 *Neminem omnium secum conjungi malle: et copiarum satis sibi cum P. Decio*] Lego *Neminem unum secum conj.* Klock. *Neminem unum* inlustravi ad III. 12. § 4. Non tamen id hoc loco invitis libris recipiendum puto. Terent. in Andr. v. 5. 7. 'Davom video: nemo est, quem mallem, omnium.' Cic. de Orat. II. 38. 'Neminem omnium tot et tanta habuisse ornamenta dicendi.' Orat. pro Domo c. 33. 'Quum me in judicium populi nemo omnium vocarit.' Tusc. I. 13. 'Quod nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio.' Præterea *conjungi mallet, copiarum* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *conjungi malle, at copiarum* Leid. 2. et Lov. 1. *conjungi malle, ad copiarum* Voss. 1. Tum *sibi satis* Lov. 4. Harl. et edd. Aldina priores. Deinde *cum* deficit in Voss. 2. at *cum Decio Publio* præferunt Leid. 2. et Lov. 1. Mox copula *et* exsulat a prioribus edd. Primus eam Aldus restituit: servant eamdem etiam omnes scripti.

Sin collega quid aliud malit, ut sibi L. Volumnium darent adjutorem] *Si collega* Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. Vide ad IV. 5. § 6. *Sine collega* Port. Gaertn. et Hav. Tum *quid aliud mallit* Flor. et Leid. 1. Deinde *ac sibi L. Vol.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. frequenti scribarum lapsu. Vide ad III. 61. § 4. *At* hic ponitur pro 'tum.' Vide ad XXIV. 37. § 11. Tandem *adjutorium* Gaertn.

§ 4 *Et a populo, et a senatu, et ab ipso collega, Fabio*] *Et ab pop., et ab sen.* Hav. Ultima vox non adparebat in Lov. 4. sed ea transposita *et ab ipso Fabio collega* legit Leid. 2.

Quum P. Decius se in Samnium vel in Etruriam profecisset] Prænomen Decii, quod in omnibus prioribus edd. deerat, primus addidit Jac. Gronovius. Et recte. Omnes enim codd. mei, uno excepto Harl. id constanter servant. Deinde τὸ *se* deest in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *vel in Samnium, vel in Etruriam* Lov. 4. *in Samnium vel Etruriam* Lov. 3. Sed, amasse Livium præpositiones repetere, vidimus ad VI. 28. § 6.

Tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis] *Vel grat.* Voss. 2. et Lov. 3. *et grat.* Harl. et Gaertn. Deinde *perciperetur* Voss. 2.

Digitized by Google

Lov. 2. 3. Port. Gaertn. et Hav. Male. Supra IX. 5. 'Omnia tristiora experiendo facturi, quam quæ præceperant animis.' XXXI. 49. 'Non id, quod animis præceperant, questus est.' XXXVIII. 20. 'Non cominus pugnam, sed procul locis obpugnandis futuram, præceperat animo.' Vide ad VI. 26. § 2. Alibi sæpe ita peccasse librarios, dixi ad VII. 26. § 9.

Triumphusque, non bellum, decretum] *Triumphumque ante decr. bellum* Lov. 4. *triumphumque, quam bellum, decr.* Voss. 2. et Lov. 3. atque ita se in Pall. duobus melioribus invenisse, testati sunt Gebhardus ad Liv. VII. 20. § 8. et Gronovius ad V. 21. § 15. idque accipiunt, quasi scripsisset Livius *triumphus potius, quam bellum, decretum.* Vide etiam Gebh. ad Liv. XXIII. 9. § 8. Optimi tamen in vulgatum conspirant; quos nunc sequi præstat.

§ 5 *Invenio apud quosdam, extemplo, consulatu inito*] *Apud quosdam invenio* Lov. 2. Deinde *extemplo consulatus initio* Lov. 4. qui etiam præfert *profectum*, et mox *certaminum, quæ inter collegas exposui:* quod posterius etiam exstat in Gaertn.

§ 6 *Ne hæc quidem certamina exponere satis fuerit*] *Nec hæc quidem certamina* Lov. 2. Hav. et edd. ante Aldum. Vide ad I. 10. § 3. Tum *satis fuit* Klockian. Male. Vide ad XLII. 66. § 9. De caussa erroris vide ad XL. 14. § 10.

Adjecerunt et Appii criminationes de Fabio absente] *Adjecerint* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. Port. et edd. quas vidi, usque ad Heinsii Elzevir. Deinde *comminationes de Fabio* Gaertn. Vox autem ultima omittitur a librariis Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Mox *consulem præsentem* Lov. 4. et *prætorem*, pro *prætoris*, Voss. 2. et Lov. 3. PIR, id est *populi Romani*, Flor. Vide ad XXXI. 10. § 4. Sed eandem vocem non agnoscit Hav.

Contentionemque aliam inter collegas] *Contentionemque* Lov. 1. *concionemque* Lov. 4. Vide paullo ante hoc lib. ad c. 23. § 4. Mox *provinciæ sortes*, pro *sortem*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 7 *Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti*] Ant. Perizonius ad marginem Livii scribendum conjecit *quod profecti:* ut sensus sit, res, quod ambo consules ad bellum profecti sunt, incipit constere ex eo tempore; atque ita illud, quod constare dicat, referatur ad ambos consules ad bellum profectos; in genere enim, 'Constare res incipit,' dici non posse putat, quum æque incertum adhuc postea sequatur § 10. 'Deletam quoque ibi legionem,' &c.

Legionem Romanam castraque obpugnaturi] Pall. duo *castraque oppugnatum.* Gebh. Ita et Lov. 2. 3. 4. et Leid. 1. Præterea *legationem Rom.* Lov. 3. Vide ad VII. 30. § 14. Paullo ante *in Etr. venirent*, pro *pervenirent*, edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 8 *In colle, qui inter urbem et castra erat, aciem erexit*] *In collem, &c. aciem erexit* legendum, in margine Livii suspicatur Ant. Perizon. Atque ita etiam præferunt Port. et Hearnii Oxon. B. Si melioris notæ codd. consentirent, omnino in contextum recepissem. Ita enim passim Livius loqui solet. Supra II. 31. 'Perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigerent.' III. 18. 'In clivum Capitolinum erigunt agmen.' IV. 22. 'Erecta in arcem via est.' VII. 34. 'Nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum.' IX. 31. 'Dum in adversum clivum erigitur agmen:' hoc lib. c. 14. 'Adscensu abdito a conspectu erigere in montes agmen.' XXI. 32. 'Erigentibus in primos agmen clivos adparuerunt montani.' XXV. 36. 'In tumulum quidem perfacile agmen erexere.' XXVIII. 15. 'Conctantibus in adversum collem erigere aciem Romanis.' XXVII. 2. 'Ita tamen aciem instruxerunt, ut Pœnus dextrum cornu in

Digitized by Google

collem erigeret.' Silius Ital. III. 612. 'Nec mora, commotum promissis ditibus agmen Erigit in collem.' Deinde *inter castra et urbem* alio ordine Port. Gaertn. et Hav.

§ 9 *Quod hostes ceperant, parte alia egressi*] Ita demum Gruterus in ultima ed. dedit. Omnes priores legunt *aggressi*, quod superest in Voss. 2. Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et C. *agressi* in Voss. 1. et Lov. 1. *adgressi* in Flor. et Leid. 1. Ea vox deficit in Lov. 3. *egressi* in uno tantum Lov. 3. obvium fuit. Præterea *hostes ceperunt* Gaertn. et *parte altera* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. L.

In medio, quum hostis undique urgueret] Pall. duo *cum hostes undique vigerent*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. *quum hostes undique urgerent* Lov. 3. Port. et Hav. Vide ad v. 50. § 2. *Quum hostibus undique urgeretur* Lov. 4.

§ 10 *Deletam quoque ibi legionem*] Τὸ *ibi* non agnoscit Voss. 2. Sed, transpositis vocibus, *Deletam quoque legionem ibi* præferunt Port. et Hav.

§ 11 *Nec ante ad consules, qui jam haud procul a Clusio aberant*] *Ad cons.* Flor. et Lov. 4. *ad consulem* Lov. 2. *ab consulibus* Lov. 3. Tum *quam haud procul a Clusio aberant* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quia jam haud procul a Clusio aberant* Port. *ab Clusio* Voss. 2. Gaertn. et Lov. 3. quorum posterior etiam cum Lov. 2. Flor. et Leid. 1. *aberat* exhibet: *qui jam haud procul ab Usio erat* Lov. 4. Mox verbis seqq. *fuere in conspectu*, alio ordine, Leid. 1. *in conspectu fuerunt* Lov. 4.

Pectoribus equorum suspensa gestantes capita, et lanceis infixa, ovantesque moris sui carmine] Diod. Sic. lib. v. p. 212. Τῶν δὲ πεσόντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων· τὰ δὲ σκῦλα τοῖς θεράπουσι παραδόντες ἡμαγμένα λαφυραγωγοῦσι παιανίζοντες καὶ ᾄδοντες ὕμνον ἐπινίκιον. Vide Antiq. Lect. II. 5. *Gebh.* Similia de Gallis, pugnam cum cantu inchoantibus, l. XXI. c. 28. 'Galli obcursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui, quatientes scuta super capita, vibranteaque dextris tela.' c. 42. 'Cum sui moris tripudiis arma raptim capiebant.' De Hispanis XXIII. 26. 'Erumpunt igitur agmine e castris, tripudiantes more suo.' XXV. 17. 'Armatum exercitum decurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum, suæ cuique genti adsuetis.' De Gallis Asiaticis l. XXXVIII. c. 17. 'Ad hoc cantus inchoantium prœlium, et ululatus, et tripudia, et quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus.' Ceterum duæ priores voces non adparent in Hearnii Oxon. C. ut nec vox *gestantes* in Gaertn. Præterea *ovantes moris sui carmine* Lov. 2. *ovantesque moris carmine* Gaertn. et Hav. *ovanteque moris sui certamine* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 12 *Sunt, qui Umbros fuisse, non Gallos, tradant: nec tantum cladis acceptum*] *Umbros fuisse, non Gallos fuisse, tradant* Gaertn. *Umbros fuisse, non Gallos, tradunt* Hearnii Oxon. C. Vide ad XLII. 66. § 9. Tum *nec tantum cladis exceptum* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide hoc lib. ad c. 18. § 9. *Et gladiis acceptum* Leid. 1.

Circumventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato] Pal. 1. *populationibus.* Pal. 3. *populatoribus.* Gebh. Priorem lectionem inveni in Lov. 3. posteriorem in Lov. 4. et Gaertn. 'Pabulari' et 'populari' etiam commutantur hoc lib. c. 3. § 6. *Circumactis* insuper est in Gaertn. Deinde *tum L. Manlium Torquatum legatum* Lov. 2.

Scipionem proprætorem subsidium e castris tulisse] *Scipionem pro prætore* Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. Atque ita edidit Sigonius. Vide Dukerum ad cap. præc. § 11. et quæ

Digitized by Google

notantur ad XXIII. 30. § 18. *Scipionem prætorem* Oxon. L. 2. *Scipionem propti* Leid. 2. Tum *subsidium castris tulisse* Leid. 2. et Lov. 1. Mox *redintegrando prælio*, pro *redintegrato*, Voss. 2. Præterea τὸ *esse* deficit in Harl. et edd. ante Aldum; voces *eis ac prædam ademtam* in Gaertn.

§ 13 *Similius vero est, a Gallo hoste, quam Umbro, eam cladem acceptam*] *Similius vero est, Gallo hoste* Leid. 1. Lov. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ab Gallo hoste* Port. Gaertn. et Hav. Tum *eadem cladem* Harl.

§ 14 *Campanisque mille equitibus delectis, ad id bellum missis*] *Campanis quoque mille equitibus* Lov. 2. Tum *deletis* Lov. 1. a m. pr. Vide ad IX. 37. § 8. Deinde *ad id bellum misisse sociorum nominisque Latini maj. exerc.* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *misisset sociorum* Leid. 1. Paullo ante τὸ *quod* exsulat a Voss. 2. et Hav.

Majore exercitu, quam Romani] Ultima duo vocabula mihi vehementer sunt suspecta. *J. F. Gron.* Vide tamen an non potius sit ad sententiam et mitius *et sociorum nominisque Latini majore exercitu; etiam Romani alii duo exercitus.* Sic τὸ *etiam* c. 30. 'Et præter ingentem inlatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est.' *Jac. Gron.* Fortassis *quam Romano.* Duk. *Majores quam Romani alii duo exercitus* Port. et Oxon. B. Hearnii, qui etiam auctor est, voces Gronovio patri suspectos non adparere in L. 1. Klockius vero testatur, alios legisse, *quam Romanorum*; quod mihi tamen nullo loco obcurrit.

§ 15 *Cn. Fulvius et L. Postumius Megillus proprætores*] Vet. lib. et lapides Capitolini *L. Post. Megellus.* Sigon. His a populo imperium extra ordinem datum videtur. *Duk. Cum Fulvius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad VIII. 18. § 13. *L. Fulvius* Hearnii Oxon. L. 2. Deinde *prope*, pro *proprætores*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *prætores* edd. Rom. 1472. et Parm. *promptores* Port. An et hic legendum *pro prætoribus?* Vide paullo ante ad § 12. In verbis præcedd. *procul ab urbe*, addita media præpositione, Hav. Vide ad XXIV. 28. § 1. In seqq. *habere jussit*, pro *jussi*, Voss. 2. *haberi jussit* Lov. 3.

CAP. XXVII. § 1 *Consules ad hostes, transgresso Apennino, in agrum Sentinatem pervenerunt*] Plinius III. 14. 'Setinates' in Umbris ponit. Ptolemæus III. 1. 'Sentinum' oppidum non longe a Spoleto memorat. Idem Annius meminit eorum super eodem fragmento circa vetus Clusium. In Plinio litera n omissa videtur. *Glar.* Forte *transgressos Appenninum.* J. F. Gron. Consules antea in agro Clusino fuisse, ex cap. præc. intelligitur; in eoque Gallos et Samnites etiam cum Romanis pugnasse, auctor est Polyb. II. 19. Non poterat autem ex agro Clusino in Sentinatem veniri, nisi superato Apennino. Unde probabilis est conjectura Gronovii. Nisi tamen quis putet, Livium verbo *transgredi* hic passive, ut grammatici dicunt, uti, quemadmodum Cicero *adgredi* apud Voss. de Analog. III. 6. *Duk. Pervenere* Lov. 4. *perveniunt* Gaertn. *pugnaverunt* Leid. 2.

Ibi quatuor millium ferme intervallo castra posita] *Quatuor millia* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 3. Harl. et edd. usque ad Froben. 1531. Tum *fere* Lov. 4. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 38. § 5. Hinc vox *castra* deficit in Voss. 2. Tandem *opposita* legit Lov. 2.

§ 2 *Atque ita convenit, ne unis castris miscerentur omnes*] *Et ita convenit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. *et ita conveniunt* Hav. Sed prima vocula non adparet in Gaertn. Deinde *ut ne unis castris* legunt Harl. omnesque edd. usque ad Jac. Gronovium, qui τὸ *ut* omisit; sed facti rationem in notis non reddidit. Aldus etiam

Digitized by Google

in contextu neglexit; verum inter errata iterum revocavit. Sane *ut* in nullo apud me cod. exstat, nisi forte in Flor. et Klockian. ex quibus nihil notatur, licet edd. cum quibus conlati sunt, *ut ne* exhibeant. Hearnius etiam, *ut ne* edens, ita in Oxoniensibus invenisse videtur, quia, *ut* a Gronov. omissum notans, Mstorum tamen ei consentientium non meminit. *Ut ne* junctim posita apud Plaut. Terent. Cicer. Ovid. aliosque optimos scriptores passim obcurrere, viri docti idonea exemplorum copia late docuerunt. Vide Hadr. Cardin. de Serm. Latin. p. 382. et Burm. ad Phædri Fab. IV. 24. 14. Utrum vero Livius illis, qui ita loqui soliti fuerint, adnumerari debeat, et an etiam hoc loco ita locutus sit, dubito. Certe plerique codd. aperte hic ignorant τὸ *ut*, unus tantum defendit, et is quidem haud magnæ auctoritatis; reliquorum dubium est testimonium. At τὰ *ut ne* in vulgatis edd. obcurrunt XXXIV. 17. 'Id ut ne fiat, uno modo arbitror caveri posse.' XLII. 41. 'Si est in fœdere ita scriptum, ut ne tueri me regnumque meum liceat.' et XLV. 23. 'Consecuti sumus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus.' Verum eorum locorum primi lectionem dubiam faciunt codd. scripti; duorum reliquorum auctoritatem id minuit, quod ex unico tantum cod. cujus librarius facile errare potuit, edita sit hæc pars operis Liviani, præterquam quod etiam ultimi integritati non sine caussa controversiam moverit Gronovius. In his similibusque, ubi scriptura dubia est, et utraque æque probari potest, genium cujusque scriptoris consulendum arbitror, ac videndum an et alibi simili locutione usus fuerit. Et ea caussa est, quod non admittam lectionem cod. Traject. 2. apud Val. Max. I. 6. ex. ext. 1. 'Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio, ut ne, &c. e cœlesti templo ad privatas domos non consentaneos usus transtulisse videar.' Alibi enim Valer. Max. ita loqui non memini. Vulgo autem τὸ *ut* omittitur. Hic vero rem arbitrio lectoris permitto: ego Gronovium sequor. Ceterum *neu unis castris* Leid. 2. *neuanis castris* Lov. 1. *ne in unis castris* Lov. 4. Paullo ante *consulationes* Flor. et Lov. 1.

§ 3 *Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adjecti: dies indicta pugnæ*] Pal. 2. margini appictum habet *dies inde dicta pugnæ*. Gebh. *Samnites Gallis, Etruscis Umbri* Lov. 4. *Samnitibus Galli Umbris adjectis: dies pugnæ* Leid. 2.

Samniti Gallisque delegata pugna] Vet. lib. *Samnitibus Gallisque*, Sigon. *Samnitibus Gallisque* ex Mss. corrigere se ait Sigonius. Atqui sic ediderunt omnes ab Andrea usque ad Frobenium. Soli apud me Gryphius et Curio *Samniti*. Et hoc quum per se magis placet, tum eo ducere video scriptos. Voss. 1. Rott. et Helm. *Samnitiis Gallisque*. Voss. alter plane *Samniti Gallisque*. J. F. Gron. *Samnitiis* etiam Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *Samniti* Flor. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Et ita præter edd. quas memorat Gronovius, præferunt omnes edd. a Frobeniana anni 1535. usque ad Sigonium. Et hanc lectionem recepi. Ita enim Livius orationem variare solitus est. Supra II. 45. 'Veiens hostis Etruscique eo magis præpropere agere.' III. 6. 'Ea conluvio urbanos et agrestem, confertum in arta tecta, æstu ac vigiliis angebat.' IV. 18. 'Dictator dextro cornu adversus Falisco, sinistro contra Veientem Capitolinus Quinctius iptulit signa.' Et eodem cap. 'Eques maxime resistebat; equitumque longe fortissimus ipse rex trahebat certamen.' XXIII. 41. 'Crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos fecit.' XXIV. 10. 'Sic postea Papirium Carviliumque adversus Samnites Bruttiosque et Lucanum cum Tarentino populum consules declaratos.' XXX.

Digitized by Google

4. 'Negligentia, ut fit, apud Pœnos Numidamque orta cavendi, ne quid hostile interim paterentur.' Vide ad XXXV. 40. § 6. Præterea *et Gallis quibus delegata pugna* Lov. 2. *Gallis qui delegata pugna* Leid. 1. *deligata* Port. Ita etiam quidam scripti variant hoc lib. c. 20. § 12.

§ 4 *Editis hostium consiliis dimissi cum donis, ut subinde, ut quæque res*] *Dictis hostium cons. dimissi* Hearnii Oxon. L. 1. *editis hostium cons. dimissis* Hav. Vide ad VI. 3. § 8. Tum *et subinde ut quæque res* idem Hav. *ut subinde quæque res* Voss. 2. Paullo ante vox *transfugæ* deficit in Gaertn. *tres* in Leid. 1.

§ 5. *Summaque vi fines hostium depopulentur, scribunt*] Vox *vi* deficit in Port. Tum *fines hostium populentur* legit Hav. Vide ad X. 12. § 7. *Fines hostium depopularentur* Gaertn. *fines hostium depopulent* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. At Livius deponentibus forma activa uti non solet. Vide ad I. 17. § 1. Potius existimo, ejus vocis ultimas literas *ur*, quæ terminatio passivi est, et per compendium scribi solebat, a librariis omissas esse. Vide ad X. 10. § 1. Deinde *scribit* Lov. 3. Paullo ante *Consuli Fulvio ex Falisco* Voss. 2. Hinc *ex Otricano*, pro *ex Vaticano*, Lov. 4. Deinde *ad Clusinum admoveant* Leid. 2. *ad Clusium admoverant* Gaertn.

§ 6 *Hujus populationis fama Etruscos ex agro Sentinate, &c. movit*] Polybius II. 19. ubi de hac re loquitur: Καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρᾳ πρὸς τοὺς προειρημένους, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν. ['Conveniebat, ut diceret, ubi et quis esset ille ager: sed nesciebat. In Umbris est.'] *Sigon. Hujus depopulationis* Lov. 4. Vide modo ad § præc.

Per biduum lacessiere prælio hostem: biduo nihil dignum dictu actum] *Lacessierunt prælio hostem* Lov. 4. *lacescere hostem prælio* Port. a m. pr. *lacescere prælio hostem* Port. a m. sec. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *lacessere prælio hostem* Leid. 1. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hav. Deinde *biduum nihil dignum dictu actum* Harl. *biduo nihil dignum dictum, atque pauci* Hav. Paullo ante *Inde instare consules* Lov. 2. *Instante inde consule* Port. et Gaertn.

§ 7 *Ad discrimen summa rerum adducta: tertio die descensum in campum*] *Addita* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Gaertn. et Hav. *addicta* Leid. 1. et Lov. 2. Vide ad VI. 15. § 9. *Ad discrimen summæ rerum adducti* Klockian. Vox *die* deficit in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. 4. τὸ *est* in Port. *descensum ad campum* præfert Lov. 3. In præcedd. verbis *ceciderunt* Lov. 4. et *magis irritati* Gaertn. *sunt* vero exsulat ab edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 8 *Cerva fugiens lupum e montibus exacta per campos inter duas acies decurrit*] *Fugiens lupum montibus exacta* Lov. 2. *fugiens lupum e montibus lupus* Voss. 2. et Lov. 3. *fugiens lupum ex montibus exterrita* Lov. 4. *fugiens lupum e montibus acta* editi ante Aldum. Verum, Livium verbis cum præpositione compositis eamdem præpositionem in regimine addidisse, vidimus ad Præfat. § 11. et quidem 'exacta e montibus,' ut 'exigere e corpore' apud Plaut. in Captiv. IV. 1. 61. 'Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.' Cic. de Orat. II. 48. 'Neque reges ex hac civitate exigi, neque tribunos plebis creari, &c. sine nobilium dissensione potuisse.' Deinde *discurrunt* Voss. 2. et Lov. 3. *discurrit* Leid. 1. Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. C. Male. Ex locis enim editis, ut hic ex monte, non 'discurritur,' sed 'decurritur.' Supra I. 12. 'Mettus Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat.' VI. 33. 'Nec impetus Tusculanorum decurrentium ex superiore loco sustinent.' XXVI. 10. 'Quum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent.' Vide

Digitized by Google

Burm. ad Quinctil. VII. 7. pag. 642. Et ita flumina a fontibus 'decurrere' ad mare dicuntur. Liv. XXXVIII. 13. 'Mæander, ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrens.' Phædr. Fab. I. 1. 8. 'A te decurrit ad meos haustus liquor:' ubi vide Burm. Neque eo patrocinium τῷ *discurrit* parari potest, quod lupus ad Romanos, cerva ad Gallos flexerint cursum; nam de eo demum seqq. verbis agitur. Hic Livius eorum decursum ex montibus describit. Verba hæc similiter alibi commutantur. Vide ad XXI. 33. § 4.

Diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit] *Divisæ feræ* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Male. *Diversæ feræ* est in varias partes currentes. Vide ad c. 33. hujus lib. § 10. Hinc *cursum ad Rom. lupus defl.* Port. et Gaertn. *lupus ad Rom. defl.*, voce una omissa, Hav. quomodo sæpe Cic. loquitur. Verum reliqui codices in eamdem vocem retinendam conspirant.

§ 9 *Ex antesignanis Romanus miles, Illac fuga, inquit, et cædes vertit*] *Ex antesignariis Rom. miles* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Vide ad Livii IV. 47. § 2. *Ex antesignanis Romanis miles* Hearnii Oxon. N. Tum *Illa fuga, inquit, et cædes vertit* Voss. 2. et Lov. 3. *In hac fuga, inquit, et cædes erit* Gaertn. *Illos fuga, inquit, et cædes vertit* Lov. 4. Ejus librario displicuisse videtur *vertit* sine casu positum; quum tamen *vertit*, pro 'vertit se,' Livio quam frequens sit. Vide ad II. 61. § 2. Paullo ante *conflixere*, pro *confixere*, Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et Hav. Mox autem *ut sacrum Dianæ feram*, pro *ubi sacram*, Gaertn. Vide ad XXIV. 15. § 1. *Ubi sacræ Dianæ feram* Port. et Hav. Deinde prodigiose corruptus Lov. 4. *Huic victor Riaeus lupo.*

§ 10 *Adversus Samnites Fabius primam ac tertiam legiones*] *Adversusque Samnites* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc addito prænomine Q. vel *Quintus Fabius* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Flor. Port. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. B. ac C. quorum auctoritate eam lectionem recepi. Qui prænomen primus omisit, id convenire existimavit, quia Fabii collega Decius mox nullo etiam ornabatur. Sed vide quæ notantur ad IV. 49. § 1. Deinde *primam ac tertiam aciem legionem* Lov. 1. *primam ac tertiam legionem* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. L. 2. N. B. C. et edd. antiqq. Sed recte Frobenius 1535. *legiones* reposuit; quod etiam Flor. et Voss. 1. servasse videntur. Supra hoc lib. c. 18. 'Quum jam L. Volumnius consul cum legionibus secunda ac tertia profectus in Samnium esset:' ubi plerique codd. similiter peccant. Vide quæ ibi notantur. In verbis præcedd. ac seqq. *dextero*, pro *dextro*, et *instruxerunt*, pro *instruxit*, Lov. 4. etiam *Quintus Decius* Lov. 1. Verum is non *Quinti*, sed *Publii*, prænomen habuit.

§ 11 *In Samnio gerebant bellum*] *Qui in Samnio gerebat bellum* Lov. 4. *gerebat* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. C. et excusi usque ad Froben. qui a. 1535. *gerebant* restituit.

Adeo æquis viribus gesta res est] *Res gesta est* Hav. *gesta est res* Leid. 1. Sed τὸ *est* exulat a Lov. 2. qui mox præfert *in acie aut in castra.* Deinde *quicquam*, pro *quocumque*, Lov. 4.

CAP. XXVIII. § 1 *Haudquaquam similis pugna in dextro lævoque cornu erat*] *Et haudquaq.* Voss. 2. Lov. 3. et Port. Sed τὸ *et* ex vocis præced. ultimis literis natum est. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *Et haud quamquam* Leid. 1. Lov. 2. 4. ac Gaertn. *haud quamquam* Lov. 1. Vide ad VII. 26. § 8. Deinde *simul pugna* Leid. 2. et Lov. 1. Eodem modo librarios errasse, vidimus ad VI. 25. § 10. *Similis pugna*

Digitized by Google

Leid. 1. *similis pugnam* Voss. 2. Deinde *in dextro lævoque erat*, omissa voce *cornu*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. In verbis præcedd. *adhuc* exsulat ab Harl. Omnia autem hæc *nondum discrimen, &c. lævoque cornu erat* non conspiciuntur in Hav.

§ 2 *Apud Fabium arcebant magis, quam inferebant, pugnam*] *Apud P. Fabium* Leid. 2. et Lov. 1. qui *Quinti* prænomen habuit. Verum id hic repeti nihil adtinebat. *Magis arcebant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen] Pall. duo *extrahebatur quoque*. Pal. 2. *extrahebaturque quam in quam maxime*. Gebh. *Extrahebatur quoque* Lov. 3. Tum *in quantum maxime serum diei* Voss. 1. *in quantum maxime diei serum* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad v. 4. § 1. *Serum in quam maxime diei cert.* Hav. *maxime inii diei cert.*, relicta hoc modo lacuna, Lov. 4. 'Serum diei,' ut VII. 8. 'Castrorum oppugnatione, quia serum erat diei, abstinuere:' ubi vide.

§ 3 *Gallos primo impetu feroces esse, quos sustineri satis sit*] Pal. 2. cum Campani ed. *quos sustinere satis sit*. Gebh. Non aliter etiam Port. Gaertn. et Hav. Præterea *in primo impetu feroces esse* Hav. *primo impetu esse feroces* Leid. 1. Sed *esse* omittit Gaertn. Mox *longo certamine*, pro *longiore*, Lov. 4. Tum *sensum vesidere*, pro *sensim*, Voss. 2. et Lov. 1. *sensisse vesidere* Hav. Vox denique *animos* non comparet in Port.

§ 4 *Primaque eorum prælia plus quam virorum, postrema*] *Primaque esse eorum prælia* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. qui omnes præter primum mox *esse* omittunt. Deinde *postremo* Lov. 1. Paullo ante *laboris ac æstus* Lov. 2. Male. Vide hoc lib. ad cap. 36. § 17.

§ 5 *Quum integerrimas vires militi servabat*] Pall. 1. ac 3. *quum integer. vires militis servabant*. Gebh. Ita etiam Lov. 3. et 4. sed *vires militum servabat* Lov. 2. *vires militibus servabat* Hearnii Oxon. C. Vulgatum, quod optimi servant, verius esse videtur. Vide ad VII. 35. § 2.

§ 6 *Quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat*] Pal. 2. *in pugnam concivit*. Gebh. Ita et Port. atque Hearnii Oxon. B. sed *in signa concivit* Gaertn. *in pugnam cociliit* Hav. Vulgatum recte tuentur reliqui. 'Concitare in pugnam,' ut 'concitare in fugam' XXII. 17. 'Cum majore metu concitant se in fugam.' Et ita 'concitare se in hostem,' de quo vide ad VIII. 39. § 7. 'Concire' et 'concitare' sæpe commutantur. Vide ad l. IX. c. 27. § 1. *In pugnam excitat* Oxon. C. Præterea *levior videbatur* Hav. Paullo ante *Ferocius Decius* idem Hav. Tum verbum *habuit* non adparet in Port. et Gaertn. quemadmodum nec *primo* in Voss. 2. cujus loco *pretio* est in Lov. 3.

§ 7 *Fortissima juvenum turma inmixtus, erat*] *Ferocissima juvenum turma* Leid. 2. et Lov. 3. Vide ad XXVIII. 42. § 4. *Ferocior* modo præcessit; inde adhuc menti scribarum obhæsit. Deinde *inmixtus erat* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hav.

Ut secum in hostem impetum faciant] Tres Pall. eleganti trajectione *in hostem ut secum imp. faciant*. Gebh. Ita tantum non omnes etiam mei voces transponunt; eamdemque trajectionem jam Jac. Gronovius in contextum recepit.

§ 8 *Bis avertere Gallicum equitatum*] *Hiis avertere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Bis advertere* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Vide ad VI. 28. § 8. Mox *etiam inter media*, pro *et jam*, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIX. 10. § 6. Tandem *novum pugnæ conferunt*, pro *conterruit*, Leid. 1.

§ 9 *Essedis carrisque superstans ar-*

Digitized by Google

matus hostis] Pall. 1. et 3. *carrisque super circumstans.* Gebh. An ergo carris etiam utebantur in prœlio, et in aciem hostium invecti ex iis pugnabant? Hoc nusquam proditum inveni; sed Gallos aliosque barbaros carros in expeditionibus adhibuisse ad onera atque impedimenta vehenda, et castra valli instar iis circumdanda. Vide Scheffer. de Re Vehic. II. 28. Fortassis scripserat *carpentisque:* ex iis enim pugnare solitos Gallos, notum est; unde mox dicit, quosdam tradidisse 'mille carpentorum' in exercitu Gallorum fuisse. Verum quidem est, quæ alii 'carpenta' vocant, ea ab aliis 'esseda' dici; sed tamen, diversa vehiculorum genera fuisse, ostendit idem Scheffer. c. 17. et cap. 23. *Duk. Esedis carrisque* Harl. *essendis carrisque* Leid. 2. et Lov. 1. *redis carrisque* Lovel. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac C. *esseedis carrisque* Voss. 2. *hesidis cartisque* Port. quæ lectio conjecturam Dukeri non nihil juvare videtur. Deinde *super circumstans* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. et 4.

Et insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos] Omissa copula *et* Pal. 2. *insolitus ejus tum. Rom. conter. equos.* Reliqui quoque repræsentant *insolitus.* Vulgata lectio verissima est. *Gebh.* Tὸ *et* exsulat etiam a Port. et Hav. Præterea *insolitus ejus tum.* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. *insolitus tumultus ejus* Lov. 4. Locutio minus obvia, ut 'insolitus' cum casu secundo construatur, librariis indoctis displicuisse videtur. Verum, similiter 'insolens' genitivo jungi, variis exemplis docuit Cortius ad Sall. Cat. c. 3. Et ita 'insuetus' apud Liv. VI. 34. 'Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia.' Ita et 'adsuetus' XXXVIII. 17. 'Romanis Gallici tumultus adsuetis etiam vanitates notæ sunt:' 'inconsuetus' apud Silium XI. 262. 'stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles.' Ipsum *insolitus* apud Sall. Histor. I. 'Genus armis ferox et servitii insolitum.' Præterea *contrivit equos* Gaertn.

§ 10 *Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat*] Prima vox abest ab Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *lymphatus pavor* Lov. 4. Ita 'lymphatus cursus' Silius I. 458. 'ruit ocius amens Lymphato cursu, atque ingentes deserit actus:' ubi vide quæ notantur. Sed præstat ut vulgatum servemus, quod reliqui omnes tuentur. Apuleius lib. VIII. p. 214. 'Incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium.' Plinius XXVI. 8. 'Semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur.'

Sternit inde ruentes equos] Pall. duo *sternitque inde ruentes equos.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. *sternit inde equos ruentes* Harl. et editi ante Aldum. Mox *virosque inprovida fuga turbatos. Hinc etiam* Lov. 2. 3. et Voss. 2. *virosque interrita fuga turbatos. Hinc etiam* Klockian.

§ 11 *Multique impetu equorum*] *Multoque impetu* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav. Paullo ante *Turbata etiam hinc signa* Harl. In verbis seqq. *antesignani* Lov. 2. *ante signa legionum* Haverk. *ante signa legionum signavi* Gaertn. *ante signa legionum signani* Hearnii Oxon. N. et L. 2. Lectio inde nata videtur, quod margini olim adscriptum fuerat, 'antesignanos' esse qui erant 'ante signa legionum.'

Simul territos hostes vidit, Gallica acies nullum spatium respirandi recipiendique se dedit] *Simul ac territos hostes vidit* Hav. et Port. neque aliter Gaertn. nisi quod duas postremas voces non agnoscat. Vide ad VI. 1. § 6. *Simul territos hostes avida* sine sensu Lov. 2. Tum *respirandique* omissa voce Leid. 2. et Lov. 1. *respirandi respiciendique* Gaertn. Male. Quod 'recipere se' hoc loco dixit, id exprimit 'recipere animum a pavore'.

Digitized by Google

II. 50. 'Mox ut respirandi superior locus spatium dedit, recipiendique a pavore tanto animum:' et XLIV. 10. 'A pavore eo, quo adtonitus fuerat, recepto animo.'

§ 12 *Vociferari Decius, Quo fugerent? quamve in fuga spem haberent*] Pall. 2. ac 3. *quamve in fugam spem haberent?* Gebh. *Vociferare Decius* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et omnes edd., Sigonianis exceptis, usque ad Modium. Eodem modo se etiam in omnibus Pall. invenisse Gebhardus testatus est ad VII. 12. § 14. Quin etiam quum nihil notetur ex Flor. et Klockian. qui conlati sunt cum edd. *Vociferare* exhibentibus, illi quoque ita legisse videntur. Male. Vide ad VIII. 38. § 13. Deinde *quamve in fugam spem haberent* Voss. 2. a. m. pr. *quam veri fugam spem haberent* Gaertn. *quem in fugam spem haberent* Hav. *quave in fuga spem haberent* Hearnii Oxon. L. 1.

Revocare suos: deinde, ut nulla vi perculsos sustinere poterat] *Revocare suos* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed recte alii vulgatum tuentur. Vide ad XLI. 18. § 11. Deinde τὸ *vi* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ejus loco *in* præfert Lov. 3. Vide ad VII. 33. § 8. Tum *percussos* Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad I. 27. § 10.

§ 13 *Quid ultra moror, inquit, familiare fatum? datum hoc nostro generi est*] *Q ultro moror* Lov. 3. *quid ultra morer* Gaertn. Tum *familiare factum* Lov. 4. in contextu. Vide ad III. 40. § 9. Deinde *hoc nostro generi datum est* Hav. τὸ *est* exsulat a Lov. 4.

Jam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo] Nescio quo sensu Pall. 1. ac 2. *Jam ego mecum leg. host. metandas Tell. ac Diis Man. dabo.* Gebh. *Jam ergo mecum hostium legiones* Lov. 2. Vide ad XXXVII. 52. § 11. *Hostium legiones* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. quod tot testium fide recepi. Deinde *metandas* etiam Lov. 3. et 4. *mecandas* Leid. 1. Inlustrando autem Livio ad marginem adscripsit Perizonius locum Suet. in Tiber. c. 75. 'Pars Terram matrem Deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam, nisi inter inpios, darent.'

§ 14 *Quem, descendens in aciem, digredi vetuerat ab se*] Pall. duo meliores *adgredi*. Legendum inde *abgredi vetuerat ab se*. 'Abgredi' veteres dixerunt, ut 'abambulare,' pro discedere ab aliquo. *Gebh. Adgredi* etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. unde Gebhardus *abgredi* scribendum conjicit, quod non magis placet, quam 'amigrare' I. 34. § 7. et 'amittere' pro amandare IV. 12. § 9. Tota vox *digredi* omissa est a librario Hav. *egredi* habet Hearnii Oxon. L. 2.

Se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret] *Se legiones hostium* Hav. Tum *populi Romani Quir.* quædam ex vett. edd. cum Leid. 2. Vide ad III. 20. § 7. *Populi Romani Quiritumve* Port. et Hav. *populi Romani Quiritiumve* Gaertn. *populi Romani Quiritiumque* Lov. 2. Vide ad I. 32. § 13. Denique *devoverat* idem Lov. 2.

§ 15 *Quo pater P. Decius ad Veserim bello Latino se jusserat devoveri*] *Quo pater Decius*, omisso prænomine, Harl. Deinde *ad Vexerim* Lov. 2. *ad Ve....* Lov. 3. *ad Vesenum* Voss. 2. et Port. *ad Vesevum* Gaertn. *Vesevus* est Vesuvius. Vide ad VIII. 8. § 19. Jam autem Decius pater devovit se ad Vesuvium et ad Veserim. Supra VIII. 8. 'Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat.' Quum autem plerique et optimi *ad Veserim* servent, aut saltem eorum vestigia eo ducant, id retinendum judico. Et ita prælium, quo Decius se devovit, ad Veserim accidisse, tradunt etiam Cic. de Fin. I. 7. de Off. III. 31. Va-

Digitized by Google

Iter. Max. VI. 4. ex. 1. et Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. c. 26. et c. 28. Præterea *in bello Latino* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. N. B. ac C. Sed præpositionem additam non requiro. Liv. XXIII. 21. 'Ceciderant pugna Cannensi:' ubi vide. Valer. Max. I. 7. ex. 3. 'Somnium, quod duo consules P. Decius et T. Manlius Torquatus Latino bello viderunt.' Aurel. Vict. in Vir. Inlustr. c. 28. 'Consul bello Latino filium suum, quod contra imperium pugnasset, securi percussit.' Sallust. in Cat. c. 52. 'A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit.' Ita 'Iudis,' pro tempore, die ludorum, inlustravimus ad II. 36. § 1. Paullo ante *eadem deprecatione*, pro *precatione*, Hearnii Oxon. C. Verum mox dixit 'secundum sollemnes precationes:' et IX. 5. 'Quid enim aut sponsoribus in fœdere opus esse aut obsidibus, ubi precatione res transigitur?'

§ 16 *Præ se agere sese formidinem ac fugam*] *Præagere esse form.* Lov. 4. *posse agere sese form.* Leid. 2. et Lov. 1. *pre se agere sese form.* Gaertn. Nihil muta. *Præ se agere*, ut I. 7. 'Tiberim fluvium, præ se armentum agens, nando trajecerat.' V. 45. 'Viderant eos congregatos agmine prædam præ se agentes.' XXXVIII. 18. 'Cum conjugibus ac liberis, quæ ferre atque agere possint, præ se agentes portantesque, Olympum montem potere.' 'Ante se agere' dixit Nepos in Datam. c. 8. 'Dextra manu clavam, sinistra copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat.'

Cælestium, infernorum iras] Vet. lib. *infernorumque iras*. Sigon. *Infernorumque iras* est lectio Pal. 2. producta quoque Sigonio. Reliqui duo *cælestium, inferorum iras*. Gebh. *Infernorumque iras* etiam Port. et Hearnii Oxon. B. *infernorum iras*, ut ante Sigonium edebatur, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Oxon. N. *inferorumque iras* Lov. 2. et Neapol. Latinii: *inferorum iras* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et, ut silentium Hearnii indicare videtur, reliqui Oxonienses. Gronovius primo *inferorumque* edidit; postea 1665. in sec. edit. notarum ad c. 24. § 14. copulam tollendam monuit, atque ipse *inferorum* in contextum recepit: utrum tamen *infernorum* malis, parum interesse existimat. Cui adsentior. Vide ad I. 32. § 4. Quum tamen *inferorum iras* in optimis Mss. legatur, eum ita recte edidisse existimo.

§ 17 *Contacturum funebribus diris signa*] Pall. duo *contrasturum funebribus diris signa*: quo alludunt quoque veterrimæ edd. *Gebh. Contracturum* Voss. uterque, Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Flor. et edd. Frobeniana 1531. priores. Pejus *contractaturum* dedit Lov. 3. Vide ad Livii II. 5. § 2. Deinde *funeribus* Voss. 1. s in. pr. Lov. 4. Harl. Port. Gaertn. et Hav. In verbis seqq. *ac Gallorum ac Samnitium* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. *ac Samnitium ac Gallorum* Hav. *ac Gallorum et Samnitium* Lov. 4.

§ 18 *Hæc exsecratus in se hostesque, quæ confertissimam*] *Exsecratus in sé hostesque*, omisso pronomine *Hæc*, Voss. 1. et Leid. 2. *Exsecratus in se hostes* Lov. 1. *Hæc exsecratus in se ac hostes* Port. *Hæc exsecratus in se hostes* Gaertn. et Hav. Tum *quam confertissimam* Leid. 1. et Lov. 1. Deinde *citati equum*, pro *concitat*, Voss. 2. et Lov. 3. Verum *equum citatum* memorat quidem Livius VII. 41. ubi alia exempla vide; at 'citare equum' pro incitare, concitare, an Livius dixerit, admodum dubito: præterquam quod codd. reliqui alteram lectionem tueantur.

Inferensque se ipse infestis telis est interfectus] Pall. duo *inferensque se ipse inf. telis interf.* Gebh. *Inferens-*

Digitized by Google

que se ipos inf. telis Voss. 2. et Lov. 3. *inferenque se ipsum inf. telis* Voss. 1. Lov. 1. Gaertn. Port. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. Male. Vide ad II. 19. § 5. *Inferenque se ipsis inf. telis* Hav. *inferenque ipse se inf. telis* Lov. 4. *inferenque se ipse hostium telis* Lov. 2. Neque hoc placet: 'infesta tela' illustrantur II. 46. § 7. Deinde *interfectus est* Harl. Port. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Jac. Gronovium, qui voces transposuit. Ei vero reliqui codd. adsentiuntur.

CAP. XXIX. § 1 *Quæ res terrori alias esse solet*] Pal. 2. *terrori alitis esse*. Pal. 3. *in terrori altis esse*. Gebh. *Terroris alitis esse* Port. *terrori alia esse* Leid. 1. *terrori alitis esse* Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac B. *terrori esse*, media voce omissa, Hav. Paulo ante *humanæ tis opis* idem Hav. Compendia scribendi *tis*, id est *tamen*, et *it*, id est *inde*, ob ductuum similitudinem in Mss. commutari, vidimus ad V. 18. § 8. In verbis seqq. τὸ *ac* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 2 *Galli, et maxime globus circumstans consulis corpus*] *Et Galli, et maximus globus* Gaertn. Tum *circ. consulis corpori* Hav. In verbis seqq. alio ordine *et nec pugnæ, nec fugæ meminisse* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *et nec fugæ, nec pugnæ meminisse* Gaertn. Τὸ *et* omiserunt editi Aldo priores.

§ 3 *Jusseratque propratorem esse, vociferari*] Vetustissima ed. *pro prætore esse*. Pall. tres *jusseratque prope esse*. Paulo ante enim dixerat c. 28. 'Abgredi vetuerat ab se.' Gebh. Pall. et Vossiani *jusseratque prope esse*. Helm. *prope propratorem esse*. Alius et Andreas *jusseratque propratore esse*. Et hoc verum: ut c. 30. 'L. Volumnium proconsule ducem,' Voss. et cap. 31. 'Partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius proconsule sequeretur,' Sigonianus, Th. Voss. Helm. ubi etiam malim *sequerentur*. J. F. Gron. *Jusseratque propt. pop. Rom. esse* Klockian. *jusseratque propep. tf. esse* Flor. *jusseratque prope esse* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. omnes: *jusseratque pro prætore esse* Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Gronovii emendationem probavit etiam Dukerus ad c. 25. § 11. Vide ad XXIII. 30. § 19. Tum *et vociferari* addita vocula Hav. Paullo ante *Ac ex parte*, pro *At*, Gaertn. Vide ad III. 61. § 4.

Vicisse Romanos, defunctos consulis fato] *Defunctos consules* Lov. 3. et Gaertn. *defuncti consules* Harl. Adparet librarios, qui vulgatum mutarunt, sensum Livii minime adsecutos esse. Recte autem Budæus, ad l. 11. § 12. ff. de Act. Emti, sensum hunc constituebat: Romanos consulis sese devoventis sponteanea morte ab imminentibus periculis liberatos et exemtos. Alia plura hujus locutionis exempla ibidem laudavit. Præterea *facto* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad III. 40. § 9.

§ 4 *Repere ad se ac vocare Decium*] *Rapere ad se Dec.* reliquis omissis Hearnii Oxon. C. *Rapere ad se, advocare Decium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Oxon. N. ac B. eodem erroris genere, quo *accrescentem* pro *ad crescentem* in quibusdam Mss. datum erat II. 45. § 12. Mox *form. plena esse*, mediis omissis, Harl. *form. plena apud hostes esse* Lov. 4. quæ lectio ex glossa interpretis nata est: *ad* enim hic ponitur pro 'apud.' Vide ad VII. 7. § 4.

§ 5 *Superveniunt deinde his restituentibus pugnam*] *Resistentibus pugnæ* Pal. 2. *Gebh.* Ita etiam inveni in Port. Gaertn. et Hav. Supra II. 19. 'Pugnam paruemper restituit.' c. 47. 'Prælio ex parte una restituto.' III. 60. 'Restituitur pugna.' IV. 38. 'Restituitur omnibus locis pugna:' et alibi sæpe.

Cornelius Scipio et C. Marcius cum subsidiis ex novissimo acie] Vet. lib. *L. Corn. Scipio.* Sigon. Pall. tres, ut et Camp. ed. *L. Cornelius Scipio.* Sci-

Digitized by Google

pionis prænomen in uno tantum Harl. deesse videtur. Sed contra Marcii prænomen omittitur in Leid. 1. Lov. 3. 3. 4. et apud Hearnium in Oxon. L. 2. qui utriusque nomina in Oxon. L. 1. hoc modo scripta invenerat *L. Scipio et M. Cornelius.* Præterea *cum subsidiis a nov. acie* Port. *cum subsidiis et nov. acie* Hav. *cum subsidiis et ex nov. acie* Gaertn. duplici lectione juncta. *Cum subsidiis et nova acie* Voss. 1. Lov. 1. et apud Hearnium margo Oxon. N. *et* atque *ex* alibi sæpe commutantur. Vide ad XXVI. 45. § 1. Gellius credidit, Ciceronem verbis *novissimus* et *novissime* tamquam non Latinis abstinuisse, Noct. X. 21. Certatim tamen viros doctos eum erroris arguisse, et tria ex Cic. loca, quibus usus est, laudasse, ad Gellium observavit Jac. Gronovius. Similiter 'novissimus' sæpe apud Livium occurrit. Ita II. 42. 'Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem.' c. 52. 'Volsci novissimos adoriuntur.' III. 61. 'Perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem.' XXII. 2. 'Juasit novissimos ire equites.' XXXI. 27. 'Revertentem in transitu fluminis a novissimo agmine adortus.', XLII. 57. 'Abeuntium novissimum agmen adgrederentur.'

Jussu Q. Fabii consulis ad præsidium collega missi] *Jussuque Fabii cons.* Voss. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Leid. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *jussu Fabii ad collegam missi*, reliquis omissis, Port. et Hav. neque aliter Gaertn. nisi quod, addita a principio voce, legat *cum jussu Fabii ad col. missi.*

Ibi auditur P. Decii eventus] *Ubi* conjicit Latinius, atque ita est in Leid. 2. Harl. 1. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed sine caussa: *Ibi* enim est 'tum.' Vide ad Livii II. 35. § 2. *auditur ibi* Voss. 2. Deinde *auditus P. Decii eventus* Hav.

Ingens hortamen ad omnia pro republica audenda] *Ingens hortatur* Voss. 2. *ingens hortamen fuit* Port. Videri posset orationem ex vestigiis codicum ita integrandam esse: *ibi auditus Decii eventus, ingens hortamen fuit, &c.* vel *ibi auditus Decii eventus ingens; hortatur ad omnia, &c.* Sed, Livium intercisis orationibus sæpissime gavisum esse, videbimus ad XXI. 36. § 4. *Ingens certamen* habet Gaertn. Deinde *omnia pro populo Romano audenda* apud Hearnium Oxon. N. et L. 2. Vide ad IX. 26. § 8.

§ 6 *Structis ante se scutis conferti starent*] *Strictis ante se scutis conf. star.* Lov. 2. et Gaertn. Vide ad III. 50. § 3. *Strictis ante sese scutis conf. starent* Voss. 2. Sed ultima litera τοῦ *confertis* ex principio vocis seq. adhæsit. Vide ad XXVIII. 25. § 5. *Ante sese* etiam Lov. 2. *confertim.* vero edd. Rom. 1472. ac Parm. Mox *pede collocato*, pro *collato*, Hearnii Oxon. N. Vide hoc lib. c. 32. § 5.

Conlecta humi pila, quæ strata inter duas acies jacebant] Planius esset *collecta pila, quæ humi strata inter duas acies jacebant.* Juvenal. Satyr. VIII. 78. 'Stratus humi palmes.' Si in ordinanda structura jungenda sunt hæc *collecta humi*, quærendum est, an alii quoque dicant 'colligere aliquid humi.' *Duk.* Plinius ita loquitur VIII. 42. 'Jam pila humi conlecta equiti porrigunt.' Id autem ex doctrina Sanctii in Minerval. IV. c. 4. pp. 641. et 649. positum foret pro collecta ex solo vel terra humi. Ceterum. *inter duas acies strata* Lov. 4. *strata inter acies duas* Gaertn.

§ 7 *Quibus plerisque in scuta, plerisque verutis in corpora ipsa fixis*] Vox *plerisque* ante *verutis* abest a tribus Pall. Pal. 2. autem *verutisque in corpora ipsa fixis* legit. *Gebh.* Scripti posterius *plerisque* non agnoscunt, ut et fidus ille Andreas: sed non dispassi sunt mali correctores. Tarvisinæ et Venetæ jam ante quingentesimum supra mille annum, ut numeramus, editis adjectum est. Bec-

Digitized by Google

carins secuit et contraxit *quibus plerisque verutis in corpora.* Juntas particulam tantum addidit, *in scuta, verutisque.* Nobis a prima discedere religio, *quibus plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis.* Partem ait hæsisse scutis, partem, quæ teretiore essent mucrone, et facilius penetrabant, veruta quippe, ipsa etiam corpora attigisse. Lib. XXXIV. c. 39. 'Ex adverso missa tela, nulla in corporibus, rara in scutis hærebant.' Sed varietatis illius causa error vulgaris existimantium, 'plerique,' ut et 'pars,' vel 'partim,' 'alii,' 'alter,' et similia hujusmodi locis necessario bis poni. Cæsar Bell. Civ. III. 29. 'Plerasque naves in Italiam remittit ad reliquos milites equitesque transportandos: pontones, quod est genus navium Gallicarum, Lissi relinquit.' *J. F. Gron.* Unus Harl. lectionem a Gronovio damnatam tuetur. Sed voce *plerisque* posteriori loco emissa *verutisque in corpora ipsa fixis* legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. itaque ante Juntam exhibuit Aldus, et postea reliqui omnes excusi usque ad Frobenium, qui a. 1531. lectionem jure a Gronovio damnatam revocavit. *Verutis in ipsa corpora fixis* Voss. 2. quod præter ed. Rom. 1472. etiam superest in Parm. Eam vero etiam Gronovius in prima edit. notarum ad XXXI. 21. genuinam lectionem esse judicavit. Neque esset, quod ei adversarer, nisi singularis lectio, quam in optimis codd. Flor. et Leid. 1. inveni, aliud quid latere suspicionem injecisset. Exhibent autem *verarisque rutis in corpora ipsa fixis.* Neque ab illis dissentit Lov. 4. nisi quod *raptis,* pro *rutis,* legat. Hinc in mentem venit Livium reliquisse *rarisque verutis in corpora ipsa fixis.* Vox autem *rarisque* hic necessaria videtur. Si enim omnia veruta, vel pleraque veruta, (si eam vocem subintelligendam esse existimemus) quæ inter duas acies humi collecta, et in testudinem hostium conjecta erant, in corpora ipsa fixa fuissent, num addi hæc verba possent "magna pars integris corporibus?'. At recte potuerunt, si ex vestigiis codd. legamus *rarisque verutis.* Neque multum abit locus, quem ex XXXIV. 39. Gronovius ad hæc verba advocavit. Ceterum *in scuta,* pro *in scuta,* Hav. Præpositio *in* abest a Voss. 2.

Magna pars integris corporibus adtoniti conciderent] Hoc loco magna pars integris corporibus attoniti conciderunt. Paulo post, de iisdem loquens, 'Galli,' inquit, 'testudine facta conferti stabant.' Sed Gallorum certe hostis fuit Livius, ut id multis ex locis colligitur. *Glar.* An Livius absolvi poterit criminis, cujus eum Glareanus accusat, si statuamus verba quæ infra obcurrunt, 'Galli testudine facta conferti stabant,' pertinere ad res in dextro cornu eodem momento gestas, de quo illa quæ in sinistra acciderunt referens dixerat, 'quum Galli, structis ante se scutis, conferti starent?' præsertim, quum verba, quæ eodem § sequuntur, etiam innuant, Gallos testudinem fecisse, ne telis Romanorum vulnerarentur. Id si placet, verba, ad quæ Glareanus hæc adnotavit, ad tempus posterius referenda erunt. Ceterum *adtoniti* non adparet in Lov. 4. neque etiam mox *Romanorum* in Harl.

§ 8 *Fabius in dextro cornu primo*] Flor. Voss. uterque, et Mureti libri ablegant τὸ *cornu,* et recte: nemo enim non videt, satis esse, quod ante sex voces eadem vox conspicitur. *J. F. Gron.* Eamdem vocem ignorant, præter codd. a Gronovio laudatos, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. et B. quorum auctoritate etiam expunxi. Infra XLII. 58. 'Dextro cornu præpositus C. Licinius Crassus consulis frater cum

Digitized by Google

omni Italico equitatu, velitibus intermixtis: sinistro M. Valerius Lævinus.' XXVII. 48. 'Claudius dextro in cornu, Livius ab sinistro pugnam instruit.' XXXIII. 8. 'Dextrum cornu, elephantis ante signa instructis, in subsidiis reliquit; lævo cum omni levi armatura in hostem vadit.' XXXVII. 23. 'Ab regio sinistro cornu, quod ab alto objectum erat, Hannibal, dextro Apollonius purpuratorum unus præerat.' Et ita alibi sæpe.

Cunctando extraxerat diem] Pal. 1. *cunctando exhauserat diem*: quo respicit Pal. 3. *exuhat*. Est autem 'exhaurire diem' consumere. *Gebh.* Eodem nos ducit librarius Lov. 3. qui corruptissime *exanserat*, pro *exhausserat*, dedit. Id probasse videtur Gebhardus, et 'exhaurire diem' exponit consumere. Sed vellem vel unum ejus locutionis exemplum adtulisset. Ego vulgatam malo. Ita XXVIII. 15. 'Ad id sedulo diem extraxerat Scipio, ut sera pugna esset.' Vide ad XXII. 18. § 9. Ut autem hic 'cunctando extrahere,' ita 'morando extrahere,' XXXVIII. 44. 'Quum Æmilius tempus eum morando extracturum diceret.' Ceterum *cantando extraxerit diem* inepte Gaertn. Quasi Fabio cum hoste acerrimo prælium committenti cantandi otium fuisset. Sed sine dubio librarius dare voluerat *contando*, quemadmodum multi pro *cunctando* scribere soliti fuerunt.

Nec tela missa eumdem vim habere vise] *Tela emissa* Voss. 2. et Lov. 3. quam locutionem Livio restituerunt viri docti XXVIII. 33. § 5. Non tamen uni vel alteri codici tantum tribuo, ut ejus fide vulgatum mutem; præsertim quum et alibi 'mittere tela' Livius dixerit. Lib. XXIV. c. 34. 'Ut non solum missa tormento, sed etiam quæ pendere suo provoluta essent, graviter in hostem inciderent.' XXXIV. 29. 'Ex adverso missa tela nulla in corporibus, rara in scutis hærebant.' Insuper paullo ante *dein*, pro *deinde*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. Vide ad III. 3. § 6.

§ 9 *Jussis ad latus Samnitium circumducere alas*] *Missis* Leid. 2. Vide ad IX. 43. § 2. Deinde *ad latus Samn. circumd. alas* Lov. 2. *ad laxata Samn. circumd. alas* Lov. 3. *ad laxatus Samn. circumd. alas* Voss. 2. *ad latera Samn.* Hearnii Oxon. N. in margine.

In transversos, quanto maximo possent impetu, incurrerent] *In trusos* Hav. Deinde *quanto possent max. imp.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Tum *concurrerent* Hearnii Oxon. C. *moverent* Gaertn. Supra IX. 40. 'In transversa latera hostium incurrunt.' XXXIX. 31. 'In cuneum hostium ab latere incurrit.'

§ 10 *Quæ ad id tempus reservaverat*] Pal. 2. *quæ ad tempus illa restauraverat*: suprascriptum tamen *reservaverat*. Gebh. *Quæ ad tempus illud reservaverat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quæ ad id tempus illa reservaverat* Port. et Gaertn. *quæ ad id tempus ille restauraverat* Hav. Paullo ante *Postquam vero resisti*, pro *non resisti*, Lov. 4. a m. pr. Deinde *in collatis omnibus subsidiis*, addita præpositione, Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr.

Signum ad invadendos hostes equitibus dedit] *Signa* Gaertn. Tum *ad invadendum hostes* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XL. 49. § 1. Deinde *militibus dedit* Hearnii Oxon. C. quomodo etiam variabat ejusdem codicis librarius VIII. 7. § 9. Vide etiam ad XXI. 5. § 13. c. 29. § 2. XXII. 16. § 2. c. 45. § 6. c. 51. § 2.

§ 11 *Præterque aciem ipsam Gallorum, relictis in diniicatione sociis, ad castra effuse cursu ferebantur*] *Præterq. aciem ipsam* Hav. *perque aciem ipsam* Gaertn. Male. Nam ita 'præter castra prælati' est VI. 29. § 3. ubi quædam vide, sed plura ad l. XXVIII. c. 42. § 3. ubi etiam *per* et *præter* sæpius commutari videbimus. Hinc *in dimicationes socios* Hav. ultima litera secundum vocis ex sequentis initio ad-

Digitized by Google

scita. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Præterea *curru effuso feruntur* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. et Hav. *effuso exercitu feruntur* Harl. Paullo ante *Nec sustinuere*, pro *sustinuerunt*, Lov. 4.

§ 12 *Galli, testudine facta, conferti stabant*] *Conferti et conterriti stabant* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *conferti conterriti stabant* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. et ita Aldus in contextu edidit; sed inter errata priorem lectionem revocavit. *Conferti conterritique stabant* Portug. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et Neapol. Latinii. Mox autem voces *audita morte collegæ* non adparent in Klockian. et Port.

Quingentos fere equites, excedere acie jubet] *Equites fere quingentos* Lov. 4. *quingentos forte equites* Lov. 2. *quingentos ferme equites* Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVII. 38. § 5. Tum *excedere aciem jubet* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. quam locutionem apud Livium frequenter obcurrere, vidimus ad II. 37. § 8. Si itaque plures codd. consentirent, in contextum reciperem. *Excedere jubet acie* Harl. et editi ante Aldum.

Circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem] *Circumventos ab tergo* Hav. Vide hoc lib. ad c. 2. § 4. *Circumvectos a tergo* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. omnesque edd. usque ad Gronovianam 1665. cui *ab tergo* legenti consentiunt reliqui scripti. Insuper *Gallicam legionem invadere aciem* Lov. 4.

§ 13 *Qua turbatum agmen hostium viderent impetu equitum*] *Qua turb. agmen host. viderent* Voss. 2. et Lov. 3. *qua turb. host. agmen viderent* Lov. 1. et 2. Tum *impetu viderent equitum* Leid. 1. *viderent impetu equorum* Lov. 4.

§ 14 *Ipse ædem Jovi Victori spoliaque hostium quam vovisset*] *Ipse interim ædem Jovi Tutori* Klockian. nemine consentiente. Vox *ædem* deficit in Gaertn. ejus loco *eodem* præfert Lov. 2. Mox *confirmata agebatur* Hav. *consternata angebatur* Harl. Neapol. Latinii, et edd. Rom. 1472. ac Parm. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXIX. 6. § 7.

Agebatur sub ipso vallo. Quia tantam] Censeo interpungas, *ad castra Samnitium perrexit, quo omnis multitudo agebatur. Sub ipso vallo, quia tantam multitudinem portæ non recepere, tentata ab exclusis turba suorum pugna est.* J. F. Gron. Ita interpungunt omnes edd. usque ad Francofurt. 1578. in qua datum est *agebatur, sub ipso vallo, quia tantam:* pro quo primus Gruter. 1628. substituit *agebatur sub ipso vallo. Quia tantam.*

§ 15 *Portæ non recepere, tentata ab exclusis turba suorum pugna est*] *Recipere* Leid. 2. *receperunt* Lov. 4. Deinde *tentata ab exclusis pugna suorum est* Lov. 4. in textu, sed *turba* in margine additur. *Tentata ab exclusis suorum turba pugna est* Hav. Duæ ultimæ voces *pugna est* non adparent in Hearnii Oxon. C.

§ 16 *Ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit*] *Ubi*, pro *Ibi*, legit Hearnii Oxon. C. Tum *Gelius* Lov. 1. 3. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Hinc *Egnatius* exsulat ab Harl. et editis ante Aldum. Sed *Gellius Egnatius*, quum alibi, tum etiam h. lib. c. 18. § 1. vocatur; ubi vide. Deinde transpositis vocibus *Samnitium imperator* Lov. 3. Mox etiam *castra capta et Galli ab tergo circumventi* Lov. 4. *capta castra, Galli a tergo circumventi* Lov. 3. *a tergo* etiam Voss. 2. omnesque edd. usque ad Gronovianam 1665.

§ 17 *Cæsa eo die hostium viginti quinque millia, octo capta*] *XXIIII. millia* Harl. et edd. ante Aldum, invitis reliquis Mss. Deinde *VIII. capta* Oxon. N. apud Hearnium, qui in B. ac C. se invenisse testatur *octo millia capta*. At vocem mediam, quam alii codd. ignorant, non necessario requiri, docebunt quæ notabo

Digitized by Google

ad XXXI. 34. § 7. Mox voces *nec incruenta victoria fuit*. *Nam* desunt in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. at sola vox *victoria* in Harl.

Ex P. Decii exercitu cæsa septem millia; ex Fabii, mille ac ducenti] *Ex P. Decii ex. septingenti* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *ex P. Decii ex. cæsa VII^c*. ejusdem codex N. in margine: *ex P. Decii ex. septem* Leid. 2. *ex P. Decii ex. cæsa septem* Flor. et Leid. 1. *ex P. Decii ex. cæsa* $\overline{VII}$ Lov. 1. et 2. Deinde *et Fabii mille ac ducenti* Hearnii Oxon. B. ac C. *ex Fabii mille ac trecenti* Harl. et edd. ante Aldum: *ex Fabii mille et ducenti* Gaertn. *ex Fabii mille ducenti* Voss. 2. *ex Fabii mille ac* Lov. 3. *ex Fabii mille acc* Flor. et Leid. 1. Quæ integerrimorum codicum lectio suspicionem injecit Livium dedisse *ex Fabii mille septingenti*. Similiter enim *a* librarii dederunt pro *ꝫ*, IV. 32. § 8. *ac* pro *ꝫc*, III. 62. § 8. *ada ccxxx*, pro *ad ꝫccxxx*, hoc libro c. 33. § 6. *acc*, pro *ꝫcc*, c. 34. § 3. *accc* pro *ꝫccc*, VIII. 19. § 14. hoc lib. c. 37. § 2. et c. 43. § 8. Variis aliis modis in hac nota *ꝫ* eos lapsos esse, videbimus ad XXXVIII. 37. § 6.

§ 18 *Fabius, dimissis ad quærendum collegæ corpus*] Lego *Fabius, audita morte collegæ, dimissis* (vel *et missis*) *ad quær. cor.* Klock. Caussam cur ita refingeret Klockius nullam aliam habuisse videtur, quam quia verba 'audita morte collegæ,' quæ § 12. obcurrunt, in Msto suo non invenit; quæ quum tamen historiæ Livianæ necessaria judicaret, hic interposuit: at quanto præstitisset ea reliquisse, ubi reliqui, uno excepto Port. constanter exhibent, quam hic interposuisse, ubi a nullo codice agnoscuntur! Ceterum Q. *Fabius* est in Voss. 2. et Lov. 3. Sed prænomen, quod a reliquis Mss. exsulat, etiam tuto omitti potest.

Conjecta in acervum Jovi Victori cremavit] *Convecta in acervum* Lov. 1. Voss. 1. et a m. altera Voss. 2. Sed vide ad XXXII. 6. § 1. *Collecta in acervum* Neapol. Latinii. Vide ad XXXVI. 12. § 4. Sed nihil mutandum. Infra XLI. 12. 'Postero die arma lecta conjici in acervum jussit consul, sacrumque id Vulcano cremavit.' Deinde *Jovi Victori concremavit* Leid. 1. Verbum 'concremare' Livio frequens esse, vidimus ad III. 53. § 5. et quidem in hac re eo usus est VIII. 30. 'Congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit.' XXXVIII. 23. 'Armis hostium in uno concrematis cumulo.' Nec minus in eadem exhibuit verbum 'cremare,' ut locus Livii primus docet. Quum itaque utrumque *cremavit* et *concremavit* Livius dicere solitus sit, hic nihil mutandum censeo, quia reliquorum omnium, quam unius, licet ex optimis, auctoritas potior est.

§ 19 *Quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat*] *Quo obrutum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. B. atque L. 1. *quia obruptum* edd. Rom. 1472. et Parm. quomodo etiam peccant librarii VI. 17. § 2. Multa similia vide ad IX. 45. § 17. Deinde *superstratis Gallorum tumulis* Voss. uterque, Leid. uterque, et Lov. 1. 2. 3. ac 4. Sæpe voces 'cumulus' et 'tumulus' in Mss. confunduntur. Vide ad XXXVIII. 7. § 7. et c. 23. § 10. Nic. Heinsium ad Claud. Bell. Gildon. vs. 39. ad Ovid. Am. El. II. 11. 48. et Burm. ad Ovidii Met. IV. 240. 255. et Trist. Eleg. I. 11. 19. Similiter 'cumulatus' et 'tumulatus.' Vide ad XXII. 50. § 7. Caussa est similitudo literarum *c* et *t* in scriptura Longobardica. Vide ad VI. 35. § 2. Hic nihil mutandum. Infra XXII. 59. 'Quum prope ad noctem superstantes cumulis cæsorum corporum prœlium extraxissemus.' Ultima vox *erat* deficit in Portug. Gaertn. et Hav. quemadmodum etiam *non* in Hav. et *est* in Lov. 3. ac Port.

Digitized by Google

§ 20 *Intermissa inde omnium allarum verum cura*] *Intermissa deinde* Harl. et Gaertn. quod ex interpretis glossa irrepsit. Vide ad XLII. 55. § 6. Tum *verum omnium al.* Lov. 4. Tò *inde* exsulat ab Hav. Mox *laudibus meritis celebrat*, pro *laudibusque*, Port. et Hav. *laudibusque celebrat* Gaertn. Male. Vide ad XXVI. 50. § 13.

CAP. XXX. § 1 *Per eos dies ab Cn. Fulvio proprætore res ex sententia gesta*] Vet. lib. *per eosdem dies.* Sigon. Ita et omnes non tantum Hearnii Oxonienses, sed et mei, solo excepto Harl. qui cum edd. vett. *per eos dies* exhibet. Dubito tamen etiam de Flor. unde nihil notatum video, licet editio, cum qua commissus est, *per eos* similiter præferat. Tum *ab C. Fulvio* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. in cujus margine tamen *ab Cn. Fulvio* emendatur. Vide ad VII. 3. § 3. *Ab CON. Fulvio* Leid. 1. Deinde *prætor Romano* Leid. 2. *prætor Roma'* Lov. 1. sed ex rasura. *Proconsule populi dum* Gaertn. *proconsule populi Romani* Voss. ambo, Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. N. *proconsule pr* Lov. 3. *proconsule prætore* Hav. Verisimile est duplicem lectionem librarius invenisse *pro consule* et *pro prætore*, quam utramque hoc modo jungere voluerunt: quidam vero eorum pro *procons pr.* dederunt *proconsule P. R.* de quo errore vide ad XXXI. 10. § 4. Corruptius erat in priscis edd. nam *ab Cn. Fulvio prospere res ex sententia gesta* præfert ed. Rom. 1472. *ab Cn. Fulvio proconsule prosperæ res ex sententia gesta* Parm.

Et, præter ingentem inlatam populationibus agrorum hosti cladem] Vet. lib. *nam præter ingentem.* Sigon. Sigonius prodit legi in suo libro *nam præter ingentem.* Pall. tres, vetustissimæque edd. adstipulantur vulgatæ lectioni, nisi quod exhibent *illatam populationibus agrorum hosti cladem.* Gebh. *Nam præter ingentem* in uno tantum meorum Port. obvium fuit; Hearnius etiam ex uno tantum Oxon. B. memoravit. Verum ita dedisse librarios existimo, qui orationem Livianam ex sua sententia male cohærentem melius connectere voluerunt. Vide hoc lib. ad c. 17. § 10. Voculam vero *et* unus omittit Lov. 2. Ceterum *allatam* dederunt edd. Paris. 1573. et aliæ usque ad Gronov. quibus nulli scripti nec veteres edd. adsentiuntur. Et tanto minus *allatam* ferri potuit, quod 'adferre cladem' haud temere alibi, certe apud Livium, obcurrat, qui passim 'inferre cladem' usurpavit II. 63. 'Plus cladium, quam intulerant, acceperunt:' XXIX. 3. 'Omnibus pacis modo incuriose agentibus, magna clades inlata:' et alibi sæpe.

Pugnatum etiam egregie est] *Pugnatum enim egregie est* Hearnii Oxon. B. De hoc errore vide ad XXXVI. 41. § 3. *Pugnatum est et egregie* Gaertn. Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 2 *Perusinorumque et Clusinorum cæsa amplius tria millia*] Pall. duo, *cæsa amplius millia XII.* Pal. 2. *cæsa amplius milium tria.* Gebh. *Cæsa amplius millia XII.* Voss. 2. et Lov. 3. *cæsa amplius milium tria* Portug. Gaertn. et Hav. *cæsa amplius militum tria millia* Lov. 4. *cæsa amplius milia tria* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quem verborum ordinem in contextum recepi. Insuper *Perusinorum et Clusinorum* Portug. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac B. Sed, integriores codd. secutus, vulgatum servo: nec tamen censeo, particulam *que* hæc verba cum superioribus, a quibus majori interpunctione distinxi, connectere; sed vel cum proximo 'et Clusinorum,' vel cum remotiori 'et signa militaria.' Livius enim modo dixerat, in Etruria egregie pugnatum esse: id nunc duplici argumento probat; interfectorum numero, et signis captis: quæ propterea artissime cohærent. Ad utrum vero τὸ *que* referas, Livius, duo diversa duplici particula jungens, priori loco *que*, posteriori *et* adhibuit,

Digitized by Google

quod ipsi est familiarissimum. Ita v. 49. 'Sed Diique et homines prohibuere redemtos vivere Romanos:' ubi quædam vide. XXI. 30. 'Neque ante Hispania excessisse, quam omnes gentesque et terræ eæ Karthaginiensium essent.' XXII. 44. 'Quum Paullus Sempronique et Flaminii temeritatem Varroni objiceret.' XXIII. 26. 'Simul et ad castra tumultus erat, et per agros fugaque et cædes.' XXIV. 39. 'Urbis captæ modo fugaque et cædes omnia tenet.' c. 47. 'Cogniti quidam inter se Arpinique et Romani.' XXV. 14. 'Exsecratus inde seque et cohortes.' c. 16. 'Inter exspirantium inimicorum cumulata armaque et corpora cadant.' c. 37. 'In castra avidos adhuc cædisque et sanguinis reduxit:' ubi libri etiam turbant. XXVI. 48. 'Diis inmortalibus laudesque et grates egit:' ubi recte ita restituit Gronovius. XXVII. 21. 'Ingenti concursu plebisque et omnium ordinum.' XXIX. 22. 'Omnes legatique et tribuni classem eam verbis extollentes.' Hinc recte emendatum censeo XXXV. 41. 'Prima ut sors duæ, urbanaque et inter cives ac peregrinos jurisdictio esset:' ubi alia vide.

Signa militaria ad viginti capta] Pall. tres *signa militaria ad quindecim capta*. Gebh. *Signa militaria ad XV. capta* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. Librarii sæpius numerales *X* et *V* confuderunt. Vide ad XXXIX. 29. § 7. et hinc etiam *XX.* ac *XV.* Quænam vero hic genuina lectio sit, mera est conjectura: aliunde enim de numero signorum militarium, quæ hoc prœlio capta sunt, non constat. Vulgatam lectionem defendunt Flor. Klockian. et Harl. cum omnibus editis.

§ 3 *Quum per Peligrum agrum fugeret*] *Quum per Pelig. fugeret*, omissa voce *agrum*, Gaertn. Ita *in Antiati*, pro *in Antii agro*, restituitur XXII. 1. § 10. ubi alia vide. Verum, quum vox *agrum* in aliis codd. supersit, tot testibus fidem abrogare, pessimi exempli foret; præsertim quum, ita etiam Livium locutum esse, viderimus ad II. 59. § 5. Promiscue autem has locutiones Livium usum esse, patet ex hujus lib. c. 26. 'Etruriæ obpositi, unus in Falisco, alter in Vaticano agro:' et c. 27. 'Fulvio, ut ex Falisco, Postumio ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant.' Mox *ex quinque millibus*, trajectis vocibus, Port. Gaertn. et Hav.

§ 4 *Magna ejus dici, quo in Sentinati agro bellatum, fama est*] *Hujus diei* Lov. 2. Paullo post τὸ *etiam* deficit in Port. sed loco τὸν *etiam pro vero stanti* Hav. exhibet *auctores sunt*.

§ 5 *Sed supejecere quidam augendo fidem*] Metaphora, ut Horatius Od. I. 8. 12. 'Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.' Dein locus estapud Bacchyl. an Ibycum. Denique τὸ ὑπερακοντίζειν Græcorum. *T. Faber.* Scribendum putabam *sed superavere quidam augendo fidem*. Sed forsan explicandum: *quidam, augendo* (numerum) *superjecere fidem* (id est, jecere supra fidem). Ut apud Senecam de Benef. III. 32. 'Nec beneficia parentum suorum superjaciunt.' Quintilianus VIII. 6. de hyperbole: 'Est hæc ementiens superjectio.' Aristoph. Pluto III. 2. 26. Κλέωνα δὲ τοὺς βλέπωντας ὑπερηκόντισεν. *J. F. Gron.* Confirmat hoc pluribus ad Senecæ dictum locum. *Duk. Superjacere* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. et Hav. *superiere* Lov. 2. Haud absimilis locus est XXXVIII. 58. ubi plures Mss. præferunt, *P. Africanum tantum paternas superjecisse laudes, ut fidem fecerit, stirpe divina satum se esse*. Ea lectio si placet, inde locus hic inlustrari potest: si vero *superasse laudes*, quod vulgo editur, præferatur, et Gronovii hoc loco conjectura probetur, inde patebit, *superasse* et *superjecisse* etiam alibi librarios in scriptis commutare

Digitized by Google

solitos fuisse.

Peditum quadraginta millia trecentum triginta, equitum sex et quadraginta millia, mille carpentorum] *Ter centum*, pro *trecentum*, reposui: alioqui *trecentos* legendum erat. *Sabell.* Quidam codd. nullum millenarium adjecerant equitibus, quod videbatur non verisimile, equitatus numerum majorem peditatus numero fuisse. Sed meo judicio neque omitti millenarius potest, neque equitatus excedere peditatum: ideoque ita legendus est locus: *equitum sex millia et quadringentos, mille carpentorum scripsere fuisse.* Multa similia in numeris errata passim reperias. *Glar.* In quibusdam libris *equitum sex millia.* Recte: non enim equitum numerus numerum peditum superare debet. *Sigon. Peditum X. CCC. XXX* Flor. *peditum XICCCXXX* Klockian. *peditum quadr. millia treventi triginta* Hav. et Gaertn. *peditum millia quadr. et trecentum triginta* Harl. cum priscis edd. Deinde *equitum sex, quadr. millia carp.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *equitum VI. et XL. mil' carp.* Klockian. *equitum sex et quadr. millia, mille carp.* Voss. 2. Lov. 3. 4. Leid. 1. et Flor. *equitum sex quadr. millia, mille carp.* Lov. 2. *equitum sex et quadr. mille carp.* Harl. *equitum sex millia carp.* Gaertn. *equitum sex millia, mille carpentorum* Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac B. quomodo Sigonius restituit.

§ 6 *Scilicet cum Umbris Tuscisque, quos et ipsos pugnæ adfuisse*] *Tò scilicet* exulat ab Hearnii Oxon. L. 1. cujus loco *Samnites* præferunt ejusdem Hearnii B. et ex meis Port. Deinde *Tuscisque, et ipsos pugnæ afuisse* Lov. 2.

Ducem consulibus, exercitumque ejus legionibus consulum adjiciunt] Vox *ducem* non est in plerisque libris veteribus, et inducenda est. Nam sine ea præclare stat ἀντίθεσις: adjiciunt proconsulem consulibus, et exercitum proconsulis legionibus consulum. *Sigon.* Prænomen Volumnii *L.* deficit in Hearnii L. 2. Deinde *proconsule* legendum esse ex Voss. 1. monuit Gronov. cap. præc. § 1. ita præferunt Flor. Leid. ambo, Lov. 1. et Klockian. atque ita jam Sigonius edidit. Vide ad l. XXIII. c. 30. § 19. Insuper vocem *ducem*, quam in plerisque libris veteribus non esse et inducendam pronunciat Sigonius, in uno tantum Oxon. B. apud Hearnium non adparet; sed in omnibus meis constanter superest. Tum *adiciunt* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Gaertn. *addiciunt* Leid. 2. *abjiciunt* Hav. quomodo sæpe alibi peccatur. Vide ad III. 37. § 4. v. 48. § 9. Paullo ante *et Rom. quoque augerent copias*, vocula *ut* omissa, Hav. *et ut Rom. quoque agerent copias* Gaertn. Vide ad XXVII. 9. § 11.

§ 7 *In Tifernum montem compulsum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque*] *Trifernum*, ut ante. *Sigon.* Sigonio favet unus tantum Hav. Sed *Trifenium* legit Gaertn. *Sisernum* Hearnii Oxon. B. Vide ad IX. 44. § 6. Deinde *non territus* Hav. Tum *fudit fugat* Leid. 2. *fundit fugat* Lov. 1. Paullo ante *in Samnio inter res*, pro *interim res*, Voss. 2. et Lov. 3. et *Samnitium exercitum*, pro *Samnitiumque*, Gaertn.

§ 8 *Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruria*] Ms. Fuld. *Fabius Dec. ex. relicto in Hetruriæ præsidio.* Modius. Modius e membranis Fuldensibus eruit *Dec. ex. relicto in Hetruriæ præsidio:* cujus lectionis participem suam quoque fecit editionem Andreas. *Gebh.* Fabii prænomen omittit unus codicum Harl. omnesque eum edd. sequuntur Aldina priores. Deinde *in Etruriæ præsidio* Leid. 1. Klockian. Exc. Pithœi, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *in Etruscis* edd. his proximæ: *in Etruscis præsidio* Mogunt. *in Etruria* Aldus: cui consentiunt reliqui scripti. Mox

Digitized by Google

alio ordine *ad urbem deductis* Harl.

§ 9 *Celebrata inconditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii*] Deficit in Pall. tribus *τὸ carminibus:* pro quo in Pal. 2. ad marginem substitutum est *jocis.* Gebh. Eadem vox *carminibus* etiam deest in Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. *Celeb. inconditis mil. jocis* Port. *Celebris inconditis mil. jocis* Hearnii Oxon. B. *Celebris* etiam Gaertn. *Celebrata interdictis carm. mil.* Voss. 2. a m. sec. vox autem *militaribus* exsulat ab Harl. Nihil mutandum est: 'joci' quidem æque ac 'carmina' in hac re memorantur, ut constat ex illis quæ notantur ad III. 29. § 5. hic tamen *τὸ jocis,* quod in paucissimis suspectæ fidei codd. exstat, natum esse puto ex liberalitate scribarum, qui in codd. in quibus vox *carminibus* deerat, incidentes aliquid deesse viderunt, et ita ex ingenio supplerunt. Ex illis etiam testimoniis, quæ ad eumdem Livii locum producuntur, patet neque *inconditis,* neque *militaribus* displicere posse. Mox *quam præclara mors P. Decii est* editi ante Aldum; neque aliter Harl. nisi quod insuper omittat ultimam vocem. *Quam mors P. Decii* Oxon. L. 1. apud Hearnium; qui auctor est, Decii prænomen *P.* deesse in C. Sed quum Fabio prænomen additum sit, eo vix spoliari poterit Decius.

Æquata eventu publico privatoque filii laudibus] Legendum *æquatis.* Et vehemens ratio est. *T. Faber.* Codd. nihil mutant, nisi quod *privatique filii* legat perperam Hav. Neque Fabri conjecturam vulgatæ lectioni præferendam esse, nisi quis simul legere mallet *æquatis ev. pub. privatoque filii patrisque laud.,* ad marginem Livii judicavit Ant. Perizonius. At recte monuit jam Doujatius, nihil necesse esse quidquam mutari præter Mss. fidem. Quamvis a morte Decii patris jam plures quam quadraginta anni effluxissent, adeo tamen memoria ejus nondum ex animis hominum elapsa erat, ut milites casum ejus eventu publico et privato æquarent laudibus filii, cujus recentior erat memoria, et hinc meriti gratia major esse debebat. Paullo ante *excitata memoria,* pro *excitataque,* Leid. 1.

§ 10 *Data ex præda militibus æris octogeni bini*] *Octingenti bini* Hav. quæ summa omnem fidem superat, quamquam haud quaquam spernenda illa tempestate præmia militiæ fuisse Livius addat. Voces *octogeni bini* desunt in Lov. 4. ita tamen, ut lacuna relicta sit.

CAP. XXXI. § 1 *His ita rebus gestis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat*] *His itaque rebus gestis* Lov. 3. Hearnii Oxon. L. 2. C. et Exc. Pithœi. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum *non in Samn., nec in Etr.* Lov. 2. *nec in Samn., nec Etr.* Hav. Mox *a consule* Lov. 1. 3. Voss. 2. et Leid. 2.

§ 2 *In agrum Vestinum Formianumque*] Lege, ut supra, *Vescinum.* Sigon. Omnes scripti in *Vestinum* conspirant. Sed vide hoc lib. ad c. 20. § 1. Deinde *Forminumque* Flor. *Porminumque* Klockian. *Formianum,* omissa copula, Gaertn.

Et partem aliam in Eserniacum quoque, quæ Vulturno adjacent flumini] Ita habent vetustiores quidam codd. et Eserninorum meminit Ptolemæus III. 1. item Plinius III. 12. in Samnitibus. Quidam ita emendarunt, *et parte alia in Esetrunium, quæque Vult. adjacet flum., descendere.* Ego quid *Esetrunium* sit ignoro. Tum illud *quæque* quid referat, æque obscurum. Planior erat sensus, si ita legeretur: *et parte alia in Eserniacum quoque, qui Vult. adjacet flumini, descendere.* Sed lectoris esto judicium. *Glar.* Vet. lib. *et parte alia in Æserniacum, quæ Vult. adjacet flumini:* ut agrum Æserniæ intelligat, oppidi Samnitium. *Sigon.* Promanavit lectio Sigoniani in

Digitized by Google

posteriores omnes edd.: cum antiquiores, et in his Andreæ, exhibeant *in Eserunicum quoque, quæ Vult. adjacet flumini.* Campani, *in Esernium quæque Vulturno adjacet flumini.* Mss. vero codd. et in ceteris Pal. 1. *et partem aliam in Sericium, quæque Vult. adjacet.* Pal. 2. *et partem aliam in Etrurianum, quæ Vult. adjacet.* Pal. 3. *partem aliam in Senuatitium, quæque Vulturno adjacet.* Gebh. Sic [*Æserniacum* et *adjacent*] Sigonius pro *Esetrunium*, et *adjacet.* Nostri *Æsernium.* Deinde, *quæque Vulturno adjacent flumini:* sive malis *Æserninum, qua Vulturno adjacet flumini.* J. F. Gron. *Et pars alia in Etrurianum* Port. *et partem aliam in Etrurianum* Gaertn. et Hav. *in Hetrurianum* in Oxon. B. *in Etruriam* in L. 2. *in Esetrurianum* in N. *in Casertinum* in C. *in Æserninum* in Exc. Pithœi esse, Hearne auctor est. *Et partem aliam in Esetrunium* Voss. 1. et Leid. ambo: *et partem aliam in Esetrunicum* Harl. *et partem aliam in Esetrimium* Lov. 1. *et partem aliam in Eretrunium* Klockian. *et partem aliam in Masecrurium* Lov. 2. *et partem aliam in Lanesetrunium* Lov. 4. *et partem aliam in*, omissa voce sequenti sine ulla lacuna, Lov. 3. *et partem aliam in Æsernium* Flor. quod, certe *Æsernium*, Salvinius adposito signo sibi non displicere indicavit. Mihi magis adridet *et parte alia in Æsernino.* Ita ' turma equitum Æsernina ' memoratur XLIV. 40. et ' Æsernini ' vocantur incolæ Æserniæ XXVII. 10. Deinde *quæque Vult. adjacet* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Neapol. Latinii, et Exc. Pithœi: *quæque Vult. adjacent* Klockian. et Flor. *quæ Vult. adjacet* Harl. Gaertn. et Hav. Se etiam *quæ*, non *quæque*, invenisse in Oxon. N. L. 2. B. et C. Hearnius profitetur. Verum alterutram conjecturarum Gronovii, et quidem priorem ob codicum optimorum auctoritatem, probandam esse existimo. Posteriorem enim *qua adjacet* non nisi minoris auctoritatis codicum *quæ adjacet* præferentium, vestigia probant.

§ 3 *Fabius Etruria rebellante demum quatuor millia et quingentos Perusinorum occidit*] Adde præpositionem *Fabius in Hetruria reb.* Gelen. Præpositionem a Gelenio additam, quam etiam servant omnes codd. sola omiserat ed. Frobeniana a. 1531. Tum *quatuor et quingentos Perus.* omissa voce *millia*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. et Hav. *quatuor et quingentos Perusinos* Gaertn. Deinde *cecidit* Port. Vide ad XXXVI. 36. § 6.

§ 4 *Singuli æris trecentis decem*] *Æris coctis decem* Leid. 2. Sed adparet olim scriptum fuisse *æris coctis decem.*

§ 5 *Partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius proconsul sequeretur*] Vet. lib. *pro consule.* Sigon. *Partim Ap. Claudius prætor, partem* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Klockian. et Hav. Vox *Claudius* exsulat a plerisque edd. vett. *prætor* a Leid. 2. Deinde *procul sequeretur* Voss. 2. Sed recte *pro consule sequeretur* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Klockian. quod in aliis codd. sibi obvium probavit Gronovius c. 20. § 6. et XXXVIII. 37. § 1. quorum priori etiam *sequerentur* scribendum conjecit. Quod tamen non est necessarium. Livius enim duobus substantivis singularibus verbum vel plurale vel singulare jungere solet. Vide ad XXXVII. 29. § 6.

Ibi et Samnitium legiones omnes considunt] Τὸ *legiones* abjudicant sib Pall. tres Mss. codd. Campanus ve ro τὸ *omnes.* Andreas vulgavit olim *ibi ad Samnium omnes considunt.* Denique Pal. 2. *et ibi Samnitii omnes considunt.* Gebh. In prima video Tarvisina. Andreas et scripti *legiones* nesciunt. Ille dedit Romæ *ibi ad Samnium omnes considunt.* Scripti, pars major, *ibi et Samnitium omnes considunt*: quidam *ibi ad Samnitium*

Digitized by Google

omnes considunt: unus *ibi et Samnitii omnes considunt:* non nemo, *et ibi Samnitii omnes considunt.* Placere potest *ibi et Samnitum*, vel *Samnitium omnes.* Ut XXXI. 45. 'Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit.' *J. F. Gron. Et ibi Samnitii omnes* Port. et Hav. *et ibi et Samnitium omnes* Gaertn. et Hearnii Oxon. N. *ibi et Samnitium omnes* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et Exc. Pithœi. Quod quemadmodum Gronovio, ita mihi etiam non displicet. Sic, monente Jac. Gronovio, codex Cantabr. exhibebat XXIV. 32. 'Prætorumque (nisi qui in tumultu aufugerunt) omnes interficiuntur.' Doujatius probabat primarum edd. lectionem *ibi ad Samnium omnes.* Sed superbum videtur, optimorum codicum lectionem sine caussa spernere, eique vett. edd. auctoritatem obponere. Prætexit tamen *τοῦ legiones* e proximo repetitionem minus elegantem esse. Verum non id voluit Gronovius, qui *Samnitium omnes* dictum putabat pro 'Samnites omnes,' ut exemplum, quo locutionem inlustravit, ostendit. Ceterum lectionem vulgatam *ibi et Samn. legiones omnes* ante Tarvisinas jam receperat ed. Mediol. 1480. Insuper *consident* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Ita sæpe variant scripti. Vide Cortium ad Plinii Ep. III. 1. § 5. Paullo ante *in agrum Stellantem* Lov. 4. *in agrum Stellatam* Voss. 1. *in agrum Stellatum* Gaertn. et Hav. Vide ad IX. 54. § 5. Paullo post *et Appius Claudius Voluminiusque* Lov. 2. *et Appius et Volumnius* Port. Gaertn. et Haverk. Deinde *conjungere*, pro *conjungunt*, Leid. 2.

§ 6 *Illinc ab ultima jam dimicantibus spe*] *Ad ultimam jam dimic. spem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad XXVI. 1. § 3. Paullo ante *Pugnam infestissimis animis* Lov. 3. *Pugnatum infestis animis* Hav. Deinde *ira stimulata*, pro *stimulante*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3.

§ 7 *Cæsa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingenti*] *Cæsa ergo sedecim Samn. millia* Leid. 2. et Lov. 1. *Cæsa ergo Samn. XVI.* voce *millia* omissa, Flor. Leid. 1. et Lov. 3. Deinde *capta II.* Leid. 2. et Lov. 1. *capti duo millia* Hearnii Oxon. B. et C. quod dictum videri posset, quemadmodum illa, de quibus ago ad XXXVII. 39. § 12. hic tamen ob aliorum codicum dissensum nihil mutari placet.

Ex Romano exercitu cecidere duo millia septingenti] Pal. 2. refert *duo millia et ducenta.* Gebh. Ita etiam in Hav. inveni: sed *II. millia cce* in ed. Parm. *duo millia et septingenti* in Lov. 2. Verum omnia hæc verba desunt in Harl. Port. et Gaertn. cui errori ansam dedit vocum *duo millia septingenti*, paucis dictionibus interjectis, repetitio; unde etiam simul patet, hic non *ducenti* vel *trecenti* legendum esse. Eadem verba desunt etiam in reliquis edd. Moguntina prioribus. Illa autem dedit *ex Rom. ex. duo millia septingenti:* sed mox Aldus, ut nunc exstat.

§ 8 *Nam et terram multifariam pluisse*] *Nam et terra* Hearnii Oxon. C. et ed. Froben. 1535. cum nonnullis ætate proximis. Vide ad III. 10. § 6. Tum *pluvisse* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Port. Hav. et exceptis Tarvisinis, tantum non omnes edd. usque ad Curionem, qui *pluisse* substituit. Vide ad I. 31. § 1. *Multi* etiam, pro *multifariam*, Voss. 2. *Et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos, nuncialum est*] Vocula *et* non adparet in Port. Gaertn. et Hav. Deinde *fulmine ictos* legunt Harl. et editi ante Aldum. Male. Infra XXII. 1. 'Milites quosdam ictos fulminibus, et solis orbem minui visum.' Insuper *τὸ est* exsulat a Voss.

Digitized by Google

2. et Lov. 2. 3. ac 4. Mox *librique ex hoc aditi*, pro *ob hæc*, Port. et Hav. *librique ad hæc adici* Gaertn. *librique ob hæc adicio* Flor.

§ 9 *Q. Fabius Gurges, consulis filius*] *Quintius Fabius Gurges* Leid. 2. *Q. Marcus Fabius Gurges* Hearnii Oxon. C. *Q. Fabius Gorges* L. 1. Deinde *consul filius* Voss. 2. Error ex compendio *cos.* ortus est, quod quemadmodum efferendum esset, indoctus librarius nescivit. Vide ad hujus libri c. 10. § 2. Vide etiam mox ad § seq.

Aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit] *Aliquot in Romanas* Hav. Voces *ad populum* deficiunt in Hearnii Oxon. L. 1. Recte reliqui eas servant. Ad populi enim judicium vocabantur matronæ stuprum passæ, ac viri qui stuprum intulerant. Supra VIII. 22. 'Meritam mercedem populo solutam interpretarentur, quod eum, die dicta ab ædilibus, crimine stupratæ matris familiæ absolvisset.' XXV. 2. 'Ædiles plebeii aliquot matronas apud populum probri accusarunt.' *Ad populum* est apud populum. Vide ad XXXVIII. 55. § 2. Tum *damnantes* edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *multavit* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 3. et eædem edd. Vide ad II. 52. § 4. Eam orthographiam etiam scripti et editi, quos dixi, recipiunt in verbis seqq. ita tamen ut *multatio ære*, pro *multaticio* legant Lov. 1. et Flor. a m. pr. *multato ære* a m. sec. *multacio ære* est in Leid. 2. et Port. *multatione*, voce *ære* omissa, in Lov. 4.

§ 10 *Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen annumque sextum et quadragesimum, a M. Valerio, A. Cornelio consulibus*] Hi fuerunt consules a. CDXII. quibus annis si adjeceris XLVI. fient anni ab urbe condita CDLVIII. Hic igitur locus convincit, in superioribus alicubi annum unum aut alterum omissum injuria temporum, quos nos in chronologia nostra latius ostendimus. *Glar.* Rotundus numerus erit, si annus consulum Valerii Corneliique numerabitur, id est, si anni extremi non negligentur, neque vero aliter loqui potest, cum dicat 'bella agimus per annum XLVI.' Alibi, ut ostendam, primum annum non numerat. *Sigon. Valerio et Corcalio consulibus* exstat in Pal. 1.: in 3. vero *a M. Valerio et Corvo consulibus.* Gebhardus. Robortellus de Convenient. Supput. Livianæ cap. 4. legendum conjicit *annum XLIX.* vel *annum XLVIII.* at suam sententiam tuetur Sigonius Emend. I. 1. et in Scholiis in Chronolog. Livii ad a. CDLVII. Et verum est, id quod Sigonius statuit, Livium sæpe in computando utrinsque anni extremi rationem habuisse, interdum alterutrum neglexisse. Vide ad IV. 20. § 8. Quin et, nonnumquam neutrum numerasse, videbimus ad XLII. 10. § 5. Ceterum *Supersunt et nunc* præfert Harl. Vide ad XXII. 47. § 9. Tum *quæ continua jam per quartum volumen* Lov. 4. Port. et Hav. *quæ continue per quartum volumen* Gaertn. Deinde *a M. Valerio, A. Cornelio consule* Flor. *ab M. Valerio, A. Cornelio consule* Voss. 1. *a M. Valerio et Cornelio consule* Voss. 2. et Lov. 4. *a M. Valerio consule* Leid. 1. Adparet librarios iterum in exponendo compendio *COS* lapsos esse. Vide ad § præc. *Ab M. Cornelio et A. Cornelio consulibus* Leid. 2. *ab M. Valerio, A. Cornelio consulibus* Lov. 1. *ab M. Valerio et Cornelio consulibus* Lov. 2. *a M. Valerio et Cornelio consulibus* Lov. 3. *a M. Valerio Cornelio consulibus* Hav. *a Valerio, A. Cornelio consulibus* Hearnii Oxon. C. *M. Valerio, A. Cornelio consulibus* Port. et Gaertn.

Qui primi Samnio arma intulerunt, agimus] Gronovius Obs. IV. 3. hoc quoque adfert, ut ostendat 'agere' sæpe dici pro 'gerere.' Non dubium est, quin id verum sit; sed non puto *agimus* hic esse *gerimus.* Nam quid hoc est, 'bella per quartum jam volumen

Digitized by Google

gerimus?' *Bella, quæ agimus* videtur esse, 'bella de quibus agimus,' 'quæ exponimus,' 'narramus.' Cicero in Verr. I. 13. 'Omnia non modo commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur, quæ inter decem annos in rebus judicandis nefarie flagitioseque acta sunt.' Et in Verr. IV. 22. 'Hic nolite exspectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim:' id est, ut bene Grævius, perseqnar enumerando unam quamque domum, quam expilavit. *Duk. Qui primum Samnio arma intulerunt* Gaertn. *qui primum Samnio arma intulere* Lov. 4. *qui primo arma intul.* Hav.

§ 11 *Quibus nequiverint tamen dum illa pectora vinci*] Ita habent omnes, quas ego vidi, edd. quum tamen legendum sit ex membranis, *quibus nequiv. tamen dura illa pect. vinci.* Modius. *Quibus nequiv. tamen duriora pectora vinci* reperi in Pall. 1. ac 3. Mihi non displicet legi, quemadmodum præeunt Pal. 2. et Campani ed. *quibus nequiv. tam dura illa pectora vinci.* Andreas ante bina fere secula excudi jussit, *quibus nequiv. tamen dura illa pectora vinci.* Gebh. Sic [*nequiv. tamen duriora pectora*] et Voss. alter. Editum non reperio ante Aldinam. Andreas et omnes cum Mogunt. *dura illa pectora:* nec secus Flor. Rott. Helm. At Voss. 1. *durcilla pectora.* J. F. Gron. Modium antiquiores edd. non consuluisse patet, si quidem, quod notis ejus præscribitur, demum obviam fuerit in Frobeniana 1531. cujus loco Gruterus postea *duriora pectora* substituit, quod, præterquam in Aldina, in Ascens. etiam 1530. et paucis aliis exstitit. *Nequiv. tamen duriora pectora vinci,* ut Gruterus vulgavit, servant etiam Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *nequiverunt tamen duriora pectora vinci* Leid. 2. Voss. 1. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. B. *nequiverunt tam dura pectora vinci* Gaertn. *nequiverunt tamen dulla illa pectora vinci* Harl. *nequiverunt tam dura illa pectora vinci* Port. Hav. Klockian. et Neapol. Latinii: *nequiverint tamen dura pectora vinci* Lov. 2. *nequiverint tamen dura illa pectora vinci* Hearnii Oxon. C. quod præcipue Flor. a Gronovio laudati auctoritate in contextum recepi. Præterea *tot annorum cladem* Harl. et primæ edd. pro quo Aldus, consentientibus reliquis scriptis, *clades* reposuit.

§ 12 *Proximo anno Samnites in Sentinati agro, Peligais, ad Tifernum, Stellatibus campis*] Vox *anno* deficit in Voss. 2. Tum *ad Trifernum* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide ad IX. 44. § 6. Hinc *Stellantibus campis* Lov. 4. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. In verbis seqq. *suis legionibus,* omissa media voce, Port.

Cæsi fuerant, imperatorem clarissimum gentis suæ amiserant] *Fuerunt* et *amiserunt* Port. Gaertn. et Hav. *amiserunt* se etiam in Oxon. B. ac C. reperisse, Hearnius testatur. *Clarissimum suæ gentis,* trajectis dictionibus, Leid. 1.

§ 13 *Nec suis, nec externis viribus*] *Nec suis, nec et'nis vir.* Lov. 2. Vide ad III. 33. § 5.

§ 14 *Tamen bello non abstinebant*] *Bellonem abstinebant* Gaertn. *non abstinebant bello* Voss. 2.

§ 15 *Quinam sit ille, quem non pigeat longinquitatis*] Quidam sustulerant ex hoc loco negationem, continuoque post reposuere. Ego quid ibi faciat non plane intelligo. *Glar.* Intelligit Glareanus Aldum, qui ex contextu Liviano negationem sustulit, et continuo post in erratis reponendam judicavit. Sed negationem omittunt etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Horum Mstorum, inter quos sunt omnes integerrimi, et editorum auctoritas tantum non persuadet ut negationem expungendam esse censeam. Et ita oratio per interrogationem concepta indicabit neminem esse debere quem ejus pigeat. Reti-

Digitized by Google

net tamen non nihil simile locus VI. 12. ubi de longinquis bellis, quæ cum Volscis gesta sunt, dicit, 'Non dubito, præter satietatem, tot jam libris assidua bella cum Volscis gesta legentibus illud subcursurum.' Attamen, si id mei arbitrii sit, voculam non delebo. Ceterum *diuturnitatis bellorum* Flor. quæ lectio ex glossa nata videtur: 'longinquus' enim et 'longinquitas' pro diuturnus et diuturnitate Livium sæpe adhibuisse, vidimus ad VI. 29. § 1. *Longinquitates* perperam Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. et Port.

Scribendo legendoque, quæ gerentes non fatigarerunt] *Scribendo ea, quæ* Lov. 3. *scribendo ac legendo ea, quæ* Lov. 4. *scribendo legendoque ea, quæ* Voss. 2. Sed τὸ *ea* glossema esse videtur, sive interpositum ab illis qui non observarant, Livium sæpissime pronomen hoc ante relativum omisisse. Vide ad XXIII. 15. § 6. Deinde *quæ legentes non fatigav.* Lov. 2. et Gaertn. *quæ gentes non fatigav.* edd. Rom. 1472. ac Parm. *fatigavere* Lov. 4.

CAP. XXXII. § 1 *L. Postumius Megillus*] *L. Postumius Megellus*, ut ante. *Sigon.* Pall. duo *Mægellus:* totidemque antiquissimæ edd. *Megellus.* Gebh. Prænomen deest in Hav. *M. Postumius* dicitur in Harl. Deinde *Regillus* Port. et plures ex prioribus excusis. *Mægellus* Lov. 3. *Megellus* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 4. et Klockian. Et ita etiam habuere omnes, quas vidi, edd. usque ad Frobenianam a. 1531. Vide Sigonium hoc lib. ad c. 26. § 15. et ad XXVII. 6. § 8. Pighius autem in Annal. Rom. ad a. CDLIX. p. 394. eumdem hunc esse censet L. Postumium, qui antea consul fuit a. CDXLVIII. Ideoque numerum etiam iterati magistratus adjungendum esse. Iterum hoc anno consulem fuisse adsentior; sed, quid de nota repetiti honoris adjicienda existimem, sententiam dixi ad II. 16. § 7. Ceterum paullo ante *Q. Fabium et P. Decium*, interposita copula, Port. et Hav. Sed vide ad II. 17. § 1.

Et M. Attilius Regulus consules] *Atilius* veteres libri et Capitolini lapides. *Sigon. Et inde Attilius Reg.* Lov. 3. *et inde M. Atilius Reg.* duplici lectione juncta, Voss. 2. a m. pr. Solent passim *M.* prænomen et *ſ*, sive *inde*, commutari. Vide ad IV. 52. § 4. Nomen autem gentis uno *t* scribi oportere, jam monuit Sigonius ad V. 13. § 3. *Et M. Atilius C. Reg.* inepte Voss. 1. et Lov. 1. Vocem *consules* omittit Gaertn.

§ 2 *Quia tres scriptos hostium exercitus*] *Et quia tribus scriptis hostium exercitibus* Port. Gaertn. et Hav. *quæ tres scriptos habuit ex.* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *Samnitium ambobus* Voss. 1. et Lov. 1. *Samnitibus ambobus* Leid. 2.

Altero populationes Campaniæ repeti, tertium tuendis pararі finibus] *Populationes*, pro *populationem*, ut omnes priores habuerunt, Gronovium edidisse, monuit Hearnius; et tamen de Oxoniensium suorum lectione ne verbum quidem addidit. *Populationem* legunt apud me Harl. Lov. 2. 3. et Voss. 2. *populatione* Leid. 1. et Lov. 4. Tum *repetiti* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. 3. 4. qui omnes una cum Gaertn. exhibent *parare.* Port. autem insuper *finibus parare.*

§ 3 *Atilius cum exercitu extemplo profectus*] *Profectus* ait primum singulariter, deinde pluraliter subjungit 'obviam habuere hostem.' Suspicor plane, non integram esse hoc in loco codicum fidem, quamquam, quod ad eam rem dicerem, habeo; verum mihi non satis facio. *Glar.* Absunt a triga Pall. codicum duo vocabula *cum exercitu:* neque profecto comparent in vetustis edd. *Gebh.* Τὰ *cum exercitu* unde susceperit Asulanus, ipse viderit: nostri certe scripti ea ignorant; nec minus Andreas, et ejusdem præfationem præferentes, et Beccar. Asc.

Digitized by Google

Mogunt. Saveterius. Et vult ista sæpe intelligi Livius: vel supra c. 1. 'C. Junius Bubulcus, cum M. Titinio magistro equitum profectus, primo congressu Æquos subegit.' Sed offendit eum, quod sequitur *habuere:* quasi non ibi possit intelligi 'Romani,' qui duce Ætilio venerant: vel potius et 'Romani' et 'Samnites' suum uterque exercitus hostem. Ad eundem lapidem impegit Sigonii codex, qui *habuit*, non succinentibus nostris: et recte, inquit ille: refertur enim ad vocem *Atilius.* Qui non ergo etiam *ipse prohiberetur*, et deinde *prohiberet*, facit? *J. F. Gron.* Ut in hoc loco Sigonius et ante eum Glareanus hærerent, non minima caussa fuit prava interpunctio. Ita enim fere edebatur olim: *extemplo profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat Patribus) nondum egressos opprimeret, velut ex composito, &c.* Arte igitur cohærere debent 'Atilius profectus obvium habuere;' qui verus est solœcismus: cui eximendo Aldus voces *cum exercitu*, quæ in nullo etiam meo cod. obcurrunt, addidit; Sigonius *habuere* mutavit in *habuit.* At loco optime consuluit Gronovius interpungendo quemadmodum postea passim editum est, licet mutatæ distinctionis non meminerit, ne olim quidem in prima ed. notarum ad XXXVIII. 39. ubi de hoc loco egit. Paullo ante *Romæ* exsulat a Gaertn. In verbis seqq. *Patribus placuerat* est in Lov. 4.

Nondum egressos obprimeret] Pall. 1. ac 3. *ut dum egressos.* Pal. 2. *nondum regressos.* Gebh. *Ut dum egressos* Lov. 3. *nondum regressos* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Hav. et Oxoniensis N. apud Hearnium, qui *digressos* invenit in B. et tum *comprimeret* in C. *digressos* etiam inveni in Port.

§ 4 *Ibi obvium habuere hostem; ubi et intrare, nedum vastare, ipsi Samnitium agrum prohiberentur*] *Ibi* et *ubi* relativa hic sunt, et Samnitium rem superiorem Romana ait trifariam, quod Romanos ab ingressu, a vastatione, a regressione prohibere facile quiverint. Sed lector locum discutiat, perpendatque dicendi genus satis durum, mea quidem opinione. *Glar.* Vet. lib. plerique *habuit:* et recte. Refertur enim ad vocem 'Atilius.' *Sigon. Ibi obvium habuit* in solis Lov. 2. Port. et Gaertn. inveni: Hearne vero in Oxoniensibus N. B. ac C. sed *habuere* defendit Gronov. ad § præc. *obvium ibi habuere* Lov. 4. *sibi obvium habuere* Harl. Vide ad I. 55. § 5. *Ibi obvium habuerunt* Hav. Deinde *ubi et vastare ipsi*, reliqnis omissis, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *ubi vastare ipsi* Hearnii Oxon. N. in margine: *ubi et intrare vastare ipsi* Flor. *ubi et intrare vastare ibi* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. ac 4. *ubi intrare et vastari ipsi* Hav. *ubi intrare ac vastare ipsi* Port. et apud Hearnium Oxoniensis B. Ex solis Harl. et Klockian. nihil notatur. Ceterum Manutius ad Cic. ad Fam. VII. 28. aliique observant *nedum* hanc vim habere, ut semper neget; adeoque fere notare 'multo minus,' 'tantum abest ut.' Id primo intuitu hic fallere videtur: nam 'nedum vastare prohiberentur' reddi nequit, 'multo minus vastare prohiberentur' vel 'tantum abest ut vastare prohiberentur;' sed potius reddi debet, 'multo magis vastare prohiberentur.' Verum observandum est, negationem, quæ inest verbo *prohiberentur*, inde separandam, idque per 'non permitterentur' exponendum, ac negationem ad posterius orationis membrum non repetendam esse, hoc modo: ubi non permitterentur intrare, multo minus permitterentur vastare. Alia exempla, ubi negatio, quæ verbo inhæret, inde dissolvenda sit, vide ad XXXIX. 15. § 11. Et quidem locus fere similis est apud Propert. El. I. 9. 31. 'Illis et silices, et possunt cedere

Digitized by Google

quercus; Nedum tu possis, spiritus iste levis:' ubi *cedere* capio quasi dictum esset non pares esse, hoc modo: 'silices possunt non pares esse, tantum abest, ut tu possis par esse.' Insuper *prohiberetur* Voss. 2. et Lov. 3. *prohiberent* Hav. et Hearnii Oxoniensis B. Vide ad x. 10. § 1. Tota vox exsulat a Lov. 2. et 4.

Et egredi inde in pacata sociorumque populi Romani finesl Pal. 2. *et regredi inde in pacata.* Gebh. Omnia hæc verba cum duobus sequentibus omittuntur in Hav. neglegentia librarii, quem in errorem perduxit repetitio τοῦ *prohiberent: regredi* etiam Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hearnii Oxonienses N. L. 2. B. C. et edd. Frobeniana 1531. priores. Quid autem de hac lectione censendum sit, videbimus ad verba seqq. Deinde *sociorumque populo Romano* Harl. et primæ edd. de quo vide ad XXXIX. 47. § 11. *Popyli Romani* primum inveni in ed. Mediol. 1505. quod etiam in reliquis omnibus superest Mss.

Samnites prohiberentur] Venustior est prisca lectio, *Samnitem prohiberent.* Cujus hic est sensus: Romani ibi obvium habuerunt hostem Samnitem, ubi et intrare, nedum vastare Samnitum agrum ipsi prohiberentur, et egredi in fines populi Romani Samnitem prohiberent. Deinde novæ periodi faciendum est initium: 'Cum castra castris.' *Sigon. Samnitium prohiberent* Gaertn. *Samnites prohiberent* Harl. et edd. Sigonio antiquiores, nisi quod *Samnites prohiberentur*, ut notis Sigonii præscribitur, in una sit Basileensi 1555. *Samnitem prohibebant* Lov. 2. *Samnitem prohiberent* reliqui omnes scripti. Pessime de hoc loco promeritus est Glareanus; qui, quum suo tempore ederetur *Samnites prohiberent*, vocem *Samnites* casu primo accepit, ut illi dicantur prohibuisse Romanos 'regredi' (hanc enim lectionem ex vetustioribus edd. probasse Glareanum, expositio ejus indicat) in pacata. Verum, ea lectione admissa, *Samnites* casu quarto intelligere debuisset: ut innuat Livius, hostium occursu prohibitos fuisse hinc Romanos intrare et vastare agrum Samnitium, inde Samnites egredi in pacata: id enim exigunt Livii verba 'et ipsi intrare prohiberentur, et Samnites prohiberent;' insuper etiam verba 'sociorumque populi Romani.' Si enim, ut Glareanus existimat, Livius indicare voluisset, rem Samnitium trifariam superiorem fuisse re Romana, potius hoc modo verba concepisset: 'ubi intrare, nedum vastare agrum, et regredi inde in pacata sociorumque suorum fines Samnites prohiberent.' Nunc autem, lectionem illam *Samnites prohiberent* admitti non posse, patet ex Mss. quorum non tantum optimi omnes, sed etiam, paucis demtis, reliqui præferunt *Samnitem prohiberent*, ut recte Sigonius emendavit. Et ita vitatur etiam ambiguum, quod inerat voci *Samnites.* 'Samnitem' pro Samnites, ut 'Romanus' pro Romani. Vide ad III. 2. § 11. Præterea, hac lectione probata, nulli dubium esse potest, quin in verbis præcedd. *egredi*, non *regredi*, etiam invitis plerisque codd. legendum sit. 'Egredi in pacata,' nimirum ex loco in quo bellum gerebatur, quemadmodum 'egredi in vadum,' nimirum ex amne, VIII. 24. ubi quædam vide. Ita 'educere in aciem,' 'in castra,' de quibus vide ad III. 62. § 5.

§ 5 *Quum castra castris conlata essent*] *Quumque castra* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *collocata essent* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Livius XXVII. 12. 'Marcellus vestigiis instabat, castraque castris conferebat.' c. 27. 'Numquam satis castra castris conlata duceret.' XLIV. 20. 'Castra castris prope ita conlata esse, ut flumine Enipeo interjecto arceantur.' Solent autem 'collatus' et 'collocatus' sæpe a librariis confundi. Vide ad v. 32. § 8. IX. 24. § 5. hoc lib. c. 29. § 5.

Digitized by Google

XXXVIII. 57. § 2. et viros doctos ad Sueton. Aug. c. 33. Mox *facere*, pro *facit*, Lov. 4.

Non venit ad finem tam audax inceptum, tamen] *Tum audax inc. ad finem*, mutato ordine verborum, Voss. 1. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *tamen* omittitur in Lov. 2. Et quidem, eam particulam interdum omitti post *quamquam* aut similes particulas, videbimus ad XXII. 20. § 1. Hic tamen non ejiciendam esse, suadet reliquorum codd. in ea servanda consensus.

§ 6 *Lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum ademto*] *Lucis usum caperet* Hav. 'Potestatem adspiciendi eripere' dixit Cic. de Amicit. c. 13. Tum *non profectu modo* idem Hav. *non profecto modo* Lov. 4. Hinc *adepto* Flor. et Leid. 1. Vide ad VIII. 1. § 3. Mox *egredientium*, pro *congredientium*, Port. Gaertn. et Hav. Quum *cgredientium* scriptum esset, ex non intellecto compendio error ortus est. Ita *evocare*, pro *cvocare*, sive *convocare*, librarios perperam dedisse, vidimus ad XXII. 40. § 8. *Inter se congredientium* alio ordine Leid. 1.

§ 7 *Hac velut latebra insidiarum freti Samnites, vixdum satis certa luce*] *Ac velut latebra insid. freti* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. Vide ad XXXV. 27. § 7. *Ac velut insid. freti* Lov. 3. *Hic velut latebra insid. freti* Gaertn. *Aut velut latebra insid. freti* Hav. *Hac velut latebra insid. fieri* Leid. 2. Tum *urendum satis certa luce* Lov. 3. Livius IX. 42. 'Postero die vixdum luce certa deditio fieri cœpta.' XXVIII. 14. 'Vixdum satis certa luce equitatum omnem cum levi armatura in stationes Punicas inmisit.' Vox *satis* deficit in Gaertn. quam Livium vel addere, vel omittere solitum fuisse, modo adlata exempla docent. Hic ergo reliquis codd. eam servantibus adsentior. Mox *vigilias noctis* Voss. 2. invitis reliquis, quos sequor. *In portam segniter agentem* editi ante Aldum.

§ 9 *Itaque captum quæstorium: quæstorque ibi L. Opimius Pansa occisus*] Sententiam Lipsii de situ quæstorii refellit Schelius in notis ad Polyb. de Castris p. 1164. *Duk.* Vocula *que* posterior non adparet in Hav. nec sequens *ibi* in Lov. 4. Tum *L. Oppinius Pensa* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *L. Opimius Pausa* Lov. 2. Mox *conclamatum deinde*, pro *inde*, Lov. 4. Vide ad XXXVI. 24. § 10. sed *deinde* hic ex glossa natum puto; pro eo enim sæpe *inde* usurpatur. Vide ad XLII. 55. § 6.

CAP. XXXIII. § 1 *Consul tumultu excitus*] *Exercitus* Voss. 1. Leid. 2. et Hav. cum edd. Rom. 1472. et Parm. quorum librarii sè *ex'citus* scriptum invenisse crediderunt. 'Excitus tumultu,' ut 'excitus clamore,' 'fama.' I. 39. 'Plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto excitos reges.' XXIX. 4. 'Masinissa, fama Romanæ classis excitus, cum equitibus paucis venit.' Solent autem passim hæ voces in scriptis commutari. Vide ad I. 14. § 6. II. 62. § 4. III. 48. § 6. V. 8. § 7. c. 16. § 8. VI. 29. § 6. VII. 2. § 6. VIII. 20. § 4. Eodem errore etiam confunduntur 'excitare' et 'exercitare.' Vide ad XXXIX. 1. § 5. Multa similia vide ad XXI. 28. § 5.

Cohortes duas sociorum, Lucanam Suessanumque] *Duas coh. soc.* Leid. 1. *cohortes soc.* Leid. 2. *cohortes duces soc.* Gaertn. a m. pr. *ducis* a m. sec. Tum *Lucanamque et Suessanum* Leid. 2. Mox *manipulosque legionum*, addita connectente particula, Voss. 2. et Lov. 3. et *induci*, pro *inducit*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quasi regi deberet a verbo præcedenti *jussit*. Sed male.

§ 2 *Vixdum satis aptatis armis*] Prima vox exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Tum *armis aptatis* legunt Harl. et edd. ante Aldum. Mox *æstimare potest*, pro *æstimari*, Leid. 1. Lov. 3. 4. et Harl. *extimare potest* Lov. 2.

§ 3 *Consul vociferaretur, expulsine extra vallum, castra deinde sua oppugnaturi essent, rogitans*] Suspectum est

Digitized by Google

rogitans. Cap. 28. 'Vociferari Decius, quo fugerent? quamve in fuga spem haberent?' c. 29. 'Livius vociferari, vicisse Romanos.' II. 65. 'Vociferantur, se ante signa ituros.' Sic III. 40. XXIII. 7. XXIV. 21. et alibi sæpe, cum apud Livium, tum apud alios: in quibus omnibus verbo *vociferari* nihil aliud additur, nec addi necesse est. Credo sæpe alios liberaliores fuisse in adjiciendis quibusdam hujus generis, ut 'ait,' 'dicit,' et similibus, quam auctores ipsos. Vide Gronov. ad Livii III. 56. XXIII. 45. XXXVII. 10. et Cortium ad Sall. compluribus locis, quæ vide in Indice voce 'Ellipsis:' cujus sententiam tamen non ubique facio meam. Suet. Calig. c. 34. 'Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur enim sibi non licere dicens, quod Platoni licuisset?' Justinus XIII. 2. 'Nec esse fas, ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleverint, reges constituantur, quod nec ipsum Alexandrum voluisse dicit.' Ibi suspectum est *dicens*, hic *dicit*. Rursus Justinus XXXIV. 3. 'Senatum adiit, obsidemque se vivo fratre venisse.' Hic Bernecc. et Scheff. frustra dubitant, an legendum sit, *obsidem inquiens se vivo fratre venisse.* Sine controversia verum est, quod habent Mss. Bongarsii, Burmanni, ac Duisburgensis *obsidem se*, abjecta copula *que*. Vide Gronov. Observ. II. 14. *Duk. Expulsive extra vallum* Voss. 2. et Gaertn. Vide ad V. 28. § 5. Tum *castrane inde oppugn. essent* Gaertn. *castra oppugn. essent* Port. Deinde *rogitans*, quod Dukero suspectum est, deficit in uno Lov. 4. Si plures ignorassent, ex contextu etiam ejecissem, quum passim similia verba librarii interponere de suo soliti fuerint. Vide ad XXIII. 45. § 6. Paullo ante *τὸ et* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. *introrsus* autem præfert Lov. 2.

§ 4 *Connixi primo resistunt*] Pal. 2. *primo resistere.* Gebh. *Connisi poi resistunt* Lov. 3. *connixi primi resistunt* Port. et Hav. *connixi primo resistant* Voss. 2. Mox *inferunt pĕdentem*, pro *pedem*, Lov. 3.

Terrore eodem agunt, quo cæperunt. Expellunt extra portam] Duo e Pall. meliores, *terrore eodem cogunt, quo cæperunt, expelluntque extra portam.* Gebh. Duobus Pall. Gebhardi consentit ex meis Lov. 3. Neque aliter Voss. 2. nisi quod habeat *expelliturque. Terrore eodem cogunt* etiam est in Lov. 2. 4. Leid. 1. et apud Hearnium in margine Oxon. N. *eodem terrori agunt* Gaertn. Tum *quo cæpere* Lov. 4. *quo cæperant* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.

§ 5 *Turbida lux metum circa insidiarum faciebat*] *Lux ne metum cum archa ins.* Voss. 2. et Lov. 3. *lux ne metum eum cura ins.* Lov. 4. *lux metum esse ins.* Hav. Pro *circa* per compendium scriptum fuerat *cc*, quod levi errore mutatum est in *ee*. Vide ad § seq. *Lux ne tum circa ins.* Leid. 1. Paullo ante *peragere ac persequi*, pro *pergere ac pers.* Hav. Alibi ita peccarunt scribæ. Vide ad II. 1. § 1. IX. 8. § 4. *Pergere ac prosequi* Lov. 1. a m. pr. Harl. Gaertn. et editi usque ad Aldum. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX.

Liberatis castris contenti, receperunt se intra vallum] *Liber. castris continere se cæperunt intra vallum* Klockian. *lib. castris conterriti recep. se intra vallum* Gaertn. *libertatis contenti recep. se intra vallum* Leid. 2. *libertatis castris* Leid. 1. Lov. 4. Port. et Hav. in quo posteriori sex voces sequentes omittuntur; at sola *receperunt* in Voss. 2. et Lov. 3. Mox *cesis*, pro *occisis*, Leid. 2. et Gaertn. *occisi* Lov. 2.

§ 6 *Et eorum, qui circa quæstorium oppressi, periere ad ducentos triginta*] *Eorum et qui circa quæst.* Lov. 3. *et eum qui ee quæst.* Hav. qui similiter errabat § præc. Tum *periere oppressi* idem Hav. *perire oppressi* Gaertn. Deinde *periere ccxxx* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *periere ad cccxxx* Voss. 2.

Digitized by Google

et Lov. 3. *periere ada cc. xxx.* Flor. et Leid. 1. quæ lectio suspicionem injecit, legendum esse *periere ad ucczxx.* Vide hoc lib. ad c. 29. § 17. Et hanc conjecturam firmat dicta Voss. 2. et Lov. 3. lectio, modo pro prima nota *c* reponatur *u*. Nam et alibi hæ notæ commutari solent. Vide ad lib. XXXVIII. c. 37. § 6. Paullo ante *Romanorum stationes primæ* Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Eædem autem edd. cum Voss. 1. hinc legunt *vigiliumque.*

§ 7 *Non modo proferre inde castra Romanum, sed ne pabulari quidem per agros suos*] *Præferre inde castra Romanum* Port. alibi sæpe obvio errore. Vide ad III. 12. § 9. IV. 44. § 2. VIII. 22. § 4. hoc lib. cap. 40. § 6. et alibi. Passim autem præpositiones *pro* et *præ* ac verba cum iis composita commutari, dictum est ad IX. 10. § 7. *pro* autem in compositione hic eamdem vim habet, atque in ' promittere' apud Heinsium ad Silii III. 534. *Inde proferre castra Romanum* Gaertn. *proferre inde castra Romanorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *proferre in castra Romanum* Lov. 4. Vide hoc lib. cap. 20. § 6. *Proferre in castra Romanorum* Hav. Tum *sed non pab. quidem*, tribus sequentibus vocibus neglectis, Leid. 2. et Lov. 1.

In pacatum Soranum agrum pabulatores ibant] *In pac. agrum Sor.* Port. et Gaertn. *in epacatum agrum Soranum* Hav. Tum *populatores ibant* Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Vide hoc lib. ad cap. 3. § 6. Sed vox *pabulatores* deficit in Port.

§ 8 *Fama, tumultuosior etiam, quam res erant, perlata Romam*] *Quam res erat* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Utrumque dici potest, ut patet ex illis quæ notantur ad II. 47. § 5. Hic igitur, ubi pro vulgato et plures et optimi stant codd. nihil mutandum est. Deinde *perlatam Romam* Lov. 1. Vide ad VI. 3. § 8.

§ 9 *Ex urbe; prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire. Ipse ædem*] *Quod exiret* Hav. Vide ad v. 51. § 7. *Quam exirent* Lov. 3. quasi referendum foret ad milites, quum sit ad consulem Postumium. *Quam urbe exiret* Lov. 4. qui etiam præfert *Soram missis convenire.* Vide ad IX. 43. § 2. *Soram jussit convenire* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXVII. 24. § 3. Ceterum locus mala interpunctione laborat, quem ita emendandum existimo: *proficisci ex urbe. Prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire, ipse ædem, &c.* quemadmodum fere in quibusdam inveni edd. antiqq.

Quam ædilis curulis ex multaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit] De L. Postumio Megello consule loquitur, quem in ædilitate ædem Victoriæ faciendam curasse ait: cum supra tamen hujus ædilitatis nulla mentio sit, neque id librorum vitio. Est enim hoc Livio familiare, ut magistratus alicujus, aut legis, aut rei, non anno illo, quo de ea actum est, verum multos post annos mentionem inferat. Quæ res sæpe angit Glareanum, ut in lege Oppia abroganda, quam nunquam antea latam esse scripserat, XXXIV. 1. [' Glareanus non frustra clamat, in hoc πρότερον ὕστερον.'] *Sigon.* Credo *ex multatitia pecunia* turpe glossema esse. *Klock.* Livii in hoc loco nonnullam negligentiam notat Perizonius Anim. Histor. cap. 4. p. 162. *Duk.* De more Livii, cujus hic meminit Sigonius, vide ad XXXIII. 44. § 2. Ceterum *multaticia*, ut Sigonius edidit, Flor. Leid. 1. Lov. 1. 3. et edd. Romana 1472. ac Parm. Vide ad II. 52. § 4. Cur autem verba *ex multaticio argento* Klockio suspecta sint, non adsequor: nisi forte existimaverit, ex multa vix redigi posse tantam pecuniæ summam, ut inde ædes sacra construi possit: at similia exempla obcurrunt XXIV. 16. XXXIII. 42. et XXXIV. 53. Tum *dicavit* Voss.

Digitized by Google

1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. CXXXVIII. In his 'dedicare' usitatum esse patet ex illis quæ notantur ad v. 23. § 7.

§ 10 *Ad exercitum profectus, ab Sora in Samnium*] *Profectus Soram, in Samnium* Flor. *profectum ab Soram Samnium* Leid. 1. *profectus ab Sora in Samnites* Gaertn. Mox *duobus diffusi exercitibus* alio ordine Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *recessere*, pro *recesserunt*, Lov. 4. *recesserant* Gaertn.

Diversi consules ad vastandos agros, &c. discedunt] Præcipiunt legere Pall. omnes *divisi consules ad vast. agros urbesque oppugn. discedunt*. Gebh. Rectum est *diversi*. Sallust. Jug. c. 50. 'Neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxime diversi.' Nepos in Datame c. 11. 'Quum aliquamdiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent. *Duk. Divisi* Voss. 2. (utrumque Voss. memorat Oudendorp. ad Lucani X. 483.) Lov. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Sæpe 'divisus' et 'diversus' commutantur in scriptis. Vide ad Livii v. 55. § 5. hoc lib. c. 41. § 11. XXI. 55. § 2. et alibi sæpe. Adde N. Heinsium ad Claudiani de Laud. Stil. III. 45. Burmann. ad Nason. Ep. Her. XII. 145. et Oudend. ad Lucan. loc. laud. Verum hic cum optimis scriptis nihil muto. Supra III. 60. 'Consules, rebus urbanis compositis, in provincias diversi abiere.' IX. 2. 'Pecoraque diversos, alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet.' c. 37. 'Ad castra, ad silvas diversi tendebant.' X. 12. 'Diversique, ad suum quisque bellum, proficiscuntur.' c. 27. 'Diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupa ad Romanos cursum deflexit:' ubi etiam pariter variant nonnulli codd. c. 36. 'Diversique integri atque intacti abissent.' c. 44. 'Diversi Papirius ad Septimum, Carvilius ad Valanam obpugnandam legiones ducunt.' Hic etiam similis varietas in quibusdam codd. obcurrit. XXII. 56. 'Quum Patres diversi ad sedandos tumultus secessissent.' XXV. 19. 'Consules diversi, Fulvius in agrum Cumanum, Claudius in Lucanos, abierunt.' Et hic pariter turbant libri. XXVI. 20. 'In hiberna diversi concesserunt, Hasdrubal Gisgonis ad Oceanum et Gades, Mago in mediterranea, Hasdrubal Hamilcaris filius proximus Ibero.' XXVIII. 46. 'Et prætores diversi in provincias profecti.' XXXIII. 15. 'Hæc tria diversa agmina discessere.' c. 29. 'Evastatis prius agris, quam ab Elatia diversa agmina iere.' XLII. 7. 'Diversi in omnes partes fugerunt.' XLV. 38. 'Quid moremini hic, et non diversi domos quisque abeatis vestras?' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 12. et Burm. ad Valer. Flacci IV. 387. Et ita 'diversi coire' dicuntur, qui ex locis diversis in unum conveniunt, apud Ovid. Ep. Heroid. XIX. 167. 'At nos diversi medium coëamus in æquor.' Præterea *descendunt* Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. Ita sæpe variasse librarios, vidimus ad IX. 14. § 7. Hic tamen *discedunt* verius esse, quædam eorum locorum, quibus τὸ *diversi* inlustravi, docere possunt.

CAP. XXXIV. § 1 *Milioniam obpugnare adortus, vi primo atque impetu*] Vet. lib. *Miloniam*. Item Stephanus, *Μιλωνίαν* urbem esse Samnitium clarissimam, scribit. *Sigon. Melioniam* Voss. 2. *Miloniam* Lov. 4. Harl. Port. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et vetustæ edd. ante Aldum, *Milloniam* Gaertn. *Milioriam* Lov. 3. *Milionam* Flor. Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. Vide hoc lib. ad c. 3. § 5. Similes varietates mox etiam in scriptis supersunt hoc cap. § 5. Hinc *ut primo* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IV. 51. § 6. Sed τὸ *vi* exsulat a Flor. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. quorum postremus insuper, alia adhuc voce omissa, præfert *oppugnare adortus primo impetu*: at *primo* non comparet in Lov. 3. ac Gaertn.

Digitized by Google

Mox *dein*, pro *deinde*, Flor. et Leid. 1. quorum auctoritate recepi. Vide ad III. 2. § 6.

Opere ac vineis demum injunctis muro cepit] *Junctis* Lov. 3. 4. Portug. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Sed primam syllabam *τοῦ injunctis* elisit litera finalis vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. Ex *iunctis* postea alii fecere *vinctis*, quæ lectio est in Voss. 2. Vide ad v. 7. § 2. Sed nihil mutandum est. Supra IV. 9. 'Ex alia parte consul muro Ardeæ brachium injunxerat:' ubi vide quæ viri docti notarunt. Insuper quidam librarii, ægre ferentes verbum *cepit* accusativum, ut putabant, non adjunctum habere, scripserunt *muros cepit*, quod inveni in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. alii *muro eam cepit*, quod Hearnio obvium fuit in Oxon. L. 2. Male. Ex præcedentibus enim 'Milioniam' repetendum est. Vide quæ notantur ad II. 40. § 10. et IX. 22. § 8.

§ 2 *Ab hora quarta usque ad octavam fere horam*] Vet. lib. *ab hora quarta diei ad oct.* Sigon. Lectio *ab hora quarta diei ad oct.* ab Sigonio profecta est. Pall. duo, totidemque cascæ edd. *ab hora quarta usque ad oct. fere horam.* Pal. 2. *ab hora jam quarta diei ad oct. fere horam:* quod mihi non displicet. *Gebh.* Ita *ab hora quarta usque ad oct.* omnes Mss. non *quarta diei ad.* J. F. Gron. Lectionem, quam in Pal. 2. inventam Gebhardus sibi non displicere testatur, non nisi in suspectæ fidei codd. Port. Gaertn. et Hav. inveni; Hearnius etiam tantum in Oxon. B. Reliqui et mei et Hearnii Mss. vulgatum defendunt. Non accedo itaque sententiæ Ant. Perizonii, qui ad marginem Livii monuit vocem *horam* sibi, tamquam superfluam, suspectam videri. Vide exempla similia locutionis, quæ Jac. Gronovius laudavit ad Livii VIII. 38. § 10.

Omnibus partibus urbis incerto eventu pugnatum est] Vox *urbis* exsulat ab Harl. et edd. principibus. Ex illis edd. quibus usus sum, prima eam recepit Parm. hinc Aldina. Deinde *certo eventu* perperam dedit Gaertn. Tum *oppugnatum est* idem Gaertn. et Hav. *Tὸ est* non adparet in Lov. 2.

§ 3 *Cæsi tria millia ducenti, capti quatuor millia ducenti*] Pall. 1. ac 2. *capti IIII. ad cc.* Pal. 2. *capti quatuor millia ac centum.* Andr. *capti quatuor millia ac trecenti.* Gebh. *Cæsi tria millia trecenti* Harl. Hearnii Oxon. L. 2. et edd. Aldina antiquiores. *Cæsi tria millia ac centum* Hav. *cæsi tria millia ducenti cæsi* Lov. 4. Vox *ducenti* deficit in Lov. 2. Tum *quatuor millia et ducenti capti* Lov. 4. *capti quatuor millia ad cc* Voss. 2. et Lov. 3. *capti quatuor millia ac ducenti* Lov. 2. et Harl. *capti quatuor millia ac centum* Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *capti quatuor millia ac trecenti* edd. Rom. 1472. et Parm. *capti quatuor millia acc* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. unde et hic *capti quatuor millia vcc* legendum suspicatus sum. Vide hoc lib. ad c. 29. § 17. et hanc conjecturam firmant edd. Mediol. 1480. et aliæ ante Aldum, legentes *capti quatuor millia ac DCC.* Cetera omnia hæc verba deerant in Hav. at unus Klockian. vulgatum tuebatur. Mox *præter aliam prædam* Port. Gaertn. et Hav.

§ 4 *Inde Ferentinum ductæ legiones*] Non habet hic locum. Sed et mirifice variant scripti: *Feritrum, Fertorium, Foretrium, Feretrum.* Suspicabar *Treventinum.* Ad Trivium flumen situm est; et inde *Treventinates* Plinio III. 12. *J. F. Gron. Feretrum* Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. *Feritrum* Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. *Fertrum* Flor. et Leid. 1. Quanta diligentia ac cura Doujatius doctorum, qui ante se Livium illustrarunt, notas consuluerit, hic iterum locus documento est. Gronovii enim adnotationes, ut solet, ob oculos habens,

Digitized by Google

scribere sustinet in plerisque Mss. esse *Feretrum*: Sigonium autem (immo Gronovium) suspicari *Triventinum*, (immo *Treventinum*) quod est ad Tinium (immo Trinium) fluvium. Addit deinde, se conjicere *Forentium* Apulorum iis de caussis, quas ante indicavit. Puto eum scribere voluisse *Forentum*, et respexisse ad illa quæ notavit IX. 16. ubi tamen nihil notatum video, cur hoc loco magis *Forentum*, quam, ut Gronovius malebat, *Treventinum*, legendum sit. Quin contra situs locorum efficit, ut probabilior sit Gronovii, quam Doujatii, conjectura. Si enim Milionia sita fuit in Marsis, ad confinia Samnitium et Peligunorum, ut ipse statuit Doujatius ad X. 3. longe verisimilius est, Postuminum consulem, ea urbe capta, exercitum in Samnium duxisse ad urbem Treventinum, quam, peragrato universo Samnio et maxima parte Apuliæ, quæ Daunia dicebatur, ad urbem Forentum in Pencetia sitam. Mox *inde oppidani* Lov. 3. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Tum *cum omnibus suis*, omissa voce *rebus*, Voss. 2. *cum omnibus rebus*, omissa voce *suis*, Lov. 3. et Harl. cum omnibus editis ante Aldum.

Nocte per aversam portam silentio excesserunt] *Per adv. portam* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. Male: 'porta' enim 'adversa' est, quæ ducit in hostem, qua erupisse non videntur; at 'porta aversa' est ab hostibus remotissima, in parte urbis obposita. Vide ad IV. 46. § 6. Præterea *accesserunt* Hav.

§ 5 *Igitur, simul advenit consul, primo ita compositus*] Pal. 2. *simul ac venit*: perperam aliquantum. *Gebh.* Ita et Port. ac Gaertn. quod recte Gebhardo displicuit. Vide ad VI. 1. § 6. *Simul venit* Hav. *Inde* etiam, pro *Igitur*, Gaertn. Tum *primo* deest in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Deinde *itaque compositus* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. Vide ad XXI. 53. § 7. *Itaque compesito instructoque* Lov. 4. *ita compositos instructosque* Gaertn.

Tamquam idem, quod ad Milioniam fuerat, certaminis foret] *Quod ad Mel. fuerat* Voss. 2. *quod ad Miloniam fuerat* Lov. 4. Port. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. ac C. et edd. Aldo priores: *quod ad Milionam fuerat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quod Milionam fuerat* Flor.

§ 6 *Nec viros in turribus ac muris vidit*] *In turribus vidit*, medlis omissis, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *in turribus vidit ac muris* Lov. 3. Mox *avidum invad. deserta mania mil.* Leid. 1. et Lov. 1. Neque aliter Leid. 2. nisi quod insuper legat *evadendi*. Insuper *incautus fieret*, pro *rueret*, Flor.

§ 7 *Portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes*] *Eandem regionem in prop. pat.* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. et Gaertn. Male. Vide Jac. Gronovium ad Liv. XXV. 9. § 10. Mox *nocturnæ hostium fugæ vestigia* alio ordine Harl. et editi ante Aldum. In verbis vero præcedd. *sociorum nominis Latini*, etiam ordine mutato, idem cod. eædemque edd. et *circumquietare*, pro *circumequitare*, Leid. 2. et Lov. 1.

§ 8 *Adequitant deinde sensim portis*] Prima vox non adparet in Voss. 2. Sed *Adequitant deinde sensim portas* legunt Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Sed nihil muto. Supra I. 14. 'Adequitando ipsis prope portis.' XXII. 42. 'Ubi adequitavit portis.' Deinde paullo post *tectis itineribus*, pro *rectis*, Lov. 2. Simili errore *tegi* et *regi* in Mss. commutari, videbimus ad XXXVII. 11. § 3.

Et consuli referunt, excessum urbe solitudine haud dubia perspicuum esse] Pal. 2. *ad consulem referunt*. Gebh. Thuan. Voss. Helm. *ad cons. referunt, exc. urbe: sol. haud dubia id persp. esse.* Tò *id*, in nuperis omissum, om-

Digitized by Google

nes vetustiores edd. habent: etsi sit rotundius alterum. *J. F. Gron. Et consuli referunt* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Flor. Harl. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. *ad consules referunt* Port. Gaertn. et Hearnii codex B. errore iterum orto ex compendio *coss.* Vide ad cap. 10. § 2. *Ad consulem ref.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Videtur lectio, quæ ante Gronov. recepta erat, non spernenda esse. Deinde *excessum urbe sol. haud persp. esse* Lov. 1. a m. pr. pro quo in margine emendatum erat *haud dubie persp. esse.* Sed *excessum urbe: solitudine haud dubie id persp. esse* Leid. 2. *excessum urbe solitudinem haud dubiam id persp. esse* Lov. 2. *excessum urbe: solitudine haud dubium id persp. esse* Hav. *excessum urbe: solitudine haud dubia id persp. esse* reliqui omnes codd. et edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ τὸ *id* ejecit. Hinc illud recipiendum putavi, licet Gronovius eo omisso rotundius esse judicarit. Utrum verius sit, dubitasse videtur ad hujus lib. c. 2. § 5. Sed Livium intercisis orationibus sæpissime gavisum esse, videbimus ad XXI. 36. § 4. Mox *relictarum passim*, trajectis in alium ordinem vocabulis, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. Parm. et Ald. quarum posterior inter errata iterum *passim relictarum* revocavit.

§ 9 *Ad eam partem urbis, qua adierant equites*] *Ad eam portam urbis* Lov. 4. quomodo alibi librarios peccare solitos fuisse, vidimus ad IV. 46. § 6. Deinde *qua adierant* ex codd. Thuan. et Pall. legendum monuit Gronovius ad I. 23. § 5. eamque lectionem in contextum recepit, cui ex meis consentiunt Lovel. 4. Harl. Port. et Gaertn. *qua adierant*, nempe ad urbem: quomodo 'ab Dipylo accessit,' puta ad urbem, Gronovius exponit XXXI. 24. § 8. Antea edebatur *quam adierant;* pro qua lectione quum reliqui codd. et inter illos omnes optimi, stent constanter, ea etiam nondum displicet.

Modicum spatium progressos, tres manere eodem loco, si tuta videantur] *Modicum spatium ingressos* Port. Gaertn. Hav. *modicum spatium prægressos* Lov. 2. De hac librariorum aberratione vide ad IX. 10. § 7. Tum *manere eodem in loco* Gaertn. Sed præpositio *in* repetita est ex ultima litera vocis præced. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Deinde *si cũa videatur* Lov. 2. *si secura videantur* Hearnii Oxon. C. et in margine N. quod ex glossa natum videtur. Paullo ante *constitutis haud procul porta signis*, omissa particula *que*, Voss. uterque, Leid. uterque, et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *constitutis procul porta signa*, insuper etiam alia voce exulante, Port. Gaertn. et Hav.

§ 10 *Qui ubi redierunt, retulerunt-que, eo se progressos*] *Rediere* Lov. 1. 2. Voss. 1. et Leid. 2. Tum *eos esse progressos* Lov. 4.

§ 11 *Ceteros interim castra communire jussit*] *Ceterum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *consul extemplo*, trajectis vocibus, Port. Gaertn. et Hav. Tum *in urbem eduxit* Harl. et edd. ante Aldum.

§ 12 *Refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos*] *Resectis foribus* Lov. 4. *refractis portis* Hearnii Oxon. C. quod ex glossemate inrepsisse videtur. XXV. 25. 'Refractisque foribus, quum omnia terrore ac tumultu strepterent.' Tum *graves ætate inv.* Gaertn. et *invenerunt* Hav.

Relictaque, quæ migratu difficilia essent] Pronomen *quæ* deficit in Lov. 3. sed interceptum est a præcedenti *que*. Vide ad XXIX. 6. § 8. Deinde *migratu difficile essent* Leid. 1. et Lov. 4. *migratũ difficile essent* Lov. 3. *migrari difficile essent* Voss. 2. *migrare difficile esset* Lov. 2. *ingrati difficilia essent* Gaertn.

§ 13 *Ea direpta; et cognitum ex captivis est*] *Ea directa, cogn. ex capt. est* Voss. 2. *Ea direpta, cogn. ex capt. est*

Digitized by Google

Lov. 3. *Ea direpta, et cognitum et ex captivis est* Voss. 1. et Lov. 1. *Ea direpta, et cogn. est ex capt.* Hav. *cogniti* edd. Rom. 1472. et Parm. quæ eædem etiam mox *aliquod*, pro *aliquot*, præferunt.

Conscisse fugam; suos prima vigilia profectos: credere, eamdem] *Concisse fugam* Voss. 1. Vide ad X. 18. § 2. Tum *nos prima vigilia profectos* Hav. Hinc *gradere eamdem* Voss. 2. et Leid. 1. Vox *credere* deest in Lov. 2. lacuna tamen relicta.

§ 14 *Desertis oppidis consul potitur*] *Desertisque oppidis* Leid. 2. Deinde *potitus* edd. Rom. 1472. et Parm.

CAP. XXXV. § 1 *Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit*] Pal. 1. *neq. tam facile bella fiunt:* quo spectat quoque Pal. 3. *bella fuit.* Ceterum, ut monuit quoque Sigonius, scribitur in Pall. binis melioribus *Atilius, Atilio, &c.* Gebh. De vocis *Atilio* orthographia vide ad c. 32. § 1. *Bella fiunt* etiam Lov. 3. Mox, transpositis literis, *ad Ulceriam* Leid. 2. et Lov. 3.

Ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit: ibi ira vires æquavit] *Ad finem Lucerinam* habet Pal. 2. *Gebh.* Ita et Port. Gaertn. et Hav. Sed vide ad III. 3. § 6. *Ad finem Lucerium ei hostis* Voss. 1. et Leid. 2. *ad finem Lucerium hostis ei* Lov. 4. Tum *ubi ira vires æquavit* Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi ita vires æquavit* Gaertn. Vide ad XXIV. 16. § 1. *Ibi vires ira æquavit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *a Samnitibus* Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. a m. pr.

§ 2 *Tristius tamen eventu Romanis*] *Tristior tamen eventus Rom.* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Mox *quod digredientes*, pro *quia*, Harl. et edd. vett. Infra videbimus post vocula *quia* bene inferri τὸ *quod*, ad XL. 41. § 2. Hic tamen recte Aldum ei *quia* substituisse existimo, quoniam ita præferunt omnes reliqui codd. Solent autem passim *quod* et *quia* commutari. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Deinde *sensere*, pro *senserunt*, Lov. 4. *senserant* Hearnii Oxon. C. *consenserunt* Hav.

§ 3 *Is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset*] *His terror* Leid. 1. *his terris* Lov. 3. Deinde *accepisset* Port. Gaertn. et Hav. Mox *insignis accepta cladis*, pro *clades*, Flor. Vide ad XXI. 57. § 14.

Sollicita nox fuit jam invasurum castra Samnitem credentibus] *Fuit nox* Port. et Gaertn. Tum *jam invaserunt* Leid. 2. et Lov. 3. Deinde *credentibus* Leid. 2. Vide ad III. 21. § 3. In verbis seqq. *consecrandas manus*, pro *conserendas*, Hav.

§ 4 *Ad hostes erat: ubi primum inluxit, abire sine certamine cupiunt*] Pall. duo *capiunt:* forte *capiuntur*, aut *occipiunt.* Gebh. *Capiunt* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quod inter solitos scribarum lapsus refero. Certe ita peccarunt in Præf. § 10. IV. 45. § 8. quibus locis quædam notavi. VIII. 12. § 12. Adde Burm. ad Suet. Aug. c. 94. et ad Tiber. c. 66. Præterea *ad hostes erant* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *apud hostes erat* Lov. 4. quod ex alterius expositione natum puto. Supra VII. 7. 'Neque segnius ad hostes bellum adparatur:' ubi plura vide. Deinde *ubi primum luxit* Lov. 2. Forte scriptum fuerat *inluxit*, et ita prima syllaba intercepta erit a litera finali vocis præced. Vide ad V. 27. § 6. De verbo 'inlucere' vide ad II. 7. § 3. Voces *ubi primum inluxit, &c. præter hostes erat* non adparent in Hav. neglegentia scribæ omissæ ob repetitionem τῶν *hostes erat.* Vide ad IX. 11. § 11. Paullo ante *Minus ceterum cladis*, trajectis vocibus, erat in Leid. 1.

Quam ingressi præbuere speciem recta tendentium] Pall. omnes et vetusta ed. *qua ingressi.* Gebh. In uno Hearnii et Sigonius *quam ingressi.* Hoc usitatius est, et *m* potuit intercidere ob sequens *in.* Nec tamen alterum

Digitized by Google

rejici debet. Cicero Somn. Scip. c. 8. 'A puerilia ingressus vestigiis patris tuisque:' de Fin. v. 2. 'Quacumque ingredimur.' Virgil. Æn. x. 148. 'Namque ut ab Euandro castris ingressus Etruscis Regem adiit.' *Duk. Qua ingressi* probat etiam Gronov. ex Thuan. et Pall. ad I. 23. § 5. eamque lectionem in contextum recepit, quam etiam præferunt edd. Rom. 1472. et Parm. Ea quoque servari posset, ut *qua ingressi* ponatur pro qua parte, scilicet præter hostes, viam ingressi, quomodo 'porta ingredi,' pro porta ingredi urbem accipi debere, patet ex exemplis quæ notantur ad III. 51. § 10. vel etiam *qua ingressi* intelligi potest, 'qua via ingressi.' Vide ad III. 17. § 6. et XXXI. 39. § 2. Et ita Cic. de Senect. c. 2. 'Tamquam aliquam viam longam confeceris, qua nobis quoque ingrediendum sit:' ubi tamen viri docti ex Mss. malunt *quam nobis*. Et ita quidam codd. legunt IX. 36. 'Ea intrare haud fere quisquam, præter ducem ipsum, audebat:' pro *Eam*. Similiter 'ire via.' Vide ad XLIV. 43. § 3. Sed *quam ingressi* servant Flor. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Klockian. et Hearnii Oxon. C. Utrum malit, lectoris arbitrium esto. Tum *præbuerunt speciem* Lov. 4. *præbuere spem* Voss. 2. sollemni errore scribarum. Vide ad III. 9. § 13. Hinc *recte tendentium* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Male. Vide ad III. 46. § 5. Paullo ante particula *sed* deficiebat in Lov. 2. copula *et* in Port. Præterea *præter hostem* legit Lov. 2. Vide ad v. 50. § 2.

§ 5 *Quod apud quemque facto opus est*] *Quid apud quemque* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *opus est facto* Leid. 1. Paullo ante *sequi extra vallum*, omisso pronomine, quædam ex vett. edd. sed constanter in omnibus scriptis adparet.

§ 6 *Gemitus morientium vigilatum esse*] *Jugulatum esse* Gaertn. *vigilandum esse* Lov. 4. *vigilatum est* Leid. 2. Paullo ante *se quidem opera facturos*, pro *omnia*, Hav.

§ 7 *Si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse*] *Venturum foret* Harl. *ventum esset* Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac N. in margine. Deinde *tantum pavoris fuisset* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. In verbis seqq. *pudore ac fuga contineri*, pro *a fuga*, Leid. 1. et Hav. Tum *alioqui pro victis*, pro *alioquin*, Leid. 1.

§ 8 *Sibimet ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus*] *Sibimet ipsis* Voss. 2. *sibimet ipsos* Hav. *sibimet* edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *circumveniendos adloquendosque* Hav. *circuendos alloquendosque* Gaertn. Vide ad IX. 27. § 8. Copula *que* deest in Lov. 3. vox *milites* in Port. Neque τὸ *venerat* adparet in Hav. Deinde *increpabant*, pro *increpabat*, præfert Leid. 1.

§ 9 *Quid cessarent, tergiversarenturque*] *Quid cessarent? an putarent, hostem, &c.* male Hav.

Nisi illi extra castra exissent: et pro tentoriis suis pugnaturos] Vet. lib. *nisi ipsi*. Sigon. Pall. 1. ac 3. *ni illi extra castra*. Pal. 2. *ni ipsi extra castra exissent*. Campanus edidit *exirent*. Gebh. *Ni ipsi* Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *ni illi* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXIII. 1. § 8. *Ipse* vero et *ille* interdum a librariis commutari, videbimus ad XXI. 41. § 17. *Et portentoriis suis pugn.* Voss. 2. et Lov. 3. *et pro tentoriis suos pugn.* Leid. 2. *et pro tentoriis suis pugnarent* Lov. 2. Vocula vero *et* deficit in Harl. et nonnullis edd. vett.

Armatis ac dimicantibus dubiam victoriam esse] Turpe mendum sensum adtendentes tollimus: ita, *haud dubiam victoriam esse*. Siquidem altera, quæ sequitur, pars ἀντιθέσεως id ostendit: 'Qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem, aut servitutem patiendam.' *Sigon.* Com-

Digitized by Google

paret hæc lectio, *haud dubiam victoriam esse*, in solo Pal. 2. quam sensus et ipsa ratio flagitat. In vetustis edd. τὸ *haud* deficit. Reliqui duo Mss. *armatis dimic. dubiam vict. esse.* Gebh. Ita *haud dubiam victoriam esse* Sigonius, turpe se mendum tollere præfatus. Adjecit autem τὸ *haud:* quod ignorant Thuan. Voss. duo, Helm. Pall. Rott. Chifl. Nec is status erat belli, ut certam sibi aut illis victoriam promittere posset: quod si armis sumtis dimicent, Martem communem fore, et non omnem victoriæ spem sublatam: at si quiescant inermes, nihil certius, quam aut percundum, aut serviendum. Cæterum et Pall. Vossianusque *armatis dimicantibus.* Perplacent Livio hæc ἀσύνδετα. Lib. VII. c. 17. 'Multos populatores agrorum palantes oppressit.' XXI. 4. 'Militarique sagulo opertum humi jacentem.' Eodemque lib. c. 28. 'Tradunt ferocissimum ex iis irritatum a rectore suo, quum refugientem in aquam nantem sequeretur, traxisse gregem:' sic enim Mss. illic loci. Lib. XXV. c. 38. 'Et inermes in cubilibus suis oppressos.' XXXVIII. 47. 'Sed tu eos pacatos imperata facientes violasti.' XL. 4. 'Alius alio loto absumti semianimes e navi præcipitantur.' Vide et ad XXVII. 16. *J. F. Gron. Haud dubiam victoriam esse* Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Sed recte alii voculam *haud* ignorant. Gronovio, eam expungendam esse docenti, adsentitur Doujatius. Præterea *armatis dimicantibus*, sine media particula copulante, etiam Lov. 3. Supra VII. 39. 'Incompositi itaque prædantes in agrum Albanum perveniunt.' XXIII. 24. 'Ceteram quoque multitudinem, inopinato malo trepidam, Galli, saltum omnem armati circumsedentes, interfecerunt.' XXV. 34. 'Ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit:' ubi vide Gronov. ante quem etiam *labentemque* edebatur. XXXVII. 40. 'Addebant speciem frontalia et cristæ, et tergo impositæ turres, turribusque superstantes præter rectorem quaterni armati.' XLII. 63. 'Transitus per distracta fumantia virgulta patuit.' XLIV. 5. 'In eos transversi incumbentes tigni injungebantur.' Vide etiam J. F. Gronovium ad Livii VIII. 39. § 2.

§ 10 *Qui nudus atque inermis hostem maneat*] Duo Pall. præferunt *nudus atque iners.* Gebh. Pall. *qui nudus atque iners:* et hoc probant opposita: respondet quippe τὸ *nudus* τῷ *armatis*, τὸ *iners* τῷ *dimicantibus.* Sic apud Silium erat alicubi vulgo XIII. 76. 'dextras jungamus inertes:' antequam viri docti corrigerent *inermes.* J. F. Gron. *Inermis* et *iners* sæpe in Mss. commutari, olim docui ad Silii XIII. 76. Adde Burm. ad Phædri Fab. I. 2. 26. et Markland. ad Statii Silv. I. 2. 80. Quum tamen omnes, quos vidi, codd. constanter *inermis* servent, vulgato mutando nullam caussam video. *Armatis* enim opponuntur *nudus atque inermis*, τῷ *dimicantibus* vero *hostem maneat*, et tandem illis *dubiam victoriam esse* hæc *mortem aut servitutem patiendam.* Ceterum *Quod nudus* legunt Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVII. 39. § 2. In verbis seqq. pronomen *ei* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 11 *Confectos se pugna hesterna esse, nec virium quidquam nec sanguinis superesse*] *Pugna extrana* Voss. 2. et Lov. 3. *pugna externa* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Vide ad XL. 14. § 2. Hinc *esse* exsulat ab edd. omnibus usque ad Frobenium, qui verbum illud 1535. adscivit, consentientibus, quoscumque adhibui, codd. Deinde τὰ *nec sanguinis* absunt a Lov. 2. ut et mox *adparere* a Leid. 2. In verbis præcedd. *Nec jurganti*, pro *Hæc*, scribit Hav. errore scribæ, de quo vide ad XXXII. 20. § 7.

§ 12 *Adpropinquabat agmen: et, jam, breviore intervallo*] *Adpropinqual eg-*

Digitized by Google

men Lov. 2. *Deinde etiam breviore* Lov. 1. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIX. 10. § 6. Pro eo *et breviore* dederunt Lov. 2. et Port. *Et* autem atque *etiam* confundi, videbimus ad XXII. 47. § 9.

Nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint] Τὸ *esse* non adpuret in Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Tum *circum vallaturi essent* præferunt Leid. 2. Lov. 1. Hav. et Hearnii Oxon. N. et B. Paullo ante *se comportare*, pro *secum portare*, Lov. 2. et *Samnites adfirmabant*, pro *Samnitem adfirmant*, Gaertn.

§ 13 *Tunc vero consul, indignum facinus esse, vociferari*] Vet. lib. *Tum enimvero, consul, ind. facinus esse, vocif.* Et autem *enimvero* vox indignationis, et dolori exprimendo aptissima. Sic VI. 14. 'Enimvero indignum facinus videri:' et l. XXII. c. 25. 'Tum Metilius: id enimvero ferendum esse negat:' et XXXVIII. 14. 'Enimvero, inquit consul, ferri jam ludificatio ista non potest.' *Sigon. Tum vero consul* Hav. *Tunc vero consul* Voss. 2. et Port. *Tunc enim consul* Gaertn. *Tunc enimvero consul*, ut Sigonius scribendum monuit, non tantum omnes reliqui codd. verum etiam omnes omnino, quas vidi, edd. præter unam et alteram a Sigonio procuratam. Quum enim in prima scholiorum ed. monuisset, se in veteri lib. *Tum vero* invenisse, ita etiam mox in contextum recepit. Verum in ed. Aldi Veneta, quæ cum Scholiis Sigonii post ejus mortem prodiit, hoc loco exhibitum ejus Scholion priori subpositum est, quo sententiam, quam olim de hujus loci lectione defenderat, recte revocavit, et docuit, dolori exprimendo vocem hanc adprime inservire. At in contextu id mutatum non est. Supra II. 45. 'Enimvero non ultra contumeliam pati Romanus posse.' v. 25. 'Enimvero illud se tacere, suam conscientiam non pati.' Vide Gronov. ad XXVII. 30. § 14. et quæ notantur ad XXXI. 30. § 4. Tum *vociferare* Lov. 4. Sed vide ad VIII. 38. § 13.

§ 14 *Etiamne circumsedebimur, inquit, in castris*] *Ne circumsedebimus* Hav. *etiamne circumsidebimur* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad IX. 2. § 3. *Etiamne circumsedebuntur* Hearnii Oxon. B. Mox in verbis seqq. *moriamur per virtutem*, transpositis vocibus, præferunt Leid. 2. et Lov. 3.

Dii bene verterent, facerentque, quod se dignum quisque ducerent] Copula ineptam videtur reddere sententiam: Dii bene verterent, et facerent, quod quisque eorum, nempe Deorum, se dignum ducerent. Legerem sublato *que*, quod forsitan e proximo *quod* ortum est, *Dii bene verterent: facerent* (milites, ad quos loquitur) *quod se dignum quisque ducerent*. Dukerus. *Vertent* Lov. 3. Vide ad II. 56. § 7. *vertant* Voss. 2. a m. pr. Tum *quisque duceret* Port. Hav. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad VII. 19. § 2. Cæterum mihi etiam copula *que* hic incommoda videtur, quam vel cum Dukero expungendam, vel in *quod* mutandam, et hoc modo trajiciendam puto: *quod Dii bene verterent, facerent, quod se dignum quisque ducerent*. Ut XXIX. 22. 'Juberentque, quod Dii bene verterent, trajicere.' Ita *quod bene verteret* III. 26. § 9. ubi vide quæ notantur.

§ 15 *Caurumque inter signa Samnitium potius, quam, &c. videat*] *Inter signa potius*, una voce omissa, Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *videant* Lov. 1. a m. pr. Paullo ante *τὸ vel* male omittebatur in Gaertn.

§ 16 *Et omnes turmæ equitum*] Prima vocula exsulat ab Harl. et edd. vett. Sed eamdem ab Aldo restitutam servant omnes reliqui codd. Mox *adprobaverunt*, pro *adprobavere*, Lov. 4.

§ 17 *Seguiter arma capit, seguiter e castris egreditur*] Tres priores voces omittuntur in Flor. Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum repe-

Digitized by Google

titio vocis *segniter* librariis inposuit, ut sæpe alibi. *Arma ccpit* præfert Leid. 1. Tum *segniter castris egreditur* Hav. Ita et peccabatur in paucis codd. hoc lib. c. 20. 'Egredientem e castris hostem obprimeret.' Et solet passim Livius hanc præpositionem, licet cum ea verbum compositum sit, in regimine repetere. Vide ad lib. XXXVII. c. 30. § 9. *Et segniter e castris egreditur* Harl. et quædam ex antiquioribus edd. Sæpissime copulas, a Livio omissas, obscura librariorum diligentia ei obtrusas esse, pluribus locis dictum est.

Procedunt adversus hostem, nec spe, nec animo certiorem] Vet. lib. *fortiorem*. Egregie. Nam de Romanis dixit 'mœsti ac prope victi.' *Sigon.* Est hæc lectio vetustarum impressionum, codicumque deorum Pall. Interim Sigonius e suo præfert *nec spe, nec animo fortiorem:* quod videtur esse interpretamentum τοῦ *certiorem*. In Pal. 2. legere est, *nec spe, nec animo ferociorem*. Gebh. Quod egregium appellat Sigonius *fortiorem*, tale esse non nego, sed scholion sive interpretamentum. Nec sane vetustiores libri aliter, quam vulgati, *certiorem*. Cæsar Gall. VII. 19. 'Generatimque distributi in civitates, omnia vada ac saltus ejus paludis certis custodiis obtinebant.' Cicero ad Att. X. 11. 'Et quo ille me certiorem vult esse, eo magis timeo, ne in eum existam crudelior:' ubi eam vocem pœne eadem sententia prohibuimus loco movere, et substituere *fortiorem* Ans. Popmam, in Diatriba ad Silvas Statii p. 415. *J. F. Gron.* Servius ad Virgil. Æn. I. 580. et IX. 249. 'certa pectora' interpretatur 'firma,' vel 'fortia.' Et Cicero pro Quint. c. 24. 'certum' et 'confirmatum animum' conjungit: 'Diffidebam, mehercule, &c. satis animo certo et confirmato me posse in hac causa consistere.' *Duk.* *Fortiorem* apud me tantum superest in Port. et Hav. apud Hearnium vero tantum in Oxon. B. *animo certiore* est apud eumdem in L. 1. et C. *animo certiores* in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. qui ambo codd. librariorum errore voces *nec spe* omiserunt. Ceterum *adversus hostem* servant Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxonienses, et edd. Rom. 1472. Tarvis. utraque, et quædam aliæ. *Versus hostem* Harl. Lov. 2. forte etiam Klockian. et nonnullæ edd. Verum quum ab alterâ lectione stent plures et certiores codd. eam etiam in contextum revocavi. Supra etiam consul adfirmarat hoc cap. 'Consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adversus hostes.'

§ 18 *Fremitus perfertur, Exire, id quod timuerint, ad impediendum iter Romanos*] *Profertur* Leid. 1. Port. et Hav. Vide ad v. 4. § 12. Tum *exierunt* Lov. 2. Hinc *id quod timuerunt* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 4. Harl. et editi ante Aldum. Sed subjunctivus *timuerint*, qui in integerrimis codd. superest, obliquæ orationi recte convenit. *Idq; timuerunt* Lov. 3. Verum *id quod*, Livio frequentissimum, inlustratum est ad VI. 17. § 6. Deinde *ad imped. Rom.* Leid. 2. et Lov. 1. *ad impediendum iter Rom.* Lov. 2. 3. et Harl. Paullo ante *τὸ sunt* non conspicitur in Voss. 2.

§ 19 *Illo loco aut cadendum esse*] *Illo loco aut carendum esse* Voss. 2. *illo loco ante carendum esse* Lov. 3. *Aut* et *ante* etiam aliis locis scribæ commutarunt. Ita III. 59. § 4. IX. 34. § 2. et sæpius.

CAP. XXXVI. § 1 *In medio sarcinas conjiciunt*] Lege *in medium*. Nam et paullo post, 'Sarcinarum cumulo, quas in medium conjecerant.' Lib. XXVIII. c. 2. 'Sarcinis in medium conjectis.' III. 28. 'Sarcinas in unum conjici.' *Jac. Gron.* Lib. XXXI. c. 27. 'Conjectisque in medium sarcinis aciem direxisset:' 'in medium congerere' dixit IX. 31. 'Sarcinas con-

Digitized by Google

gerunt in medium:' et 'in acervum conjicere' VIII. 11. Constanter tamen *In medio* omnes libri, nisi quod *Hi in eo* sit in Hav. Insuper *proiciunt* Leid. 1. Tum *armatis suis quisque ordinibus* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *armati suis quique ordinibus* Hav.

§ 2. *Exiguum inter duas acies spatium erat*] *Exitium inter duas acies* Leid. 1. *ex. intra duas acies* Voss. 2. frequentissimo scribarum lapsu. Vide ad V. 27. § 3. Mox *prius impetus* deficit in ed. Rom. 1472. Deinde *neutris animus esse*, pro *est*, Lov. 4. Sed verbum illud exsulat a Port. Gaertn. et Hav.

§ 3 *Diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum*] *Diversi integri* Harl. et edd. Aldina priores. Tum *abiissent* Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. Similiter peccant librarii VIII. 32. § 5. hoc lib. c. 38. § 3. Et has contractiones in præteritis verborum, quæ ex *eo* componuntur, Livium amasse, videbimus ad XXVII. 19. § 10. Deinde *ni cedente altero inst. alterum* Port. *incedenti inst. alterum* edd. Rom. 1472. et Parm. *ni cedentem inst. alterum* Hav. *ni cedentem instatum alterum* Voss. 2. *ni cedenti instatutum alterum* Harl. *ni cedenti statutum alterum* Gaertn. Nihil mutandum. I. 37. 'Ut non sisterent modo Sabinas legiones, ferociter instantes cedentibus.' VIII. 38. 'Ita institit agmini, ut, donec lucesceret, prœlio abstineret.' XXVII. 14. 'Seu vicit, ferociter instat victis.' XXXVIII. 2. 'Hos, ut ab tergo agmini instarent, reliquerunt.' c. 25. 'Tum vero instare dissipatis Galli et cædere.' XXXIX. 30. 'Non institere perculsis hostes.' XLII. 60. 'Fatebatur quidem peccatum, quod pridie non institisset victis.'

Inter invitos tergiversantesque segnis pugna, &c. cœpit] *Inter invictos* Hav. sollemni errore scribarum. Vide quæ notantur ad Epit. Liv. lib. III. ad VIII. 2. § 8. et c. 29. § 11. hoc lib. c. 41. § 1. aliisque locis. Tum *tergiversantesque segnis* Voss. uterque, *Leid.* 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. et Hav. Male: *segnis pugna*, ut III. 68. 'Increpare, sicubi segnior pugna esset.' Ita 'segne bellum,' 'prœlium.' X. 12. 'Segne bellum et simile prioris anni militiæ.' XXII. 48. 'Consertum prœlium erat, segne primo, et a Punica cœptum fraude:' et sæpius alibi. Hinc *cœperit* est in Leid. 2. Vide ad XL. 14. § 10. Mox *nec vestigio quisquam movebatur* exsulant ab eodem Leid. 2. *quisque*, pro *quisquam*, est in Gaertn. Vide ad IX. 38. § 9.

§ 4 *Quorum quum plerique delapsi ex equis essent, et alii turbati*] *Quorum plerique quum ex equis delapsi essent* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Hinc voculam *et* omittit idem Hav. sed eam intercepit vocis præced. *essĕt* syllaba finalis. Vide ad XXXVII. 59. § 1. Paullo ante *turmas paucas*, transpositis vocibus, Gaertn.

Et ab Samnitium acie ad obprimendos eos, qui ceciderant, et ad suos tuendos] *Et a Samn. acie* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. ac 4. *et Samn. aciem* Voss. 2. et Lov. 3. *ex Samn. acie* Port. et Hav. *ex Samn. ocio* Gaertn. Tum *tuendos suos ab Romanis procursum est* Lov. 1. et ita etiam Leid. 2. nisi quod insuper omittat *τὸ ab*.

§ 5 *Et inpigre magis et plures procurrerant Samnites*] Vet. lib. *procurrĕrunt*. Sigon. *Procurrerunt* exstat in Pal. 2. ut indicatum quoque Sigonio. Reliqui Pall. *procurrerant*. Andreas vero edidit *concurrerant*. Campanus *procurrebant*. Gebh. *Procurrerunt* apud me tantum superest in Port. et Hav. apud Hearnium vero in Oxon. N. et B. *concurrerant* edd. Rom. 1472. et Parm. *procurrebant* eas secutæ edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ; quod etiam superest in Harl. et a m. sec. in Flor. Aldus demum *procurrerant* substituit. Præterea prius *et* non adparet in Lov. 2. et Port. Vide ad II. 44. § 3. In verbis præcedd. *paullum irritata*, pro *paullulum*, Leid.

Digitized by Google

uterque, Lov. 1. 2. 3. et Hav. Vide ad XXXVI. 9. § 8.

Eques sua ipse subsidia territis equis provulcavit] *Equos* Leid. 1. et Lov. 4. Hinc *sua ipsa subs.* Lov. 4. Harl. et multæ ex vetustis edd. Tum *territis procul. equis* Lov. 4. *procul. territis equis* Gaertn. In verbis seqq. *advertit aciem Romanam*, pro *avertit*, Lov. 3. Male. Vide ad VI. 23. § 8. *Avertit aciem Romam* Voss. 2.

§ 6 *In terga fugientium Samnites pugnabant*] *Inter fugam fug.* Flor. a m. pr. *in fugam* a m. sec. *integra fug.* Voss. 2. et Hav. Sed 'in terga pugnare,' ut 'pugnare in frontem,' 'in latera.' XXII. 4. 'Ante in frontem lateraque pugnari cœptum est.'

Quum consul, equo prævectus ad portam castrorum, ac stationem equitum ibi obposita] *Tum consul* Port. Hinc *equo prov. ad portam* Leid. 1. ac Gaertn. *equo prov. ad portas* Hav. Male: *prævectus* est 'præter fugientes vectus.' Vide ad XXIV. 44. § 10. *Ad portas castrorum* etiam Port. Deinde *ac stationem* Voss. 1. et Hav. *stationemque* Lov. 4. a m. pr. *stationeque* a m. sec. Tum *ibi posita* Hav. Male. Vide ad XXIII. 29. § 4. Mox copula *que* non adparet in eodem Hav.

§ 7 *Ut, quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro hoste haberetur*] Pall. duo *ad vallum pergeret, sive ille Rom. sive Samnis esset, pro hoste haberent.* Gebh. *Ad vallum pergeret* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quod Gronov. in contextum recepit. Utrumque 'pergere' et 'tendere' mox sequitur: 'Obstitit profuse tendentibus suis in castra: Quo pergis? inquit.' Verum quum omnes reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonienses codd. omnes etiam ante Gronovium edd. *tenderet* tueantur, id etiam in contextum revocavi. Alterum in paucis illis codd. ex glossa natum est. Præterea *pro hoste haberetur* Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. Lov. 2. Harl. Port. Gaertn. et Hav. Reliqui, duobus Gebhardi Pall. consentientes, legunt *haberent*, nisi quod *haberet* sit in Flor. Censeo itaque, recte Jac. Gronovium *haberent* in contextum recepisse, idque mutatum esse ab illis quibus displicebat *haberent* sine casu poni. Sed ita II. 20. 'Dat signum, ut, quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant.' III. 17. 'Si quis inpediat, jam se, quisquis ille sit, ubicumque sit, in Capitolio, in foro, pro hoste habiturum.' Deest autem hic pronomen demonstrativum; quod sæpe a Livio omitti, videbimus ad XXIII. 15. § 4.

Hæc ipsa minitans, obstitit profuse tendentibus suis in castra] *Hæc ipse minitans* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. et Hav. *nec ipse minitans* Gaertn. Vide ad XXXII. 20. § 7. Tum *cedentibus suis in castra* Harl. et quædam ex vetustis edd. Vide ad XXI. 33. § 5.

§ 8 *Et hic arma et viros invenies: nec, vivo consule*] *Etiam si arma* Hav. Tum *nec uno consule* Leid. 2. Ita et alibi librarii lapsi sunt. Vide viros doctos ad Cic. Orat. Philipp. II. 27.

Proinde elige, cum cive, an hoste, pugnare malis] *Perinde elige* Leid. 2. Vide ad XXVII. 8. § 18. Præpositio *cum* deerat in Gaertn. sed verisimiliter ob vocis seq. similitudinem intercepta est. Contra *cum cive, an cum hoste*, repetita præpositione, legit Port. Et id quidem Livio familiare fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. unius tamen testis fide stare temerarium est.

§ 9 *Peditem in pugnam redire jubent*] *Pedites* Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. id autem necessario requiri existimarunt, quod 'equites' præcedat. At Livium ita in numero sæpius variasse, videbimus ad XXXV. 40. § 6. Deinde *in turbam* Port.

Non virtus solum consulem, sed fors etiam adjuvit] *Non virtus solum consulis* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. principes, pro quo Al-

Digitized by Google

dus postea per compendium *Non virtus solum eos* substituit, quod plerique editores servarunt. Primus deinde Gruterus in ed. postuma *consulem* dedit. Utrumque haud incommode defendi posset, vulgatum tamen præfero. Hic iterum lectionis varietati ansam dedit compendium scribendi, de quo actum hoc lib. ad c. 10. § 2. Insuper *sors etiam* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. Innumeris locis ita variasse librarios, vidimus ad I. 4. § 4. et videbimus ad XXXVIII. 40. § 13. Hic nihil mutandum. Ut enim nunc 'virtus et sors,' ita 'virtus et fortuna' sæpius junguntur. Exempla vide I. 25. et c. 42. IV. 37. V. 26. et c. 34. VI. 32. VII. 30. et c. 34. XXIII. 42. XXV. 16. XXXV. 6. et XXXIX. 50. Pariter etiam 'virtus et felicitas' XXX. 12. XXXVIII. 48. et XLI. 16. Huc etiam refer, quod 'fortiter feliciterque' jungantur. Vide ad XXVIII. 9. § 7. In verbis seqq. *institere*, pro *institerunt*, Lov. 4. et *vertendi aciem ab castris* Gaertn. *ab castris* etiam Port. et Hav. *revertendique* quædam ex antiqq. edd.

§ 10 *Repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre*] *Peterent pugnam* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Non sequor. Infra XXXVII. 43. 'Eos, quorum terga modo viderat, repetentes pugnam conspexit.' Præterea *centurionesque* Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Tum *a signiferis* Hav.

§ 11 *Manus ad cælum adtollens, voce clara, ita ut exaudiretur*] *Ad cælum tollens* Leid. 1. et Lov. 4. De verbo 'adtollere' vide ad VIII. 7. § 11. De præpositione *ad* addita in regimine verbis cum eadem compositis vide ad II. 36. § 6. Tum *voce data* Hav. Vide ad IX. 25. § 8. *Voce clare* Gaertn. Insuper *ita ut exaudiat cælum* Hearnii Oxon. L. 1. Mox *vovit*, pro *vovet*, Lov. 4. et Gaertn. *vocetur* Hav.

Si constitisset a fuga acies Romana, redintegratoque prælio cecidisset vicissetque] *Si constitisse a fuga* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 3. Tum *redintegratoque bello* Portug. Gaertn. et Hav. Vide ad III. 61. § 4. Deinde *cecidissent vicissentque* Voss. 2. et Lov. 3. quod defendi posset dicendo, *acies* collective sumtum adsciscere verbum plurale. Vide ad XXXV. 26. § 9. At reliquorum in vulgatum conspiratio id verius esse indicat. Præterea *vicissetque hostium legiones* Lov. 4.

§ 12 *Adnisi ad restituendam pugnam duces, milites, peditum equitumque vis*] *Annisi* ed. Rom. 1472. et Mediol. 1480. *admissi* ed. Parm. Vide ad IV. 43. § 5. Tum *ad restituendum pugnam* Hav. Vide ad XL. 49. § 1. Deinde *peditum, equitum vis*, omissa copula, Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Mox *etiam numen Deorum respexisse* Gaertn. *numen respexisse Deorum* Lov. 4. Τὸ *numen* deerat in Lov. 3.

Repulsique a castris hostes, mox etiam redacti ad eum locum] *Repulsusque a castris hostis, mox etiam redactus* Lov. 4. Divisis vocibus *mox et jam redacti* editum est Romæ 1472. unde Parmensibus data est occasio substituendi *mox et redacti*. Insuper *in eum locum* Hav. Paullo post *pugna commissa est*, trajectis vocabulis, Port. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Objacente sarcinarum cumulo, quas conjecerant in medium*] *Ab jacente sarc. cumulo* Lov. 2. *objiciente sarc. cumulo* Voss. 2. et Lov. 3. Sed de verbo 'objacere' vide ad II. 65. § 4. Deinde *conjecere in medium* Lov. 4. *conjecerat in medium* Gaertn. *conjecerent in medium* Leid. 1. Mox *impediti hæsere* Lov. 4.

Orbem armatorum sarcinis circumdant] *Ob rem arm.* Harl. et Mediol. ed. 1480. *urbem armat. sarcinis circumdant* Gaertn. Vide ad I. v. c. 19. § 11.

§ 14 *Eos a fronte urguere pedites, ab tergo circumvecti equites*] *A fronte eos urgere* Lov. 4. *eos ab fronte urgere*

Digitized by Google

Port. Gaertn. et Hav. Tum a *tergo circumvecti* Leid. 1. *ab tergo circumventi* Voss. 2. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 2. § 4. Mox vocula *ita* abest a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. C. quæ intercepta videtur ab ultimis literis vocis præced.

Captivorum numerus fuit septem millia CCC.] Vet. lib. *septem millium ac ducentorum.* Sigon. Pall. 1. ac 3. *captiv. numerus fuit VII. ad CCC.* Pal. 2. *captiv. numerus fuit septem milium ac ducentorum.* Gebh. Voss. et Helm. *VII. ac CC.* Sigonianus et unus e Pall. *septem millium ac ducentorum.* J. F. Gron. *Septem millium ac ducent.* Port. Gaertn. et Hav. *septem millia ac CC.* Harl. *VII. ac CC.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *VII^m. ac CCC^{ti}* Lovel. 2. *VII. ad CCCq;* Lovel. 3. *VIICIↃCCC.* Lov. 4. *VII. a CCC.* Flor. *VII. a CC.* Leid. 1. Hearne autem ad hunc locum monuit, se pro *trecentorum* invenisse *CC.* in Oxon. N. B. et ed. Rom. principe, sed *CCC.* mihi obvium fuit in edd. Rom. 1472. et Parm. *DCC.* in edd. proximis usque ad Alduin, qui iterum *CCC.* substituit. An et hic legendum *septem millium septingentorum*, vel *octingentorum*? Vide hoc lib. ad c. 29. § 17. Insuper sequens vox *qui* non est in *Lov. 3.* et *septingentos*, pro *octingentos*, habet Hearnii Oxon. C.

§ 15 *Amissorum militum numerus relatus septem millia trecenti*] Vet. lib. *septem millium et ducentorum.* Sigon. Pal. 2. *septem milium et ducentorum.* Gebh. Duo priores (Voss. Helm.) *numerus relatus VII. ac CC.* Pal. *septem millium ac ducentorum.* Qua forma Livius XXII. 46. J. F. Gron. *Septem et ducentorum* Hav. *septem millium et ducentorum* Port. *septem milium ac ducentorum* Gaertn. *septem millia ac CC.* Hearnii Oxon. N. *septem millia ducenti* ejusdem C. *VII. ac CC.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *VII. CC.* Lov. 3. *VII. CCC.* Leid. 1. et Lov. 3. *VII. a. CCC.* Florent. *septem millium trecentorum* Hearnii Oxon. L. 1. Mirer Gronovium, qui § præc. lectionem Mstorum *millium ac ducentorum* in contextum recepit, hic tamen vulgatum servasse. Mihi hic quoque *septem millium octingentorum* placeret. Ceterum τὸ *læta* in præcedentibus exulat a Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *recensente consule eladem*, duabus vocibus omissis, est in Hav. *recensente consule bidno accepta clade* in Hearnii Oxon. L. 1.

§ 16 *Interamnam coloniam Romanam*] Ubi et quando hæc colonia deducta sit, non meminit Livius. Ptolemæus III. 1. Pragutiorum oppidum ait prope Marsos. Plinius 'Interamnatium' libro III. ter meminit capitibus 5. 12. ac 14. ut omnino credam, non unius duntaxat oppidi nomen. *Glar.* Verum est, tempore Glareani in edd. Livii vulgaribus non reperiri, ubi et quando 'Interamna' colonia deducta sit. At postea Sigonius ex vestigiis Mss. docuit, id Livium tradidisse IX. 28. § 8. vide quæ ibi notantur. Quod autem Glareanus suspicetur, plura hujus nominis oppida in Italia fuisse, id verissimum est. Et quidem quatuor diversa ita dicta memorat Cluverius: primum est in Umbria, de quo agit Ital. Antiq. l. II. c. 7. p. 635. secundum in agro Prætutiano, de quo vide II. 11. p. 745. tertium in Latio novo, sive in Volscis, de quo vide lib. III. c. 8. p. 1039. quartum in Bruttiis, de quo vide lib. IV. c. 15. p. 1317. Tertium autem illud est, cujus hic meminit Livius, quod via Latina fuisse dicit, ubi id conlocat etiam Strabo lib. v. p. 237. Ceterum *Interannam* Voss. 2. et Lov. 3. *Viceramam* Lov. 2. *Interamam* Harl. *Interamniam* Port. *Interamniam* Gaertn. Hav. et apud Hearnium B. *Interamnem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. in cujus margine tamen *Interamnam* emendatur.

Digitized by Google

Quæ via Latina est, occupare conati, urbem non tenuerunt] Duo e Pall. *qua via*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 2. Sed in alteram lectionem consentiunt reliqui codd. Deinde *hostem non tenuerunt* Lov. 1. Leid. 2. Hav. et Voss. 1. a m. pr.

§ 17 *Hominum atque pecudum colonosque captos agerent*] *Hominumque pecudumque* Port. Gaertn. et Hav. Tum *colonosque captivos* Lov. 2. Sed vide ad VI. 22. § 4. Tum *a Luceria redeuntem*, pro *ab Luceria*, Leid. 2. *ad Luceriam* Voss. 2. a m. pr. et Lov. 3.

Ipsi longo ac inpedito agmine incompositi cæduntur] *Ipso longo* Voss. 2. et Lov. 3. Sed vox *ipsi* deficit in Hav. Insuper *longo atque inpedito agmine* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. Hav. et omnes edd. Frobeniana 1535. vetustiores. Quamvis autem Hearnius nihil ex Oxoniensibus notarit, attamen vix verisimile videtur, eos omnes in vulgatum conspirasse. Passim enim Livius ante voces a vocali incipientes, non particula *ac*, sed *et* vel *atque* uti solitus est: quod non observantes librarii indocti innumeris locis *ac* dederunt, ubi Livius *et*, *atque*, *aut*, *at*, vel similes particulas adhibuerat. Exempla videri possunt ad I. 13. § 3. II. 27. § 2. c. 29. § 4. c. 37. § 6. c. 64. § 3. III. 7. § 2. c. 8. § 10. c. 15. § 2. c. 52. § 11. c. 58. § 5. c. 64. § 8. IV. 40. § 3. V. 20. § 8. c. 21. § 14. c. 40. § 1. c. 42. § 2. c. 52. § 10. VI. 15. § 11. VII. 1. § 7. c. 4. § 3. c. 7. § 2. c. 10. § 10. VIII. 19. § 2. et 14. X. 12. § 2. c. 25. § 5. XXI. 53. § 7. XXIII. 2. § 1. XXXV. 27. § 5. XXXVIII. 18. § 15. et XL. 21. § 11. Ob hanc causam displicere testatus sum conjecturam N. Heinsii *ac obscuris* emendantis I. 14. § 7. et Sigonii *ac Æquimælio* legentis XXXIII. 26. § 9. Contra vero adsensus sum viris doctis ex Mss. *at imperitæ* emendantibus, pro *ac inperitæ*, II. 45. § 5. *atque inpedimentis*, pro *ac inpedimentis*, XXI. 34. § 9. *urbem portu ac*, pro *portum ac urbem*, XXIV. 2. § 3. *ac mutabiles*, pro *ac immutabiles*, XXXVIII. 9. § 1. *ac totius*, pro *ac universæ*, in Epit. Liv. lib. CIV. quamvis Epitomarum auctor ad similes linguæ suæ elegantias minus adtendisse censeri posset. Ex more hoc, quem optimi scriptores, sed præsertim Livius, diligentissime observarunt, manuscriptos audiendos esse putavi, *ac mergentibus* exhibentes, III. 16. § 14. ubi vulgo editur *ac emergentibus*. *Potidaniæ atque Apolloniæ* XXVIII. 8. § 9. ubi nunc legitur *ac Apolloniæ*: et *pati et inferre* XXXVIII. 21. § 8. ubi recentiores edd. præferunt *ac inferre*. Quum autem in his toties a librariis peccatum fuerit, et posteriores quinque libri Livii ex unico Msto in lucem protracti sint, hinc etiam, cod. illo invito, duobus locis controversiam movere ausus sum. Alter exstat XLI. 24. § 18. 'Quid suspectos alios ac invisos efficimus?' alter XLII. 12. § 3. 'Sororem dedisse Prusiæ precanti ac oranti:' ubi aliter Livium scripsisse mihi persuadeo. Plura alia vide apud Burmann. ad Sueton. Cæs. cap. 26. et, quem laudat, Torrent. ad Sueton. Aug. cap. 96. Ceterum *longo ac inpediti agmine* est in Gaertn. Deinde *incompositi atque longo cæduntur* in Leid. 1. *incompositi atque longe cæduntur* in Lov. 2. *cæduntur incompositi* in Hav.

§ 18 *Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis*] An 'revocatos' dicit, qui, quum, hoste ingruente, diffugissent, nondum ad sedes suas redierant? an *revocatis* idem est quod *vocatis*, quod unus liber Hearnii habet? nam et alia cum hac præpositione composita non plus significant, quam simplicia. Præferrem, si per libros liceret, *evocatis*. Supra c. 21. 'Accitique edicto domini ad res suas noscendas.' *Duk.* *Interanam* Harl. *Interannam* Port. *Interamniam* Gaertn. *Interam-*

Digitized by Google

nem Voss. ambo, Lov. 1. 3. et Leid. 2. *Interamna* Hearnii Oxon. N. ac B. *Viceranam* Lov. 2. *iterim ăniă* Hav. Deinde *vocatis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ut censeri possit litera *e* a capite vocis excidisse propter ultimam literam vocis præced., legendumque esse *evocatis*. Mox vocula *et* omittitur in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4.

§ 19 *Negatus honos, et ob amissa*] *Honos est* Port. Gaertn. et Hav. Tum *et* deficit in Voss. 2. Vide ad II. 44. § 3.

CAP. XXXVII. § 1 *Consul alter Postumius, quia in Samnitibus*] Per literæ ultimæ vocis *Consul* cornu linea traducta conspicitur in Lov. 3. quasi librarius dare voluisset *Consulum alter*. Vide ad IX. 32. § 2. Sed reliqui vulgatum servant. Præterea præpositio *in* deest in solo Hearnii Oxon. L. 1.

In Etruriam traducto exercitu] Omissa præpositione *in*, Pall. tres, et Camp. *Etruriam traducto exercitu*. Gebh. Non Rott. non Flor. neuter quoque Voss. agnoscunt præpositionem. Nec ego igitur retineo. Florus III. 10. 'Classe comparata Britanniam transit.' Tacitus Ann. II. 54. 'Tramittere Lesbon.' *Jac. Gron.* Præter codd. Gronovio et Gebhardo laudatos præpositionem non agnoscunt etiam Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Ita l. VIII. c. 24. 'Inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem.' XXXI. 43. 'Equites mercede conductos Ægyptum avexit.' XXXIII. 41. 'Cyprum nihilominus tendens, paullisper seditione remigum est retentus:' ubi plura videbimus. Tum *transducto* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. ac 2. Mox *primo*, pro *primum*, Gaertn. Insuper *Vulsiniensem* Lov. 4. *Vulsciniensem* Lov. 2. *Volsciensem* Hav. et Port. *Volsiniensem* Voss. 2. et Leid. 2. Vide ad V. 31. § 5. et mox hoc cap. § 4.

§ 2 *Deinde cum egressis ad tuendos fines*] *Dein* Flor. Leid. 1. et Lov. 3. Vide ad III. 3. § 6. Hinc *tum egressus* Harl. *cum ingressus* Gaertn. a m. pr. *cum ingressos* a m. sec. *tum egressis* edd. principes. Sed *cum* jam repositum vidi in Mediol. 1505.

Duo millia ducenti Etruscorum cæsi] *Numerus cæsorum apud Volscinios duo millia, &c.* Leid. 2. et Lov. 1. *Numerus cæsorum apud Voscinos ad duo millia, &c.* Hearnii Oxon. C. qui in cod. B. *Numerus cæsorum apud Volscinos duo millia, &c.* se invenisse scribit; quod mihi etiam obvium fuit in Port. Hav. et Gaertn. quorum Port. et Hearnii B. mox ignorant voces *Etruscorum cæsi*. Sed voces *Numerus cæsorum apud Volscinios* ex lemmate marginali in contextum receptas esse patet. Cujus erroris alia exempla vide ad VII. 40. § 4. Præterea *cæsi duo ad ccc Etr.* Lov. 3. *duo millia ac CC.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *duo millia ac ducenti* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *duo millia CCC.* Harl. *duo millia ad CC.* Voss. 2. *duo millia ac CCC.* Lov. 2. *II. a. CCC.* Flor. *V. a. CCC.* Leid. 1. *duo millia octingenti* Lov. 4. quam veram puto scripturam, quia eodem ducunt vestigia optimorum aliorumque codd. *a. CCC.* vel *ac CC.* præferentium, in quibus nota numeralis *IↃ* degeneravit in *a*, ut solet. Vide hoc lib. ad c. 29. § 17. In uno etiam Leid. 1. librarius, *V.* pro *II.* dans, sollemniter erravit. Vide ad XXXVII. 22. § 4.

Ceteros propinquitas urbis tutata est] *Tutata erat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *tuta erat* Gaertn. *tuta est* Voss. 2. 'Tutus' pro 'tuitus' veteres dixisse, docent Corte ad Sallust. Jug. c. 74. § 3. et Oudendorp. ad Frontin. Strateg. II. 12. ex. 3. Quum tamen, Liviam voce *tutus* pro *tuitus* vel *tutatus* alibi usum esse, non meminerim, potius lectionem illam socordiæ librariorum adscribo, qui ultimam sylla-

Digitized by Google

bam *τοῦ tutata* ob præcedentis similitudinem neglexerunt. Alia ejus erroris exempla vide ad III. 7. § 1. VI. 30. § 6. et Corte ad Sall. Jug. c. 52. § 4. Eodem modo *factita* pro *factitata* dederunt II. 2. § 1. *sustenta* pro *sustentata* c. 34. § 5. *mactam* pro *mactatam* IV. 9. § 3. *muta* pro *mutata* IX. 23. § 1. *objecta* pro *objectata* c. 34. § 14. *jacta* pro *jactata* hoc cap. § 19. *inspecta* pro *inspectata* c. 46. § 4. *aptas* pro *aptatas* XXI. 27. § 8. *irrita* pro *irritata* XXXII. 3. § 2. *capta* pro *captata* XXXVIII. 44. § 3. His proximum est, quod *instaura* exararint pro *instaurata* V. 16. § 11. *antiqua* pro *antiquata* c. 55. § 2. *sacra* pro *sacrata* hoc lib. c. 38. § 12. *varia* pro *variata* XXI. 28. § 5. *dura* pro *durata* c. 36. § 8. *continua* pro *continuata* XXIII. 19. § 2. *integra* pro *integrata* XXVIII. 15. § 10. *æqua* pro *æquata* XXIX. 2. § 10. *accommoda* pro *accommodata* XXXVII. 52. § 10. Item hæc, *nudos* pro *nudatos* II. 5. § 8. *citos* pro *citatos* c. 10. § 3. *ostenti* pro *ostentati* IV. 7. § 12. *intentum* pro *intentatum* VI. 39. § 7. *latus* pro *lætatus* XXIII. 33. § 3. *publicam* pro *publicatam* XXXI. 13. § 4. *tractu* pro *tractatu* XXXVI. 32. § 12. *liberum* pro *liberatam* XXXVI. 17. § 13. Nec non hæc, *præstiia* pro *præstituta* VI. 4. § 5. *tum* pro *tutum* XXXV. 12. § 11. *institum* pro *institutum* XXXIX. 13. § 14. Quin etiam contrario errore dederunt *despensata* pro *desponsa* I. 26. § 2. *sollicitatam* pro *sollicitam* II. 3. § 4. *orbata* pro *orba* c. 47. § 10. *labefactata* pro *labefacta* III. 64. § 2. *adfectata* pro *adfecta* V. 10. § 9. *infestata* pro *infesta* X. 46. § 9. *vastata* pro *vasta* XXIII. 30. § 7. *excitata* pro *excita* XXVIII. 24. § 4. *vulgatata* pro *vulgata* XXXV. 31. § 11. *incruentata* pro *incruenta* XXXVII. 16. § 13. Non multum hinc differunt *sacratam* pro *sacram* V. 25. § 7. *detractatum* pro *detractum* VI. 6. § 7. *nudata* pro *nuda* VIII. 27. § 6. *quassatas* pro *quassas* XXV. 3. § 11. *captato* pro *capto* XXVI. 13. § 15. *exercitatum* pro *exercitum* XXVII. 44. § 6. Similiter quoque *statutos* pro *statos* XXXIX. 13. § 8. Ceterum ex vitiosa scriptura *tuta erat* vitiosior provenit *tutaverat* in Hav. Vide ad XXIII. 29. § 16.

§ 3 *In Rusellanum agrum exercitus traductus*] *In Rosell. agrum* Voss. 1. Lov. 1. 3. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *In Rosell. autem agrum* Harl. et edd. principes. Primus Aldus recte omisit particulam *autem*; quæ esse solet ex numero earum, quibus librarii orationem Livianam connectere conati sunt. Vide ad XXI. 40. § 11. *In Rossell. agrum* Voss. 2. et Leid. ambo. *In Roscellanum agrum* Gaertn. *In Rosolanum agrum* Lov. 2. Vide hoc lib. c. 4. § 5.

Ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum] *Vastari* Voss. 2. et Lov. 3. *vestiti* Leid. 1. *ibi non agitatum vestiti* Lov. 4. Tum *oppugnatum* idem Lov. 4. Vide ad XXI. 57. § 6. *Sed etiam oppidum oppugnatum* Gaertn. *sed etiam oppidum* servant quoque Port. et Hav.

Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia, &c. cæsa] Voces *duo millia hom. minus* desunt in Gaertn. a librario ob voces *duo millia* repetitas omissæ. Vide ad IX. 11. § 11. *Duo millia hostium* legunt Hearnii Oxon. L. 2. et C. Vide ad XXIII. 37. § 11. *Amplius II. mil'* per compendium est in Lov. 1. et tum *minus II. mil'* similiter in Lov. 2. quod utroque loco est in Leid. 1. hinc *minus duob. milib.* præfert Lov. 4. Male. Locutio plane Liviana est, *minus duo millia*, pro 'quam duo millia.' Supra III. 64. 'Si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis:' ubi alia exempla notavi: hoc lib. c. 45. 'Capta minus tria millia hominum.' c. 46. 'Minus duo millia capti.' XXI. 61. 'Raro unquam vix minus quatuor pedes alta jacuit.' XXIII. 30. 'Ut omnis ætatis minus viginti millia civium superessent.' XXIV. 47. 'Hispani

Digitized by Google

quoque, paullo minus mille homines:' et sæpissime alibi. Notas, quæ qua ratione explicandæ erant, librarius nesciebat, errandi causam dedisse probabo ad XXV. 9. § 16.

§ 4 *In Etruria eo anno fuerat, pacata est*] Vocabula *eo anno* exsulant a Lov. 4. sequens *fuerat* ab edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *est* a Voss. 2. *pacata est* legit Gaertn.

Tres validissimæ urbes, Etruriæ capita, Volsinii, Perusia, Arretium, pacem petiere] *Tres validissimæ urbes Etr. captæ* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. *capit* est in Flor. a m. pr. quum *capita* antea recte scriptum fuisset. Supra IX. 37. 'A Perusia et Cortona et Arretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempestate erant, legati.' Vocat Livius *Etruriæ capita*, quia fuerunt ex duodecim præcipuis ejus regionis urbibus. De Volsiniis id docet Cluver. Ital. Antiq. II. 3. p. 557. de Arretio ibid. p. 571. de Perusia p. 576. Sed ex earum numero Arretium et Perusiam excludit Dempster. Etrur. Reg. IV. 8. qui de Volsiniis agit ibid. c. 15. de Arretio v. 7. de Perusia ibid. c. 9. Ceterum *Volsini* Flor. *Vulsinii* Voss. 1. *Vulsini* Leid. ambo, et Lov. 1. *Vulscini* Lov. 2. *Vulsinum* Voss. 2. et Lov. 3. *Vulsinium* Lov. 4. *Vulscinum* Port. et Hav. *Volscinum* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. qui *Vulscium* invenit in L. 1. Vide ad § 1. Tum *Perusium* Gaertn. quomodo hanc urbem posteriori seculo adpellatam fuisse docet Cluver. loco laud. Denique *Aretium* Leid. 2. Port. Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. *Aretinum* Hav. Sed Hearne auctor est, se *Aritium* invenisse in Oxon. C. *Arretium* in margine cod. N. De orthographia hujus urbis vide Cluver. et Dempster. loc. laud. Viri docti, qui l. IX. c. 32. c. 37. X. 3. § 5. et alibi *Aretium* dederant, hic *Arretium* receperunt, quod reliquis locis reposui.

§ 5 *Et, vestimentis militum frumentoque pacti*] Prima vox non adparet in Port. Gaertn. et Hav. ut nec ultima in Voss. 2. In verbis seqq. *in undecim annos*, pro *in quadraginta*, legunt edd. Rom. 1472. et Parm. Error natus est ex adfinitate numeralium notarum *XI.* et *XL.* Vide ad XXXIX. 20. § 7. Tum *receperunt*, pro *inpetraverunt*, Harl.

Mulcta præsens quingentum millium æris in singulas civitates inposita] Pall. tres et Camp. *singulas civitatibus imp.* Gebh. *In singulas civitates* jam Andreas. Tres tamen Pall. et duo Voss. et Helm. *æris singulis civitatibus imposita.* J. F. Gron. Omnium corruptissime hic optimus Leid. 1. *quingentum militum civ. inposita:* et Lov. 4. *quingentum militum inposita civitati.* At *quingentum millium æris civitatibus imposita* Lov. 2. *quingentum millium æris singulis civitatibus imposita*, præter utrumque Voss. Gronovio laudatum, Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. N. ac C. apud quem L. 1. *in singulis civitatibus* præfert: *quingentum millium æris singulas civitates inposita* Flor. cujus scriptura erroris fontem indicat: literam nempe *roῦ æris* ultimam *s* et præpositionem *in* primum excidisse, quod vox sequens a literis *sin* incipiebat: inde autem jam necesse fuit, ut *singulas civitates* in *singulis civitatibus* mutaretur. Solus Harl. et forte etiam Klockian. unde nihil notatur, vulgatum retinuerunt, quos sequor. 'Inponere multam in civitates,' ut 'inponere asses vectigales in jugera' apud Livium XXXI. 13.

§ 6 *Spe inpetrandi petisset, videretque alios, quod tardius ab urbe exisset*] *Spe impet. cum petisset*, vocula *quum* vel *cum* in præcedentibus deleta, et huc rejecta, Lov. 4. Tum *videratque* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *vidissetque* Lov. 4. Deinde *tardius ex urbe exisset* Voss. 1. et Lov. 1. *tardius urbe exisset* Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Ox.

Digitized by Google

on. B. Sed vulgatum, quod optimi tuentur, rectum est. Infra XXXVIII. 4. 'Ne exitus inclusis ab urbe esset.' Et ita 'excire ab Roma' VII. 39. 'educere ab urbe' VIII. 15. ubi etiam turbant codd. Vide insuper ad XXII. 2. § 10. *Ab urbe exivissent* Lov. 4. Vide ad XXVII. 19. § 10. In verbis modo præcedd. vox *consul* abest a Leid. 2. sed *ob senatum oris*, pro *ab senatu moris* legit Leid. 1.

§ 7 *Ad solatium æquatæ repulsæ sibi quoque negari triumphum*] *Ad repulsæ sol. æquatæ repulsæ* Leid. 2. et Lov. 1. *desolatium æquatæ repulsæ* Lov. 4. Tum *sibi quoque negari triumphum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et quædam edd. principum. *Sibi quoque negatum iri*, omissa voce *triumphum*, Gaertn. *sibi quoque negatum negare triumphum* Hav. In verbis præcedd. *aliosque injussu* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. *Alios, quod jussu* Gaertn. Hinc *in Etruriam exisset*, pro *transisset*, Port. a m. pr.

§ 8 *Vestræ majestatis meminero, ut me consulem esse obliviscar*] *Maj. vestræ meminero* Lov. 4. Tum *esse me consulem obliviscar* Leid. 2. et Lov. 1. *me consulem obliviscar esse* Lov. 2. Sed τὸ *esse* non adparet in Port. et Hav. In seqq. *bella gessi*, transpositis vocibus, Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *gestis* omittitur in Gaertn. et Hav. Tandem *triumpho*, pro *triumphabo*, Gaertn.

§ 9 *Inde inter tribunos plebis contentio orta*] Prima vox non adparet in Lov. 2. nec secunda in Voss. 2. Utraque per compendium scripta fuerat *Iñ int'*; hinc altera ab altera ob ductuum similitudinem facile intercipi potuit. Deinde *contentio orta est* Harl. et edd. principes usque ad Aldum, qui τὸ *est*, a reliquis codd. exsulans, ex contextu ejecit. Id contra iterum revocarunt Paris. 1529. mox Frobenius 1531. atque inde reliqui usque ad Jac. Gronovium, qui denuo delevit. Errasse autem videtur Hearne, notans τὸ *est* non inveniri in edd. Alerienss. et Sigon. Certe in Sigoniana extare vidi. Posses *Inde, inter tribunos plebis contentione orta, pars intercessuros*. Sed Gronovianam lectionem sequor, nisi quod post vocem *orta* recipiam majorem distinctionem, ut est in antiquioribus edd. quum in pleriaque recentioribus sit minima.

Pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet, aiebant] *Et ne novo exemplo* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *aiebat* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. Male. *Pars aiebant* inlustravimus ad v. 38. § 5. Mox *collegam*, pro *collegas*, Lov. 2.

§ 10 *Jactata res ad populum est*] *Jacta res* Pall. duo. *Gebh.* Non aliter etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. errore etiam alibi commisso. Vide ad III. 10. § 3. v. 48. § 4. XXXVIII. 25. § 5. et alibi. Similia vide hoc cap. ad § 2. *Lata res* Voss. 1. Lov. 2. 4. et Hearnii C. Male. Vocem 'jactare' eo sensu quo hic accipi debet, inlustravit Gronov. loco laud. XXXVIII. 25. § 1. Tum *ad oppidum est* inepte Voss. 2. *est ad populum* Harl. et edd. Aldo priores.

Quum L. Horatium, M. Valerium consules] Legendum *M. Horatium, L. Valerium consules* ex III. 55. et seqq. (a. CCCVI.) *Glar. M. Horatium, L. Valerium.* Fuerunt enim a. CCCIII. Livius, Dionys. Cassiod. *Sigon.* Dubium non est, quin recte emendarint Glareanus et Sigonius. Nihilominus *L. Horatium, M. Valerium consules* servant omnes Mss. nisi quod tres postremæ voces desint in Leid. 2. et Lov. 1. atque *et cum eo L. Horatius, M. Valerius* præferat Lov. 4. a m. pr. in quo postea *Horatium* et *Valerium* emendavit manus altera. Præterea *et tum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. et Gaertn. *et tum* Hav.

C. Marcium Rutilum nuper, patrem ejus, qui tunc censor esset] *Gaium. ma. maritium. Rutilium* Pall. duo. *Gebh.*

Digitized by Google

Ita et Voss. 2. et Lov. 3. *Gaiū Mam' cinū Rutilium nuper patrem* Lov. 2. *Gaiū Marmaritium Rutilium nuper patrem* Leid. 1. et Lov. 4. a m. sec. qui *C. Marmaritius Rutilius nuper pater* habuerat a m. pr. *C. Marium Rutilium nuper patrem* Gaertn. *Gaium Rutilium nuper patrem* Leid. 2. et Lov. 1. *Rutilium* reliqui codd. et edd. usque ad Sigonium, qui recte edidit *Rutilum*. Vide ad VII. 17. § 6. Deinde *qui tum censor esset* Lov. 4. Gaertn. et Port. Vide ad II. 12. § 15. *Qui tñ censor esset* Hav. *qui tunc censor erat* Hearnii Oxon. N. Mox præpositionem *ex* ignorant Port. et Hav.

§ 11 *Ni sciret, mancipia nobilium tribunos plebis legem inpedituros*] *Nescire se M. Attilium T. Volumnium tr*ᵒ*B. plebis* prodigiose corruptus Lov. 2. *nesciret M. concipia nob. tribunos plebis* Voss. 2. et Lov. 3. *nesciret*, pro *ni sciret*, etiam Lov. 4. Non dissimili errore *ne scirem* et *nescirem* commutari vidimus ad II. 45. § 12. Tum *legem* abest a Gaertn. et Lov. 4. Paullo ante *Adjiciebat quoque se*, ordine mutato, Port. Gaertn. et Hav. Tò *se* neglegit scriba Leid. 2.

Voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus jussis affutura] Antiqua lectio *pro omnibus jussis esse ac futuram*. Gelen. *Pro omnibus jussisse se ac futurum* Lov. 2. *pro omnibus jussisse ac futuram* Voss. 2. *pro omnibus jussisse ac futurum* Lov. 3. *pro omnibus jussisse ac futuro* Lov. 4. *pro omnibus jussisse ac futura* Leid. 1. *pro omnibus jussis esse affuturum* Port. *pro omnibus jussis adfuturam* Harl. *pro omnibus jussis affutura* Oxon. N. in margine et ed. Aler. apud Hearnium. *Pro omnibus jussis esse ac futurum* Gaertn. et Hav. *pro omnibus jussis esse ac futura* Flor. Leid. 2. et Lov. 1. Gelenii lectionem non damno; ut *futuram* referatur ad nomen remotius *voluntatem*. Ita v. 25. 'Urbs et ager, quæ et ipsa voto continetur.' Ferri etiam posset *futurum*; ut respiceret proximum *favorem*. Auctoritas tamen codicum *futura* præferentium efficit ut eam lectionem malim. 'Voluntatem ac favorem futura,' ut IV. 57. 'Quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent:' ubi vide alia. Ceterum *favorem conscientem populi* Lov. 2. *favorem consentiens populi* Voss. 2. *factiorem consentiens populi* Lov. 3. *factionem consentiens populi* Lov. 4. *favorem populi consentientis* Port. Gaertn. et Hav.

§ 12 *Posteroque die auxilio tribunorum plebis trium*] *Postero die* Gaertn. et edd. ante Frobenianam 1535. Sed vox *die* deficit in Voss. 2. Tum *trib. plebis auxilio trium* Port. Gaertn. et Hav. Neque aliter Leid. 2. et Lov. 1. nisi quod insuper omittant vocem *trium*. Mox *ex consensu*, pro *et consensum*, Lov. 4. contra sententiam Livii.

§ 13 *Postumium, auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus*] *Post. auctorem Claudius* Leid. 2. et Lov. 4. Sed per compendium scriptum fuerat *auctor ē*, quod facile depravari potuit in *auctorē*. Non dissimili modo *intercessiōe*, sive *intercessione*, datum erat pro *intercessio ē*, sive *intercessio est*. Vide ad IX. 8. § 13. *Idē*, sive *idem*, pro *id ē*, sive *id est*. Vide ad X. 8. § 10. Deinde *urbibus aliquot* Portug. Gaertn. et Hav. qui iidem etiam paullo ante legunt *constans est memoria*.

In Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum] *In Apuliam* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Harl. Hearnii Oxon. N. et edd. vett. pro quo *in Apulia* reposuit Ascensius 1513. Tum *saucium esse ipsum* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *saucium*, omisso τῷ *ipsum*, Gaertn. In seqq. *Luceria compulsum*, pro *Luceriam*, Leid. 2. et Lov. 1.

Ab Atilio in Etruria res gestas, eumque triumphasse] Fasti utrumque,

Digitized by Google

Vide Pighium ad a. CCCCLIX. et Perizon. Animadv. Hist. cap. 6. p. 216. *Duk. Res gestas in Etruria* Hav. *in Etruriam res gestas* Gaertn. Quod dictum esse posset, quemadmodum 'bellum in Italiam :' de quo vide ad Epit. Liv. lib. XXI.

§ 14 *Ambos consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse, scribit*] *Ambo consules* Flor. Quamvis autem reliqui nihil mutent, ejus tamen auctoritati cedendum, et lectionem hanc recipiendam censui, quod sæpe Livius 'ambo' et 'duo' casu quarto genere masculino dicere solitus fuerit. Vide ad XXXV. 21. § 5. Deinde *in Samnio et Luceriam* Lov. 1. *in Samnio et Luceria* Leid. 2. Tum *scripsit* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Mox *traductum in Etruriam*, pro *traductumque*, Harl. *traductum in Etruria* Hav. et *ab utroque consule*, pro *ab utro*, Harl. Vide ad VIII. 6. § 13.

§ 15 *Inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat*] *In qua pugna* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *in eaque pugna* Harl. et edd. Aldina vetustiores. Deinde *notam* et *noverat* Lov. 3. 'Notus' et 'votus' in Mss. confundi, vidimus ad v. 13. § 7. Similiter autem librarii etiam confuderunt verba 'novi' et 'vovi.' Exempla exstant v. 23. § 8. IX. 43. § 25. et alibi. *Vocaverat* est in Hav.

Sed fanum tantum, id est locus, templo effatus, jam sacratus fuerat] Lib. meus *id est locus templo jam sacratus fuerat:* recte, si abjicias glossema, *id est locus templo jam sacratus.* Festus in *Sistere fana*, et Varro de L.L. v. p. 54. *Klock.* In tom. I. Syll. Epist. quas Burm. edidit p. 393. Variat hic locus in libris, qua manu exaratis, qua casis. Pal. 1. *primus locus templo effatus sacratus fuerit.* Pal. 2. *sed tantum idem locus templo factus fuerat:* ad marginem adscriptum ostendit, *sed fanum tantum, id est, locus templo effatu sacratus fuerat.* Pal. 3. *locus templo effatus sacratus fuerat.* Hæc Mss. Veteres edd. vero, et in his Andreæ, *sed fanum tantum, id est locum templo effatus fuerat.* Campani dein *sed fanum tantum, id est locus templo jam sacratus effatus fuerat.* Gebh. Aliter Ovidius Fast. VI. 793. 'Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim Ante Palatini condidit ora jugi.' Vide Donatum Romæ Vet. et Nov. l. II. 13. et Nardinum Rom. Vet. IV. c. 13. *Duk. Sed fanum tantum, id est locus templo jam sacr. effatus fuerat*, transpositis solum vocabulis, Flor. Harl. et edd. Tarvisinæ, ac quædam aliæ. *Sed fanum tantum, id est locus, templo effatus, sacr. fuerat*, una vocula omissa, Leid. 1. Lov. 4. Voss. 2. et Hearnii Oxon. B. *sed fanum tantum, id est locus templo effatus fuerat* Voss. 1. Lov. 1. a m. pr. (*locum* emendatur a manu altera) Hearnii Oxon. N. et ed. Rom. 1472. *sed fanum tantum locus templo effossus sacratus fuerat* Lov. 2. *sed fanum tantum idem locus templo effatus sacratus fuerat* Lov. 3. *sed fanum tantum idem locum templo effatus fuerat* Leid. 2. Scriptum fuerat per compendia *id* 3, sive *id est*, quod nullo negotio mutari potuit in *idē*, sive *idem.* Vide ad § 13. *Sed tantum idem locus templo effatus sacratus fuerat* Gaertn. et apud Doujat. unus Colbert. *sed tamen idem locus templo effatus sacratus fuerat* Portug. et, auctore Doujatio, Memmian. ubi *tm̄*, sive *tantum*, perperam mutatur in *tn̄*, sive *tamen.* Vide ad IX. 12. § 6. *Fanum* autem ob similitudinem *rō tamen* excidit. *Sed tamen id locus templo factus fuerat* Hav. A vulgato non recedo, nisi quod voculam *jam*, vix in uno vel altero obviam, expunxerim.

§ 16 *Bis ejusdem voti damnata respublica*] Nemo, credo, umquam aic est Latine locutus: 'respublica venit in religionem, damnatus voti venit in religionem, ut hoc faceret.' Exemplo ab uno disce, ut soleat Livius loqui. Lib. XXII. c. 33. 'In religionem

Digitized by Google

etiam venit, ædem Concordiæ, quam per seditionem militarem biennio ante L. Manlius prætor in Gallia vovisset, locatam ad id tempus non esse.' Scribendum igitur, *bis ejusdem voti damnata respublica*. Nempe postquam jam bis respublica voto Jovi Statori facto servata erat, visum est senatui ad religionem pertinere, ut justa ædes tam facili Deo conderetur. *J. F. Gron.* Cicero de Nat. Deor. II. 4. 'Gracchus quum comitia nihilominus perfecisset, remque illam in religionem venisse populo sentiret, ad senatum retulit.' *Duk.* Emendatio Gronovii facillima est, si velimus per sigias scriptum fuisse *voti damnata R. P.* idque a librariis non intellectum fuisse. Alia exempla vide ad v. 49. § 9. XXVI. 35. § 5. XXXIX. 16. § 3. Quum tamen in vulgatum conspirent omnes codd. et Dukerus ex Cic. laudarit 'res venit in religionem,' non video, cur vulgatum ferri nequeat, modo junctim capiamus 'respublica damnata voti venit in religionem.'

CAP. XXXVIII. § 1 *Qua paterna gloria, qua sua*] *Tam paterna gloria, quam sua* Voss. 2. Lov. 3. 4. Hearnii Oxon. N. in margine, et non paucæ edd. vett. *Tum paterna gloria, tum sua* Lov. 2. Nihil muto. Supra II. 35. 'Usique sunt qua suis quisque, qua totius ordinis viribus:' ubi etiam turbant codd. c. 45. 'Ut nihil movebant, qua consules ipsos, qua exercitum increpando:' ubi vide Gebhard. Particulas has inlustraverat etiam Gronov. in priori ed. notarum Livii ad XXXV. 23. sed ea postea transtulit in Obs. III. 12. Vide etiam Cortium ad Plinii Ep. VI. 28. § 1. Ep. IX. 2. § 2. Rittersh. ad Plinii Ep. X. 18. § 2. Periz. ad Valer. Max. II. 1. in princ. Torren. ad IV. 7. ex. 7. et viros doctos ad eumdem Val. VI. 9. ex. 14. In præcedentibus voces *consul insignis* neglectæ erant a librario Gaertn.

De Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papirium patrem consulem, pepererat] Cl. Puteanus notaverat in Fulvii cod. *patrem cos.* id quod explicare malebat *patrem consulis*. Etsi enim Samnites a L. Papirio consule (fuit autem quinquies) sæpe prælio victi sint; tamen illa nobilis victoria propter arma eorum auro argentoque insignia, quam respicit hic Livius, parta est ab eodem dictatore A. U. C. CCCCXLIV. Sic ille. Mihi autem vetustos libros adhibenti paruit, hoc vitium esse admodum recens: nam Juntas, Gryphius, Curio *cos.* ut Fulvii liber: at Andreas, Tarvisin. Venet. Beccar. Parisiensis cum Ascensii, tum Saveterii, Moguntini plane, *patrem consulis*. J. F. Gron. *Consul*' per compendium Lovel. 2. *consul*, compendii nota omissa, Leid. ambo, Gaertn. et Hav. ut sit *nemo consul præter L. Papirium patrem*. Verum, ut jam Putean. apud Gronovium observavit, præcipuam de Samnitibus victoriam Papirius non consul, sed dictator reportavit. *Cons.* Lov. 1. et 4. *cos.* ante Juntam jam Aldus dedit: *consulem* vero primus Sigonius, et inde Gruterus in ultima ed. quum Aldo priores legant *consulis*, quod in multis etiam meorum codd. superest, et in Memmiano legi Doujatius testatur. Et id probat etiam Oudend. ad Front. Strateg. II. 4. ex. 1. Infra c. 45. de nostro Papirio: 'Ædem Quirini ab dictatore patre votam filius consul dedicavit.' Et ita de Fabio XXIV. 44. 'Consulis pater Fabius:' et contra VIII. 7. 'T. Manlius consulis filius supra castra hostium cum suis turmalibus evasit.' XXIV. 9. 'Q. Fabius consulis filius.' cap. 12. 'Q. Fabium prætorem (is filius consulis erat) Luceriam Graccho succedere jubet:' et c. 43. 'Q. Fabius Maximus consulis filius.' De caussa erroris vide ad X. 10. § 2. Ceterum *de Samniti* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *ad diem*, omissa media voce, Voss. 2. *ad eum diem* Lov. 1. *ad eam diem de Samnitibus nemo*, in alium ordinem congestis vocabulis, Lov. 4.

Digitized by Google

§ 2 *Eodem conatu adparatuque omni opulentia insignium armorum*] *Conatu adparatu*, copula omissa, Port. omittitur et vox *omni* in Lov. 4. sed relicta lacuna. *omnia opulentia insigni* Lov. 2. *omni opulentia insignia armorum* Gaertn. *omni opulentia insignum armorum* Port. et Hav.

Et opes Deorum etiam adhibuerant] Pall. 1. ac 3. *opes etiam Deor. adhib.* Pal. 2. *et Deorum etiam opes adhib.* Vetustæ duæ edd. *et Deorum etiam adhib. opes.* Gebh. Gronov. edidit *et Deorum etiam adhibuerant opes:* qui ordo verborum non tantum superest in vetustioribus edd. verum etiam in Harl. et Flor. nisi quod hic præferat *adhibuerunt:* sed *et Deorum etiam opes adhib.* legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *et Deorum opes etiam adhib.* Gaertn. *opes etiam Deorum adhib.*, exulante prima vocula *et*, Lov. 2. et 3. *Deorum etiam opes adhib.* Voss. 2. *et Deorum etiam adhib.*, sine voce *opes*, Leid. 1. Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *Opes* hic notat 'auxilium.' Supra VII. 28. 'Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem ædem Junoni Monetæ vovit.' Vide Perizonii Animadv. Hist. c. 7. p. 245. Mox *ritu quodam sacramento*, pro *sacramenti*, Gaertn. Tum *vitiatis militibus*, pro *initiatis*, Leid. 2. et Lov. 1.

Delectu per omne Samnium habito nova lege] *Dilectu* Flor. et Leid. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Hinc *per omnem Samnium* Harl. et Lov. 1. a m. pr. *per omnium Samnium* Hav. Tum *habita nova lege* idem Hav. Vide ad VI. 3. § 8.

§ 3 *Qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset*] *Non venisset ad imperatorem, quique* edd. Rom. 1472. et Parm. *non conv. ad imperatorem, quique* Harl. et edd. prioribus ætate proximæ, usque dum Aldus substitueret *non conv. ad imperatorum edictum, quique:* quod etiam superest in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, (nisi quod eorum posterior habeat *convenissent*) Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *non convenisset ad imperatum edictum, quique* Port. Tandem *non convenisset ad imperatorium edictum, quique* vulgavit Froben. a. 1535. idque in Voss. 1. unde nihil notatur, superfuisse videtur. Quamvis autem plerorumque codd. lectio *ad imperatorum edictum* stabiliri posse videatur loco Livii III. 20. 'Conventuros se jussu consulis, nec injussu abituros,' vulgatum tamen, quod Frobenius restituit, *ad imperatorium edictum*, præferendum puto, quod lectio illa eruditior sit, quam ut a librariis profecta esse censeri possit, qui *imperatorum* dederunt, quoniam *injussu* absolute positum ipsis displicuerit; quod tamen Livio familiare est. Vide ad VII. 12. § 12. *Imperatorum* autem datum est pro *imperatorium*, quemadmodum sæpe commutantur *gladiatorum* et *gladiatorium*. Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 10. c. 31. et ad Tiber. c. 7. Præterea *abiisset* Port. Gaertn. et Hav. Vide hoc lib. c. 36. § 3.

Caput Jovi sacratum erat] Vet. lib. *sacratum esset.* Sigon. *Sacratum esset* margo Pal. 2. qualem lectionem inventam inseruit editionibus posterioribus Sigonius: vetustissima cum Pall. tribus habet *erat*, Campani *caput Jovi sacratum, &c.* Gebh. *Erat* servant omnes mei, nisi quod unus Voss. 1. unde nihil notatur, *esset* habuisse videatur: quod verum est. Insuper *caput Jovis sacratum* Leid. 1. Sed ultima litera *τοῦ Jovis* adhæsit voci ob primam sequentis, unde repetita est. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Caput Jovi sacramentum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Exercitus omnis Aquiloniam est indictus*] Vox *omnis* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *Aquilonia* est in Port. et Hav. Deinde *est inductus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et N. in cujus

Digitized by Google

postremi margine recte emendatur *indictus*. Sæpius ita peccarunt librarii. Vide ad II. 38. § 5. IV. 25. § 9. VI. 12. § 1. c. 26. § 4. c. 39. § 10. IX. 42. § 11. XL. 41. § 4. (ubi ipsam locutionem inlustravimus) et viros doctos ad Suet. Aug. c. 28.

Ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat] *Ad LX. millia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. et Hearnii Oxon. N. *ad sexaginta millia* edd. Rom. 1472. et Parm. Ita in Livio etiam nunc peccari XXI. 29. § 3. existimat Gronov. ad enm locum. Tum *quod in Samnio roboris erat* Lov. 4.

§ 6 *Mediis fere castris locus est conseptus cratibus*] *Locus est conspectus crateis* Hav. *locus conspectus est cratibus* Lov. 4. *locus conseptus est cratibus* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *pluteisque linteis contectus* edd. Rom. 1472. et Parm. *pluteisque et linteisque contectus* Lov. 2. *pluteisque et linteis est confectus* Voss. 2. a m. pr. Vide mox ad § 8. at illud *est* in Voss. 2. delet manus altera.

Patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes] *Patens ccc. maxime pedes* Lov. 2. *patens ad ducentos maxime pedes* Port. *patens ducentos ad maxime pedes* Gaertn. et Hav. *patens ducentos maxime pedites* Voss. 2. Insuper vox *pariter* exulat a Lov. 3. 4. et Voss. 2.

§ 6 *Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum, sacerdote*] Illud *lecto* vide utrum ad *libro*, an ad *sacerdote* referendum. Præterea qualis hæc compositio? *Glar.* Sunt, qui ambigant *lecto* ad librum, an ad sacerdotem referendum sit. Mihi non est dubium, quin ad librum referatur: hic enim est sensus: In eo linteis contecto loco ex veteris libri lintei lectione sacrificatum est, Ovio Paccio quodam sacerdote rem divinam faciente. *Sigon.* *Libro veterum linteo lecto* Lov. 4. sed ultimam vocem *lecto* non agnovit Hearnii Oxon. L. 1.

Sacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu] Corrupte Pall. duo *Obvio Patrio*. Pal. 2. *obvio A. Pactio*. Andreæ ed. *A. Paccio*. Campan. *Ovio Pactio*. Gebh. *A. Pactio* edd. Rom. 1472. et Parm. *Obvio Amilio Paccio* Voss. 1. *Obvio Anullo Pactio* Leid. 2. et Lov. 1. *Obvio Aulo Pactio* Hav. *Obvio Avulo Patrio* Hearnii Oxon. C. Et ita etiam ejus N. nisi quod vocem *Patrio* non agnoscat. *Obvio Patrio* ejusdem L. 1. *Ovio Patrio* L. 2. *Obvio Patricio* Lov. 3. *Obvio Pactio* Voss. 2. et Gaertn. *Ovio Pactio* Flor. Lov. 4. et Port. Quam lectionem admisi. De nomine 'Ovius' vide ad IX. 7. § 2. 'Vibius' autem 'et Pactius fratres longe nobilissimi gentis Bruttiorum' memorantur XXVII. 15. Deinde *quodam honore magnatu* Leid. 2. *quodam honore magno natu* Lov. 1. *homine quodam magno natu* Port. *quodam homine maximo natu* Gaertn. Sed *magno natu* passim obcurrit: ut II. 8. c. 23. et c. 40. III. 58. et c. 71. v. 34. XXI. 34. XXVI. 49. et alibi. Vocem *quodam* omittunt Flor. et Lov. 4. Mox *patriæ*, pro *petere*, Hav. et Hearnii Oxon. N. in cujus tamen posterioris margine *petere* recte emendatur.

Qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendæ Etruscis Capuæ] *Qua quondam nisi* Lov. 3. Hinc *adnuendæ Etrus. Cap.* Gaertn. *aliunde Etruscis Capuæ* Lov. 4. *adimendi Etrusci Capuæ* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 7 *Sacrificio perfecto, per viatorem imperator adciri jubebat*] *Sacrificio peracto* Lov. 4. Utrumque in usu fuit Livio. Et quidem alterum XXII. 11. 'Ita rebus divinis peractis, tum de bello reque de publica dictator retulit.' XL. 6. 'Mos erat, lustrationis sacro peracto exercitum decurrere.' Alterum XXII. 1. 'Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis:' et XXIII. 14. 'Rebus divinis perfectis, latoque, ut solet, ad populum, ut equum ascendere liceret.' Deinde

Digitized by Google

accersiri jubebat Lov. 4. In verbis seqq. vox *quemque* omittitur in Lov. 1.

§ 8 *Erat quum alius adparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco*] *Tum alius adp. &c. cum in loco*, particulis trajectis, Lov. 2. *tum alius adparatus* etiam Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 3. Hearnii Oxon. L. 2. C. N. et edd. ante Frobenianam 1535. Vide ad VI. 28. § 3. *Erat tamen alius adp.* Harl. et Hearnii Oxon. N. in margine. *Erat tñ alius adp.* Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *Erat enim alius adp.* Gaertn. Præterea *religionem* Leid. 2. et Lov. 1.

In loco circa omni contecto additæ aræ in medio, victimæque circa cæsæ] *Additæ* redundat. *Gelen.* Paulo ante hunc locum linteis contectum dixit. In hoc ergo loco tam undique clauso erant *aræ* in medio, vel, ut Festus ait, (voce 'Legio,') *ara*. Sigon. Paucæ erant edd. quæ exhibebant vocem a Gelenio expunctam; paucæ ejus loco legebant *adipe*, quod in Harl. etiam obcurrit. Hearne autem ex Oxon. N. laudat *omni confecto adipe in medio*, voce *aræ* omissa. Reliquæ edd. vett. vocem ejectam ignorant; quibus favent alii omnes codd. Erroris fontem egregie aperit optimus Flor. cujus librarius pro *aræ* dedit *ape*, literis *P* et *R* confusis, quæ sæpissime in Mss. commutari solent. Exempla dabo ad XXIII. 1. § 6. Ex voce *ape*, quæ nihil notat, postea factum est *adipe* in cod. Hearnii, hinc utraque lectione juncta *adipe aræ* datum in aliis; ex quo quum sensus commodus non adpareret, id mutatum est in *additæ aræ*: quarum vocum priorem Gelenius induxit: eum autem verum vidisse, tot codicum consensus indicat. Insuper *omni in loco circa* alio ordine Port. Gaertn. et Hav. quorum primus etiam omisit vocem proximam *contecto*. Sed male. Indicat enim Livius locum, quem 'linteis contectum' fuisse § 6. dixerat. Quod autem cod. Hearnii *confecto* legat, erranti scribæ tribuendum est. Vide ad eumdem § 5. Præterea *victimæ circum cæsæ* Lov. 2. Sed vide ad IV. 12. § 9. et mox § 11.

§ 9 *Admovebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps*] Perperam in Pall. et in ed. Andreæ *Admovebantur altaribus magis*. Gebh. Ita et Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hav. Hearnii Oxon. et ed. Rom. 1472. quod displicet, tum quia omnia, quæ sequuntur, itidem in pluralem mutanda forent, quod tantum in paucis nonnulli codd. ut mox per partes indicabimus, et quisque inde colligere poterit; tum quia 'singuli introducebantur,' ut Livius inquit, adeoque numerus singularis magis convenit. Sed *Admovebatur altaribus, magis* insuper Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Gaertn. quod etiam Aldus in contextum recepit: ut adeo in excludendo vocem *miles* consentiant ferme omnes codd. et ad verbum *Admovebatur* ex præcedentibus revocandum sit 'nobilissimus quisque singulatim introductus.' Non audeo tamen vulgatum movere. Deinde *magis victimarum, quam sacri participes* Port. *magis victimarum, quam sacri principes* Hearnii Oxon. B. *magis ut victimarum, quam ut sacri particeps* Gaertn. *magis ut victimarum, quam ut sacri participes* Lov. 2. Hav. et Hearnii Oxonienses L. 2. ac C. Sed an victimarum participes non sunt participes sacri? *Magis ut victima, quam ut sacri participes* Voss. 2. Lovel. 3. et quædam ex vett. edd. Verum ita saltem dari debebat *magis ut victimæ, quam ut sacri participes*, ut præfert Lov. 4. quod tamen nec ipsum probo ob ea, quæ ad prima hujus periodi verba dicta sunt.

Adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum] Perperam in Pall. et in ed. Andreæ *adigebanturque*. Gebh. *Adiciebaturque jurej.* Leid. 1. *adicebatur-*

Digitized by Google

que jurej. Flor. et Lov. 2. ac 3. *adjiciebanturque jurej.* Hav. *adjiciebaturque jurej.* Gaertn. *adigebanturque jurej.* Lov. 4. Port. et Hearnii Oxon. B. L. 2. ac C. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *adigebatur, quæ jurej. visa* Voss. 2. Tum *quæ visa auditaque in eo loco choissent* Voss. 1. et Leid. 2. *quæ visa audita eo loco choissent* Lov. 1. *quæ visa auditaque in eo loco coissent* Lov. 2. *quæ visa auditaque eo in loco coiissent* Gaertn. Deinde *non enunciaturus* Port. Vide ad XXXIV. 29. § 9. *Non enunciaturi* Lov. 2. *non enunciaturos* Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Particula vero negativa non est in Gaertn.

§ 10 *Dein jurare cogebatur*] Perperam in Pall. et in ed. Andreæ *Dein jurare cogebantur.* Gebh. *Deinde* Leid. 2. Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad III. 3. § 6. Tum *cogebantur* quatuor posterius memorati codd. cum Hearnii Oxon. L. 2. et C. *cogebant* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Harl. Hearnii Oxon. N. et edd. principes, pro quo *cogebatur* substituit Mogunt. Id autem receperunt Colon. Cervic. Ascens. 1530. et inde reliqui.

Nisi isset in prælium, quo imperatores duxissent] *Nisi esset* Harl. cum edd. Rom. 1472. Parm. et Mediol. 1480. Vide ad XXVII. 44. § 3. *Nisi essent* Haverk. *nisi issent* Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. Ceterum sensum hujus loci docet Gronov. ad XXXIV. 16. § 1. Tum *quod imperatores* Flor. a m. pr. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4.

Et si aut ipse ex acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset] Prius *si* deficit in Voss. 2. *et si vir ipse ex acie fugisset* legunt Gaertn. et Hav. *et si aut ipsi ex acie fugissent* Lov. 2. *et si aut ipse fugisset ex acie* Lov. 4. Deinde *fugientem vidissent*, et in seqq. *occidissent* Lov. 2.

§ 11 *Id primo quidem abnuentes juraturos se, obtruncati circa altaria sunt*] *Id primo quidem* Voss. 2. et Lov. 4. Vide ad XXXIX. 17. § 5. *In primo quidem* Gaertn. Tum *circum altaria* Hav. Vide ad § 8. Mox *jacent deinde inter stragem* Voss. 2. *jacentes deinde in stragem* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Deinde *documentis ceteris fuere*, pro *documento*, Voss. 1. et Lov. 2. ac 3. Vide ad VI. 3. § 8. *Abnuentes jur. sementis ceteris fuere*, reliqnis omissis, Lov. 4. Tandem *ut abnuerent*, pro *ne abn.* Gaertn.

§ 12 *Ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum*] *Ea destinatione* Voss. 1. pro varia lectione, Voss. 2. Lov. 4. et Hearnii Oxoniensis in margine. *Eadem æstimatione* Lov. 3. Ant. Perizon. locum hunc ad marginem cod. sui ita legendum conjecit: *Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominati ab imperatore; queis dictum.* Vide mox ad verba seqq.

Eis dictum, ut vir virum legerent] Vet. lib. *eis edictum.* Sic l. IX. c. 39. 'Etrusci lege sacrata coacto exercitu, cum vir virum legisset.' Et Virgil. Æn. XI. 682. 'Legitque virum vir.' *Sigon. Eis dein, ut vir* Gaertn. *eis edictum* Port. et Hearnii Oxon. B. An vocula ejecta legendum *obstrictis, decem nominatis ab imperatore edictum?* hoc sensu: Quum primores Samnitium hac detestatione obstricti essent, decem ex eorum numero ab imperatore nominatis edictum est. Præterea *vis visum legerent* Voss. 2. et Lov. 3. neque aliter Leid. 1. nisi quod vocem *legerent* omittat: *vis jussum legerent* Lov. 2. Voces *vir virum* desunt in Lov. 4. relicta tamen lacuna: *legeret* autem Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. C. N. et multæ ex vetustioribus edd. Vulgatum eodem modo dictum est, quo II. 10. 'Dum alius alium, ut prælium incipiant, circumspectant.' III. 50. 'Decemviri perturbati alius in aliam partem castrorum discurrunt.' VII. 8. 'Equites, alius alium increpantes, inferunt

Digitized by Google

pedem.' XXXVII. 24. 'Non tam victoria læti, quam alius alium accusantes.' Quæ vero Modius de locutione 'vir virum legit' ad initium cap. seq. notarat, expunxi, quod apud Briss. de Form. lib. IV. pag. 346. unde descripta sunt, commode legi queant.

Donec sexdecem millium numerum confecissent] *XVI. numerum* Gaertn. *XVI. militum numerum* Voss. 1. et Lov. 1. *XVI. millia militum numerum* Leid. 2. Deinde *implerent* Lov. 4. quod ex interpretis expositione natum est. Infra XXIX. 35. 'Hasdrubal intentissima conquisitione quum ad triginta millia peditum, tria equitum confecisset:' ubi vide.

Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, adpellata est] Ut 'septum,' sic 'conseptum' dicitur, qua voce usus et Varro et Columella. Vocat autem 'conseptum' locum undique septum cratibus, qui, quod linteis erat contectus, 'linteatæ' legioni dedit nomen, quæ ibi conscripta est. Quare Festus ait voce 'Legio:' 'Legio Samnitium linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam, non cessuros se Romano militi juraverunt.' *Sigonius.* Quidam, hunc locum explanantes, dixere, legionem 'linteatam' dictam, eo quod linteis loricis seu thoracibus armarentur: ait enim Livius, 'linteatam' legionem appellatam 'ab integumento, quo erant consepti.' Antiquos vero lineis seu linteis loricis usos, constare aiunt. Æmilius Probus, seu, ut alii, Cornelius Nepos in vita Iphicratis cap. 1. scribit, illum Atheniensibus loricas linteas pro æneis tradidisse, ut expeditiores in militari officio essent. Ad hæc ab Homero Iliad. II. 529. Ajax Locrensis λινοθώρηξ dictus, id est, linteum thoracem habens; ita et paullo post, vs. 830. Amphius etiam λινοθώρηξ dictus. Sed et apud Xenophontem in Pædia Cyri lib. VI. p. 169. Abradates rex Susorum induebatur thorace lineo more patrio; et apud eundem in expeditione Cyri minoris lib. IV. p. 338. Chalybes linteis loricis ad imum usque ventrem induebantur. Et Pausanias de Atticis l. I. c. 21. Sarmatas seu Nomadas loricis lineis usos tradit. Celebratur et Amasis Ægypti regis linteus thorax ab Herodoto III. 47. de quo Plinius XIX. 1. inquit: 'Mirentur hoc ignorantes in Ægyptii quondam regis, quem Amasim vocant, thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ CCCLXV. filis singula fila constare.' Virgilius Æn. XII. 375. 'Lancea consequitur, rupitque infixa bilicem Loricam.' In hunc sensum Sidonius Apollinaris scribit VIII. 3. ad Leonem, 'linteatum' dici, veste seu alio integumento linteo indutum. His tamen non obstantibus, crediderim hujusmodi interpretationem subsistere minime posse, ex ipsius textus verbis: inquit enim Livius, arma insignia et galeas hujus legionis militibus data; non ergo loricas linteas, quas certe non reticuisset, sed signatim nominasset, cum eas non ignoraret; siquidem prius IV. 20. meminerat thoracis lintei a Cosso interfecto Tolumnio adempti, ac in templo Jovis Feretrii sacrati. Præterea Samnitem legionem, inquit, linteatam dictam ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat: et paullo supra dixerat, paratum locum in castris, linteis contectum, et libro linteo lecto sacrificatum, et cætera, quæ sequuntur. Ad hæc Plinius loco citato scribit ex Homeri auctoritate, linteis thoracibus armatos pugnasse, non ita existimandum, linteos thoraces tot fuisse Samnitibus, ut sedecim millia ipsorum (tot enim constituisse legionem linteatam scribit Livius) illis armari potuissent. Postremo omnem scrupum adimit Festi Pompeii auctoritas, qui lib. X. paulo post a principio voce 'Legio' scribit, Samnitum le-

Digitized by Google

gionem linteatam appellatam a Livio, quod Samnites singuli ad aram, velis linteis circumdatam, se non cessuros Romano militi juraverant. *M. Donatus.* *A tegumento consepti* Gaertn. et Port. *a tegmento consepti* Hav. *ab integmento consepti* Lov. 4. *ab integumento consepta* Lov. 2. Male. De voce 'conseptum' vide Salmas. ad Solin. p. 8. Ea etiam usus est Quinctil. Instit. Orat. l. XII. c. 2. 'Si ingenium suum consepto fori, non ipsius rerum naturæ finibus terminasset.' De verbo autem 'consepire' vide Nic. Heins. ad Nason. Metam. l. I. vs. 69. Deinde *a quo sacrata novitas erat* Lov. 2. *quo sacrata novitas*, omisso verbo *erat*, Lov. 4. *quo sacra novitas* Voss. 2. et Lov. 3. *sacra* pro *sacrata* exemplo eorum, de quibus vide ad cap. præc. § 2. Deinde *appellata erat* Leid. 2. Mox *arma insingula data* Voss. 2. *arma ingigia data* Lov. 3.

§ 13 *Paullo plus viginti millium alius exercitus fuit*] *Paullo plus vig. milibus* Lov. 2. *Paullo plus ingenti militum* Leid. 2. In seqq. *nec corporum spem, nec gloria belli, ne apparatu* Voss. 2. et Lov. 3. Vox *belli* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Ad Aquiloniam consedit] Vocula *ad* abest a Flor. Rott. Helm. Voss. Itaque pater ad marginem notavit vel *Aquiloniæ consedit*, vel *Aquiloniam concedit*. Jac. Gron. Notam hanc Gronovii, quæ ad cap. seq. § 5. verba 'ad Aquiloniam pervenit' perperam relata erat, huc revocandam esse, partim ex ipsis Gronovii verbis, partim ex Vossianorum mentione intellexi; quod et Hearnius vidit. Præpositio autem *ad* deficit etiam, præter Vossianos, in Leid. utroque, Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii N. L. 2. ac C. Puto tamen intercidisse ob vocis præced. literas finales. Vide ad IX. 16. § 7.

CAP. XXXIX. § 1 *Sp. Carvilius, cui veteres legiones*] *Senatus P. Calvilius* Voss. 2. *Sp. Carvillius* Port. *Sp. Carvillus* Harl. *Sp. Cornillus* Hav. *Sp. Camillus* Gaertn. Similiter fere variant codd. hoc cap. § 4. Deinde *cum veteres legiones* Lov. 3. et 4.

In agro Interamnati] *Interannati* Lov. 3. *Terati* Hav. *Terracinati* Port. Gaertn. et Hearnii Oxoniensis B.

§ 2 *Dum hostes, superati superstitionibus, concilia secreta agunt*] Ms. Fuldense, *dum hostes operati superst.* quod manifeste verum res clamat, et Lipsii quoque liber manu exaratus firmat: 'operandi' enim verbum veteres in rebus divinis usurpabant. *Modius.* 'Operari' verbum sacrorum esse, præter Modium ad h. loc. docuerunt Pighius ad Valer. Max. VI. 6. ex. 1. Broekhus. ad Tibull. El. II. 5. 95. et Bentl. ad Horat. Carm. III. 14. 16. *Duk.* *Comperati* Gaertn. *comparati* Port. et Hav. *operati* non tantum reliqui, quibus utor, Mss. omnesque Hearnii codd. Oxonienses, sed etiam edd. usque ad Curionem, qui primus *superati* recepit. Id autem obtinuit usque dum Modius, Lipsium, ita præeuntem ad Taciti Ann. II. 14. secutus, ope Msti sui *operati* revocaret, nisi quod interim ita etiam Sigonius ediderit. Ceterum, quæ Modius de verbo 'operari' in sacris usitato ad hunc locum notarat, delevi, quia apud Brisson. de Formul. lib. I. p. 19. unde omnia descripsit, commode legi possunt. Eo verbo ita etiam utitur Livius I. 31. 'Ipsum regem tradunt operatum his sacris se abdidisse;' et Silius II. 673. 'Alecto solium ante Dei sedemque tremendam Tartareo est operata Jovi, pœnasque ministrat.' Vide Vlitium ad Gratii Cyneg. vs. 42. et Tennul. ad Front. Strateg. IV. 7. ex. 44. Adde etiam Passerat. ad Prop. El. II. 33. vs. 2. Præterea *consilia* Voss. 2. Lov. 3. 4. a m. pr. et Hav. innumeris locis obvio errore.

Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit] Ptolemæus III. 1. Vestinis hoc tribuit oppidum. At de locis,

Digitized by Google

quæ Samnitico bello numerat Livius, non omnia certa pronunciavero. Atinatem enim hic numerat agrum, haud dubie in Samnitium ditione: cum Plinius III. 11. Atinates Lucanis adscribat, cap. vero 12. Marsis, et cap. 5. inter Latii populos enumeret. Cominos ait idem III. 12. ex Æquicolis interiisse: hic autem ex nuncio Papirii ad Carvilium misso non ita longe ab Aquilonia distare intelligitur. Aquilonia vero Hirpinorum oppidum a Ptolemæo perhibetur III. 1. Duroniam non temere invenies apud authores. *Glar. Amiternum* Port. et Gaertn. *Amiternium* Leid. 2. Tum *de Samnitibus incepit* Lov. 3. literis ui et in propter ductuum adfinitatem perperam commutatis. Vide ad VII. 33. § 8. *De Samnitibus vi capit* Port. et Gaertn. Ceterum, Amiternum proprie fuisse oppidum Sabinorum, sed trans Alpes in Vestinorum confinio, et hinc facillimo errore Ptolemæum id Vestinis adscribere; hic vero 'de Samnitibus vi captum' dici, non quod in ipso Samnio, proprie sic dicto, situm, sed in Samnitium tum ditione foret, docet Cluverius Ital. Antiq. II. 9. p. 686. eamque ob caussam et alibi sita tamen Samnitibus adscribi, exemplis inlustrat Ital. Antiq. IV. 7. p. 1198.

§ 3 *Cæsa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti*] *Cæsi ibi* Port. et Hav. Livium ita nonnumquam locutum esse, videbimus ad XXXVII. 39. § 12. Hic tamen vulgatum præstare, persuadet aliorum codicum id servantium consensus. Præterea *II. hominum ferme atque octingenta* Lov. 1. *duo millia hominum ferme atque octingenta* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. *atque octingenta* etiam Voss. 1. et Hearnii Oxoniensis N. in margine. *Atque octoginta* Klockian.

Capta quatuor millia ducenti septuaginta] *Capta etiam quatuor millia, &c.* Klockian. *capta et septuaginta* Port. *capta quatuor et septuaginta* Gaertn. et Hearnii Oxoniensis B. *capta quatuor ducenti septuaginta* Flor. et Lov. 2. 3. ac 4. *capta IIII. CC. LXX.* Voss. 1. et Leid. 2. *capta IIII. CC. XL.* Voss. 2. et Leid. 1. *capta quatuor millia ducenta et septuaginta* Hav.

§ 4 *Papirius, novo exercitu (ita decretum fuerat) scripto*] Vet. lib. *ita enim decretum fuerat.* Sigon. *Ita enim decretus erat* Leid. 2. *ita enim decreto erat* Lov. 1. *ita enim erat decretum* Lov. 2. *ita enim decretum erat* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonienses, N. B. C. et ed. Parm. *ita vero decretum erat* Harl. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ usque ad Aldum, qui *enim*, pro *vero*, recepit; sed voculam ejecit Froben. 1535. Et recte. Eam enim omisit etiam Flor. et soliti fuerunt librarii particulam *enim* interponere, ut orationem Livianam, ex eorum sententia male hiantem, melius connecterent. Vide quæ notantur ad VIII. 30. § 14. IX. 26. § 7. XXII. 15. § 1. c. 28. § 5. XXXII. 7. § 3. Eamdem ob caussam interpolarunt etiam vocula *nam:* (vide ad hujus lib. c. 17. § 10.) vocula *vero;* (vide ad XXI. 13. § 2.) vocula *sed;* (vide ad VI. 32. § 8.) De similibus parenthesibus omni connexione destitutis vide ad V. 28. § 9. Præterea *L. Papirius*, addito prænomine, Hearnii Oxoniensis L. 1. Sed prænomen tuto omitti potest, quum hujus anni consulem Papirium 'Lucium' dictum fuisse jam tradiderit cap. præc. Tum *novo exercitu, &c. sumpto* Voss. 2. et Lov. 3.

Duroniam urbem expugnavit] In nomine hujus urbis nihil mutant codd. scripti. Pighius tamen in Annal. ad a. CDLX. p. 397. eam vocat *Doroniam.* Doujatius autem quis locus significetur, se divinare non posse, fatetur, nisi mendum sit, ac legendum *Furconiam;* quod Sabinorum oppidum in confiniis Vestinorum Marsorumque non procul Amiterno esse docet.

Digitized by Google

Verum, præterquam quod Cluverius, diligentissimus Italiæ descriptor, Ital. Antiq. l. II. c. 9. p. 686. 'Furconiam' demum ex septimi et octavi post Christum natum seculi auctoribus proferat, non videntur etiam ambo consules tam vicino itinere in hostes movisse. In geographia veterum multa ἄναξ λεγόμενα obcurrunt, quæ tamen ob solam hanc causam erroris suspecta esse nequeunt, nisi ingentem omnia mutandi januam aperire velimus. Mox *plus aliquot occidit*, pro *plus aliquanto*, Port. et Hav. Vide ad II. 39. § 1. Deinde *parata*, pro *parta*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide v. 6. § 1.

§ 5 *Pervagati Samnium consules*] *Samnitium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxoniensis N. qui pro eo in margine ostentat *Soranum*; quod etiam præferunt in contextu Port. et Hav. ejus loco *Loranum* habet Hearnii Oxoniensis C. Deinde *consul* Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 10. § 2.

Maxime depopulato Atinate agro, Carvilius ad Cominium] Non potest tolerari ista distinctionis nota, et sufficit levior quam reponimus. *Jac. Gron.* Hæc Holstenius p. 222. Annotationum in Cluverii Ital. Antiq. ad p. 1042. ubi de 'Atina Volscorum' agitur, adscripsit. Sed parum verosimile est, eam hic designari; quia et Livius satis aperte dicit, agrum illum 'Atinatem' in Samnio fuisse, et nulla caussa erat, cur Romani agrum Volscorum sociorum depopulari voluerint. Nec cogitari potest de 'Atino Lucanorum,' cujus gentile est 'Atinas,' quodque non ita longe ab Aquilonia in Hirpinis aberat. Nam, Lucanos itidem socios Romanorum fuisse, constat ex hoc libro Livii c. 11. et 33. Si locus mendo caret, quærendum est an usquam alibi mentio 'Atinatis agri' in Samnio fiat. *Duk.* Distinctio, quæ Jac. Gronov. displicuit, primum in edd. Grut. adparuit. Quum autem ipse semicolon ejus loco reposuerit, in prioribus non nisi comma visebatur, quod sufficere existimavi. Ceterum vox *maxime* deficit in Leid. 2. et Lov. 4. Deinde *Antinate agro* Klockian. *Attinate agro* Lov. 2. 4. Port. Gaertn. et Hav. Cluverius autem Ital. Ant. l. IV. c. 7. p. 1193. probaturus Livium inproprie Samnii nomine adpellare loca, quæ Samnites extra Samnium suum vi vel persuasu in suam redegerunt potestatem, etiam hunc laudat; ita tamen adfert, quasi pro *Atinate agro* scriptum invenisset *Antiate*. Neque tamen error hic librariis adscribi potest, quia addit deinde Livium hic Samnium prope Romæ admovere ad Antium usque, Volscorum gentis caput; quod revera 'Antio,' non 'Atiuæ,' convenit: præterea quia dicit, se III. 7. ostendisse, Antium fuisse Volscorum caput, quod etiam ibidem fecit p. 988. quum de 'Atina' demum agat cap. sequenti 8. p. 1040. At dubium non est, quin *Atinate agro* vera sit lectio, et Cluverius aliquid humani passus sit. Intelligo vero 'Atinam Volscorum,' sed quæ hoc tempore erat in potestate Samnitium. Præterea *Calvilius* Voss. 2. *Carvillius* Port. *Carvillus* Hav. *Camillus* Gaertn. quæ varietates etiam mox iterum obcurrunt § 7. Vide ad § 1. Tum *ad Commisium* Leid. 1. et Port. *ad Communium* Lov. 1. a m. pr. *ad Conillium* Hav. *ad Cominum* Hearnii Oxon. L. 1. Quæ autem Jac. Gronovius ad verba seqq. 'ad Aquiloniam pervenit' notarat, potius pertinent ad verba cap. præc. finalia 'ad Aquiloniam consedit.' Certe codd. Flor. et Voss. quos memorat, non hoc loco, sed cap. præc. præpositionem *ad* ante vocem *Aquiloniam* omittunt.

§ 6 *Neque graviter pugnatum: lacessendo quietos*] Quidam *gnaviter* emendarunt. Cæterum, quæ sequuntur verba perquam obscura sunt. *Glar.*

Digitized by Google

Pall. duo meliores, binæque vetustæ edd. *neque naviter pugnatum.* Lib. XXX. c. 4. 'Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri.' *Gebh.* Mss. et vett. edd. usque ad Gryphium vel *gnaviter*, vel *naviter.* Primo video mutatum Curioni. Lib. XXX. c. 4. 'Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum gnaviter geri:' sic enim ibi liber optimus. *J. F. Gron. Graviter* legunt Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. ex editis autem ante Curionem ita præferunt edd. Tarvis. altera, Ven. 1495. et 1506. Ascens. 1510. 1513. 1516. et Paris. 1529. Sed recte alterum *naviter*, vel *gnaviter*, probarunt viri docti, quod in ceteris meis et Hearnii Oxoniensibus constanter superest. Infra XXIV. 28. 'Sed, quod volebant, non, quam maturato opus erat, naviter expediebant.' Potius autem *naviter* legendum esse, dixi ad III. 41. § 8. quamvis tamen *graviter* ex *gnaviter* corruptum sit. Præterea *nec*, pro *neque*, Leid. 1. Lov. 4. Harl. et edd. antiqq. quasi id necesse foret, quoniam *nec cessatum* præcesserit. Verum reliqui codd. *nec* servant, quod primus Aldus reposuit; et, post *nec* recte *neque* inferri, vidimus ad IX. 9. § 14.

Comminandoque magis, quam inferendo pugnam, dies absumebatur] *Comminando magis* sine copulante particula Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Tum *assumebatur* Leid. ambo, Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et quædam edd. vett. Vide ad IX. 17. § 6. In verbis seqq. *quæ quum inciperetur*, pro *quod*, Neapol. Latinii: *quod quum inciperet* Gaertn. Sed vide hoc lib. ad c. 10. § 1. Tum *rerum cura, etiam parvarum*, addita perperam voce, Lov. 2. Denique *perferebatur in dies*, pro *proferebatur*, Voss. 2. Vide ad v. 4. § 12.

§ 7 *Altera Romana castra viginti millium spatio aberant*] Pall. 1. ac 3. *castra, quæ xxx. millium spatio aberant:* neque dissentiunt, nisi in numero, ceteri nostri libri: sicut mox singuli et universi *omnibus gerendis intererant rebus*, non *gerentis.* Gebh. Vocem *quæ* servant Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Ea tamen locum habere nequit. Præterea *xxx. millium spatio* Voss. 2. et Lov. 3. *gerentis* autem a Gebhardo inprobatum in primis tantum Gruteri edd. obcurrit, sed ab ipso jam in postrema emendatur recte in *gerendis*, quod retinent omnes libri. Ceterum *interarant* deest in Port. cujus loco *intereant* præfert Hav. Mox etiam *in Aquilonium, quam in Comminium* Leid. 1. et Gaertn.

§ 8 *Jam per omnia ad dimicandum satis paratus, nuncium ad collegam mittit*] Vocula *jam* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde Jac. Gronov. ad Livii XXI. 34. § 5. pronunciat vix dubitandum videri, quin dederit Livius *jam omnia ad dimic. satis paratus.* Sane, aliis locis Livium ita loquutum fuisse, certum est. Vide ad XXXVII. 7. § 15. An tamen etiam hoc loco ita loqui voluerit, ut dubitem efficit omnium, quibus usus sum, codicum consensus in vulgatam scripturam. Deinde *nuncios ad collegam mittit* Lov. 4. sed mox addit *nuncius habuit*, et *nuncio misso.* Quin et unicus rei nunciandæ subficiebat. *Nuncium eo ad collegam mittit* Harl. et editi Aldo priores, qui additam voculam omisit, probantibus reliquis scriptis.

§ 9 *Quanta maxima vi posset, Cominium obpugnare, ne quid laxamenti*] *Quantum maxima vi posset* Port. et Gaertn. Male. Vide ad IX. 10. § 10. *Quanta maxuma vi posset* Flor. Vide ad II. 17. § 5. *Quanta maxima vi possit* Lov. 4. Hinc *nequit laxamenti* Leid. 1. et Port. *inquit laxamenti* Hav. Deinde in verbis proximis *subsidia in Aquil., mittenda*, addita præpositione, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Papirius, nuncio misso, extemplo concionem habuit*] Aut ὕστερον πρό-

Digitized by Google

τερον est, aut nova repetitio. Nam dies nuncii missi ut cum die concionis conveniat, non plane video: nisi quis hic *misso* pro 'dimisso' exponat. *Glar.* Intelligo Papirium, quum nuncium ad collegam misisset, eodem adhuc die concionem illam habuisse. Neque video quid Glareanum morari potuerit. Mox verba proxima *multa de universo genere belli* desunt in Voss. 2. culpa scribæ, cui fraudi fuit repetitio vocis *multa*. Vide ad IX. 11. § 11. Vox *belli* autem non exstat in Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4.

De præsenti hostium adparatu, vana magis specie, quam efficaci ad eventum] Forte, *de præsentis hostium adparatus vana magis specie*. J. F. Gron. Nisi tamen illa *vana magis specie, quam efficaci ad eventum* per appositionem, quam vocant, dicuntur. *Duk. De præteriti host. adp.* Lov. 3. Tum *varia magis specie* Leid. 2. in contextu. Vide ad XXII. 7. § 4. *Magis vana specie* Port. Gaertn. et Hav. Deinde *efficacia deventum*, literis, una serie olim conscribi solitis, inperite in voces divisis, Flor. *Effici adventum* Leid. 1. *efficaci adventum* Voss. 2. Lov. 4. et Hav. *efficaci adventu* Lov. 3. *efficaci eventu* Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. ac C. *efficaci ad cunctum ev.* Gaertn.

§ 12 *Non enim cristas vulnera facere*] Omnia hæc vocabula exsulant ab Hav. sola autem vox *cristas* a Leid. 2. Deinde *Romanum prælium*, pro *pilum*, legit iterum Hav. et *geratur res ferro*, transpositis dictionibus, Leid. 2. et Lov. 1.

§ 13. *Auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente, &c.*] De hac re IX. 40. 'Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt.' *Sigon. A parenti suo* Port. *et parente suo* Gaertn.

Spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma fuisse] *Spoliaque honest. vict. hosti* Hearnii Oxon. N. *spoliuque ea honest. victoria hosti* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. Deinde *quam ipsis armis fuisse* Lov. 4.

§ 14 *Datum hoc forsan nomini familiæque suæ*] Hic redundat *forsan*. Gelen. Vet. lib. *Datum hoc forsan nomini.* Sigon. Particulam, ejectam Gelenio, repono auctoritate Pall. omnium, et Campan. editionis, *Datum hoc forsan nomini:* sic c. 40. libri iidem inserunt 'Exeunti forte in aciem.' *Gebh. Forsan* deest in ed. Rom. 1472. Reliquæ edd. quas vidi, omnesque codd. particulam illam tuentur, nisi quod *forsitan* legant Lov. 2. et Hav. Præterea *novum familiæque*, pro *nomini fam.*, legit idem Hav. Mox *oppugnaret*, pro *opponeretur*, est in Lov. 4.

Spoliaque ea referrent, quæ insignia publicis etiam locis] *Spolia ea referrent* Leid. 1. *spoliaque referrent* Port. Gaertn. et Hav. Tum *etiam publicis locis* edd. Aldina priores.

§ 15 *Tum, si qua conjectura mentis divinæ sit, nulli unquam exercitui fuisse infestiores*] 'Deos inmortales,' ut præcessit, quo hæc sunt referenda. Quare non probo repeti in Pall. duobus *nulli unquam exercitui Deos fuisse infestiores.* Gebh. Recte judicavit Gebhardus. Eumdem errorem tamen committunt Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Hinc *Si qua tum conj. mentis divinæ sit*, vocibus transpositis, Lov. 3. *Tum si qua conj. metu divini sit* Klockian. Præterea *nulli numquam exercitui* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr. *nulli umquam exercitu* Leid. 1. Paullo ante *Deos inmortales esse*, pro *adesse*, Port. et Hav. Male. Non enim tam nunc confitebatur verum esse Deos existere, quam eos vindices fœderum toties ruptorum adfuturos; ut VIII. 7. 'Aderit Jupiter ipse, fœderum a vobis violatorum testis.'

§ 16 *Nefando sacro mixta hominum pecudumque cæde respersus*] *Nefanda sacra missa* Hav. *nefando sacra mixta* Lov. 4. Mox *ancipiti deinde iræ*, pro *ancipiti Deum iræ*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 17 *Oderit sacramentum, uno tem-*

Digitized by Google

pore Deos, cives, hostes metuat] *Ederit sacram.* Hav. *sacram. oderit* Port. Deinde *metuit* Lov. 2. 3. 4. Voss. 2. Leid. 1. et Oxon. N. in margine, teste Hearnio, qui *metuerit* invenit in L. 2. et C. quasi id requireret præcedens *juraverit, oderit,* quum tamen sensus hic exigat præsens.

Cap. xl. § 1 *Hæc, comperta perfugarum indiciis*] *Incomperta* Gaertn. Tum *profugarum* Lov. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide mox ad § 6. et ad xxii. 23. § 4. Deinde *induciis* Lov. 1. simili ferme errore, quo 'dicere' et 'ducere' in Mss. commutari solent; de quo vide ad xxxviii. 43. § 1. Mox *diseruisset* Leid. 2. *deseruisset* Port. Gaertn. et Hav. et *odere*, pro *oderunt*, Lov. 4.

§ 2 *Et pullarium in auspicium mittit*] *Et pullarium in ausp. mittit* Gaertn. *et pull. et ausp. mittit* Voss. 2. 'In auspicium mittere' ea forma dictum, qua 'mittere in suffragium' apud Livium, et 'mittere in consilium' apud Cic. sæpius obcurrunt.

§ 3 *Æque intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem spectabat*] *Æqui intenti erant* Hav. *intenti erant æque* Leid. 1. Hinc *dum militum* Gaertn. et Hav. Tum *exspectabat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad vi. 38. § 1.

§ 4 *Ad eos, qui auspicio intererant, pervenit*] *Ad Deos* Port. Sed prima litera posterioris vocis perperam repetita est ex ultima præcedentis. Vide ad xxxvii. 29. § 8. Contrario errore *eorum*, pro *Deorum*, librarios dedisse, vidimus ad viii. 30. § 9. Præterea *auspicio incurrerant* Voss. 2. *auspicio interant* Leid. 2. et Lov. 1. errore scribarum, qui, quum forte *int'erant*, vel *inter'ant*, scriptum invenissent, compendii notam neglexerunt. Deinde *perunt*, pro *pervenit*, Hav.

Pullarius, auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nunciavit] Inter cætera auspicia, quibus antiqui Romani maximam curam adhibuere; ita ut, nisi his præmonentibus, comitia non haberent, neminem ad principem magistratum promoverent, non pacem, non bella inirent, nec pugnam aggrederentur; pullorum auspicia multæ existimationis fuisse, passim legimus. His enim e cavea emissis pulli vel offa pro cibo ab aruspice, 'pullario' dicto, dabatur: quod si, oblata esca, pulli e cavea non exissent, aut progressi illam non attigissent, tristis eventus omen erat, quod Val. Max. i. 4. et Livius lib. xix. tradidere. Sic Ti. Graccho, qua die cæsus occubuit, pulli, emissi e cavea, retro cessere, ex Plutarcho in illius vita p. 882. Et Claudius Pulcher in hostes moturus, non pascentibus in auspicando pullis, navali pugna, classi profligata, inprospere conflixit, ex Suet. in Tiber. c. 2. E contra vero, si pulli, e cavea egressi, oblatum cibum depasti essent, ita ut, illis pascentibus, offæ seu pultis frustulum ab ore in terram decideret, et in terra paviret, auspicia secunda portendebat, atque fortunatum eventum, quod Cic. i. et ii. de Divin. et Festus Pomp. lib. xiv. tradidere. Hoc autem vocabatur 'tripudium solistimum,' in hæc verba docente ibidem Cic. de Divin. ii. 34. 'Sed quia, quum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire, terripavium primo, post terripudium, dictum est, hoc quidem jam tripudium dicitur; quum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant.' Quod et libro Epist. Famil. refert. 'Solistimum' vero dicebant ab imo solo, quod offa ex ore cadens feriebat. At hæc auspicia ab ipsis tandem Romanis post multa secula, tamquam omnino superstitiosa, repudiata; ut videre licet apud Cic. lib. de Divin. Divinis vero legibus et nostris canonibus sunt damnata, ut patet ex causa xxv. quæst. 5. Nec omittendum il-

Digitized by Google

lud Accii antiqui poëtæ: 'Nil credo auguribus, qui aures verbis divitant alienas, suas ut auro locupletent domos:' et jure Val. Flacc. Argon. I. 232. 'exta lubrica' appellat, quod auspicia omnia inconstantia et fallacia sint. Mendacii autem pullorum auspicia coarguit locus hic, quis, etsi, pro Papirio auspicante pullario, pulli non pascerentur, vicit tamen ille pugnans, et multa millia hostium fudit et interemit, pullario, qui mentitus erat, in primo congressu ante signa occumbente. *M. Donatus.* Modiana ad hunc locum delevi, quia ad verbum descripta erant ex Brissón. de Formul. lib. I. pag. 124. ubi commode videri possunt. Ceterum *crepudium solistrinum* legunt Voss. 2. et Lov. 3. *trepudium solivistium* Leid. 2. *trepudium solistinum* Lov. 1. *trepudium solistinium* Lov. 4. *tripudium solistinium* Gaertn. *tripudium solistinum* Port. *tripudinum salestinum* Flor. Præterea *nunciat* Lov. 2.

§ 5 *Auspicium egregium esse, et Deis auctoribus rem gesturos*] *Ausp. mittit egr.* Klockian. Tum *egregium esse, Deis auct. rem se gesturum* Voss. 2. et Lov. 3. *et Diis auct.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. Port. et Hav. Mox *signumque proponit*, omissa media voce, Hearnii Oxon. C.

§ 6 *Exeunti jam forte in aciem*] *Forte* scriba adjecit de suo. *Gelen.* Vet. lib. *jam forte in aciem.* Sigon. *Τὸ forte* ab uno tantum Lov. 4. ut et ab ed. Rom. 1472. exulat: reliqui constanter defendunt. Prodigiose tamen errans Gaertn. librarius *Exeunte jamque fortẽ aciem* dedit.

Nunciat perfuga, viginti cohortes Samnitium (quadringenariæ ferme erant) Cominium profectas] *Quadrigenariis* quidam emendarunt; temere meo quidem judicio. Ælianus de aciebus instruendis vocat cohortem 'pentacosiarchiam,' id est, quingentariam, quæ sit ex hominibus quingentis duodecim: ad quam formam hic 'quadringenariam' vocasse videtur Livius. Similis locus fuit lib. VII. ab urbe cond. ubi obiter etiam aliquid attigimus. *Glar.* Pal. 2. *perfuga viginti cohortes (quadragenariæ ferme erant) Com. profectus enunciat.* Gebh. *Nunciat profuga* edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide hoc cap. § 1. *Quæ quadrigenariæ ferme erant* Voss. 1. et Lov. 1. *qua quadrigenariæ ferme erant* Leid. 2. De pronomine relativo perperam a librariis inserto vide ad XXII. 46. § 9. *Quadrigenariæ* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et quædam ex vett. edd. *Quadragenariæ ferme erant* Lov. 4. Hearnii Oxon. B. L. 2. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *quadraginta ferme erant* Gaertn. *XL. ferme erant* Port. et Oxon. N. *quadragenariæ formæ erant* Hav. Vulgatum rectum est. De cohortibus 'quadringenariis' vide ad VII. 7. § 4. 'Ferme' et 'formæ' etiam aliis locis in Mss. commutari solent. Vide ad XXXVII. 23. § 5. Præterea *Com. profectas enunciât* Hav. *Com. profectas nunciat* Gaertn. Et tamen uterque in præcedentibus servat τὸ *nunciat.*

Ipse signa ocius proferri jubet, subsidiaque] *Ipse sibi signa* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Tum *præferri* iidem tres Lov. Vide hoc lib. c. 33. § 7. *Proferre* edd. Rom. 1472. et Parm. Infra XXII. 42. 'Clamor inde ortus, ut signa proferri juberent.' Tum copula *que* deficit in Lov. 2. Mox autem *quoque*, pro *quæque*, Gaertn. Vide ad XL. 5. § 5. Deinde *attribuebat*, pro *attribuerat*, Voss. 2.

§ 7 *C. Ceditium et Trebonium*] Vet. lib. *C. Cædicium et C. Treb.* Sigon. Posterius prænomen non exstat in Flor. Rott. Helm. Voss. nec in editis vetustis. Itaque scripsit Livius *Caios Cædicium et Trebonium.* J. F. Gron. Sigonio ex meis tantum favent, ac bis prænominis *C.* sive *Caii*, notam servant Port. Gaertn. et Hav. Trebonio *A.* sive *Auli* prænomen dat Hearnii Oxon. L. 1. Reliqui posteri-

Digitized by Google

ori huic nullum prænomen tribuunt, unde Gronov. *Caios*, ut ad utrumque referatur, scribendum conjecit: cui quodammodo jam præivit Pighius in Annal. ad a. CDLV. p. 388. legens *C. C.* id est *Caios, Cædicium et Trebonium*. Vide ad IV. 48. § 1. Et ita Gronovius legebat hoc lib. c. 1. 'Marcis Livio Dentre et Æmilio consulibus.' Præterea *Cedum*, pro *Cædicium*, Voss. ambo. *Cedium* Lov. 2. 3. Leid. ambo, Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. et N. in contextu, qui in margine *Ceditium* præfert. *Cædium* Flor. a m. pr. pro quo altera interpolavit *Cædicium:* sed *Cælium* Lov. 4. et Gaertn. De orthographia vocis *Cædicium* vide ad II. 52. § 6. Deinde *Trebunium* Flor. *Trebonum* Port. *Tribonium* Voss. 2. et Lov. 3. Similiter fere peccarant codd. III. 65. § 3. Hinc *præfectis* Leid. 1. *præfectos* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Paullo ante Scipionis prænomen *L.* deerat in Voss. 2.

§ 8 *Sp. Nautium*] Prænomen unica littera *S* exprimit Lov. 4. Vide ad IX. 1. § 1. *Noutium* est in Leid. 1. *Natium* in Flor. *Novum* in Voss. 2.

Cum cohortibus alariis] *Alaribus* alii recte emendarunt. Nam paullo post de eodem Sp. Nautio dicturus est cap. seq. 'Sp. Nautius dux alaribus cohortibus erat.' Vegetius II. 1. equites intelligit, qui ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies. Cæterum Livius postea cap. 43. ubi Carvilius consul præsidium contra Samnitium viginti cohortes mittit, ita ait: 'D. Brutum Scævam legatum cum legione prima, et viginti cohortibus alaribus, equitatuque ire adversus hostium subsidium jussit:' hic aperte et legionarii, et alares, et equites distincte nominantur: quare etiam pedites intelligi fortassis possunt, etiamsi hoc loco in equis veniant cum Sp. Nautio. *Glareanus. Alariis* servant Voss. 2. Leid. ambo, Flor. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. N. L. 2. et edd. usque ad Aldum, qui substituit *alaribus*, duobus meorum Voss. 1. et Lov. 1. consentientibus. Similiter variant codd. in loco a Glareano laudato c. 43. § 3. et XXXV. 5. § 8. sed *alaribus* constanter præferunt codd. cap. seq. § 5. et contra *alarii* ex unico cod. editum, et ab omnibus servatum est XL. 40. § 9. ut utrumque in usu fuisse verisimilius videatur. Præstare itaque puto, ut hic et plurium et integerrimorum codicum lectionem *alariis* in contextum revocemus. Cetera male hic dubitat Glareanus, utrum per 'cohortes alarias' equites intelligendi, an pedites. Nam hoc tempore socii, qui in castris Romanis militabant, divisi erant in alas, dextram et sinistram: per 'cohortes' autem 'alarias' intelliguntur eorum pedites; per 'equites alarios' eorum equitatus. Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 7. Schelium ad Hygin. p. 1076. et dissert. 12. ad Polyb. et quæ ex eo per compendium retulit Græv. ad Cic. ad Famil. II. 17. Per 'cohortes' itaque 'alarias' non tam 'fortassis possunt,' ut inquit Glareanus, verum omnino debent intelligi pedites, sed sociorum: quod autem pedites illos 'hoc loco in equis venisse' dicat, in eo fallitur: non enim memorantur 'equi,' sed 'muli.' Præterea iis non pedites sociorum, sed calones insederunt. Jubente Papirio, Nautius cohortes alarias, adsumtis calonibus, qui mulis, unde clitellæ detractæ erant, insidebant, in tumulum conspectum circumduxit. Quum autem calones frondosos ramos per terram trahentes densissimum pulverem excitassent, præcedentium peditum arma signaque in primo per turbidam lucem adparebant, pulvis autem excitatus efficiebat, ut calones speciem equitum agmen cogentium darent. Vide cap. seq. Ceterum, quum in edd. Gronoviorum, quæ cum Notis Variorum prodiere, similia ferme, atque hic Glareanus in prima

Digitized by Google

parte notæ tradidit, ex Godelæv. excerpta essent, Dukerus etiam monebat per 'cohortes alarias' pedites sociorum intelligendos esse; idque firmabat Lipsii et Scheliii auctoritatibus.

In tumulum conspectum propere circumducere jubet] *Conseptum*, arboribus scilicet, legit Robertus Titius. Lego *consiptum*, id est *consitum*. Klock. *In tumultum profectum* Gaertn. 'Tumulus' et 'tumultus' etiam alibi in Mss. confundi, vidimus ad VII. 34. § 9. *In tumulum prospectum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Lov. 4. a m. pr. Hav. et Hearnii Oxon. N. *in tumulum aspectum* ejusdem codex L. 2. Male: 'tumulus conspectus' est conspicuus. Vide ad IV. 13. § 5. Deinde *prope circumd. jubet* Lov. 2. et Port. Vide ad XXXIX. 31. § 4. *Propere circumd. libet* Leid. 1. *Τὸ propere* deficit in Hav.

Atque inter ipsam dimicationem, quanto maxime posset, moto pulvere ostendere] Pall. omnes et Camp. *motu pulverem est*. Andreas *motu pulveres ost*. Gebh. Hæc lectio ex Heinsii ed. Elzev. profluxit. Omnes priores præferunt *atque inde inter ipsam*: quod servant etiam Flor. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. *ac inter ipsam* est in Lov. 1. 2. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *at inde inter ipsam* Voss. 2. et Lov. 3. *ac inter ipsam* Voss. 1. et Leid. 2. ubi *τὸ in̄*, sive *inde*, interceptum est a prima syllaba vocis *inter*. Similem errorem vide hoc lib. c. 37. § 9. *Et tñ inter ipsam* Gaertn. sed, *tñ* et *in̄*, sive *tamen* et *inde*, ob ductuum similitudinem sæpe in Mss. confundi, vidimus ad V. 18. § 8. Hinc *moto pulveres ost*. Voss. 1. *moto pulverem ost*. Voss. 2. *motu pulvere ost*. Leid. 1. et Hearnii Oxon. N. ac L. 2. *motu pulveres ost*. Leid. 2. Lov. 1. Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *motu pulverem ostenderet* Neapol. Latinii: *motu pulverem ost*. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. et Hav. *quanto maxime posset motu, pulverem ost*. Lov. 4. quod Dukero non displicebat. De hac locutione vide ad IX. 10. § 10. Solus Flor. vulgatum tuetur.

§ 9 *Altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei, exauditaque*] *Altricatio inter pull. orta* Leid. 2. Vide ad IV. 6. § 1. *Altercatio inter pull. sortita* Hav. Tum *exauditoque* Gaertn. *audituque* Flor. Harl. et quædam ex edd. vett. At 'exaudire' pro audire Livio frequens est. Vide ad III. 56. § 8.

Sp. Papirio fratris filio consulis, ambigi de auspicio, renunciaverunt] *Sp. Pap. factis cons. filio* Hav. *Sp. Pap. fratris consulis filio* Port. et Gaertn. Tum *de auspicio renovaverunt* Hav. *de auspicio nunciaverunt* quædam ex priscis edd. Male. Supra IV. 24. 'Quum renunciatum a mercatoribus esset, negata Veientibus anxilia.' VI. 7. 'Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt.' XXV. 3. 'Naufragia, quæ vera renunciaverant, fraude ipsorum facta erant, non casu:' et alibi sæpe.

§ 10 *Juvenis, ante doctrinam Deos spernentem natus, rem inquisitam*] Mstum *ante hoc tñum Deos spernendam natus*. Lege *ante hŏc* (id est *hunc*) *rittum*: per duplex *t*, pro *ritum*. Vel lego *Juvenis religione tactus rem ante inquisitam*. Supra I. 46. 'Religione tactus hospes.' Videntur autem illa verba, *doctrinam Deos spernentem*, inperiti nebulonis glossema ad illa quæ paullo ante præcedunt, 'qui rem haud spernendam rati:' inde vitio librarii et errore in ipsum obrepsisse contextum. Supra III. 20. 'Nondum hæc, quæ nunc tenet seculum, negiegentia Deum venerat.' *Klock*. Sollemni lapsu Pall. duo *nactus*. Pal. 2. *Juv. ñt doctrinam Deorum spern. nactus*: alia tamen apposita scriptura *Juv. autem doctrinam non adeo Deorum spernentem ratus*. Campan. *Juv. doctrinam haud spernendam ratus*. Vul-

Digitized by Google

gata lectio sincerissima est, qua perstringit Livius Epicureos. *Gebh. Juv. autem doctrinam Deorum haud spernendam ratus* Lov. 2. *Juv. autem doctrinam Deos spernentem ratus* Harl. Voces *ante* et *autē* sæpe in membranis antiquis commutantur. Vide ad XXVII. 35. § 7. Similiter etiam 'natus' et 'ratus.' Vide ad VIII. 10. § 2. *Juv. doctrinam non adeo spernendam ratus* Neapol. Latinii. *Juv. autem doctrinam Deorum spernentem nactus* Port. Gaertn. et Hav. *nactus* etiam Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XV. Sed vulgatum probo. Kleckii conjecturæ tales sunt, ut nemini sano placere possint. Præterea *inquisitam rem* Gaertn.

§ 11 *Tu quidem macte virtute diligentiaque esto*] Prima vocula abest in Leid. 2. et Lov. 1. Ejus loco *Tum* præfert Hav. sollemni scribarum aberratione. Exempla hujus erroris habuimus II. 12. § 14. hoc lib. c. 18. § 13. et aliis locis sæpe. Infra XXIL 49. 'Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto.' Mox pro *Ceterum* Lov. 2. *Ketras* legit a m. pr. sed vox deletur a m. sec. Deinde *legionem*, pro *religionem*, Port. et Gaertn. Ita solent librarii alibi peccare. Vide ad VIII. 32. § 4. et IX. 11. § 12. Deinde *trepudium* Lov. 1. 3. 4. Voss. 2. et Leid. 2.

§ 12 *Imperavit, ut pullarios inter prima signa constituerent*] *Uti pullarios* Flor. quod Salvinius, qui cod. hunc cum vulgatis contulit, adposito signo probavit. *Ut pullarium* Lov. 2. Sane unus memoratur 'pullarius,' qui auspicium mentiri ausus tripudium solistimum consuli nunciavit, hoc cap. § 4. unus etiam, qui emisso temere pilo ictus ante signa concidit § seq. Plures tamen pullarios consuli adfuisse inde constat, quod § 9. 'altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei' dicatur. Omnes itaque inter prima signa constitui Papirius imperavit, ut is, qui falleret, mendacii pœnas daret. Mox *Promoventes Samnites signa* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1.

Insequitur acies ornata armataque, ut hostium quoque magnificum spectaculum esset] 'Ornatam aciem' intelligo linteatam phalangem sexdecim millium hominum, quam 'legionem' ipse paulo ante vocavit: 'armatam' autem 'aciem' paulo plus viginti millium alium exercitum, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni disparem. Quæ vero hic sequuntur verba, perquam obscura sunt, nisi *hostibus*, pro *hostium*, legas. Illud etiam *emisso temere pilo* dubium: quis enim emisit? Lepidissimum autem corvi tam ociosi atque audacis prodigium. Hic Livius non modo æquat Herodotum, sed propemodum superat, ut critici dicunt. *Glar.* 'Ornatam' vocat linteatam legionem, cui dixit arma fuisse insignia data, ut inter cæteros eminerent: ea fuit sedecim millium: 'armatam' alteram vocat viginti millium, quam post linteatam conscriptam esse dixit. *Sigon. Acies armata ornataque* Gaertn. *acies armata ornata*, omissa copula, Leid. 1. Utrum vero 'ornata' ad legionem linteatam, 'armata' ad reliquam multitudinem referi debeat, ut dubitem illud efficit, quod Livius alium exercitum viginti millium adparatu linteatæ legioni non disparem fuisse dicat c. 38. quodque 'armare' et 'ornare' sæpe jungantur. Supra VII. 10. 'Armatum adornatumque adversus Gallum stolide lætum producunt.' XXIV. 48. 'Armandi ornandique et instruendi eos artem ignorare.' XXVII. 13. 'Armati ornatique ad edictum aderant.' Præterea neque opus videtur, ut cum Glareano legamus *hostibus*. Nam sensus est, aciem Samnitium ornatam armatamque fuisse magnificum spectaculum hostium Romanorum; vel spectaculum hostium, scilicet

Digitized by Google

Samnitium, magnificum fuisse, nempe Romanis. Quo sensu 'spectaculum stantis exercitus perquam clarum et memorabile' est apud Vell. Paterc. II. 101. Ita *spectaculum prædæ* apud Ovid. Metam. III. 346.

§ 13 *Clamor tolleretur, concurreretur, emisso temere pilo ictus*] *Concurrebaturque* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *concurreturque* Leid. 2. Port. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Quum forte *concurr'eturque* scriptum fuisset, notam compendiariæ scripturæ non viderunt librarii. Vide ad II. 56. § 7. Ita etiam erat in Flor. a m. pr. pro quo postea *concurriturque* factum est. *Concurrerentque* Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Præterea *ictus* exsulat a Lov. 4. Male. Supra II. 47. § 7. 'Consul mortifero vulnere ictus cadit:' ubi quædam vide. Mox *ante signa occidit*, pro *cecidit*, Leid. 2. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Insuper *dein prælio*, pro *Dii in prælio*, Leid. 1. Forte scriptum fuerat *Dei in prælio*, ut 'Deis auctoribus' supra erat, hoc cap. Ita *Dei respicere debent* est in Flor. cod. XXII. 49. § 7. Vide et hoc lib. c. 13. § 12. XXIII. 11. § 12. et c. 12. § 7. Adde Voss. Gramm. IV. 6. Ultima deinde litera prioris a prima sequentis vocis intercepta est.

§ 14 *Ante consulem hæc dicentem corvus voce clara occinuit*] *Ante cons. dic.* Leid. 2. Tum *clara voce occinuit* Harl. *voce clara obcinit* Voss. 2. *voce clara cecinit* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Supra VI. 41. 'Quid enim est, si pulli non pascentur, si ex cavea tardius exierint, si occinuerit avis:' ubi etiam pariter variant codd. Vide quæ de hoc verbo ibi notantur.

Numquam humanis rebus magis præsentes interfuisse Deos] *Humanis rebus magnis præs.* Lov. 4. *Magis* et *magis*, vel *magnis*, etiam alibi commutantur. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 16. § 5. Tum *affuisse Deos* Harl. et editi ante Aldum, invitis reliquis scriptis. 'Dii præsentes' sunt secundi, propitii, faventes. Livius VII. 26. 'Lætum militem victoria tribuni, lætum tam præsentibus ac secundis Diis ire in prœlium jubet.' Vide viros doctos ad Flori IV. 7. § 9.

Signa canere, et clamorem tolli jussit] Pal. 2. cum Campano *clamorem attolli*. Sicut paullo ante 'corvus voce clara cecinit,' suprascripto *concinit*. Gebh. *Clamorem belli attolli jussit* Port. Gaertn. et Hav. *clamorem attolli jussit* Hearnii Oxon. B. et C. Supra hoc cap. 'Priusquam clamor tolleretur:' III. 28. 'Clamorem omnes tollere jubet:' et alibi sæpe.

CAP. XLI. § 1 *Romanos ira, spes, ardor certaminis, &c. in prœlium rapit*] Voces *ira, spes, ardor certaminis* exsulant a Voss. 2. et Lov. 3. *ardore certaminis* legit Leid. 1. Mox *religio in invitos magis resistere* Lov. 1. *religio invictis magis resistere* Lov. 2. *religio invictos magis resistere* Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 36. § 3. *Religio resistere magis invitos* Port. Gaertn. et Hav.

§ 2 *Alius metus insidens pectoribus a fuga retineret*] *Altus metus* Voss. 2. Lov. 3. et Port. Vide ad XXXVII. 16. § 7. *Alius motus* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad III. 69. § 2. et mox hoc cap. § 4. *Alius victus* Gaertn. Tum *insidens peccatoribus* Leid. 2. Deinde *ab fuga retineret* Port. et Hav. *fuga retineret*, omissa præpositione, Gaertn. *a fuga retinuisset* Hearnii Oxon. L. 2. et C.

§ 3 *In oculis erat omnis illi occulti paratus sacri*] Melius Pall. duo *ille*; neque aliter edd. priscæ. Pal. 2. *in oculis erat omnis illi occulti apparatus sacri*. Gebh. *Τὸ illi* in prioribus Gruteri edd. exstitit, quem errorem operarum ipse in postrema emendavit. *In oculis erant oīs illi occulti apparatus sacri* Hav. *in oculis erant oīs illē occulti apparatus sacri* Port.

Digitized by Google

occulti apparatus sacri etiam Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. quod ex glossa esse videtur. Ita ante Rhenanum etiam peccabatur in Tacito Ann. XI. 30. et XIII. 17. quorum priori loco *paratus*, pro *adparatus*, apud Tacitum frequenter obcurrere Rhenan. docuit. *Occultus paratus sacri* legit Harl.

Promiscua hominum pecudumque strages] *Promisca* Flor. quomodo is cod. fere semper scribit. Vide quæ notavi ad III. 47. § 7. et adde quæ dicta sunt ad VII. 1. § 6. c. 17. § 7. et c. 21. § 1.

Respersæ fando nefandoque sanguine aræ] *Respersæ qnq*; *nefando sang.* id est *quandoque*, Klockian. *res aspere nefando sang.* Lov. 2. *res per se nefandoque sang.* Lov. 4. Vocem *fando* omittunt etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Mox *et furiale carmen* Port. Gaertn. et Hav.

Obstricti stabant, . . . timentes] *Obstricti obstabant* Harl. et quædam ex antiqq. edd. invitis reliquis codd. Tum *metuentes* Harl. idem, sed iterum solus.

§ 4 *Instare Romanus a cornu utroque, a media acie*] *Instat Romanus a cornu utroque* Voss. 2. et Lov. 3. Sed, locutionem per infinitivum prolatam passim librariis displicuisse, vidimus ad I. 50. § 5. *Instare Romanis a cornu utroque* Port. et Haverk. *Instare a cornu Romanus utroque* Leid. 2. Tum *ad mediam aciem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *adtonitos motu*, pro *metu*, Lov. 1. a m. pr. Vide hoc cap. ad § 2.

Repugnatur segniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fuga] *Repugnantur segniter* Lov. 3. *Τὸ segniter* non adparet in Hav. Deinde *et ab hiis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *his*, pro *iis*, etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et multæ ex vett. edd. Insuper *moratur a fuga* Leid. 2. *moraretur ab fuga* Hav.

§ 5 *Octavium Metium quidam eum tradunt*] Pall. duo *Mesium*. Pal. 2. *Metrium* appellat. *Gebh. Octavum Metium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. et Gaertn. Male. Vide ad I. 49. § 9. *Oct. Mesium* Lov. 3. *Oct. Mecium eum quidam tradunt* Leid. 1. *Oct. Mœcium* Flor. *Enim*, pro *eum*, habet Hav. Vide ad V. 8. § 6. Paullo ante *Sp. Metius Nautius* Lov. 2.

§ 6 *Frondosos ramos per terram trahebant*] *Ramos protrahebant* Leid. 2. Paullo ante *majorem quam numero*, omissa præpositione, idem Leid. 2. cum Lov. 1. Sed vox *majorem* exsulat a Flor. In verbis seqq. *cogentium speciem agmen dabat* Leid. 1. *dabant* est in Gaertn. sed ea vox neglecta est a librario Voss. 2.

§ 7 *Ita ut vox etiam ad hostes accederet*] *Accideret*, de quo alias monuimus. *Gelen. Accideret* emendatum Gelenio est. Pal. 2. vetustæque edd. *accederet*. Pall. reliqui duo, *tta ut vox etiam ad hostes doceret*. Cap. 43. 'Clamor eos utrimque par accidens sustinuit.' XXVII. 17. 'Præsidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat sonus, traducit.' Ibidem, 'Inde nulla accidebat vox.' *Gebh. Accideret* dudum emendavit Gelenius, quod antea erat *accederet*. Hoc tamen defendi potest ex Terentii Hec. III. 5. 32. 'Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus:' sed ibi quoque Palmerius in Spicileg. p. 726. tom. IV. Facis. Gruter. ex libro scripto legit *accidit*, non repugnante lege versus trochaici. Et miror esse, qui ad Terentium describere maluerint loca aliquot veterum, in quibus est *accidere ad aures;* (quod recte dici nemo negat, ac ne dubitat quidem) quam vel unum proferre, e quo doceant, rectum esse *accedere ad aures*. In Cicerone quidem c. 2. in Vatinium plerique Mss. et vett. edd. habent: *Non putas fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accedat*. Verum hoc Palmerius itidem emen-

Digitized by Google

dabat *accidat*. Idque in vet. cod. se invenisse testatur Lambinus, et probarunt Turnebus ac Passeratius, et nuperi doctissimi editores Ciceronis etiam in contextum receperunt. Contra, Grævium non recte libri sui Ms. auctoritate *accidere*, pro *accedere*, in Cicer. Famil. VI. 17. substituisse existimo in his verbis: 'Cum ceterarum rerum caussa cupio esse aliquando rempublicam constitutam, tum velim mihi credas accidere id etiam quo magis expetam promissum tuum, quo in literis uteris:' mihi dubium non est, quin *accedere* retinendum, et locus, quem distinctiones non suis locis positæ obscurum faciunt, ita distinguendus sit, *tum velim mihi credas accedere, id etiam quo magis expetam, promissum tuum*. Duk. *Ad hostes doceret* etiam Voss. 2. et Lov. 3. *ad hostes accederet* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. et Hav. *ad hostes accideret* reliqui, et inter eos optimi codd. Vide ad XXI. 10. § 12. In præcedd. *ceterum consul adfirmavit*, pro *et consul*, Klockian. Voces autem *Romanus: et consul, &c. ita ut vox etiam* non adparent in Leid. 1. librarii culpa, quem in errorem induxit repetitio τοῦ *etiam*. Vide ad IX. 11. § 11.

Gloria alterius exercitus foret] *Fieret*, non *foret*. Gelen. Ut Gelenius reposuit, etiam primi editores vulgarunt usque ad Aldum, qui substituit *foret*. Aldo autem favent Flor. Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. Reliqui lectionem Gelenii probant, nisi quod *alterius fieret exercitus* legant Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXIII. 10. § 8. Paulo ante vocem *victorem* omiserunt Voss. 2. et Lov. 3. et *adesse collegam* dedit Gaertn.

§ 8 *Hæc insidens equo*] *Hoc insidens equo* Leid. 2. *Hæc adscendens equum* Neapolit. Latinii. *Hæc indens equo* Flor.

Imperat, ut vias equitibus patefaciant] Pal. 2. *viam eq. patef.*, rescisso τῷ *ut*. Gebh. Helm. et Pall. *imperat, viam equitibus patefaciant*. Voss. quoque *viam*. J. F. Gron. Non est cur admitti debeat *viam*. Mox 'panduntur inter ordines viæ.' Vide quæ habet Lipsius de Milit. Rom. IV. 1. ex Livio VI. 7. VIII. 8. XXX. 33. et hoc loco. *Duk. Viam* etiam Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et edd. Aldo priores. Quamvis autem plures viæ, sive intervalla relicta sint, per quæ equites inter manipulos peditum, si post eorum aciem ordinati essent, in hostem inruerent, unde etiam mox inquit, 'panduntur inter ordines viæ;' in genere tamen 'viam patefacere' numero singulari dicere potuit. Ita l. XXIX. c. 2. quam antea dixisset 'Id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent vias:' mox, paucis interjectis, addit, 'Romani equites, in medios invecti hostes, equitibus Hispanorum viam inmittendi equos clauserunt:' et XXX. 33. 'Vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus complevit, dato præcepto, ut ad impetum elephantorum aut post rectos refugerent ordines, aut in dextram lævamque discursu adplicantes se antesignanis, viam, qua inruerent in ancipitia tela, belluis darent.' Id igitur, tot codd. testimonio et his ipsius Livii exemplis confisus, in contextum recepi. Præterea vocula *ut* etiam deest in Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Et solet ea sæpius omitti post verba jubendi, imperandi, et similia. Supra III. 20. § 4. 'Edicimus itaque, omnes, qui in verba jurastis, crastina die armati ad lacum Regillum adsitis.' XLII. 36. 'P. Licinio consuli mandatum, intra undecimum diem juberet eos Italia excedere.' c. 39. 'Legati vel cum tribus venire jubebant, vel, si tantum agmen tradnceret, obsides daret.' XLIV. 2. Convo-

Digitized by Google

catis itinerum ducibus, quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset.' c. 27. 'Reliquam pecuniam, signatam Illyriorum signo, portantibus suis præcipit, parvis itineribus veherent.' Vide ad XXX. 2. § 8. XXXVIII. 24. § 8. XL. 28. § 3. et Epit. Liv. lib. XLV. Adde Cortium ad Sall. Jug. c. 28. et Oudendorp. ad Front. I. 4. ex. 7. Hic tamen potius ea vocula excidisse videtur propter similitudinem ultimarum literarum vocis præcedentis *imperat*, vel primarum sequentis *niam*. Vide ad IX. 37. § 5. Ex eadem etiam caussa mox in verbis seqq. omissa erat in Flor. a m. pr. ubi deinceps altera eam restituit.

Concitarent equites in hostem] *Concitarent equitib*; Leid. 1. *concit. equitem* Port. et Hav. *concit. equites et equos* Gaertn. duplici lectione *equites* et *equos* hac ratione juncta, ut librarius hujus codicis facere consuevit. Vide ad IV. 55. § 5.

§ 9 *Ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt*] *Omnia ex ante præparato* Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. cujus L. 2. et C. *omnia ex ante præparatis* præfert. Male. De usu vocula *ut* vide ad XXIX. 1. § 22. *Ut ex ante imparato* Lov. 2. contra sensum Livii. *Ex præparato* alibi sæpe obcurrit. l. XXII. c. 41. 'Tumultuario prœlio, ac procursu magis militum, quam ex præparato aut jussu imperatorum, orto.' XXV. 8. 'Captum ferme aliquid, aut ab hoste ex præparato ablatum reportando.' XXVIII. 29. 'Ex præparato simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus.' l. XXXVII. c. 7. 'Si nihil ex præparato agentem obprimet.' Ipsa hæc locutio 'ex ante præparato' est XXVI. 20. 'Ut arcis præsidium, etiam sine invecto' frumento, 'ex ante præparato sustentari posset:' 'ante præparare' dixit IV. 53. XXIV. 2. § 11. 'multo ante præparare' XXXIX. 51. eodem modo, quo 'ante præoccupare' et similia plura, de quibus vide ad XXI. 20. § 8.

Provolat eques, atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit] *Prævolat eques* Port. et Gaertn. Vide ad IX. 10. § 7. *Provolatque eques* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Deinde vocem *hostium* omittunt Voss. 2. Leid. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.

Perrumpitque ordines, quacumque impetum dedit] *Prorumpitque* Portug. Gaertn. et Hav. Vide ad IX. 43. § 15. et hoc cap. § 14. *Perrupitque* Lov. 2. Deinde *quantumque impetum dedit* Gaertn. *quacunque impetus dedit* Hearnii Oxon. L. 2. Mox *percussa*, pro *perculsos*, Lov. 1. *percussos* Voss. 1. Vide ad II. 9. § 5.

§ 10 *Tum, jam Deorum hominumque victa vi, funduntur linteatæ cohortes*] *Deorum hominum victa vis* Gaertn. *Deorum atque hominum victa vis* Lov. 4. *Deorum hominumque victa vis* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et, præter Rom. 1472. ac Parm. omnes reliquæ, quas vidi, edd. ante Frobenianam 1535. Ea lectio si recipiatur, post vocem *vis* interpungendum est *victa vis: funduntur*. Vulgatum placebit illis qui omnia unius orationis complexu contineri malunt; contra scriptam lectionem præferent qui codicum consensum non spernendum judicabunt, præsertim quum alibi etiam Livius intercisis his orationibus delectatus sit. Vide ad XXI. 36. § 4. Potuit autem ultima litera *vō vis* repetita esse ex similitudine literæ initialis vocis seq. Vide ad IV. 33. § 10. Potuit etiam ob eamdem similitudinem ab ea intercepta esse. Vide ibidem § 11. Eligat igitur quisque, quod sibi verius videatur. Præterea *linteatæ cohortes* Voss. 2.

Jurati injuratique fugiunt, nec quemquam, præter hostes, metuunt] *Jurati*

Digitized by Google

atque injurati Lov. 4. Tum *nec quemquam, præter cohortes, metuunt* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. *nec quemquam, præter hostem, metuunt* Voss. 2. et Lov. 3. Sed nihil muto. Varietas enim numeri *quemquam* et *hostes* magis hic placet.

§ 11 *Peditum agmen, quod superfuit pugnæ, in castra ad Aquilonium compulsum est*] Suspecta mihi vox *agmen*, et deleri malim. *J. F. Gron.* Si codd. consentirent, non adversarer. At omnes nunc in ea servanda conspirant, quare nihil mutari præstat. Indicat autem, non integrum agmen peditum in castra compulsum esse, sed eam agminis partem, quæ pugnæ superfuit. Vide Gronov. ad Liv. lib. XXVI. 38. § 14. Præterea *in castra Aquil.* Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Verum castra non in ipsa urbe, sed ad eam habebant. *In castra aut Aquil.* dedit scriba Flor. pro quo deinde substitutum est *in castra apud Aquil.* Sed lectionem illam interpolator sibi habeat. Verbum etiam *est* deficit in Voss. 2. Mox *Vobianum*, pro *Bovianum*, transpositis literis, Flor. Voss. 1. et Leid. 1. *Bobianum* Haverk. *Novianum* Portug. et Gaertn. *Bonianum* Voss. 2.

Equites eques sequitur, peditem pedes: ac diversa cornua] *Equitem eques* Lov. 2. et Port. quomodo librarii dedisse videntur, quod mox subjiciatur *peditem pedes*, quasi Livio non liceret, orationem etiam hac ratione variare: quod sæpius eum fecisse, videbimus ad XXXV. 40. § 6. Tum vocula *ac* non adparet in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. Hinc *divisa cornua* eorumdem codicum duo postremi. Male. Vide hoc lib. ad c. 38. § 10. Præterea *lævum ad urbem tendunt*, pro *tendit*, Lov. 2. Utrumque ferri potest. Sequor igitur codd. et numero plures, et bonitate præstantiores. Ceterum verba *equitesque Bovianum, &c. dextrum ad castra* neglegentia librariorum omittuntur in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 12 *Majore resistitur vi; non quia plus animi victis est*] Pall. tres, et Campani ed. *esset:* perperam tamen. *Gebh. Majori resistitur vi* Portug. Gaertn. et Hav. Deinde *plus animi victis esset* edidit J. F. Gronovius, non monitis lectoribus, qua auctoritate receptam scripturam mutarit. Sane vulgatum defendunt Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. Port. Klockian. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *animi plus victis est* legit Lov. 2. ut id, quod Gronovius probavit, vix supersit in Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Qui tamen *esset* scripserunt, videntur ultimam ejus vocis syllabam repetiisse ex sequenti vocabulo *sed*. Priorem itaque lectionem revocavi.

§ 13 *Scipio, nisi in primo pavore, priusquam conlegerentur animi*] *Scipionis in primo pavore* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. ac 3. *Scipio tum in primo pavore* Lov. 2. *Scipio nisi primo pavore* Lov. 4. et Hav. Sed præpositionem ĩ, vel *in*, intercepit ultima litera vocis præced. Vide ad XXXV. 8. § 9. Tum *collegarentur* Lovel. 3. *colligarentur* Hav. *colligentur* Gaertn. cujus forte librarius, quum *collig'entur* scriptum invenisset, notam compendiariæ scripturæ omisit. Vide ad II. 56. § 7. Mox *munitæ armis urbis*, addita media voce, Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. et quædam ex vett. edd. quam recte reliqui codd. et libri excusi omiserunt.

Interrogat milites, satin' æquo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse] Ita augent hunc locum Rott. Flor. Voss. duo, et priores editi. Vulgo inceperant omittere *milites*. J. F. Gron. Vocem *milites* agnoscunt omnes mei et Hearnii Oxonienses codd. Eam vero demum omiserat Gruterus in ultima ed. Tum *Sacra æquo animo* Gaertn. *Satisne æquo animo* Voss. 2. Male. Vide ad I. 39. § 3. Deinde præpositionem *ab* omi-

Digitized by Google

sit Leid. 1. Hinc *rapta esse* legit Hav. Vide ad VI. 23. § 5. *Esse capta* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 14 *Primus ipse, scuto super caput elato, pergit ad portam*] *Prius ipse* Leid. 2. Alibi *prius*, vel *primus*, et *prius* commutantur. Vide ad III. 19. § 7. et XXI. 29. § 6. Deinde *scuto super caput elevato* Flor. quod, hoc sensu ne Latinum quidem, ex alterius expositione natum est. Infra XLIV. 9. 'Soli non habebant super capita elata scuta.' Florus III. 10. 'Elatis super caput scutis, quum se testudine barbarus tegeret.' Tacit. Hist. III. 27. 'Elatis super capita scutis, densa testudine succedunt.' *Supra caput* est in Voss. 2. et Lov. 3. Utrumque ferri potest. *Supra* enim ut XXXIV. 39. 'Sublatis deinde supra capita scutis, testudine facta subibant.' Vulgatum vero tuentur loca modo laudata. Et ita eodem sensu 'super caput' et 'supra caput esse' usurpari, dictum est ad IV. 22. § 6. Insuper *pergit ad pugnam* Leid. 1.

Testudine facta in urbem perrumpunt] *Perrumpunt in urbem* Lov. 4. *in urbem prorumpunt* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. et L. 1. Vide hoc cap. ad § 9.

Deturbatisque Samnitibus, quæ circa portam erant muri occupavere] Ms. Fuld. *qui circa portam erant, muros occ.* Modius. *Quæ circa portam erant muri occ.* primus edidit Froben. 1535. et ita præferunt Flor. a m. pr. et Leid. 1. *quod circa portam erat muri occ.* Lov. 3. *qui circa portam erant muri occupantur* Lov. 4. Ut autem Modius in Fuld. reperit, præferunt etiam priores ante Froben. edd., ut et Flor. a m. sec. omnesque reliqui scripti, nisi quod Klockian. legat *qui circa portam erant, murum occ.* et in edd. Rom. 1472. ac Parm. sit *occupare*.

Penetrare interiora urbis] Ms. Fuld. *penetrare in int. urbis.* Modius. Voss. *penetrare in int. urbis.* Vide ad IV. 8. *J. F. Gron.* Ita præter Voss. 1. legunt etiam Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. et Hearnii N. L. 1. ac C. quod etiam in contextum recepi, quia passim ita Livius loqui solet. Supra IX. 35. 'Inermi pene agmine ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum.' XXXV. 5. 'Nicodamus superato brachio in urbem penetrat.' Vide ad IV. 9. § 5. Præpositionem hoc loco interceperat syllaba initialis vocis seq. Vide ad XXXIX. 12. § 3.

CAP. XLII. § 1 *Hæc primo ignorare consul*] Pal. 2. *Hoc ipse primo ign. consul.* Gebh. *Hoc primo ign.* Lov. 4. *Hæc ipse primo ign.* Hav. Mox *interius rec. exercitum* Leid. 2. Deinde voces *in occasum* desunt in Port. Quamvis autem 'præceps sol,' 'dies,' et similia ita simpliciter dicantur, attamen 'sol præceps in occasum,' 'dies præceps in noctem,' et similia etiam passim obcurrere, patet ex illis quæ notantur ad IV. 9. § 13. Vulgatum igitur hoc loco defendunt recte ceteri codd. Insuper *erat sol* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

Et adpetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat] *Et apparens nox* Lov. 3. Vide ad XXXVII. 32. § 14. *Etiam apparens* Voss. 2. Vide ad XXII. 47. § 9. Tum *periculosa ut suspecta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXI. 28. § 8. Præterea *omnia quoque victoribus* Port. et Hav.

§ 2 *Progressus longius ab dextra castra capta videt*] *Progr. longior ab dextra* Lov. 4. *Progressus longior ad dextra* Leid. 1. *Progressus longior ab extra* Voss. 2. *ab extera* Lov. 3. *ad dextra* Voss. 1. et Port. *a dextra* Lov. 1. Deinde *capta castra videt* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav.

Ab læva clamorem in urbe mixtum pugnantium ac paventium fremitu esse] Pall. duo *in urbem rixantium pugn. ac*

Digitized by Google

pav. fremitum esse. Vulgatæ lectioni, tamquam sincerissimæ, subscribit prisca ed. *Gebh.* Duobus Pall. consentiunt Voss. 2. et Lov. 3. *in urbem* præferunt etiam Voss. 1. Lovel. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *rixantium*, pro *mixtum*, Lov. 2. *rixarum* Lov. 4. *rixa tum* Leid. 1. Hinc *pugnatum* Leid. 2. *pugnantum* Lov. 1. Tà *ac paventium* non adparent in Gaertn. Denique *fremitum esse* legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et præter ed. Rom. 1472. ac Parm. reliquæ, quas vidi, Aldina priores: quod etiam præferendum videtur, ut dicat 'clamorem in urbe,' qui ab læva ad aures accidebat, 'mixtum pugnantium ac paventium fremitum esse.' Si vulgatum probamus, clamor hic in urbe distingnitur a fremitu illo pugnantium ac paventium, quo mixtus erat. At quorum igitur hic clamor? *pugnantium* est Romanorum et Samnitium, *paventium* reliquæ inbellis multitudinis; præter quos nulli erant in urbe. Ceterum *et cum forte*, pro *tum*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *et quom forte* Gaertn. *erat ad portam*, transpositis vocibus, Leid. 2. et Lov. 1.

§ 3 *Advectus deinde equo propius*] Pal. 2. *Deductus deinde propius equo.* Andreas *Evectus deinde equo.* Gebh. Cum Pal. 2. facit Hav. *Adductus deinde equo propius* legit Gaertn. *Evectus deinde equo propius* Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Nihil muto. Liv. II. 47. 'Cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus.' IX. 31. 'Consul, ad ancipitem maxime pugnam advectus, desilit ex equo.' XXVIII. 2. 'Mago ex castris citato equo ad primum clamorem et tumultum advehitur.' Solent autem librarii 'advehere' et 'adducere' commutare. Vide ad XXVII. 38. § 12. Mox *suos immoris videt* Lov. 4. *suos in muris invidet* Voss. 2. Deinde *nec etiam integri*, pro *nec jam integri*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Vide ad v. 7. § 2.

Quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occasio esset] *Quin tem. paucorum* Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. *quod tem. paucorum* Klockian. quomodo etiam alibi variant scribæ. Exemplum habuimus v. 11. § 2. Tum *magnæ rei parta esset occasio* Hav. *magnæ rei partæ occasio esset* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *magnæ rei parata esset occasio* Voss. 1. Vide ad v. 6. § 1. *Magnæ rei occasio esset* Harl. *esset occasio* etiam Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

Adciri, quas receperat, copias, signaque in urbem inferri jussit] *Quas ceperat* Hav. *quas acceperat* Harl. et Gaertn. *quas receperit* edidit Curio, et habuere, qui sequerentur, Basileenses 1555. sed invitis omnibus reliquis scriptis et editis. Deinde *in urbem ferri* Harl. Prima syllaba *τοῦ inferri* elisa est ab ultima litera vocis præced. Vide ad v. 27. § 6.

§ 4 *Ingressi proxima ex parte, quia nox adpropinquabat, quievere*] Video olim suspecta patri meo fuisse hæc verba: adscripsitque *proxima portæ.* Sed legendum *Ingressi proxima, ea parte, quia nox appropinquabat, quievere.* Jac. Gron. Si quid mutandum, sane lenissima erit Jac. Gronovii medicina. Passim enim literæ *A* et *X* commutari solent. Vide ad XL. 59. § 8. Scripti nihil mutant, nisi quod *ex parte proxima* habeat Harl. Tum *quivere* Flor. a m. pr. Mox *noctu oppidum*, pro *nocte*, Gaertn. Τὸ *est* autem exulat ab editis ante Aldum.

§ 5 *Cæsa illo die ad Aquilonium Samnitium millia triginta trecenti quadraginta*] *Triginta millia* Port. Gaertn. et Hav. *Samnitium X. trecenti quadr.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. in quo ultimo tamen $\overline{XXX}$. pro $\overline{X}$. margini adscribitur. *Samnitium millia X. et CCC. XL.* Klockian. *Samnitium millia X. CCCXL.* Oxon. C. apud Hearnium, qui in L.

Digitized by Google

2. *Samnitium millia triginta trecenti DCCC.* se invenisse testatus est. *Samnitium millia triginta trecenti et septuaginta* legit Lov. 4. Numerus cæsorum fidem superare videtur. Quum enim Samnitium exercitus, qui ad Aquilloniam consedit, triginta ferme ac sex millium fuerit, ut colligitur ex c. 38. inde cæsis ac captis deductis, vix duo millia evasissent: et tamen non tantum ante prœlium inceptum viginti cohortes quadringenariæ, adeoque octo ferme millia hominum, ex castris eorum Cominium profectæ esse cap. 40. verum etiam, postquam victi essent, nobilitas equitesque Bovianum perfugisse dicuntur cap. præc. Ea enim urbs a Romanis capta non est; sed per urbem, quam Scipio invasit, et auxilio Papirii expugnavit, intelligenda est Aquilonia, ut tota historia docet. Orosius III. 22. 'Duodecim millia hostium in hoc prœlio cæsa' esse innuit. Ceterum *illa die* legit Lov. 2.

Capta tria millia octingenti et septuaginta] *Capta IIII. octingenta et sept.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *capta IIII. octingenti sept.* Lov. 2. et 4. *capta quatuor millia octingenta*, vel *octingenti, et sept.* Harl. Port. et Hav. *quatuor millia* etiam editi usque ad Aldum: *capta tria millia ducenti sept.* Oxon. C. apud Hearnium; in cujus codice L. 2. deerant voces *et septuaginta*, quæ desunt quoque in Gaertn. ita tamen ut is *quatuor millia* præferat.

Signa militaria nonaginta septem] *Et signa militaria* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. C. ac L. 2. Tum *viginti septem* Gaertn. *XXVII.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. B. ac C. *XVII.* Klocklan. *XCVIII.* Leid. 1. *CCVII.* Lov. 4.

§ 6 *Lætiorem in acie visum, seu suopte ingenio, seu fiducia bene gerundæ rei*] *Lectiorem* Leid. 2. in margine, et Lov. 1. Vide hoc lib. ad c. 21. § 6. Tum prius *seu* omittunt Lov. 2. 3. 4. et Voss. 2. Hinc *suapte ingenio* legit Leid. 2. Vide ad I. 18. § 4. Deinde *fiducia gerendæ rei* Gaertn. *fiducia bene gerendæ rei* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. Hav. et edd. Aldo priores.

§ 7 *Voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset*] *Voverat Jovi, victor si leg.* Lov. 2. cum edd. Mediol. 1480. et utraque Tarvis. Tum vox *hostium* deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. Port. et Gaertn. Ea tamen vox necessaria est, ne, si omitteretur, ambiguitas voti, quod etiam de propriis consulis legionibus intelligi potuisset, in malum omen verteret. *Legiones fudisset hostium* Leid. ambo. Paullo ante *neque* deest in Lov. 4. *voveri* in Gaertn. Tum *Deis*, pro *Dis*, legunt Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. et Gaertn. Vide ad c. 40. § 18.

Pauxillum mulsi prius, quam temetum biberet, sese facturum] *Pocillum* alii malunt. Plinius enim XIV. 13. de eodem Papirio loquens ita ait: 'Votum fecit, si vicisset, Jovi pocillum vini.' Hæc ille nihil præterea addens. Hic vix intelligitur hæc argutia, etsi quid 'mulsum,' quid item 'temetum' sit, haud obscurum est: sed judicet lector. *Glar. Polliatum mulsi* Klocklan. *potillum mulsi* Voss. 2. *pauxillum mulsi* Harl. et multæ vett. edd. *proculum mulsi* Gaertn. et ed. Rom. 1472. *poculum mulsi* Lov. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et N. in quo postremo *pocillum*, *potillum*, et *pauxillum*, margo exhibet: *pocillum mulsi* legunt reliqui codd. quod editorum primus Aldus recepit. Deinde *prius, quam temetum liberet* Gaertn. et Hav. Tum *sese futurum* Lov. 1. a m. pr. *se facturum* Voss. 2. Donjatius conjicit *pocillo mulsi sese facturum*, nempe sacra Jovi Victori: quæ conjectura minime necessaria est: 'facere' enim hac significatione non minus quarto, quam sexto, casui jun-

Digitized by Google

gi solet, licet id neget Tennul. ad Front. l. IV. cap. ult. ex. 44. Certe ita locutus est Plautus apud Nonium ea voce: 'Facere, rem divinam religionibus exhibere. Plautus in Aul. IV. 2. 15. 'Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam:'' et Laberius apud eumdem in voce 'Bidentes:' 'Visus hac nocte bidentes propter viam facere.' Vel quum mulsum ex vino et melle componatur, promittit Papirius, se Jovi 'pocillum mulsi facturum,' id est, mixturum, præparaturum. Ceterum recte Glareanus huc advocavit locum Plinii, idem de Papirio narrantis, Hist. Nat. XIV. 13. Harduinus enim perperam refert ad L. Papirium Cursorem, qui anno proximo post cladem Caudinam ingentem de Samnitibus victoriam repertavit, quemque Livius IX. 17. Alexandro Magno, si in Italiam venisset, parem ait esse potuisse: quum ex Livii X. 38. constet illius Papirii hunc filium fuisse. Alium, sed tamen similem, in confundendis Papiriis, patre et filio, errorem commisit Dalecampius: ad Plinium enim XVII. 11. referentem historiam Papirii metum mortis prætori Prænestinorum incutientis, notat Papirium illum contra Samnites feliciter dimicasse, quamvis a pullario monitum pullos non addicere, quum votum fecisset, si superior decederet, vini pocillum Jovi se libaturum. At Papirius, qui metum mortis prætori Prænestinorum incussit, pater exstitit ejus, qui Jovi pocillum mulsi pollicitus est. Vide Liv. IX. 16. In eo etiam errat, quod patrem Papirium, a pullario monitum pulsos non addicere, feliciter contra Samnites dimicasse dicat, in quo tamen errantem Alex. ab Alex. I. 29. secutus est. Pater enim Papirius, a pullario monitus, ad auspicium repetendum Romam profectus est, ne turbatis religionibus rempublicam in discrimen committeret. Vide Livium VIII. 30. Filio autem Papirio non pullarius, sed Sp. Papirius fratris filius, indicavit ambigi de auspicio. Vide Liv. hoc lib. c. 40.

Id votum Diis cordi fuit: et auspicia in bonum verterunt] *Id votum Dis cordi fuit* Flor. Vide ad v. 14. § 4. Hinc *id votum discordii fuit* dedit librarius Leid. 1. *id votum discordi auspicia in bonum verterent* Voss. 2. et Lov. 3. *id votum discordia auspicia in bonum vertere* Lov. 4. De locutione 'cordi esse' vide ad XXX. 17. § 12. Præterea *fuit* deficit in Lov. 2. ejus loco *fecit* dedit Hav. Vide ad XXXI. 45. § 2. Deinde *auspicium in bonum verterunt* legunt Port. et Hav. *auspicia in bonum verterunt* Hearnii Oxon. B. Vide ad X. 12. § 4.

CAP. XLIII. § 1 *Ab altero consule ad Cominium gesta res*] *Ad Samnitium res gesta* Gaertn. *res gesta* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Mox *Pu luce*, pro *Prima luce*, et deinde *corna . . . . urbem*, relicta lacuna, Lov. 3.

Subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis obposuit] *Subsidiaque firmavit* Lov. 4. a m. pr. Deinde *portis oppositis* Hav. *portis apposuit* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad XXIII. 29. § 4. et Oudendorp. ad Lucani I. 464.

§ 2 *Jam signum dantem cum nuncius a collega trepidus de viginti cohortium adventu*] *Jam signum dantem eam nuncius* Gaertn. *Jam signum dantem cum nuncius* Hav. *Jam signum datum, cum nuncius* Hearnii Oxon. C. Tum *nuncius ab collega* Port. et Gaertn. *nuncius ac collega* Leid. 1. *nuncius collegæ* edd. Rom. 1472. ac Parm. quod ex interpretis glossa receptum est. Infra XLIV. 27. 'Subsisterent ibi, ac nuncios ab se operirentur.' Similia vide ad XXVIII. 9. § 1. Præterea *de viginti cohortium adventum* Port. *ad viginti cohortium adventum* Hav. *de viginti cohortium et adventu* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr.

Et ab impetu moratus est, et partem copiarum revocare instructam] Prima

Digitized by Google

vocula deficit in Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad II. 44. § 3. Ejus loco *etiam* legit Lov. 4. Vide ad XXII. 47. § 9. Vox autem secunda perperam exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Deinde *partem revocare copiarum* Leid. 1. *partem copiarum rei locare* Leid. 2. et Lov. 1. pro quo ambo in margine emendarunt *revocare*. Sed ea vox omittitur a librario Hav. Mox *ad pugnandum*, pro *ad obpugnandum*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *D. Brutum Scævam legatum*] *Decium Brutum* Hav. *Drusum Brutum* Lov. 2. *L. Brutum* Lov. 4. *S. Brutium* Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *Sævam* Voss. 1. et Lov. 2. *Scænam* Lov. 3.

Cum legione prima et viginti cohortibus alaribus equitatuque ire] Libri omnes *et X. cohortibus*, excepta Andreæ ed. *Gebh.* Voss. duo *et X. cohortibus alariis equitatuque*. Numerum quidem confirmat Thuan. Pall. Helm. et eum sufficere crediderim. 'Alarios' sæpe appellat et Tacitus. *J. F. Gron. Et viginti cohortibus* unus præfert Harl. vetustis edd. consentiens: numerum omittit Klockian. *et X. cohortibus*, vel *et decem cohortibus*, præferunt reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonienses codd. Et hunc numerum sufficere recte Gronovius credidit. Viginti enim hostium cohortes quadringenariæ ferme fuerant. Illis autem pares erant legio prima in decem cohortes, itidem quadringenarias, divisa, et decem cohortes alariæ, sive sociorum nominis Latini; quas et ipsas quadringenarias fuisse ut existimem efficit Livii testimonium, qui VIII. 8. tradit, 'nihil apud Latinos dissonum ab Romana re' fuisse. Legio itaque Romana et decem cohortes alariæ effecerunt viginti cohortes quadringenarias, quot miserant Samnites; at insuper consul cum his peditibus obviam Samnitibus misisse dicitur equitatum: quum de equitatu Samnitium nihil addatur. Accedit, quod, si consul præter legionem etiam viginti cohortes alarias et equitatum in Samnites emisisset, vix unam legionem secum in castris retinuisset, quæ urbi tanto præsidio firmatæ obpugnandæ non suffecisset. Tot itaque codicum testimonio et sanæ rationi dicto audiens *decem* in contextum admisi. Præterea *alariis* etiam Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. N. L. 1. 2. B. et edd. Aldina priores. Quum autem, 'alaris' et 'alarius' in usu esse, dixerim ad c. 40. § 8. hic etiam codicum numero cedendum, et *alariis* recipiendum ratus sum. Insuper *ire* deficit in Gaertn. Mox *subsidia*, pro *subsidium*, habent Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur*] Exhibent Pall. duo *quocumque loco fuisset obvius*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Præpositio etiam omittitur XXIV. 35. 'Nihil minus ratus, quam illo loco Syracusanum sibi exercitum obvium fore.' Deinde *exsisteret ac mor.* Leid. 2. et Lov. 3. *resisteret ac mor.* Hearnii Oxon. N. Supra hoc lib. c. 19. 'Plures abeunti Volumnio obsistere, atque obtestari.' XXII. 60. 'Non enim modo sequi recusarunt, bene monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt.'

Manumque, si forte ita res posceret, conferret] Ultima vox deficit in Leid. 2. et Lov. 1. ejus loco *conserret* legit Hearnii Oxon. N. Utrumque dici 'conferre' et 'conserere manum,' vidimus ad VI. 42. § 5. Hic itaque vulgatum, in quod et plures et melioris notæ codd. conspirant, servandum puto. Solent autem librarii *serere* et *ferre* eorumque composita in Mss. confundere. Vide ad III. 17. § 10. IV. 2. § 12. V. 36. § 5. VII. 40. § 14. XXI. 1. § 2. c. 6. § 1. aliisque locis. Deinde *hæ* vel *heæ copiæ*, pro *eæ*, Flor. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2.

Digitized by Google

4. Port. Gaertn. et Hav. *hæc copiæ* Leid. 1. Vide ad II. 44. § 12. Perperam etiam *admovere* Flor.

§ 5 *Ab omni parte urbis*] Ultima vox exsulat a Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B.

Simul et refringebantur portæ] *Simul refring.* Lov. 3. Vide ad II. 44. § 3. *Simul ut refring.* Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXI. 28. § 1. *Simul et infringebantur* Gaertn. et Hearnii Oxon. C. Male. Vide hoc lib. ad c. 10. § 4.

Sicut, antequam in muris viderent armatos, satis animi habuerunt] *In muros viderent* Gaertn. *in muris viderint* Leid. 1. et Lov. 4. *viderent in muris* Lov. 2. Tum *satis animum habuerant* Voss. 2. *satis animi habuere* Lov. 4.

§ 6 *Postquam jam non ex intervallo nec missilibus, sed cominus gerebatur res*] *Postquam non intervallo* Lov. 2. Tum *atque missilibus* ed. Rom. 1472. Deinde *gerebantur res* primæ edd. pro quo *gerebatur res* primum vidi in Ven. 1498. tum in Aldina, et hinc in recentioribus, quibus consentiunt omnes, quibus utor, codd. Recte. Bent. enim ad Horat. Od. I. 6. 3. docuit, errare Chabot. qui 'rem gerere' *ἐνικῶς* de re privata dici existimat, numquam de publica, nisi additur epitheton 'prospere,' 'male,' vel simile. Ex uno enim Livio plurima exempla *τοῦ* 'rem gerere' eo sensu, quo id dictum negavit Chabot. adferri possunt. Supra II. 30. 'Ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.' v. 28. 'Primo rem communiter gesserunt: fusis inde acie hostibus,' &c. VII. 26. 'Legionibus utrimque effusis res geritur.' IX. 35. 'Neque missilia habebant, quibus eminus rem gererent.' c. 41. 'Sicubi est certamen, scutis magis, quam gladiis, geritur res.' Mox hoc cap. 'Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res.' XXII. 3. 'Ut, conjunctis exercitibus, communi animo consilioque rem gererent.' c. 5. 'Sibi quisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam.' c. 27. 'Si quam occasionem rei gerendæ habuisset.' c. 36. 'Ut octo legionibus rem gererent.' XXIII. 18. 'Rem gerere ac tentare, si qua parte invadere urbem possit.' c. 26. 'Ut Cnæus terra, Publius navibus rem gereret.' XXV. 24. 'Jam undique, non furtim, sed vi aperta, gerebatur res.' Verum jam nimius sum. Similiter et alii scriptores locuti sunt, quorum loca cumulare nihil adtinet.

Qui ægre successerant ex plano in muros] *Quia ægre* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et edd. vett. usque ad Aldum, qui primus subatitnit *qui ægre*, favente Flor. quod sensui magis convenit. Alibi sæpe *qui* et *quia* commutantur. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Is autem error hic tanto facilius committi potuit, quod litera ultima *τοῦ quia* repetita sit ex prima vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8. Præterea *in muris* Voss. 2. et Lov. 3.

Facile in hostem inparem ex æquo pugnabant] *Facilem hostem inp.* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVI. 6. § 4. *Facile erat in hostem imperare* Lov. 2. *facile adversus hostem imparem* Portug. et Hearnii Oxon. B. ut v. 8. 'Ut diversæ legiones aliæ adversus Capenatem et Faliscum, aliæ contra eruptionem oppidanorum pugnarent.' IX. 14. 'Adversus eos se pro alteris pugnaturos.' Sed Gellius Noct. XVII. 2. quum retulisset verba ex Q. Claudii lib. I. Annal. 'ut pugnatum esset in Gallos,' addit: 'In Gallos mundius subtiliusque est, quam cum Gallis, aut contra Gallos: nam pingniora hæc absolutioraque sunt.' Et ita sæpe Livius loquutus est. III. 12. 'Se sæpe vidente pugnasse in hostem.' VII. 12. 'Si quis injussu in hostem pugnasset.' VIII. 6. 'Ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.' c. 7.

Digitized by Google

'Adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti.' IX. 3. 'Omnia æqua ac plana erunt Romano in perfidum Samnitem pugnanti.' XXIII. 47. 'Liceretne extra ordinem in provocantem hostem pugnare?' XXVII. 12. 'Pugnando undique in munitores operibus prohibet.' c. 18. 'Maxime in nuda hostium latera pugnabat.' XXXI. 37. 'Conferti præparatique in dispersos et effusos pugnantes.' Et alibi.

§ 7 *Tentaverunt extremam*] *Temeraverunt* Port. Vide ad IX. 46. § 15.

§ 8 *Ad quindecim millia hominum et quadringenti*] Th. Helm. Voss. 1. *undecim.* J. F. Gron. Lectio, quæ vulgo exstitit, primum obvia fuit in ed. Aldina. Priores, quas vidi, *ad undecim millia hominum et trecenti* præferunt. *Ad undecim millia* legunt etiam Flor. Leid. 2. Harl. Klockian. et Lov. 1. quorum fide id in contextum admisi. Insuper *et CCC.* etiam Harl. *et XL.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hearnii Oxon. N. *ad quadraginta* Gaertn. et Hav. *ad CCCC.* Lov. 2. et modo memoratus Oxon. N. in margine. *Et quadringentos* Lov. 4. atque Oxon. B. Male. Vide hoc lib. ad c. 17. § 8.

Cæsa ad quatuor millia trecenti octoginta] *Cæsa ad IIII. a CCC. LXXX.* Flor. Leid. 1. et Klockian. qui optimorum codd. in hanc lectionem consensus efficit, ut Livium dedisse existimem *cæsa ad quatuor millia octingenti octoginta.* Numeri enim quingenarii notam *IↃ.* passim in *a* migrasse vidimus hoc lib. ad c. 29. § 17. Ceterum *quatuor millia ac trecenti octoginta* Harl. cum editis Aldo prioribus: *quatuor millia et trecenti octoginta* Lov. 4. *quatuor millia trecenta octoginta* Gaertn. Port. et Hav. *quatuor millia CC. octoginta* Lov. 2.

Sic ad Cominium, sic ad Aquilonium gesta res] Præpositio priori loco deficit in Hav. sed posteriori in Hearnii Oxon. L. 1. Male. Amat enim Livius eas repetere. Vide ad VI. 28. § 6. Præterea *gesta re* Lov. 4. Posterius *sic* etiam omittitur in Flor. Sed et illud servandum. Vide ad V. 15. § 11.

§ 9 *Medio inter duas urbes spatio, ubi tertia exspectata erat pugna*] *Inter duas acies* Leid. 1. Tum *exsp. pugna erat* Hav. Insuper *In medio*, pro *Inde medio* edd. Rom. 1472. Parm. ac Mediol. 1480. Vide hoc lib. ad c. 20. § 6.

Septem millia passuum quum abessent a Cominio] *XII. millia* Voss. 2. Sed passim notæ numerales *V.* et *X.* confunduntur. Vide ad XXXIX. 29. § 7. Deinde *essent a Com.* Leid. 2. et Lov. 1. *adessent ab Com.* Gaertn. *abessent ab Com.* Port. et Hav.

Neutri prælio obcurrerunt] Pal. 2. *convenerunt*: suprascriptum *occurrerunt.* Pal. 3. *occurretur.* Gebh. *Concurrerunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. *cucurrerunt* Gaertn. *occurretur* Voss. 2. et Lov. 3. *occurrunt* Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4.

§ 10 *Jam castra, jam Aquilonium habuissent, clamor eos utrimque par accidens sustinuit*] Flor. *tenuit.* J. F. Gron. *Jam castra ad Aquil. habuissent* Harl. et edd. Aldina vetustiores. Male. Particulam *jam* Livium ita repetiisse, vidimus ad V. 35. § 4. *Jam castra, jam Aquilon. s. Samnites habuissent* Lov. 2. a m. pr. *jam castra jam Aquil. habuisset* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *clamor omnes utrimque par accidens* Gaertn. *accedens* Hav. Vide ad c. 41. § 7. Sed nec Flor. lectio *tenuit* proba videtur. Supra v. 39. 'Aliud priori simile miraculum eos sustinuit.' XXV. 36. 'Nunc agendo, nunc sustinendo agmen, quum aliquamdiu haud multum procederetur.'

§ 11 *Deinde a regione castrorum, quæ incensa ab Romanis erat*] *Deinde regione castr.* Lov. 2. Harl. Port. et edd. usque ad Moguntinam. Sed præpositionem intercepit vocis præced.

Digitized by Google

litera ultima. Vide ad VIII. 4. § 12. Ejus loco *deinde regionem castr.* dederunt Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Gaertn. et Hav. Neque aliter Lov. 4. nisi quod vocem *castrorum* omittat. *Deinde in regionem castr.* Voss. 2. et Lov. 3. Nihil mutandum. 'Flamma late fusa e regione castrorum,' id est, ex illa parte, ex illa regione, ubi castra erant. Eodem sensu 'ad mœnia regione portæ Esquilinæ accedere' habuimus III. 66. § 5. ubi vide. Hinc *quæ incensa a Romanis erant* Voss. 3. *quæ incensa a Romanis erat* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *quæ incensa ab Romanis erat* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 2. *quæ ingensa ab Romanis erat* Flor. a m. pr. pro quo deinde emendatur *ingens*. Sed neque hic aliquid mutandum. Non enim regio castrorum, sed ipsa castra erant incensa.

Flamma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit] Duo Voss. et Thuan. *flammæ late fusæ*. Fortassis *flammæ late fusæ, certius cladis indicium, progr. long. prob.* J. F. Gron. Videtur ab Livio esse *flamma late fusa, certiori cladis indicio, progr. long. prohibiti.* Jac. Gron. *Flammæ late fusæ* etiam Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hearnii Oxonienses. Gronovii autem patris conjecturam verisimiliorem reddit Port. et Hav. lectio *certioris cladis indicium*. Præterea *prohibuerunt* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc forte legendum *flammæ late fusæ, certioris cladis indicium, progr. long. prohibuerunt.* 'Flammæ late fusæ' pro flamma late fusa, ut v. 42. 'Etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent.' XXX. 6. 'Cæsa aut hausta flammis quadraginta millia hominum sunt:' 'Certioris cladis indicium,' pro certius cladis indicium, quemadmodum 'violati hospitii fœdus,' pro violatum hospitii fœdus, et similia, de quibus vide ad IV. 8. § 6.

§ 12 *Eo ipso loco prope temere sub armis strati passim*] Suspicor fuisse Livio *forte temere sub armis.* Sic enim loquebantur. Terentius Phorm. v. 1. 'Quam sæpe forte temere eveniunt, quæ non andeas optare!' Cic. de Fato c. 3. 'Si fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis esset, et forte, temere, casu, aut pleraque fierent, aut omnia.' De Divin. II. 68. 'An tu censes, ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam forte temere concurrerent?' Noster XXIII. 3. 'Nec quidquam raptim aut forte temere egeritis.' XXV. 38. 'Nec hujus occasionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo.' XXXIX. 15. 'Majores vestri ne vos quidem forte temere coire voluerunt.' XLI. 2. 'Id forte temere ab uno exclamatum passim totis personabat castris.' Curtius v. 11. 'Eludant, licet, quibus forte temere humana negotia volvi agique persuasum est:' sic Modius edidit e Mss. neque abeunt, quibus quondam Gruterus usus: sic ante omnes alios For. Nec debuisset regeri interpolatum *forte ac temere.* J. F. Gron. Liv. II. 31. 'Perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigeret.' Maximam autem partem eorum, quæ Gronov. hic notavit, una cum conjectura de hujus loci lectione, in prima ed. notarum legebantur ad XLI. 2. unde postea cum auctario huc transtulit. Ceterum Gronovianum *forte temere* minus huic loco, quam *prope temere*, convenire, Donjatius existimavit. Livium enim velle, has Samnitium cohortes, non quidem omnino sine ullo ordine, sed non adhibitis exacte custodiis militaribus, noctem ibi duxisse. *Eo ipso loco prope timore* habent Voss. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. in cujus ultimi margine *temere* emendatur. *Et ipso loco prope temere* Port. et Gaertn. *Et ipse loco prope temere* Hav. *Prope eo ipso loco temere* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac

Digitized by Google

2. *prope ex ipso loco temere* Lov. 4. An itaque probanda Flor. lectio, qui, omisso τῷ *prope*, præfert *Eo ipso loco temere sub armis strati passim*? Mox *noctis* deficit in Hav. *agere* autem, pro *egere*, legunt Voss. 2. et Lov. 3. quasi oratio per infinitivum concepta foret.

§ 13 *Incerti quam in partem intenderent iter, repente in fugam consternuntur*] Thuan. Voss. 1. Helm. *tenderent*. Ut Virgilius Æn. I. 656. 'Hæc celerans iter ad naves tendebat Achates.' Et VI. 239. 'Quas super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis.' Sic dedit etiam Andreas: sed mox mutatum: nam jam Tarvis. *intenderent*. J. F. Gron. *Tenderent* etiam tres libri Hearnii. Sed *intenderent* sine dubio itidem auctoritate Mss. nititur. Et velim mihi causam dici, cur hic *tenderent* melius sit. Livius XXI. 39. 'Annibalem incertum utrum cœptum in Italiam intenderet iter.' XXVII. 46. 'Nec ad sequendum se iter intendisse.' XXXVI. 21. 'A porta ad prætorem M. Junium iter intendit.' *Duk. Tenderent* etiam Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et edd. Rom. 1472. ac Parm. De locutione 'tendere iter' vide Nic. Heinsium ad Val. Flacc. III. 734. et Burm. ad Ovidii Metam. II. 547. Ita 'tendere cursum' est XXIII. 34. 'Quum quæreret, qui et unde, et quo tenderent cursum.' Vide quæ notavi ad Silii Italic. X. 73. Sed et 'intendere iter' Livius dixit XXII. 9. 'Ad urbem iter intendit.' XXIX. 30. 'Ad Syphacem, quo primum intenderat iter, pervenerunt.' XXXI. 33. 'Alam equitum ad explorandum, quonam hostes iter intendissent, misit.' Quum autem eam lectionem reliqui libri, et inter eos etiam omnes præstantiores, tueantur, nihil mutandum puto. Doujatius etiam 'tendere iter' Virgilianum esse, non tamen idcirco 'intendere' damnandum existimabat. In codd. *tenderent* legentibus prima syllaba in intercepta erat a vocis præced. litera finali. Vide ad v. 27. § 6. Præterea *certi quam in partem* Leid. 1. *incerti qua in parte* Harl. Deinde *consternantur* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Lib. VII. c. 42. 'Eam multitudinem armatorum ad arma consternatam esse:' ubi vide Sigonium, et Gebhard. ad VIII. 27. § 9. *Osternuntur* Lov. 3. Scriptum per epitomen fuerat *osternantur*; idque non adsecutus librarius dedit *osternuntur*. Similiter scriptum erat *omittam* pro *omittam* vel *committam*, hoc lib. c. 19. § 11.

Conspecti ab equitibus: qui egressos nocte ab oppido Samnites persecuti] Doujatius legendum conjicit *conspectis equitibus*. Sed codd. nihil mutant. Conjectura tamen ejus non displicet. Deinde *qui egressi nocte oppido* Lov. 2. Male. Intelliguntur enim Samnites, qui, quum muros Aquilonias circa portam captos viderent, noctu oppidum deseruerunt. Tum *prosecuti* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. Mox voces *non stationibus firmatam. Conspecta* exsulant ab Hav.

§ 14 *Nec pedes fugientes persequi potuit: et ab equite novissimi agminis ducenti*] *Fugientem persequi* Lov. 4. Tum τὸ *et* omittitur in edd. vett. quod Aldus restituit, concinentibus scriptis. Hinc *ab equitatu* Lovel. 4. Deinde *novissima agminis ducenti* Gaertn. et Hav.

Signa militaria duodeviginti reliquere: alio agmine] *Duo et viginti* edd. Rom. 1472. ac Parm. Præterea *reliquerunt* Lov. 4. *relinquere* Lov. 3. *signa mil. duodev. Reliqua legio agmine* sine sensu Klockian.

§ 15 *Alio agmine incolumi, vix ex tanta trepidatione Bovianum perventum est*] Antiqua scriptura *ut ex tanta trep.* Gelen. *Vix ex tanta trep.* sola

Digitized by Google

Campani ed.: reliqui libri Pall. tres et casca ed. *ut ex tanta trep.* Gebh. Gelenii codex, duo Pall. Voss. uterque, Chifl. Andreas, *agmine incolumi, ut ex tanta.* Modificatio est vocis præced.: ut scilicet ex tanta trepidatione incolumes evasisse dici possunt. Cic. ad Att. IV. 1. 'Ita res sunt nostræ; ut in secundis, fluxæ: ut in adversis, bonæ.' Infra c. 46. 'Insigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho.' Tarvis. et Becher. *incolumi ex tanta.* Venetæ jam habent *vix.* J. F. Gron. *Incolumi ex tanta trep.* Leid. 2. *incolumi, vix tanta trep.* Harl. Gaertn. et ed. Mediol. 1480. Reliqui mei, et Hearnii Oxonienses, *incolumi, ut ex tanta trep.*: Gelenii lectionem Frobenius 1535. recepit, eamque reliqui servarunt usque ad Parisienses, qui a. 1573. *vix ex tanta* revocarunt; quod obtinuit ad Gronov. usque, *ut ex tanta* denuo in contextum recipientem. Et recte. Elegans autem usus est particula *ut*, quam Livius hoc modo sæpius adhibuit. Ita IV. 13. 'Sp. Mælius ex equestri ordine; ut illis temporibus, prædives.' c. 55. 'Tres erant, et omnes acerrimi viri, generosique etiam, ut inter plebeios.' XXI. 34. 'Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum.' XXIII. 18. 'Satis multis, ut ex tanta pancitate, interfectis.' XXIV. 28. 'Orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit.' XXXII. 33. 'Princeps Ætolorum Alexander, vir, ut inter Ætolos, facundus:' ubi etiam quædam videri possunt. Et ita Cic. ad Fam. IV. 9. 'Nam adhuc et factum tuum probatur, et, ut in tali re, etiam fortuna laudatur:' ubi vide Manutium.

CAP. XLIV. § 1 *Lætitiam utriusque exercitus Romani auxit et ab altera parte feliciter gesta res*] Pal. 3. primo *Lætitia.* Forte legendum *Lætitia utriusque ex. Rom. auxit et ab altera parte fel. gestare:* ut τὸ *auxit* valeat patiendi significatu, ut sæpius apud hunc nostrum scriptorem observatum est. Deinde Pal. 2. *et ab alia parte: alia pars* est altera. Et sic loquuntur Latinissimi. Vide sis Antiq. Lection. libellos nostros. *Gebh. Lætitia* etiam Lov. 2. Non tamen propterea Gebhardo consentio; *Lætitia auxit, feliciter gesta re* conjectanti, ut *Lætitia auxit* ponatur pro 'Lætitia aucta est.' Sæpius Livio invito hanc locutionem obtrudere conatus est Gebhardus. Hoc modo *auxit vis morbi* legebat III. 6. § 2. *animi auxerant* VIII. 38. § 9. Verum, quæ dictis locis notavi, etiam hujus vulgatæ lectioni vindicandæ sufficiunt. *Lætitiam utriusque ex. Romanis auxit* Leid. 2. et Lov. 1. *Lætitiam utriusque ex. Rom. auxerunt* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Verum, hanc lectionem rejiciendam esse, docent verba seqq.; quæ, ea recepta, non haberent quo referenda forent. Tum *ab alia parte* Gaertn. Sed nec illud placet, verum potius refero inter aberrationes scribarum, qui passim has voces commutarunt. Vide ad Epit. Liv. lib. L. Præterea *gesta feliciter res* Lov. 2. Mox *uterque ex altera sententia consul* Port. *uterque ex alterius sententia consulis* Voss. 2. Gaertn. et Hav. Sed vide hoc lib. ad c. 10. § 2.

§ 2 *Exhaustis deinde tectis ignem injecit*] Prima vox exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. Sed male. 'Tecta exhausta' sunt unde omnis præda egesta est. Infra XXVI. 30. 'Præter mœnia et tecta exhausta urbis, nihil relictum Syracusis esse.' XXXIV. 13. 'Non agros inde populari, sed urbium opes exhaurire licebit:' ita Mogunt. Vide quæ ibi notantur.

Eodemque die Aquilonia et Cominium deflagravere] *Eodem die* Port. Gaertn. et Hav. Præterea *Aquiloniam et Comminium deflagravere* Gaertn. Alibi quidem 'flagrare' ac 'conflagrare' apud scriptores tamquam verba, ut vocantur, activa reperiuntur. Vide Sanctium in Minerv. III. 3. p. 335. et

Digitized by Google

Munker. ad Hygin. fab. 179.. Non tamen apud Livium: quare ceteris potius codd. nihil mutantibus adsentior. *Deflagraverunt* Lov. 4.

Et consules, cum gratulatione mutua legionum suaque, castra conjunxere] Copula *et* deficit in Port. Gaertn. et Hav. Deinde *consules grat. mutua* Lov. 2. *consules congratulatione mutua* Lov. 3. 4. Harl. et Hearnii Oxonienses L. 1. 2. atque N. cujus ultimi tamen margini vera lectio adscripta legitur. Vide ad IV. 24. § 7. *Cum grat. mutua legionumque, sua castra conjunxere* Voss. 2. et Lov. 3. *cum grat. mutua legionum, sua castra conjunxere* Lov. 2. 4. Port. et Hav. neque aliter Gaertn. nisi quod insuper *nimia*, pro *mutua*, legit. Male. Quum ambo exercitus castra conjungerent, legiones legionibus, consul consuli victoriam gratulati sunt. Sæpe quidem 'suus' additur, ubi abesse poterat, ut vidimus ad III. 8. § 8. hic tamen vix ferri posse videtur. *Se conjunxere*, pro *castra conjunxere*, Hearnii Oxoniensis L. 1.

§ 3 *Et Carvilius suos pro cujusque merito laudavit*] Prima vocula deficit in Lov. 2. Vide ad II. 44. § 3. tertia in Harl. Tum *Calvilius* dedit Voss. 2. *Carvillius* Hav. Hinc *suos pro cujus merito laud.* Leid. 1. *suos protinus merito laud.* Voss. 2. habet pro varia lectione. Supra VIII. 12. 'Præmiis pœnaque pro cujusque merito persolutis:' ubi quædam dicta sunt. XXXI. 35. 'Pro merito cuique erga nos fortunam esse.' Et eodem cap. 'Quis durius, quam pro merito ipsorum, statutum indignari posset.' XLIII. 6. 'Minus esse, quam pro meritis populi Romani et voluntate sua.'

Fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium, fratris filium] *Fuerat cert. pugnantium, Sp. Pap.* Lov. 2. Adparet et hunc legisse *P. Nautium*, quemadmodum est in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxoniensibus L. 2. B. ac C. Sed male. Supra enim constanter *Spurius* vocatur c. 40. et c. 41. idque hoc loco servat optimus Flor. aliique. Quin et id prænomen genti Nautiæ fuit familiare. Vide II. 39. IV. 35. IX. 21. et alibi. Sæpius prænomen *Sp.* vel *Spurius* in *P.* vel *Publius* mutatum est a librariis. Vide ad VI. 27. § 2. Deinde *Sp. Papirii fratris filium*. Male. Supra etiam c. 40. 'Sp. Papirius fratris filius consulis' vocatur. Mox voces *manipulumque hast. arm. aureisque* desunt in edd. Rom. 1472. et Parm. *manipulaque* habent Voss. 2. et Lov. 3. *manipulorumque* Gaertn.

§ 4 *Propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hostes*] *Quia magni agminis modo* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 4. et edd. vett. Primus deinde Aldus recepit *qua*, adprobantibus eam lectionem reliquis Mss. Sæpe hoc modo peccant librarii. Ita hoc ipso §. et cap. seq. § 2. Sed plura vide ad XL. 29. § 6. Tum *terruerat hosti* Leid. 1. *eruerat hostes* Voss. 2. et Lov. 3. *circumvenit hostes* Port. Hav. et Hearnii Oxoniensis B. *tenuerat hostes* Leid. 2. 'Tenere' et 'terrere' sæpius in codd. commutari videbimus ad XXIII. 1. § 10.

Et nocte, qua fugam infestam Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit] Pall. tres, binæque vetustæ edd. *ad Aquiloniam clam egressis*. Gebh. Multa loca Livii et aliorum, in quibus tempora non conveniunt, adnotavit Gronovius ad XXIX. 27. et XXXIV. 11. His facile plura addi possent. Sed nondum inveni quidquam huic simile, *terruerunt, fecit, ceperant*. Duk. *In nocte* Lov. 4. Tum *quia fugam infestam* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Vide ad verba præcedd. *qui fugam infestam* Lov. 2. Hinc *ad Aquiloniam clam egressis* Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Hearnii Oxonienses C. N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. sed codd. posterior *ab Aqui-*

Digitized by Google

tonia emendatum præfert. *Ad Aquilonium cladi egressis* Gaertn. et Hav. *ad Aquiloniam ducti clam egressis fecit* Leid. 2. et Lov. 1. In verbis præcedd. *juvenemque Papirium* edd. Rom. 1472. et Parm. addita copula, quæ necessaria non est; immo non convenit, quum mox *centuriones* sine copula similiter sequatur. Deinde *propter nam cum equitatu et in prælio operam* Lov. 4. *propter novatam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 2. Ita interdum peccarunt librarii. Vide ad II. 43. § 9. VII. 16. § 4. et Burm. ad Suet. Ner. c. 20. Similiter 'navus' et 'novus' commutari, ostendimus ad III. 41. § 1. *Propter variatam* Gaertn. § 5 *Centuriones militesque, quia primi*] Lego *militesque, qui primi*. Non enim omnes milites id fecerant. Et fuit eadem corruptela VIII. 14. *Jac. Gron.* *Qui* et *quia* sæpius in Mss. confundi, videbimus ad XXXVI. 33. § 5. *Qui* etiam hic præfert Lov. 2. et tamen nunc contra Gronovium vulgatum servandum arbitror. In præcedentibus Livius dixit, Papirium donasse Sp. Nautium, Sp. Papirium, quatuor centuriones et manipulum hastatorum. Subjungit deinde caussam doni cuique dati, et, post memoratos Sp. Nautium ac Sp. Papirium, addit nunc *centuriones militesque*, per quos non in genere omnes centuriones militesque exercitus sui, sed quatuor centuriones et manipulum hastatorum, quorum antea meminerat, intelligendos esse, nexus historiæ docet: quin et non omnes centuriones militesque intelligi inde colligere est, quod mox sequatur 'equites omnes.' Quemadmodum itaque caussam, cur Sp. Nautium, Sp. Papirium, et equites omnes donarit, exprimit per voces 'propter' et 'ob,' ita hic, cur eumdem honorem centurionibus, nempe quatuor, militibusque, nempe manipulo hastatorum, habuerit, exprimit vocula *quia*. Iisdem ferme argumentis etiam Dukerus vulgatum adversus Gronovium tuebatur. Mox *Aquilonium*, pro *Aquilonia*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Ob insignem multis locis operam, corniculis armillisque argenteis donat] Milites ob strenuam in pugna navatam operam donabantur a ducibus coronis multiplicibus, hastis puris, phaleris, torquibus, armillis, addit hoc loco Livius et 'corniculis.' Sed quale esset 'corniculum,' haud compertum est, quod ipse legerim. Illud sane conjectari licet, ab hoc ornamenti genere milites corniculo insignitos 'cornicularios' appellatos. De cornicularii autem militibus, qui scilicet olim essent, nondum certi quicquam ex antiquis scriptoribus recentioribusve mihi, diligentissime perscrutanti, reperire licuit. Quod tamen ex aliorum scriptis occurrit, in medio affe[illegible]m, nec, quæ ex mea Minerva deprompsi, reticebo; ut in re ista perdifficili et obstrusa lumen, quod dari potest, non desit. Turnebus Advers. v. 10. ita scribit: 'Uti in exercitu et acie dicitur cornu, ita in cohortibus tribuni militum corniculum, a quo cornicularius, qui corniculo tribuni militum præest.' Cæl. Rodigin. XVII. 10. scribit: 'Cornicularium vero obiter, sunt qui putent corniculis militantem, sicuti a cornu dicti cornicines.' Et paulo infra addit ex Amm. Marcellino XVI. 12. Cornicularios et 'cornutos' vocatos et 'baccatos,' milites usu præliorum diuturno firmatos: quorum etiam meminit idem author XV. 5. inquiens, baccatos atque cornutos fluxioris fidei, et ubertate mercedis ad momentum omne versabiles, Constantii imperatoris jussu in Silvani mortem, qui ad culmen imperii surrexerat, sollicitatos, illum interfecisse. De cornutorum quoque tribuno alibi XVI. capp. 11. 12. idem Ammianus verba facit. Verum hæc, sicuti quod quærimus non aperiunt, ita difficultate non vacant. Namque apud Amm.

Digitized by Google

Marcellinum textus correctiores non habent *cornutos et baccatos*, sed *Carnutes et Braccatos*, hoc est, populos illos Galliæ inter Celtas Andegavensibus Turonensibusque finitimos, ex Cæsare Bell. Gall. l. v. et vi. quamvis Plinius inter Danubium et Hercinium saltum eos constituat iv. 12. Hos vero, Braccatos scilicet, Galliæ Narbonensis populos fuisse, testimonio Plinii constat iii. 4. cui lectioni præcedd. et subseqq. verba maximè favere videntur. C. Sigonius de Antiquo Jure Provinc. ii. 2. 'Cornicularios,' inquit, 'autem qui fuerint, nemo tradidit: ego, tribuni militaris ministrum fuisse, facile dixerim.' Hoc autem confirmat authoritate Valerii Maximi vi. 1. ita scribentis: 'Cominius tribunus plebis diem ad populum dixit M. Lectorio tribuno militum, quod cornicularium suum stupri causa appellasset.' Julius Frontinus idem affirmare videtur Strategem. iii. 14. ex. 1. ita scribens: 'Tamquam tribuni cornicularius, vigilias excitavit:' vel *vigiles*, ut alii legunt. Lævinus Torrentius in suis Comment. in Sueton. in Domit. c. 17. 'Cornicularius,' inquit, 'ordo ac gradus in militia erat; neque aliud, quam accensi tribunorum centurionumque ac decurionum fuisse videntur.' Huic sententiæ favent Asconii dicta in Verr. l. i. c. 26. 'Accensi,' inquit, 'dicebantur attributi decurionibus, hoc est, eorum ministri, quos nunc commentarienses et cornicularios appellant.' Accensos autem ab 'acciendo' dictos, eo quod mandata perferrent et accirent, alibi docuimus. Ita et Suetonius de Clar. Orator. Gramm. cap. 9. de Orbilio ait, 'Orbilius primo apparitum fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit.' Et de Viris Illustr. c. 72. 'M. Scaurus primo in Hispania corniculo meruit: sub Oreste in Sardinia stipendia fecit.' Ex his omnibus cogitabam ego cornicularios forte fuisse, qui tribunorum et centurionum imperia mandataque per ordines et in acie proferrent, parvo cornu argenteo varie concinentes, quo pacto hodiernis temporibus triremium ductores corniculo, quod collo appensum gestant, ori apposito varie et diversimode sibilantes ad varia munia obeunda nautas et remiges excitant. Sicut itaque in universo exercitu, teste Vegetio de Re Milit. ii. 22. cornicines erant et tubicines, qui in pugnam milites incitabant, quod pariter et Livius tradit ii. 64. ita et in singulari quoque ordine erant cornicularii, imperantium mandata corniculo significantes. Ita in militia Palatina 'cornicularii' accipiuntur pro accensis primiscriniorum, vel principis proximorum, si Alciato credimus in l. 2. Cornicularii C. de Prox. Sacr. Scrin. Venichat quoque in mentem, corniculum fuisse signum sive vexillum, sub quo equites ducebantur, quemadmodum et nostris temporibus equestrium militum signum et signifer vulgo 'Corneta' dicitur, quod comprobare videtur Vegetius de Re Milit. ii. 24. scribens, 'Qui sub uno cornicolo militabant, centurio et sui milites, ambo cornicularii dicebantur.' Et Symmachus l. x. ep. 62. (alias 56.) ad Theodosium inquit: 'Prætorianus urbanarum cohortium miles ad corniculariorum gradum inculpati laboris diuturnitate promotus.' Postremo dum Livianum textum præpondero, et animo concipiebam, quod, sicut Venetorum ducum ornamentum illud quod capite gestant mitris gemmis exornatum, 'cornu' vocant, ita et antiquitus militari ornamento caput militis illius honestarent imperatores exercituum, qui strenuum aliquod facinus egisset; hocque 'corniculum' appellaretur, cui inderentur plumæ, aliudve simile, et argenteum erat, vel aureum, quod nostrates etiam gemmis exornatum ferre,

Digitized by Google

et 'aieronera' dici passim scimus: quod ex sculpturis antiquis pariter colligere possumus, in quibus conspicimus militum nonnullos in galeæ summitate hujusmodi 'corniculos' habentes. 'Corniculum' autem vocari hoc capitis seu galeæ ornamentum puto, ab animalium quadrupedum quorundam similitudine, quorum capita cornu vel cornibus insigniantur. Sic luna 'cornu præfulgens' dicitur. Hanc nostram sententiam confirmare possumus ex iconibus galearum militarium a Guilelmo Choul Gallo lib. de Castrametatione antiquorum descriptis, præsertim ex 5. et 6. in ordine, corniculos in summitate præferentibus. Sic in numismate argenteo Alexandri Magni caput galeatum cum corniculis conspicimus, unde et eorum usum a Græcis ad Romanos translatum existimamus. Sic in sacris literis Moyses cornubus illustris, et l. 1. Reg. c. 2. 'Dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui,' et pluries cornu exaltationem pro sublimatione, sacræ paginæ accipiunt. Certe corniculariī milites virtute præstantes et fortitudine insignes erant, quod tum ex dictis colligere possumus, tum etiam ex Suetonio in Domit. cap. 17. dum ait illum a Clodio, seu, ut alii legunt, Clodiano, corniculario, cum aliis contrucidatum. Et Cassiodorus Variar. lib. xi. tradit, corniculariōs dictos, qui præerant cornibus secretarii, hoc est, qui in consilio præfecti prætorio stabant armati, a Græcis *θωρακίται*, quo sensu accepta et hæc vox apud Maternum lib. ii. et Firmicum Matheseos iii. In inscriptione antiqua in sacello sanctæ Mariæ in via Pontificum (apud Gruter. DLXI. 11.) VECTORIVS PROCVLVS. ADIVTOR. CORNICVL. In alia in hortulo ad Aquam Virginem (apud Gruter. DXXIII. 4.) ATENAEVS FIRMVS. CORNICVLARIVS. SVPPRAEF. VIGIL. *M. Donatus.* Scheff. de Tribus Orbb. Aureis pag. 60-66. putat; fuisse tubulos cornuum formā, cui inderentur plumæ eminentes, quibus galeam et equi caudam sæpe exornabant. Ceterum nusquam præterea hæc cornicula legi fatetur. Infra xxxix. 31. equites donantur 'phaleris,' 'catellis,' ac 'fibulis.' Apud Dionys. etiam lib. x. pag. 668. Sylb: omnis generis dona militaria recensentur, 'coronæ civicæ, murales, obsidionales, in præmio, torques, armillæ, hastæ, phaleræ:' at nulla in iis 'cornicula.' Forte igitur hic legendum *corollis*, vel *coronulis*: ut, veluti centariones donaverat armillis et coronis aureis, sic hos iis argenteis. *Jac. Periz.* ad marginem Livii. *Corniculis argenteisque armillis* Hav. *corniculis armillisque argenteis* Vos. 2. et Lov. 3. *coronis armillisque argentis* Port. et Gaertn. quæ lectio conjecturam Perizonii probare videtur: nisi potius existimandum sit librarios vocem minus notam in notissimam mutasse. Quid per cornicula hæc intelligendum sit, incertum est. Plerumque intelligitur eo nomine ornamentum galeæ, quod cornuum speciem referebat. De eo videri potest Salmas. ad Solin. p. 386. Speciem armillæ fuisse, existimat Barthol. de Armill. pag. 51. quod cornicula armillis sæpe sæpius, velut cognati generis, socientur: ubi tamen præterquam hoc loco socientur, vellem indicasset. Aliquid tandem monstri hic subesse suspicatur, quod equites corniculis donentur, qui corniculo merebantur apud Suetor. in Illustr. Gramm. cap. 9. ubi tamen 'corniculo' et 'equo merere' distinguuntur. Et quidem gradatim Orbilius primo 'adparituram magistratibus fecit, deinde corniculo, mox equo meruit:' ut corniculo mereri minus fuisse videatur, quam equo merere. Hic contra equites corniculis donantur. Unde constare potest, aliud quid intelligendum esse per 'corniculum,' quo

Digitized by Google

eques donatur, aliud per 'corniculum,' quo merebat, qui nondum eques erat. Ceterum *donavit* est in Hav.

§ 6 *Consilium inde habitum, quum jam tempus esset*] Tὸ *inde* deficit in Leid. 1. Sed quum per compendium ité scriptum fuisset, interceptum est a præced. vocis litera finali. Vide ad x. 20. § 6. Deinde *quum jam nec tempus esset* Voss. 2. Leid. ambo, et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *nec* etiam inter versus adscriptum legitur in Voss. 1. Mox *a Samnio* Voss. uterque, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3.

§ 7 *Eo pertinacius et infestius agere cetera et persequi*] *Pertinaticius* Port. vel eodem errore, quo *amicitior*, pro *amicior*, ac similia alia passim data sunt; (vide ad II. 15. § 6.) vel juncta duplici lectione *pertinatius* et *pertinacius*. Tum *et prosequi* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. In proxime seqq. *domitum Samnium*, pro *perdomitum*, Lov. 4.

§ 8 *Quando jam nullus esset hostium exercitus*] Tὸ *esset* deficit in Lovel. 2. *exercitus hostium* transpositis vocibus Harl. Mox *unum superesset belli genus*, pro *superesse*, Flor. quasi referendum esset ad vocem *quando*. Deinde *urbium expugnationes* multæ ex vett. edd.

Quarum per excidia militem locupletare præda] *Quarum excidia* Lov. 3. quæ lectio placere posset, nisi vulgatum defenderent reliqui codd. Deinde *locupletare prædam* Flor. a m. pr. *locupletare prædæ* Leid. 2. quod eadem ratione dictum videri posset, qua 'abundare pecuniæ,' 'opulentus prædæ,' 'frumenti,' et similia, de quibus vide ad XXXV. 1. § 11. Ego tamen nihil muto. Insuper *pro aris et focis* Port. et Gaertn.

§ 9 *Diversi, Papirius ad Sepinum*] Pal. 2. *Sepianum*. Pal. 3. *Sepirium*. Gebh. *Divisi* Hearnii Oxoniensis N. Male. Vide hoc lib. cap. 33. § 10. Deinde *ad Sepium* Leid. 2. *ad Cepianum* Gaertn. *ad Sepianum* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *ad Sæpinum* per diphthongum auctoritate Ptolemæi, Frontini de Colon. et Veteris Inscriptionis legit Doujatius, quos antea laudarat Cluverius Ital. Ant. IV. 7. p. 1198. Eosdem, nulla Cluverii mentione facta, laudat etiam Harduin. ad Plinii III. 12. Paullo ante *Ita literis missis*, pro *Itaque*, Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum *de rebus a se gestis* Voss. 2. et Lov. 3. Vox *gestis* non adparet in Flor.

Carvilius ad Volonam obpugnandam] Sepini in Samnitibus meminit Ptolemæus III. 1. *Volanam* habebant veteres libri, at alii in *Veliam* mutarunt; temere, meo quidem judicio. Est enim 'Velia' in Lucanis littorale oppidum, longe a Samnio. *Glareanus*. Pall. duo *ad Vellam*. Pal. 2. et Camp. ed. *ad Veliam*. Recte retentavit Andreas *Volanam*. Infra cap. 45. Pall. duo vocant *Velletiam*. Gebh. Flor. Thuan. Voss. uterque, Rott. Helm. duo Pall. *Vellam*, Pal. 3. *Veliam*. Sic et cap. sequenti: *Jam Carvilius Vellam* Rott. et Helm. *vel etiam* Flor. Voss. prior, et Thuan. *Velle etiam* Voss. alter. Denique *vel jam intra paucos dies* Flor. Thuan. Voss. 1. *vel et intra paucos dies* Voss. alter, Rott. et Helm. Hic versus unus ab Herculanei mentione priore usque ad posteriorem exciderat. *J. F. Gron.* Hearnius *ad Duellam* invenit in Oxon. L. 2. *ad Duelliam* in C. *ad Vellam* in N. quod etiam est in Leid. utroque, et Lov. 1. 3. 4. *ad Velam* in Lov. 2. *ad Nellam* in Klockian. *ad Veliam* in Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. Neapol. Latinii, et Memmiano apud Doujatium, qui *ad Velinam* legendum, idque oppidum circa Velini amnis fontes fuisse conjicit. Si tamen hic locus in Samnio ita proprie dicto situs fuerit, omnino de fontibus amnis Velini cogitare non possumus. Incerti situs esse agnoscit Cluver. loco laud.

Digitized by Google

CAP. XLV. § 1 *Literæ consulum ingenti lætitia et in curia et in concione auditæ*] *Literæ consulis* Hav. Vide ad X. 10. § 2. Tum *et in contentione* Leid. 1. Sæpe ita librarios peccasse vidimus ad IV. 6. § 4. Alia exempla exstant v. 2. § 10. cap. 10. § 6. VIII. 32. § 11. c. 33. § 3. X. 7. § 3. c. 23. § 4. c. 24. § 4. et alibi. Mox *et equa tridui supplicatione* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *supplicatione publica*, pro *publicum*, Gaertn.

§ 2 *Nec populo Romano magna solum, sed peropportuna etiam, ea victoria fuit*] *Nec populum Romanum magna* Voss. 2. et Lov. 3. *nec pormagna* Flor. a m. pr. *ro* autem inter lineas a manu emendatrice, quasi scribendum foret *nec porro magna*. Potius tamen *pormagna* scriptum fuisse videtur pro *po. R. magna*, id est *populo Romano magna*. Ex ea vero lectione et vulgata simul juncta *nec populo Romano pernagna* datum est in Lov. 2. *neque*, pro *nec*, præferunt Harl. et edd. Aldina vetustiores. *Hæc* Hav. Deinde *sed opportuna* Hearnii Oxon. L. 1. *sed populi Romani opportuna* Lov. 3. *sed P. R.* vel *po. Ro. opportuna* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. Liv. XXI. 2. 'Mors Hamilcaris peropportuna et pueritia Hannibalis distulerunt bellum.' c. 31. 'Hujus seditionis peropportuna disceptatio quum ad Hannibalem rejecta esset.' XL. 57. 'Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem.' Hinc *etiam* deficit in Lov. 1. 4. Voss. 1. et Leid. 2. Si plures codd. expungerent, Livium ita loqui solitum fuisse docerent illa quæ notantur ad II. 6. § 1. Deest etiam *ea* in edd. Rom. 1472. ac Parm.

Quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos adlatum est] *Qua*, pro *quia*, Leid. 1. et Lov. 3. Vide ad cap. præc. § 4. *Per idem tempus forte reb.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *per idem fere tempus reb.* Lov. 4. Insuper *latum est* Hav. *relatum est* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad XXII. 14. § 11. *Tò est* non comparet in Lov. 4.

§ 3 *Quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset*] Hæc ita Livius narrat, perinde atque antea Hetruria ac Samnium numquam simul adversus Romanos fuerint, cum ad finem anni quadringentesimi quinquagesimi septimi c. 32. hi duo populi, ac præterea Galli ac Umbri, non parva accessio, bellum moverint Romanis. *Glar. Tolerabilis futura Etruria esset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. C. atque N. in margine. *Tol. futura Etruria erat* Oxon. B. *Etruria tol. futura erat* Gaertn. Paullo ante *Subibat cogitatio hominum*, pro *animum*, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. Port. et Gaertn.

Si quid in Samnio adversi venisset] Campanus edidit *advenisset:* perperam. In Pal. 2. superscriptum est *fuisset*. Gebh. Scribe ex Flor. *evenisset*. J. F. Gron. Ita etiam præferunt edd. Tarvis. utraque, Ven. 1495. 1506. Ascens. 1510. 1513. 1516. 1530. Mogunt. Cervicorni, et Paris. 1529. Et ita fere XXIII. 27. 'Ut omnia prospere evenirent.' Sed vulgatum etiam servari potest. Phædrus Fab. I. 2. 31. 'Hoc sustinete, majus ne veniat malum:' ubi vide Burmann. Livius XXIV. 40. 'Ballistas tormentaque alia ad tuenda mœnia, si quando similis fortuna venisset, Apolloniam devexere.' IX. 12. 'Omnia, quæ deinde venerunt, non in animis solum, sed prope in oculis esse:' ubi vide quæ notantur. Mox *quæ commutatio Samnitum erecta* Hav. *erepta* Lov. 2. Vide ad III. 5. § 7.

Omnisque Romana vis aversa in Samnium esset] *Omnisque Romanis*, pro *Romana vis*, Leid. 2. Deinde *versa in Samnium esset* edd. Rom. 1472. Parm. et Tarvis. utraque, invitis omnibus scriptis, quorum plerique servant *aversa*, sed *adversa* legunt Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Gaertn. et Hav. Male. Vide ad I. 40. § 7. Præ-

Digitized by Google

terea *esset in Samnium* Hav. Mox *occupationemque reb. pro occ.* Flor. a m. pr. Adscripsit etiam Salvin. qui hunc codicem cum editis contulit, *rè populi Romani παράλαιον.* Deinde *per occasionem* Hav.

§ 4 *A M. Atilio prætore in senatum introductæ, querebantur, uri et vastari agros*] *Ab M. Attilio prætore* Port. Gaertn. et Hav. *a M. Atilio pplo Ro.* Leid. 1. *a M. Atilio pr. r.* Lov. 1. Vide ad XXXI. 10. § 4. Hinc *in senatum traductæ* Voss. 2. Sed prima syllaba vocis *introductæ* absorpta est ab ultima litera vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. Quod supererat deinde nullo negotio in *traductæ* mutari potuit. 'Introducere' vero in hac re sollemne verbum est. XXXIV. 57. 'Hm legationes a C. Scribonio prætore urbano in senatum introductæ sunt.' XXXIX. 33. 'Regum quoque eorum civitatiumque legatos in senatum introduxerunt.' c. 46. 'Legationes transmarinas in senatum introduxerunt:' et passim. Deinde *uri ac vastari* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. *iri et vastari* Leid. 1. et Lov. 4. *uti et vastari* Port. Mox *ex finitimis Etruscis* Lov. 4. *in finitimis Etruscis* Flor.

Quod descissere a populo Romano nollent] *Desistere a pop. Rom. nollent* Port. neque aliter Gaertn. nisi quod insuper legat *ab populo Romano.* Vide ad XXX. 3. § 5. *Descissere ab pop. Rom. nollet* Hav.

§ 5 *Ut se a vi atque injuria*] *Ut quam atque injuriam comm. heat.* Hav. *ut se vi atque injuria* Port. *ut se ab ui atque injuria* Gaertn. *vt se a vi injuriaque* Lov. 4. Paullo ante *Patres consultos* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad VI. 26. § 4. Mox vero in verbis seqq. § 6. *fidei suæ sic paniteret*, addita voce, Port. *fidei suæ pertineret* Leid. 1.

§ 6 *Ni Faliscos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant*] *In Falisca* Port. *i Falisco* Hav. *ni Fal. quique per multos annos* Leid. 2. *et Faliscos quoque, qui* Lov. 2. *Tum in amicitia fuerant* Port. Sed vide ad II. 14. § 4. *In amicitia fuerint* Gaertn. Voces *in amicitia* desunt in Hav. Paullo ante *quam ad Etruriam pertinebat, acta res est* Lov. 2.

§ 7 *Fecialem mittendo ad res repetendas censerent*] *Ad res recipiendas* Harl. Sed 'res repetere' sollemnis in hac re locutio est, de qua vide Brisson. de Form. lib. IV. p. 341. Tum *arcesserent* Voss. 2. *accurrerent* Lov. 3. Mox *bellum Faliscum*, pro *Faliscis*, Hearnii Oxon. L. 1.

§ 8 *Uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret*] *Inter ex Samnio* Hav. *utere ex Samnio* Lov. 3. *uter ex Samnitio* Leid. 1. *uter ex Samnis* Gaertn. Deinde *in exercitu* Leid. 1. et *exieret* Lov. 3.

§ 9 *Volanum et Palumbinum et Herculaneum ex Samnitibus ceperat*] *Vel etiam Paulumbinum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Vel etiam et Palumbinum* Flor. et Leid. 1. *Velle etiam Palumbinum* Voss. 2. *Velle etiam et Palumbinum* Lov. 3. *Vellam Palumbinum* Port. et Gaertn. *Velam Paulumbinum* Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. B. *Velam et Paulumbinum* Lov. 2. *Vellam Palumbinum* Oxon. N. *Vellevam et Palumbinum* Lov. 4. *Venetiam et Palumbinum* Klockian. Vide ad cap. præc. § 9. Tum *Herculanium* Lov. 2. *Herculanum* Lov. 4. Eædem fere varietates in trium illarum urbium nominibus in verbis proximis obcurrunt. Præterea *signis collatis*, pro *ex Samnitibus*, Voss. 2. quod ex seq. §. male huc translatum est. *Et ceperunt* Leid. 1. Verbis seqq. *inter paucos dies* Hav. Vide ad v. 27. § 3. Hinc *eodem die, quo* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.

§ 10 *Bis etiam signis collatis cecidit prælio*] *Tò bis* deficit in Voss. utroque, Leid. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. ejus loco *ex Samnitibus* præ-

Digitized by Google

fert Leid. 1. contrario errore, ac modo ad verba præcedd. ex Voss. 2. notavimus. In sequentibus *hostium dimicavit jactura* Lov. 2. Verba autem *jactura dimicavit. Castris deinde positis, manibus hostem* omisit scriba Lov. 3. deceptus similitudine vocum *hostium* et *hostem*.

§ 11 *In his tribus urbibus capta aut cæsa ad decem millia hominum*] Præpositionem *ad* omisit Jac. Gronovius in ed. majore, quæ cum Variorum Notis prodiit; verum sine dubio operarum errore: non tantum enim ipse voculam illam servavit in ed. minore, quæ circa idem tempus excusa est; sed eamdem etiam defendunt omnes, quibus usus sum, codd. J. Clericos tamen errantes typographos inprovide secutus est: Gronovius enim errorem commissum ad calcem notare neglexerat. Præterea *ad XX. millia hominum* Lov. 2. *ad quadraginta millia hominum* Gaertn. et Hav. *ad XL. millia hominum* Port. et Hearnii Oxon. B. C. ac N. cujus tamen ultimi margo *ad X. millia* exhibet. Ceterum verba *oppidum captumque. In his tribus urbibus capta aut* neglegentia librarii desunt in Port.

Ita ut pavore admodum plures caperentur] Exemplaria vetera *ut parvo admodum*. Gelen. Vet. lib. *parvo admodum numero plures*. Sigon. Pall. duo *ita ut parvo admodum plures*. Gebh. Gelenii codex, duo Pall. Voss. Chiff. alii, *ut parvo admodum plures*. Sigonius cum suo, *ut parvo admodum numero plures*. Ubi se manifesto prodit alienæ manus. Nam Livius dixit *parvo plures*, ut alii 'aliquanto plures,' 'multo plures,' 'nimio plures.' Plinius II. 67. 'Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, parvoque brevius, quam totus, hinc atque illinc septentrio exemigatus.' Gellius XIII. 2. 'Accius tunc haud parvo junior:' et c. 18. 'Non brevi antiquior.' *J. F. Gron. Ita ut paullo admodum plures* Hearnii Oxon. N. qui in margine præfert, *ita ut parvo admodum numero plures. Parvo* et *paullo* confundunt etiam scribæ apud Ovidium Metam. VI. 327. ubi vide Nic. Heinsium: *Ita ut parvo admodum numero plures* similiter legunt Port. Gaertn. Hav. et apud Doujatium Memmian. *ita ut pavore admodum plures* Lov. 4. *ita ut parvo admodum plures* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. Flor. et Klockian. *ita ut parvo plures* Lov. 3. Librarii, qui *parvo admodum numero plures* dederunt, supplendum putarunt quod Livius omiserat. Similiter 'parvo post,' pro parvo tempore post, dixit Plinius XVI. 25. 'parvo distare,' pro parvo spatio distare, v. 11.

Etruria Carvilio evenit] *Advenit* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. Male. Vide ad v. 12. § 6. Mox *jam* deficit in Lov. 2. *non* in edd. Rom. 1472. et Parm. et ita fere Klockian. qui legit *in Samnio potiebantur*. Sed, particulam negantem servandam esse, docent quæ notantur ad IV. 18. § 2.

§ 12 *Papirio ad Sepinum major vis hostium resistit*] *Papirium ad se purum* Lov. 3. *Papirio ad Sepianum* Port. et Hav. *Papirio ad Cepianum* Gaertn. *Papirio ad Sapinum* Harl. Vide capite præc. § 2. Deinde *vis* exsulat a Voss. 2. Hinc *obstitit* Harl. *restitit* Voss. uterque, Leid. 2. Flor. Klockian. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hearnii Oxon. N. B. C. et edd. omnes usque ad J. F. Gronovium, qui *resistit* substituit; quum autem mutationis rationem in notis non reddiderit, incertum est, utrum ita legi voluerit, an vero operæ typographorum aberrarint. Certe *resistit* vix superest in Leid. 1. Gaertn. et Hav. Hinc priorem lectionem revocavi.

Sæpe in acie, sæpe in agmine, sæpe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum] Quid si abjiceretur utraque præpositio, fieretque, *acie, agmine*? At aliter quoque Velleius Paterculus loquitur II. 47. pr.

Digitized by Google

Grut. Verba Velleii sunt: 'Pugnatum directa acie, sæpe in agminibus, sæpe eruptionibus:' ubi Gruterus præpositionem *in*, quod jam Lipsius monuerat, delendam conjicit, eamque hic etiam utroque loco abjiciendam repetit. Verum quemadmodum Burmanno *in agminibus* apud Vell. defendenti, et, cum agmen duceret, 'in itinere' exponenti, adsentior; ita hic cum Grutero utroque loco præpositionem abesse mallem. Hic enim *in agmine* ita exponi nequit, licet id fecerit Sigonius ad verba seqq. nam Papirius in obsidione Sæpini hærebat, et iter non faciebat; sed notabit, non explicatis ordinibus distinctaque acie, ut Lipsius verba Velleii, sed abjecta præpositione *in*, intelligenda docuit, laudato etiam Livii loco ex XXI. 57. 'Magis agmina, quam acies, in via concurrerunt.' Cui addo alia ex XXIX. 36. 'Cum Hannibale in ipso itinere tumultuario prœlio conflixit: agminibus magis, quam acie, pugnatum est:' et XXXIII. 9. 'Phalanx, quæ venerat, agmen magis, quam acies, aptiorque itineri, quam pugnæ.' Ceterum voces *sæpe in acie* omittuntur in Lov. 2. cujus erroris caussa fuit vocis *sæpe* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. Deinde *circa urbem ipsam adv. hostium* legit Gaertn. *circa urbem ipsam* etiam Port. et Hav. *pugnatum est*, addita ultima voce, Lov. 4.

Neque obsidio, neque bellum ex æquo erat] Hæc verba quid sibi velint, et an integra, vix equidem intelligo. *Glar.* Papirius, inquit, ad Sepinum difficilius bellum gessit. Etenim sæpe in acie, sæpe in agmine, sæpe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnavit. Neque vero aut obsidendi, aut dimicandi facilis et expedita ratio erat, quod Samnites non minus acriter armis mœnia sua defenderent, quum ipsi se muris tutarentur. Quod autem ait 'in agmine,' in itinere faciendo intelligit. Hæc dixi, quia Glareanus vitium subesse suspicatur sine caussa. ['Glareanus dubitat: at apud Sigonium ne dubitare quidem oportet.'] *Sigon.* Ut hæc verba cadunt, putes inclinatum fuisse statum, et Romanos quodammodo inferiores, secus atque docuit eventus. Dein subsequens ratio non evincit iniqui aliquid fuisse Romanis, sed fortius se gessisse defessos, quam solent, qui hanc fortunam subierunt, et tantum non, ut qui vallum scindunt, et campo se committunt. Itaque valde placet, quod in unico video Florentino, *neque obsidio, sed bellum ex æquo erat.* Non jam videbantur obsideri, sed in campo pares cum paribus congredi. *J. F. Gron. Ne obsidio, nec bellum ex æquo erat* Lov. 2. *nec obsidio, nec bellum ex quo erat* Lov. 1. neque aliter Lov. 3. nisi quod ultima vox *erat* cum decem sequentibus neglegentia librarii omittatur. *Nec obsidio, nec bellum ex æquo erant* Lov. 4. *nec obsidio, nec bellum ex æquo erat* Voss. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. et L. 2. Mihi etiam inprimis placet, quod Gronovius ex Flor. laudavit. Mox *armis et viris* Voss. 2. Port. Gaertn. et Hav. Hinc *tuebantur*, pro *tutabantur*, Lov. 2. Vide ad XXVIII. 20. § 1.

§ 13 *Tandem pugnando in obsidionem justam coëgit hostes: obsidendoque*] *Tum pugnando*, id est *Tamen*, Leid. 1. Vide ad XXII. 2. § 11. *Tandem repugnando* Lov. 2. Tum *obsidendo*, omissa particula connectente, Lov. 3. *possidendoque* Gaertn. Hinc *opibus urbem expugnavit* idem Gaertn. Vide ad VIII. 16. § 4. *Operibus urbem oppugnavit* Lov. 1. a m. pr. Vide ad XXI. 57. § 6.

§ 14 *Septem millia quadringenti cæsi*] *VII. XL.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. *septem millia quadraginta* Gaertn. et Hav. *unde CCCC.* Lov. 3. *septem millia CCC.* plures exedd. principibus. Tum *cæsi* exsulat a Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *cæsa* habet Voss. 2. *septem millia quagringenti capti* Lov.

Digitized by Google

2. Paullo ante *ita ab ira*, pro *itaque*, Gaertn. Vide ad XXI. 53. § 7. Sed vox illa deficit in Harl. et ed. Mediol. 1480.

Capta minus tria millia hominum] *Capta minus trium millium* Port. *minus tribus mil. cæsi* Lov. 2. *capta minus tribus millibus* Lov. 4. Sed vide hoc lib. ad c. 37. § 3. *Hominum millia* Lov. 3. Vox *hominum* non adparet in Lov. 2. ejus autem loco *hostium* præfert Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad XXIII. 37. § 11.

Præda, quæ plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas] *Ex præda, quæ plurima fuit* Port. *prædaque plurima fuit, cong. Samn. rebus in urbes: præda militi concessa est* Flor. a m. sec. et Lov. 2. *prædaque plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes: pauca militi concessa est* Lov. 3. et 4.

CAP. XLVI. § 1 *Nives jam omnia oppleverant, nec durari extra tecta poterat*] *Compleverant* Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. N. Male. Infra XXII. 56. 'Adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit.' Deinde *nec habitari* Harl. et edd. principes usque ad Aldum, qui *durari* substituit. Recte. Supra l. v. c. 6. 'Ut hiemem unam durare in castris non possint.' XXXVIII. 7. 'Vix durare quisquam intus poterat.' Vide Passer. ad Prop. El. I. 6. 11. *Nec durare* est in Klockian. Tum *extra poterat*, media voce omissa, Leid. 2. *extra castra tecta poterant* Lov. 4. a m. pr. *extra tecta castra poterant* a m. sec.

Consul exercitum de Samnio deduxit] *Consules ex. de Samnio deduxere* Lov. 4. Male. Unus enim tantum deduxit Papirius, Carvilius in Etruria bellum gerebat. *Consul ex. de Samnio duxit* Leid. 1. *consul ex. ex Samnio deduxit* Gaertn. Livium τῷ *deducere* modo præpositionem *ex*, modo *de* addidisse, patet ex exemplis quæ laudantur ad VI. 26. § 8. Servandum igitur nunc *de Samnio*, in quod reliqui conspirant. *De Samnio exercitum* Harl. omnesque editi usque ad Jac. Gronovium, cui ordinem verborum ita, ut nunc editur, mutanti favent reliqui scripti.

§ 2 *Venienti Romam triumphus omnium consensu est delatus*] Quædam supersunt loca, ex quibus colligendum videtur, senatum non petentibus summis ducibus ultro triumphum decrevisse. Ita quum refertur II. 47. M. Fabium senatui 'triumphum decernenti' respondisse se publico privatoque deformem luctu lauream non accepturum, antea triumphum non petiisse videtur: ut nec Marius 'triumphum oblatum,' donec et Cimbros vinceret, differens, et quum pro duobus triumphis qui obferebantur, uno contentus esset: quod utrumque refert Auct. Epit. Liv. lib. LXVIII. Vide etiam Plutarch. in Mario p. 419. et 421. Huc etiam referri posset, Cæsari 'triumphum' amplissimum 'delatum' esse, teste Cic. ad Attic. VIII. 4. post epist. 11. et epist. 12. nisi Dukerus, qui locum priorem Cic. observavit, simul censeret tum alia tempora reipublicæ fuisse. Si nihilominus 'triumphus delatus,' et quidem 'delatus omnium consensu,' displiceat, neque huic tempori convenire videatur, nihil propius nunc video, quam ut *triumphus omnium consensu est decretus* legamus. 'Decernere' enim in hac re sæpissime Livio usurpatur. Quum tamen Mss. nihil mutent, mihi prior sententia magis probatur.

Triumphavit in magistratu] *In majestate* Lov. 2. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. 1. B. ac C. id etiam pro varia lectione in margine exhibet Voss. 1. Contrario modo errarunt librarii, *magistratus*, pro *majestatis*, exhibentes, IV. 48. § 7.

§ 3 *Pedites equitesque insignes donis transire, ac transvectis multæ civicæ*] Lege et distingue, *Pedites equitesque insignes donis transiere, ac transvecti*:

Digitized by Google

multæ civicæ, &c. Gelen. Vet. lib. *transvecti sunt.* Sigon. *Pedites equites insignes donis ἀσυνδέτως* Hav. sed solus; qui etiam cum Lov. 3. *transire* legit, quod ex editoribus primus recepit Aldus. Sed recte *transiere* reduxit Gelenius. Pari modo quorumdam codd. librarii lapsi erant IV. 21. § 8. Multa similia vide ad XLV. 2. § 7. Deinde *at transvectis multæ civicæ* Voss. 2. *ac transvectis multæ civicæ* Lov. 3. et edd. Rom. 1472. Parm. Ald. et quædam aliæ. *Ac transvectæ multæ civicæ* Lov. 2. *ac transvectæ sunt multæ civicæ* Gaertn. et Hav. *ac transvecti: multæ civicæ* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 4. Harl. Flor. Klockian. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. Exc. Pithœi, et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ usque ad Aldum. *Ac transvecti sunt: multæ civicæ* unus meorum Port. Sigonii vet. lib. consentiens. Quum autem sæpe τὸ *sunt* per unicam literam *s* exprimeretur, facile a librariis, quid ea indicaretur, nescientibus omitti potuit; sæpe etiam adcrevit voci præcedenti, atque ita hic *transvectis* datum est. Vide ad XLV. 17. § 6. Mox *vallares atque murales* Lov. 3. *vallares ac mulares*, transpositis literis, Lov. 1. a m. pr. et Leid. 2. in contextu, altera lectione margini adjecta. *Vallares ac murabiles* Voss. 2.

§ 4 *Inspectata spolia Samnitium: et decore ac pulchritudine*] *Inspecta spolia* Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed de hoc errore dictum est hoc lib. c. 38. § 2. Tum *decore ac pulchr.*, τῷ *et* omisso, Voss. 2. et Lov. 3. *et decore et pulchr.* Lovel. 4. *et decora pulchr.* Leid. 1. *et decorem et pulchritudinem* Gaertn. *et decorem ac pulchritudinem* Klockian. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quod exponi posset, 'quod ad decorem et pulchritudinem adtinet.' Vide Perizon. ad Sanctii Min. l. II. c. 5. p. 185. Sed præstat vulgatum, reliquorum codicum auctoritate nisum. Mox *nota* non adparet in Voss. 2. nec *quæ nota* in Lov. 3. *locorum* etiam deest in Voss. 2. pro quo *locum* legit Leid. 1. *loco* Lov. 3.

Nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducti] Pessime *captivis clari sui spatiumque factis ductis* Voss. 1. *nobiles aliquos captivis* Flor. *nobiles aliquot captivis* Lov. 4. *nobiles aliquanti clari* Klockian. Tum *factis ductis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 5 *Æris gravis transvecta vicies centum millia, et auri triginta tria millia: id enim redactum*] Beavit ærarium suo mendacio scriba. Sincera lectio: 'Æris gravis transvecta vicies centum millia, quingenta triginta tria millia: id æs redactum.' *Gelen.* Legendum puto *et auri mille triginta tria:* sequitur enim 'pondo:' idque eam potissimum ob caussam, quod ea tempestate rarum esset aurum, et summæ nimium excrescerent. Nisi quis tantum auri contendat fuisse, quantum in moneta facerent (ut cum vulgo loquamur) triginta tria millia pondo. Semel ita locutum puto Livium I. 55. de pecunia ex Pometiæ urbis præda a Tarquinio seposita. Triginta tria millia pondo argenti facerent 330000 coronatorum; cum totidem auri pondo ingentem summam, nempe 3696000 coronatorum, ex unius tum urbis præda haudquaquam sperandam. Scio quosdam aliter legere: sed cuique sua sit conjectura. Atque hæc in primam decadem. Quod si hic annus est CDLX. perfectus, et bellum secundum Punicum, quod tertia describitur decade, decimo octavo demum anno finitum est: denique bellum Macedonicum, quod quarta deinde sequitur decade, cœpit A. U. C. DLIV. ut in loco ostendemus luculentis rationibus, certe decados sequentis anni fuerunt LXXV. Sed hæc ab initio nostrarum annotationum latius prosecuti sumus. *Glar.* Vet. lib. *Æris gravis magna vis transv., vicies centies millies, et quingenta triginta millia.* Sic etiam XXVI. 47.

Digitized by Google

'Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis.' *Sigon.* Quum legeretur *Æris gravis transvecta vicies centum millia, et auri triginta millia,* Gelenius fecit *vicies centum millia quingenta triginta tria millia.* Postea Sigonius *Æris gravis magna vis transvecta, vicies centies millies et quingenta triginta tria millia.* Sed primum *vè magna vis* nullis in fidis libris. Dein summa est immanis, et tunc nullo ex triumpho speranda. Ut enim decem libras demus denario, qui paullo post percussus est, et transmittamus, quod excurrit; *vicies centies millies* centena millia æris efficiunt quadragies centies millies sestertium, decies centies millies centena millia denarium, centies millies centena millia Philippum. Ad quod quantum restat ditissimo L. Æmilii de Macedonia triumpho? Hoc igitur omisso, ex Gelenii et Sigonii lectione fabricati sunt quod vulgo editur, et explicat Lipsius Admir. II. 8. nostræ pecuniæ 25830. Philippos. Nec male, si recte se habet is numerus. Sed quem non offendat bis positum *vè millia?* deinde *vicies centena et quingenta?* prorsus puerilis est hæc loquendi ratio; pro qua Livius dixisset *vicies quinquies centena triginta tria millia.* Denique ista *quingenta* non sunt conspicua in membranis nostris. Pal. 2. qui plerumque secundas facit Sigoniano, *Æris gravis vis transvecta vicies centies milies, aurique triginta milia pondo.* Nihil sani. Duo meliores, *Æris gravis transvecta vicies C. mille et ad XXXIII. mil.* Thuan. *Æris gravis transvecta vicies centum milia et ad triginta tria milia.* Helm. *Æris g. tr. vicies centum millia et ad triginta tria mil.* Voss. *Æris g. tr. vigies C. ad XXXIII.* Unde videtur scribendum *Æris gravis transvecta vicies centena et ad triginta tria millia.* Qui sunt denarii ducenta tria millia trecenti, Philippi viginti millia trecenti triginta. Cui satis quadrat numerus in argento tredecim millium trecentorum Philippum, quem recte collegit etiam Lipsius. *Ad,* id est 'circiter,' 'plus minus.' *J. F. Gron.* Hic etiam admodum variant codd. nostri aliorumque. *Merces C. mille et XXXIII. millia* legit Hearnii Oxon. L. 1. *Æris gravis transvecta vicies centum mille et triginta tria millia* Lov. 4. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *Æris gravis transvecta vicinies centum mille et triginta tria millia* Leid. 1. *Æris gravis transvecta vicinies centum millia et XXXXIII. M. L.* Flor. *Æris gravis magna vis transvecta vicies centies millies aurique triginta tria millia pondo* Port. *Æris gravis vis transvecta vicies sexies millies aurique millia pondo* Gaertn. *Æris gravis vis transvecta vicies centies mille aurique triginta tria millia pondo* Hav. *Æris gravis transvecti vicies centies millies aurique XXXIII. millia pondo* Hearnii Oxon. B. *Æris gravis vicies centum mille et auri XXXIII.* ejusdem N. *Summa æris gravis transvecti vicies centum mille et auri XXXIII. mil.* ejusdem L. 2. C. et ex meis Lov. 2. *Æris gravis transvecti vicies centum millia et auri triginta tria millia* Harl. cum ed. Mediol. 1480. utraque Tarvis. pluribusque ætate proximis. *Æris gravis transvecti vicies centum millia et a. XXXIII. mill.* Klockian. *Æris gravis transvecti vicies emille et ad triginta tria millia* Lov. 3. *Æris transvecti vicies centies mille et ad triginta tria millia* Voss. 2. *Æris gravis transvecti vicies centum millia et ad XXXIII. millia* Exc. Pithæi. *Æris gravis transvecti vigies C. ad XXXIII.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Doujatius legendum censet ex codice Thuan. apud Gron. *Æris gravis transvecta vicies centum millia et ad triginta millia.* Verum, præterquam quod Gronov. ex cod. illo laudet *triginta tria millia,* nemini etiam probabit genus loquendi *vicies centum millia.* Idem tamen recte, omnem auri mentionem, jam antea a viris doctis damnatam, ab hoc

Digitized by Google

loco alienam esse, novo hoc argumento docuit, quod, quum mox 'omne æs argentumque in ærario conditum' dicatur, 'aurum' omittatur. Gronovius ipse de Pecun. Vet. II. 5. lectionem Gelenii, duabus tantum vocibus *centena millia*, quas ex glossemate marginali in contextum inrepsisse putabat, ejectis, probavit ac legit *Æris gravis transvecta vicies et quingenta triginta tria millia*: quam conjecturam firmare potest Klockian. ejectis iisdem duabus vocibus, et numeri quingenarii nota in *a* corrupta, ut sæpe evenisse vidimus hoc lib. ad c. 19. § 17. Postea tamen probat etiam conjecturam, quam hoc loco proposuit, eamque priori præferendam esse docent plures Mss. illud *ad* servantes, ut et illi, qui *τὸ auri*, ex *ad* vel *a* formatum ab inscitis librariis, exhibent. *Ad* autem pro 'circiter' numeralibus jungi, vidimus hoc lib. c. 17. § 8. Neque sine exemplo esse putemus, eam vocem mediam inter numerum majorem et minorem interponi. Ita enim est apud Senec. Ep. XCV. 'Quatuor pondo et ad selibram fuisse aiebant.'

Id æs redactum ex captivis dicebatur] Ita Gelenius ad verba præcedd. emendavit, ut plerique præferunt codd. et ante eum receperunt edd. Mediolan. 1480. 1505. et forte quædam aliæ: sed *id est redactum ex captivis ducebatur* legit Lov. 4. *id redactum* Lov. 2. *id eas redactum*, transpositis literis, Lov. 3. *idem ad eas redactum* Voss. 2. *idem id eas redactum* Leid. 1. Sed illud *idem* natum videtur ex *id em*, id est *id enim*, ut præfert etiam Harl. atque ita in illis codd. duæ diversæ lectiones a librariis junctæ sunt. Tum *ex captivis* ignorat Voss. 2. Hinc *diceretur* legit Flor.

Argenti, quod captum ex urbibus erat, P. M. CCCXXX.] *Argentum quod captum* Leid. 2. Port. et Hearnii Oxon. B. *argentique captum* Lov. 3. Hinc *ex urbibus* deficit in Lov. 4. Deinde *erat P. M. a. CCCXXX.* Flor. *erat pondo ad M. CCCXXX.* Hearnii Oxon. N. qui *erat pondo auri M.* in margine habet: *erat p. a. CCCXXX.* Klockian. Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. *erat P. ad CCCXXX.* Voss. 2. et Lov. 3. *erat millia CCCXXX.* Lov. 4. *erat pondo CCCXXX.* Lov. 2. *erat pondo CCCXXX. millium* Port. et Hav. *erat pondo trecenterum triginta milium* Gaertn. *erat pondo M. CCCXXX. millium* Hearnii Oxon. B. *erat ad CCCXXX. millia* Harl. et edd. Aldo priores.

§ 6 *Auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in stipendium militum conlatum est*] *Actaque ea invidia est* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. Vide ad XXI. 61. § 4. *Captaque ea invidia est* Lov. 3. *auctaque invidia est* Leid. 2. *auctaque eo invidia est* Port. Gaertn. et Hav. *auctaque invidia est ea* Harl. et edd. principes usque ad Aldum. Tum *in stipendium collatum est*, omissa media voce, Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. B. et N. in quo tamen ultimo in margine adscripta fuit. *In stip. est collatum* Port. Gaertn. et Hav. *in stip. militum est collatum* Voss. 2. *in stip. collatum est militum* Lov. 3. *conditum in stip. militum collatum est* Lov. 4.

Et militi tum dari ex præda, et stipendium militare præstari potuisset] Mss. *et militidiu dari*. Lego *et militi donativum dari ex præda*. Vide Stewichium ad Vegetii lib. II. c. 7. et c. 20. Pamel. ad Tertull. de Corona Mil. c. 1. num. 2. 4. 6. Adde eundem Tertull. de Præscript. advers. Hæret. c. 12. de Resurrect. Carn. cap. 47. et lib. X. D. de Re Milit. *Klock. Et militi dari* Lov. 4. et Hearnii Oxon. C. *et militem dari* Leid. 1. et Lov. 2. *et militibus dari* Voss. 2. et Lov. 3. *et militum collatum est dari* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sed voces *collatum est* ex præcedentibus perperam repetitæ sunt. *Et militum collatum dari*

Digitized by Google

Port. et Gaertn. *et militum collatio dari* Haverk. Neque placet Klockii conjectura *et militi donativum dari*. Vocabulum enim *donativum* posterioris ævi fuisse videtur. Certe a Livio usurpari non memini. Tum *præstare potuisset* Voss. uterque, Leid. 1. Flor. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. et C. *Præstare potius : sed ædem* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *Ædem Quirini, quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio*] Hanc a patre ejus votam, ab ipso dedicatam, etiam tradit Plinius VII. 60. Salmasius ad Solin. p. 457. scribit, Papirium Cursorem consulem fuisse, et ædem Quirini dedicasse A. U. C. CCCCLXXV. ac *tredecim* (ita enim in Plinio legit pro *undecim* et *duodecim*, quæ ibi in edd. sunt) annis post Romanos cum Pyrrho bellavisse. In his omnino vel festinanter scribentis, vel operarum typographicarum error est. Non enim ignorare poterat, hunc consulatum Papirii in a. CCCCLX. secundum Fastos incidisse. Nec scio quid sit, quod ad Plinium adnotat Harduinus, non licere divinare quibus auctoribus Salmasius probare queat, bellum cum Pyrrho initum anno modo CCCCLXXV. Nam hoc non dicit Salmasius, verum tredecim annis post A. U. C. CCCCLXXV. cum Pyrrho bellatum esse. *Duk.* Lectio hæc, quæ nunc vulgo circumfertur, Aldum auctorem habet. Ante eum ita edebatur : *Ædem Quirini dedicavit, quam in ipsa dimicatione votam apud nem. auct. vet. inv., neque hercules tam ex. temp. perf. potuisset : ab dict. patre votam filius consul ded., exornavitque host. spoliis.* Hearne hic nihil ex codd. suis notavit : at meorum nullus Aldo consentit, qui contra veterum edd. lectionem tantum non probant, et non nisi in paucis in diversa abeunt. Omnes enim, periodum unam in duas dividentes, legunt *Ædem Quirini dedicavit, quam, &c.* Sed deinde, mutata verborum serie, *veterum invenio auctorem* legunt Voss. 1. et Lov. 1. *veterem auctorem invenio* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. et Hav. *vetek auctorum invenio* Gaertn. *invenio auctorem*, voce *veterem* omissa, Leid. 2. Præterea *Hercule*, ut Aldus dedit, omnes retinent. Vide ad VII. 11. § 11. Denique *sed ab dictatore patre*, addita prima voce, est in Port. Gaertn. et Hav. *sed a dictatore patre* in Lov. 2. Alibi Livium in parvas periodos orationem concidere, quam unica serie continuare, maluisse, videbimus ad XXI. 36. § 4. Neque vocem *dedicavit* paucis interpositis repeti, mirum videbitur post illa quæ notavi ad I. 8. § 9. Fateor tamen, hic, nescio quare, magis placere lectionem Aldi ; quem quum codd. suos secutum esse verisimile sit, in contextu nihil mutavi, et meorum dissensum adnotare satis habui. Ceterum templum hoc Quirini a 'Carvilio' consule dedicatum, et Samnitium spoliis exornatum, auctoritate Livii tradit Marlian. in Topogr. Urb. Rom. III. 6. a 'Papirio dictatore resartum' fuisse refert Borich. in Antiqua U. R. facie c. 9. quos diligentius inspectus Livius docere potuisset 'Papirium consulem dedicasse' templum Quirini. Nuper etiam Montfauconius templum, in honorem Quirini sive Romuli post ejus obitum fundatum, in præstantiorem formam a L. Papirio consule deductum fuisse testatus est in Diar. Ital. c. 14. p. 195.

§ 8 *Tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur*] *Pulcritudo fuit* Lov. 2. Sed male. Non enim 'pulchritudinis,' sed 'multitudinis,' argumentum est, quod non tantum templo et foro in urbe Roma, sed et templis ac locis publicis apud socios et colonos finitimos exornandis suffecerint. Dein *templum fórumque tantum his ornaretur* Lov. 3. *templum tantum forum bis ornaretur* Hav. *templum tantum forumque hornaretur* Voss. 2. *templum tantum forumque ornaretur* edd. Rom. 1472. ac Parm.

Digitized by Google

templum tantum fornixque his ornarentur Lov. 4. quod probari posset, si pluribus codd. auctoritas accederet. Vide ad I. 31. § 7.

Sed sociis etiam colonisque finitimis] *Locis etiam colonisque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Hinc *finitumis* Flor. Vide ad IV. 3. § 4. Mox, pro *publicorum*, Leid. 1. præfert *supplicorum*: Lov. 2. a m. pr. *supplicium*.

§ 9 *A triumpho exercitum in agrum Vescinum*] *Ab triumpho* Flor. Voss. 1. Port. Gaertn. et Hav. Et ita dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen per errorem *Ad triumpho* scripsit. Hinc *exercitum* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. in quo posteriore etiam voces *A triumpho* et *in agrum Vestinum* tantum in margine leguntur. Deinde *in agrum Vestinum* etiam Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 4. Port. Harl. Haverk. Hearnii Oxon. N. C. et vett. edd. Vide ad hujus lib. c. 20. § 1. *In agrum Vestini in qua regio* Lov. 3. *in agrum Vastinum* Lov. 1.

Regio ea infesta ab Samnitibus erat] *Infestata a Samnitibus erat* Voss. 2. Similiter variant scripti hoc lib. c. 21. § 10. Plura vide ad c. 37. § 2. Sed nihil mutandum. 'Infesta' enim est infestata. Ita XXXIX. 1. 'Itinera ardua, angusta, infesta insidiis:' ubi plura notantur.

§ 10 *In Etruria Troilium primum obpugnare adortus*] *Trossulum* Plinius XXXIII. 2. *Sigon. Trossili* meminit Plinius l. XXXIII. c. 2. quod an idem fuerit cum nostro, viderint geographiæ studiosi. *Grut. Troilum* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. Harl. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Troillum* Port. et Gaertn. *Toilum* Voss. 2. et Lov. 3. *Trolum* Hearnii L. 1. *Trossulum*, ut Sigonius scribendum conjecit, probat etiam Cluver. Ital. Ant. II. 3. p. 562. *Trossillum* vel *Trossulum* etiam Doujatius legendum conjicit.

Quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia gravili pactos] *Trecentos septuaginta ditissimos* edd. vett. nisi quod Mediol. a. 1480. inuper dederit *dimissos*; sed *quadringentos* prius, dedit Aldus; eique consentiunt omnes scripti. Tum *pecunia gravili pactus* Leid. 1. Vide ad XXIV. 49. § 4. Mox *permixti*, pro *dimixti*, Lov. 4.

§ 11 *Ceterum multitudinem oppidumque ipsum vi cepit*] *Cetérum* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *oppidum ipsum cepit* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Sed vocem *vi* intercepit præcedentis vocabuli litera finalis, quale exemplum etiam habuimus VII. 32. § 7. et XXI. 57. § 13. Contra, perperam additam esse a librariis ob eandem literam ultimam proximæ dictionis, vidimus ad IX. 31. § 7. Mox *castella quinque*, trajectis dictionibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 12 *Cæsa ibi hostium duo millia quadringenti; minus duo millia capti*] Vet. lib. *capta*. Sigon. *Cæsa ibi hominum* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. Vide ad XXIII. 37. § 11. *Cæsi ibi hostium* Gaertn. Hinc *duo millia CCC.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *duo millia trecenta* Gaertn. Tum *minus duobus millibus* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad III. 64. § 10. et hoc lib. c. 37. § 3. Salvinius, qui edd. Florent. cum editis contulit, inter varientes lectiones ejus adscripsit, forte deesse vocem *plus*, ut sit *plus minus duo millia*. Male. Ita loco modo laudato hoc lib. cap. 37. 'Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia cæsa.' capi præc. 'Septem millia quadringenti cæsi: capta minus tria millia hominum:' et XXIV. 17. 'Plus tamen duo millia hostium eo die cæsa traduntur: Romani minus quadringentis:' et sæpius. Tum *capta* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. Utrumque in usu fuit. Verisimilius tamen est, librarios *capti*, quod in optimis superest, mutasse in *capta*, quam contra. Vide ad lib.

Digitized by Google

XXXVII. c. 39. § 12. Neque mirum videri, aut displicere debet, Livium primo dixisse *Cæsa*, mox *capti*. Nam ita et loquitur XLV. 42. 'Cæsa enim ad viginti millia hominum sunt; ad sex millia vivi in potestatem pervenerunt; et vagi e fuga quinque millia hominum capta.' Ceterum *Cæsa ibi hostium duo millia capti*, reliquis omissis, Lov. 2. a m. pr. Sed repetitio *tôv duo millia* librario errandi caussa fuit. *Cæsa ibi hostium duo millia, trecenti capti* in eodem cod. a m. sec. emendatum erat. *Cæsa ibi hostium duo millia, cccc. capti* præfert Klockian.

Pactus centum millia gravis æris, et stipendium ejus anni] *Et pactus* Voss. 1. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. *et pactus est* Leid. 2. et Port. *pactus centum millibus* Lov. 2. Vide ad XXIV. 49. § 4. Per notas *C. M.* scriptum fuisse videtur, quæ quemadmodum reddenda forent, librarius adsequi non potuit. Vide ad XXV. 9. § 16. Certe *pactus L. gravis æris* est in Lov. 4. *pactus C. gravis æris* in Lov. 1. *pactus est mill. gratis æris* in Lov. 3. Sed pro numeri centenarii nota *c* scriptum erat *ĉ*, quod librarius vertit in *est*.

§ 13 *Ad triumphum decessit, ut minus clarum de Samnitibus*] *Haud minus clarum* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hearnii Oxon. N. in margine: *ut minus clarus* Lov. 2: et Hearnii C. Mox *triumphus fuerit*, pro *fuerat*, Leid. 1.

Cumulo Etrusci belli æquatum] *Æquato* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. Harl. Hearnii Oxon. L. 1. 2. C. et primæ edd. De origine hujus erroris vide ad VI. 3. § 8. *Æquatus* Lov. 2. *æquat* Lov. 3. *æquatum est* Flor. *comparatum* Port. Hav. et Hearnii B. *æquatum* primum adparuit in Ascens. 1513. 1516. Mogunt. Paris. 1529. Frobenianis, et inde semper in recentioribus.

§ 14 *Æris gravis tulit in ærarium trecenta nonaginta millia*] Ita constanter edd. sed ex codd. meis solus eam lectionem servat Harl. *trecenta septuaginta millia* Gaertn. et Hav. *CCCLXX. millia* Port. et Hearnii Oxon. B. *CCCLXXX.* ejus N. cum Flor. *CCCLXXX. millia* ejusdem L. 2. et C. cum Leid. 1. Lov. 2. 3. et Klockian. *trecenta octoginta millia* Voss. ambo: *trecenta et octoginta millia* Leid. 2. et Lov. 1. *octoginta* igitur, de quo inter plerosque et optimos convenit, in contextum recepi.

De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit] *Reliquo ære*, sine præpositione, Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. N. ac B. Tum *de manibus* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. *Deis manibus* Gaertn. et Hav. Sed voces *de manubiis* per expositionem præcedentium *de reliquo ære* accipio, quasi dixisset, 'de reliquo ære, id est, de manubiis.' 'Manubias' autem intelligo illam partem prædæ ex hoste devicto partæ, quam imperator pro republica fortiter feliciterque administrata accipiebat, secundum Ascon. ad Cic. in Verr. l. 1. capp. 59. et 60.

Prope ædem eidem Deæ, &c. dedicatam] Voss. duo, Rott. Flor. *ejus Deæ*. J. F. Gron. *Eidem Deæ* non alibi iterum, quam in Harl. et quibusdam ex principibus edd. inveni: reliqui omnes, quibus concinunt Hearnii Oxon. N. B. L. 1. et 2. nec non edd. Rom. an. 1472. ac Parm. *ejus Deæ*. Utrumque commode dici potest. Vide ad V. 28. § 7. Æquum itaque est, ut eam lectionem, pro qua tot stant codd. in contextum recipiamus.

Ab rege Servilio Tullo dedicatum] *Ser. Tullio*. Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum p. 322. cum multarum ædium Fortunæ a Ser. Tullio dedicatarum meminerit, 'Fortis' tamen 'Fortunæ' ab eo dicatæ non meminit. De ea tamen scriptum est apud Varronem de Lingua Latina lib. v. pag. 47. *Sigon.* Quod scholio suo Sigonius præscripsit, in

Digitized by Google

nulla obvium fuit ed. ut manus ejus aberrasse, et *Servio Tullo* dare voluisse videatur. Ita enim non tantum lapsi scripsere librarii Leid. 1. Lov. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. ac C. sed et edd. Aldi, Colon. Froben. et aliæ.

§ 15 *Et alterum tantum centurionibus atque equitibus*] Observarunt viri docti, hæc præmia pro portione stipendii dari solita, quod miles simplex, centurio duplex, eques triplex accipiebat. Hoc ex multis locis Livii ostendi potest, in quibus ita diserte scriptum est. Vide XXXIV. 52. XXXVIII. 59. XXXIX. c. 5. et 7. l. XL. capp. 43. et 51. lib. XLI. capp. 7. et 13. lib. XLV. capp. 40. et 43. Nec aliter accipienda videntur ea, ubi nulla centurionum et equitum mentione facta, solis militibus aliquid datum memorat: ut XXVIII. 9. XXX. 45. et XXXI. 20. nam ex eo, quod militi datum dicit, colligi potest, quid centurionibus et equitibus acceperint. Et fortassis idem sentiendum est de his, in quibus vel centuriones, vel equites præterit: illos XXXIV. 46. 'Militibus ex præda divisit, in singulos septenos septuagenos æris, triplex equiti:' hos XXXIX. 7. 'Militibus quadragenos binos denarios divisit, duplex centurioni.' Sed Gronovius priore loco excidisse putat *duplex centurioni:* cujus sententia si placet, posteriori quoque addendum erit *triplex equiti.* Quod autem XXXIII. 37. legitur, 'In peditibus singulos dati octingenti æris, triplex equiti centurionique,' singulare est, et corruptum esse arbitror. Nec tamen idem de hoc loco sentio, etsi æque, ni fallor, sine exemplo est, centurionibus atque equitibus *alterum tantum* illius, quod militibus, divisum fuisse; eo quod mihi persuadeo, non multo ante hoc tempus in usu esse cœpisse, ut triumphantes exercitui aliquid ex præda dividerent, et ob id tum nondum certam rationem ac modum horum præmiorum servatum fuisse. Nam primam hujus rei a Livio mentionem puto fieri X. 30. *Duk.* Vocula *et* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *in centurionibus* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3.

§ 16 *Tutatus ad populum est L. Postumium legatum ejus*] *Tutatus ad pop. non est* Voss. 2. Tum *ejus* deficit in eodem Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. cujus loco *est* præfert Leid. 1.

Dicta die a M. Scantio tribuno plebis] *Dicto die* Port. et Hav. Sed in hac locutione femininum genus masculino præferre Livius solitus est. II. 35. 'Quum die dicta non adesset.' c. 41. 'Invenio apud quosdam, diem dictam perduellionis.' III. 66. 'Quum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus conciones turbaret.' V. 11. 'In eos ab se iram plebis invidiamque die dicta avertunt.' c. 29. 'Dies dicta erat tribunis plebis biennii superioris.' c. 32. 'Die dicta ab L. Appuleio tribuno plebis propter prædam Veientanam:' et innumeris aliis locis. Similiter 'prodicta dies.' II. 61. 'Ante tamen, quam prodicta dies veniret, morbo moritur:' ubi alia exempla vide. Hinc præpositio deest in Flor. prænomen tribuni in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. cui *Caii* prænomen tribuit Harl. Deinde *Caucio tribuno plebis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn. *Cantio* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Hav. *Cantica* Voss. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. *Mantio* Harl. *Cancio* edd. usque ad Gruterum, qui *Cantio* substituit. Id in *Scantio* mutavit Jac. Gronovius. Videtur in eo secutus fuisse Pighium in Annal. ad a. CDLX. p. 398. qui tribunum plebis hujus anni, a quo Postumius accusatus fuerat, 'M. Scantium' vocat. In ipso Livii alibi vel 'Cantios,' vel 'Scantios,' qui in marmoribus sæpius obcurrunt, referri non memini. Memoratur tamen 'L. Scantinius pontifex' XXIII. 21. et 'L. Cantilius scriba pontificis' XXII. 57.

Digitized by Google

cujus gentis nomen a 'Cantius' eodem modo formatum esse videtur, ut a 'Quinctius,' 'Quinctilius;' a 'Sextius,' 'Sextilius.' Certe, invitis libris vulgatum mutare hoc loco, mali moris esse puto; quare priorem lectionem revocavi.

Fugerat in legationem (ut fama ferebat) populi judicium] *Ne fama*, omissa voce *ferebat*, Lov. 4. *ut fama populi ferebat, judicium* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. Male. Livius II. 61. 'Numquam ante tam invisus plebi reus ad judicium vocatus populi est.' Præterea Ant. Perizonius ad marginem Livii legendum conjecit *fugerat in legatione*, vel *fugerat legatione*. Priorem lectionem probat Klockian. Mox *actarique magis*, pro *jactarique*, Lov. 3. *jactari magis* Lov. 4.

CAP. XLVII. § 1 *Novi tribuni plebis magistratum inierant*] *Novi tribuni militum* Hearnii Oxon. L. 1. Tum *inerant* Leid. 1. *inierunt* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.

Iisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii suffecti] Idem de ædilibus plebis dicit XXX. 39. At plebeii magistratus auspicato non creabantur. Quomodo ergo *vitio creati* dicuntur? Hoc expedit Gruchius de Comit. II. 4. in princ. et Respons. ad poster. Sigonii disputationem p. 842. ed. Hanov. *Duk. Hisque ipsis* Flor. Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. *his ipsi* Leid. 1. Tum *creati* deficit in Leid. 2. Deinde *duos post dies* Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. et priscæ edd. *II. post dies* Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. Aldus primus substituit, quod nunc vulgo circumfertur, eique consentiunt Flor. Leid. 1. et Klockian. quod etiam propter horum codd. auctoritatem servo. Notas numerales *V* et *II* sæpe in Mss. commutari, videbimus ad XXXVII. 2. § 4. Voces *quia vitio, &c. Lustrum conditum* deerant in Lov. 3. Insuper *aliis suffecti* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. Sed ultima litera prioris vocis ex alterius initio adsumta est. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

§ 2 *C. Marcio Rutilo*] *Et C. Marco Rutilio* Port. Gaertn. et Hav. *C. Marco Rutilio* Hearnii Oxon. B. Cujus N. et L. 2. *et C. Marcio Rutilio* præferunt. *Cornelio Marcio Rutilio* Lov. 2. *C. Marcio Rutilio* Voss. duo, Leid. duo, Flor. Lov. 1. 3. 4. Harl. et primæ edd. Primus Sigonius recte *Rutilio* edidit. Vide ad VII. 17. § 6. Paullo ante *τὸ est* aberat a Lov. 2.

Censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo] Et Liviani et epitomarum Mss. libri *septuaginta* habent. *Sigon.* Pighius in Annal. ad a. CDLIX. p. 395. scribendum conjicit *censa civium millia*. Si quid mutandum, legerem *censa civium capita millia*, quia Livius ita plerumque numerum civium, qui censebantur, efferre solitus est. Vide I. III. c. 3. c. 24. et alibi sæpe. Similiter etiam passim auctor Epitom. Vide ad Epit. lib. I. Quum tamen codd. hic nihil mutent, pro *capitum* reponere *civium*, vel *civium capita* temerarium puto; præsertim quum semel Livius ita locutus reperiatur, quemadmodum hoc loco locutus est, IX. 19. 'Censebantur ejus ætatis lustris ducena quinquagena millia capitum.' In numero etiam variant admodum codd. Primæ edd. Rom. 1472. et Parm. legunt *millia CCLII. CCCXXI.* Illis proximæ Mediol. 1480. utraque Tarvis. et aliæ *millia CCLII. CCCXXII.* quibus consentit Harl. Postea editum est *millia CCLII. CCCXX.* quam lectionem quum aliæ, tum etiam præferunt Mediol. 1505. Ascensianæ, et Mogunt. Numerus, qui nunc vulgo exstat, primum receptus est ab Aldo: cui concinunt Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 3. neque dissentit Voss. 2. nisi quod, inserta copula, legat *et trecenta viginti duo*. Non multum abeunt Flor. et Klockian. *millia CCLX. CCCXXI.* præferentes. Sed *millia*

Digitized by Google

ducenta septuaginta duo CCCXXI. Hav. *millia ducenta septuaginta trecenta viginti duo* Hearnii Oxon. C. et L. 2. *millia ducenta septuaginta duo*, omissis tribus sequentibus vocibus, ejusdem Hearnii B. et ex meis Gaerto. *millia CCLXII.* iisdem vocibus omissis, Pert. *millia CCLXXX. CCCXXII.* Leid. 2. Denique *millia CCCLXII. CCCXXI.* ejusdem adhuc Hearnii N. quem numerum aperte falsum esse, docet locus modo ex Liv. IX. 19. laudatus. Vulgatum itaque, in quod optimi codd. consentiunt, et quod verum esse etiam Pighius statuere videtur l. laud. servandum puto, nisi si *viginti unum*, pro *viginti duo*, propter Flor. et Klockian. consensum legere quis mallet. At ita a Livio dissentiet auctor Epitomarum. Verum huic difficultati jam respondi ad ipsam Epitom. hujus libri.

Censores vicesimi sexti a primis censoribus] In hanc lectionem consentiunt omnes, qua scripti, qua typis excusi, nisi quod *vicesimus sexti* sit in Flor. *viginti sex* in Hearnii Oxon. C. Attamen Dodwell. de Cyclis Diss. X. § 92. p. 632. vix esse dicit cur dubitet, quin numeri longe majoris finem tantummodo conservarint hodierni librarii. Arbitratur itaque, numerum notis conceptum, atque olim scriptum fuisse *Censores LXXXVI. a primis censoribus*, sed postea duabus prioribus notis mutilatum numerum in verba *vicesimi sexti* transiisse. Primos enim censores institutos esse anno Varroniano CCCXI. inde duo censorum quinquennium juga ad annum Varr. CCCXX. fuisse, quo censurae tempus octodecim mensium spatio conciusit Æmilius Mamercus secunda dictatura; ita ut singulis triennibus bina fuerint censorum collegia. Ab eo tempore ad annum Varr. CCCCXL. fuisse annos CXX. et proinde eo spatio exstitisse censorum paria octoginta, nempe octodecimestrium, a primis autem censoribus paria octoginta duo. Tum rursus vetus censurae jus instaurasse Ap. Claudium censorem, atque effecisse ut deinceps essent, quemadmodum antea fuerant, quinquennales. Annis deinde viginti, ad anni Varr. CCCCLX. exitum, quatuor fuisse censorum quinquennalium bigas, quæ superioribus additæ octoginta sex paria censorum in universum efficient: ita tamen, ut Livius primos censores extra numerum reliquerit, quum censores anno Varr. CCCCLX. ineuntes numeraret 'octogesimos sextos a primis censoribus.' Hæc Dodwellus. Verum toto cœlo errat. Licet enim Mam. Æmilius censuram octodecim mensium spatio concluserit, non tamen postea quolibet mense octavodecimo novi censores, adeoque uno triennio duo censorum paria creabantur: sed, quemadmodum antea fieri solebat, quolibet quinquennio semel tantum novi censores eligebantur, verum hac lege, ut post octodecim menses honore abirent, reliquo trium annorum et sex mensium spatio nulli censores in republica forent. Patet hoc ex cavillationibus Ap. Claudii IX. 33. qui contendebat se censorem creatum esse ex formula primæ istius legis, qua primitus censores instituti sunt, iisque imperium quinquenne datum est: similiter etiam reliquos censores post C. Furium et M. Geganium, in quorum censura lex Æmilia lata erat. Ita enim Appius ille prætexere potuit, etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset; non tamen aut se, aut quemquam eorum, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse. Præterea, si post octodecim menses mox prioribus novi substitui solerent, cur non tempore Appii, exacto eo spatio, novi censores creati sunt, unde Appio censura abeundi necessitas imposita fuisset? Novos autem censores creari *Appius*

Digitized by Google

impedire non potuisset, quia comitiis, quibus censores creabantur, non ipsi censores, sed consules præerant. Insuper adhuc diutissime post Appii censuram censores tantum per octodecim menses, aut certe non per integrum quinquennium honorem obtinuisse, et satis magna quinquennii parte nullos in republica censores fuisse, colligi potest ex Livii XLV. 15. 'Potentibus censoribus, ut ex instituto ad sarta tecta exigenda et ad opera, quæ locassent, probanda anni et bimensis tempus prorogaretur, Cn. Tremellius tribunus intercessit.' Si eo tempore censores per integrum quinquennium magistratum obtinuissent, illud anni et bimensis tempus, per quod censuram sibi prorogari petebant, excurrisset in tempus novorum censorum, adeoque tum quatuor censores uno tempore exstitissent, quod erat inauditum. Aliter quidem hunc locum Livii exposuit Dodwellus, verum expositionem ejus ad illum locum refellere conabor. Tandem iidem illi censores, C. Claudius Pulcher et Ti. Sempronius Gracchus, honorem adepti sunt an. DLXXXIV. ut referunt fasti Capitolini, anno vero proxime, creatis jam novis consulibus, qui a. DLXXXVI. consulatum gererent, sed priusquam magistratum iniissent, petunt anni et bimensis tempus sibi prorogari. Si autem eo tempore censores per quinquennium honorem obtinerent, subfecisset si post triennium id sibi concedi petiissent. Verum nunc eo anno petierunt, quia instabat finis anni et sex mensium, quibus exactis dignitate abituri erant.

Lustrum undevicesimum fuit] In Capitolinis fragmentis hoc *lustrum tricesimum* esse, scriptum est. Varietatis causa est, quod Livius decem lustra ante censores creatos acta præterire videtur. Numerus etiam hic censorum negligentiam ejus arguit in tradendis ante censoribus: neque enim, qui ab eo supra editi sunt, hanc summam conficere possunt. *Sigon.* Vide etiam Pighium in Annal. ad a. CCCCLIX. p. 395. Ceterum *lustrum vigesimum fuit* Voss. 2. *lustrum undeviginti* Lov. 4. *lustrum inde viginti* Lov. 3. *lustrum in XX.* Lov. 1. *lustrum unde XX.* Flor. *lustrum inde vigesimum* Leid. 2. Gaertn. et apud Hearnium Oxon. L. 1. qui *lustrum un vigesimum* invenit in N. *lustrum autem vicesimum* in L. 2. *lustrum quartum vicesimum* in C. Omnia autem hæc verba cum præcedentibus *Censores vicesimi sexti a primis censoribus* deficiunt in Lov. 2.

§ 3 *Coronati primum, ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectaverunt*] Vide Lipsium de Milit. Rom. v. 17. *Duk. Coronati sunt primum* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *coronati primo* Gaertn. Tum vox *bello* non adparet in Port. Gaertn. et Haverk. Deinde *spectarunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *translato egregio more*, pro *e Græcia*, Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Flor. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. ac N. in cujus posterioris margine *e Græcia* emendatur. Similiter alibi nonnumquam errasse librarios, constat ex illis quæ Burmann. notavit ad Sueton. Calig. cap. 22. *Translato ex regio more* Voss. 2.

§ 4 *Damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est*] *Pecuniariis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Vide hoc lib. ad c. 23. § 13. Deinde *via Martis scilicet ad Bovillas* Hav. *via Martis silice ad Bovillas* Port. et Hav. *vi armatis silice ad Bovillas* Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed ultima litera vocis *via* et præpositio *a* in vicem altera alteram eliserunt. Vide ad v. 52. § 10. et ad XXIII. 8. § 9. *Via Martis scilicet ad Bovillas* Hav. *via Martis silicea Bovillas* Lov. 2. *via Martis silicea ad Bovillas* Lov. 4. De æde Martis

Digitized by Google

et via a porta Capena ad eam nuper, nunc vero ab ea Bovillas strata vide Duker. ad hujus lib. c. 23. § 13. *Via Narniatis* est in Neapol. Latinii. Tum *prostrata est* Lov. 4. Vide ad IX. 10. § 7. Tὸ *est* non adparet in Lovel. 2. Paullo ante *fecere*, pro *fecerunt*, Lov. 4.

§ 5 *Q. Fabium, Maximi filium, Gurgitem et D. Junium Brutum Scævam*] *Q. Favium Maximi filium Gurgitem* Florent. et Klockian. Vide ad VII. 22. § 2. *L. Quinctium Maximi filium Gurgitem* Leid. 2. *Q. Fabii Maximi Fabium Gurgitem* Portug. Gaertn. et Haverk. *Q. Fabium Maximum filium Gurgitem* Lov. 4. *Q. Fabium Maximum filium Gurgentem* Lov. 2. *Q. Fabium Maximum C. Gurgentem* Lovel. 3. *Q. Fabium Maximum*, duabus proximis vocibus omissis, Voss. 2. *Q. Fabium Maximum T. Fabium Gurgitem* Oxon. B. apud Hearnium, qui *Q. Fabium Maximum, Furium Gurgitem* invenit in C. *Q. Fabium Maximum Gurgitem* in L. 2. *Q. Fabium Maximum filium Gurgitem* in N. Sed nihil mutandum. *Q. Fabium Maximi filium* dictum est eo modo quo IV. 16. 'Nec plures, quam tres, tribunos consulari potestate creavit, et in iis L. Quinctium Cincinnati filium:' et c. 45. 'C. Servilium Prisci filium, quo dictatore Fidenæ captæ fuerant:' ubi plura vide. Tum *et Decium Junium Brutum Suam* Hav. *et Decium Junium Brutum Scævam* Port. *et B. Junium Brutum Scævam* Lov. 3. *et S. Junium Brutum Sævam* Lov. 4. *et Junium Brutum Scævam* Harl. *Junium Brutum Scævam* edd. usque ad Frobenianam 1535. Mox *item Papirius*, pro *ipse Papirius*, Hav.

§ 6 *Ad solatium unius mali, pestilentiæ urentis simul urbem atque agros, subfecit*] *Ad solatium minus mali* Hav. Hinc *pestilentiæ urenti simul* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et Haverk. Sed litera sibilans finalis intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *Pestilentiæ virenti simul* Florent. Sed 'urens' ac 'virens' etiam alibi scribæ commutarunt. Vide Bentl. ad Horat. Epod. XVII. 33. *Pestilentia urenti simul urbem* Lov. 2. Pestilentia hic dicitur 'urere,' quemadmodum fames apud Quinctil. Declam. XII. 9. 'Urit iterum fames, et, quod modo ex ore projecimus, conligendum est.' Vox *urentis* deficit in Lov. 4. sed relicta lacuna. Deinde *subfecit* Flor. et Leid. 1. Paullo ante vocabulum *lætus* exsulabat a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox autem *portento jam simillis clades erat* legit Hav. *portentoque jam similis cladis erat* Gaertn. Vide ad XXI. 57. § 14.

Libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur] *Libri additi* Leid. 1. Vide ad IV. 57. § 11. *Libri aditi, finis aut quod remed.* Port. *libri aditi, quinam finis aliter quod remed.* Lov. 3. *libri aditi, quinam finis, aliter aut remed.* Voss. 2. Sed voci *aliter* subjiciuntur stigmata, eam delendam esse indicantia. Hinc *a Diis* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. *ab his* Gaertn.

§ 7 *Inventum in libris, Æsculapium ab Epidauro Romam arcessendum*] Tὰ *in libris* non adparent in Lov. 2. *in libris Æsculapii* inepte legit Gaertn. Ceterum *arcessendum*, pro *accersendum*, ex Pall. legendum monuit Gebhard. III. 9. § 13. Vide ad II. 19. § 10. Paullo post *occupati consules bello erant* alio ordine exhibent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *occupati consules erant*, una voce omissa, Lov. 4.

Unum diem Æsculapio supplicatio habita est] *Per unum diem* Hearnii Oxon. L. 1. Sed reliqui omnes codd. præpositionem ignorant; quam etiam addi nihil opus est. Vide hoc lib. ad c. 21. § 6.

Digitized by Google

LIBER XXI.

Cap. I. § 1 *Licet mihi præfari, quod in principio summæ totius professi, &c.*] An alios quoque scriptores intelligat, nescio: Thucydidem certe intelligit, qui principio operis sui ait, se sperare, bellum id, quod scribere ingreditur, *μέγιστε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων*. Et quod Noster causas affert, cur tale fuerit, ille quoque alter exponit, cur tale fore opinetur. *Muretus*, Varr. Lectt. XIX. 17. *Liceat mihi, quod in principio* Lov. 4.

Bellum maxime memorabile omnium, quæ unquam gesta sint] *Maxime omnium mem.* Flor. Cant. Lov. 2. a m. sec. Lov. 3. 4. 5. et Rec. quod admisi. *Gesta sunt* Lov. 2. Ber. Rec. Hav. et edd. priores. Ceterum semel profiteri sufficiat, me semper nomina illa 'Hannibal,' 'Hanno,' 'Hamilcar,' 'Hasdrubal' per adspirationem, quæ etiam plerumque in optimis Livii aliorumque Mstis reperitur, scripsisse; *Karthago* autem et *Karthaginiensis* per literam *K*. De prioribus vide Glaream. ad cap. 4. § 1. et quæ notavi ad Silii I. 39. de posterioribus ad Silii I. 3.

§ 2 *Civitates gentesque contulerunt*] *Civitatesque gentesque contulere* Rec. *contulere* etiam Lov. 5.

Expertas primo Punico conserebant bello] Ed. Gallica Parisiensis, cui præfuit nescio quis Gohorius, *Punico conferebant bello:* vitiosissime, ut passim in illa nihil non mendarum plenum est. *Modius.* Ita tamen etiam Harl. Sed, verba hæc commutari solere, vidimus ad X. 41. § 4. *consecrant bello* Hav.

Ut propius periculo fuerint, qui vicerunt] Id Silius prope ad verbum in poëma suum transtulit, I. 13. 'propiusque fuere periclo, Queis superare datum.' Sed in meo vetere Livio legitur *ut propius periculum fuerint*: idque fortasse rectum est. Livius quidem sæpe hac constructione utitur: ut IV. 17. 'Propius est fidem:' et XXV. 11. 'Propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi:' et XXXV. 10. 'Major gloria Scipionis; et quo major, eo propior invidiam:' et XLIV. 9. 'Propiorque gladiatorium armorum usum.' Notum est, et alios primæ classis scriptores sæpe numero ita loqui. Talia enim sunt illa Ciceronis Fragm. Orat. in Pis. 'Proxime Pompeium sedebam:' et pro Mil. 22. 'Proxime Deos accessit Clodius:' et illud Sallustii, 'In dextro latere, quod proximum hostes erat:' ubi tamen vulgo adversus veterum librorum fidem legitur *proximum hostibus*. Sed apud Sallustium quidem hujus generis exemplorum copia est. *Muret.* Varr. Lectt. XIX. 17. Muretus Varr. XIX. 17. e vetere scripto corrigit *propius periculum*. Certum est, Livium sic gaudere loqui: et complura ejusdem generis ei restituimus. Vide ad XXII. 40. Sed quia in nullo reperiebam, quibus ipse usus sum, recipere contabar. At nunc didici, hoc ipsum exstare in optimo Flor. Itaque, cur suum auctori invideamus, causæ nihil est. *J. F. Gron.* De hac constructione vide ad II. 41. § 11. et quæ notantur ad Silii I. 13. Licet autem neque ipse in ullo codicum, quibus utor, invenerim, nisi Flor. optimo, ejus tamen auctoritate recipere veritus non sum. *Ut prope ejus periculo fuerint* legit Cant. Deinde *qui vicere* Lov. 1. et plerumque edd.

Digitized by Google

usque ad Jac. Gronov. cui *vicerunt* substituenti favent edd. Rom. 1472. et Parm. atque insuper omnes reliqui codd. nisi quod in Flor. a m. sec. interpolatum sit *vicerint*. Paullo ante alio ordine *fortuna belli* Flor. Tum *anceps Mars fuit* Rec. et Harl. *ancepsque fuit Mars* Lov. 4.

§ 3 *Victoribus victi ultro inferrent arma*] *Inferunt* Harl. *ferrent* Hafn. Paullo ante *certaverunt* Harl. *certavere* Lov. 5. Gaertn. et Rec.

Crederent imperitatum victis esse] Pal. 2. *crederent imperatum esse victis*. Gebh. *Imperatum victis esse* Lov. 2. 3. 4. Ber. Hav. et Hearnii D. Sed 'imperitare' Livio frequens est. I. 2. 'Cære opulento tum oppido imperitans:' ubi eadem est varietas. c. 17. 'Decem imperitabant.' c. 24. 'Alteri populo cum bona pace imperitaret.' III. 39. 'Vicissitudinem imperitandi sustulerint.' IV. 5. 'Annuis magistratibus parere, atque imperitare licet.' XXII. 41. 'Nam alternis imperitabant:' et eodem cap. 'Dissimiles discordesque imperitare:' et sic passim. Vide ad Silii II. 52. 'Imperare' autem et 'imperitare' etiam alibi in Mss. commiscentur. Vide Cortium ad Sallust. Jug. c. 19. Similiter 'rogare' et 'rogitare' V. 40. § 3. ubi plura hujus generis videri possunt: 'jactare' et 'jactitare;' (vide ad IX. 41. § 9.) 'retinere' et 'retentare;' (vide ad X. 5. § 3.) 'circumspicere' et 'circumspectare;' (vide ad XXI. 28. § 11.) 'polliceri' et 'pollicitari;' (vide Cortium ad Sall. Jug. c. 23.) Τὸ *esse* exsulat a Rec. Paullo ante *Punicque superbe* Lov. 5. *Punicque quod superbe* edd. Aldo priores, qui, consentientibus reliquis scriptis, τὸ *que* expunxit.

§ 4 *Perfecto Africo bello*] Hoc bellum cum mercenariis militibus per quinquennium in Africa Carthaginienses gesserunt post bellum primum Punicum. Auctor Polyb. lib. I. ult. *Sigon.* Vox sequens *exercitus* non erat in Gaertn. neque in præcedentibus τὸ *est* in Rec.

Tactis sacris jurejurando adactum] Hoc narrat Antiocho Annibal apud Polybium III. 12. *Sigon.* Vox *sacris* omittitur in Voss. et Lov. 1.

Se, quum primum posset, hostem fore populo Romano] *Quum primum posset, hostem se fore* Cant. Pronomen *se* delendum esse, Wasse ad oram exemplaris, cui cod. Cantabr. lectiones adscripserat, conjecit; quod tamen codd. reliqui eodem loco, quo edd. agnoscunt. Præterea *hostem fore populi Romani* Lov. 1. 3. 4. Harl. Voss. Gaertn. Hav. et apud Hearnium D. atque ed. Rom. princ. cum Rom. 1472. ac Parm. Id etiam in contextu est apud Aldum, qui recte in erratis alterum revocavit. Vide ad XXXIX. 47. § 11.

§ 5 *Sicilia Sardiniaque amissæ*] Sicilia amissa est primo Punico bello; Sardinia inter primum et secundum. Auctor Polyb. lib. I. ult. *Sigon.* Voces *Sicilia Sardiniaque amissæ: nam* et omittuntur in Rec. propter *Sicilia* et *Siciliam* repetitionem.

Nimis celeri desperatione rerum concessum] Vet. lib. *rerum desperatione*. Hæc sententia sumta est a Polybio III. 13. Καρχηδόνιοι γὰρ βαρέως ἤνεγκαν συνθέσθαι καὶ τὴν ὑπὲρ Σικελίας ἧττον συνεώρων δὲ αὐτῶν τὴν ὀργὴν τὰ κατὰ Καρδόνα καὶ τὸ τῶν ταλάντων συντέλεσμα χρημάτων πλῆθος. Mille autem ducenta talenta imposita tradit. *Sigon.* Notat Sigonius, legi in cod. suo Ms. *rerum desperatione*. Eas minutias in notis nostris, quam fieri potest, non consectabimur. Sic quoque haberi Pal. 2. *ancepsque fuit Mars:* atque in eodem *qui vicerunt* mihi adnotandum fuisset. Ceterum, quod proprie hunc locum adtingit, in vetustissimis binis edd. deprehendi τὸ *rerum* plane abesse. *Gebh.* Solus Rec. Sigonii vet. lib. consentit. Reliqui nihil mutant: *rerum* etiam abest ab ed. Mediol. 1480.

Digitized by Google

Stipendio etiam superimposito] Flor. *insuper imposito*. Sic et c. 45. 'Tantandique pontis caussa castellum superimponunt.' Put. ac Flor. *insuper imponunt*. c. 34. 'Jugo insuper imminenti.' *J. F. Gron.* Præter Flor. omnes mei vulgatum servant. Verbo autem 'superinponere' utitur etiam Livius XXXVIII. 56. 'Nam et Literni monumentum, monumentoque statua superimposita fuit.' XXXIX. 50. 'Saxum ingens, quo operitur, machina superimpositum est.' Celsus Medic. v. 27. § 6. 'Allium cum ruta recte miscetur, ex oleoque tritum superinponitur.' Colum. de Re Rust. VIII. 3. 'Ut palis in parietes vehementer actis vimineos quales superinponant:' ubi tamen codex Sangerm. *superponant*. Plinius XXIX. 6. 'Superimponi oportet splenium e melle decoctum:' ubi etiam Chifl. *Superponi*, quod Harduinus, nescio cur, recepit. Quinctil. Instit. I. 1. 'Neque egebit adjutorio manum suam manu superinposita regentis.' Similibus decompositis 'superincidere,' 'superincubare,' 'superinsternere,' etiam alibi Livius utitur. Vide ad II. 10. § 11. Elegans tamen est Flor. lectio a Gronovio probata *insuper imposito*, quod recte Doujatius exponit ultra summam, quam Romani legibus pacis stipulati fuerant. Virg. Æn. I. 61. 'Molemque et montes insuper altos Imposuit, regemque dedit.' Æn. III. 579. 'Ingentemque insuper Ætnam Impositam ruptis flammam exspirare caminis.' Hoc modo 'insuper incumbere' est XXII. 2. 'Cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant:' 'insuper injicere' XLIV. 5. 'Humusque insuper injiciebatur:' 'insuper inscendere' apud Apul. Met. lib. I. non longe a fine. 'Jubet officialem suum insuper pisces inscendere:' 'desuper inponere' apud Silium I. 349. 'Inponitque globos pugnantum desuper urbi.' Similiter autem, ut hoc loco, etiam alibi variatur in scriptis et editis. Ita apud Plaut. in Præf. Queruli, ubi nunc editur: 'Odoribus insuper infusis, tituloque extra addito;' Gruter. ex Muto Camerarii malebat *odoribus superinfusis*: ita apud Livium II. 10. § 11. *superincidentibus telis* codices servant, pro quo Aldus edidit *desuper incidentibus*: et *superinminere* est in uno cod. hoc lib. c. 34. § 6. ubi reliqui cum vulgatis habent *insuper inminere*.

CAP. II. § 1 *Sub recentem Romanam pacem*] *Sub recente Romana pace* Hearnii N. Vide ad II. 55. § 1. *Subsequente Romano pace* Lov. 3. *super recentem Romanam pacem* quædam ex antiqq. edd. Paullo ante *Afro bello* idem Lov. 3.

Per quinque annos] Malim *per quatuor*. Nam Polybius lib. primo extremo (c. 88.) scribit tribus annis, et quatuor mensibus hoc bellum esse confectum: Τρία μὲν οὖν ἔτη καὶ τέτταρας τοὺς μῆνας ἐπολέμησαν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους. *Sigon.* Maluit Sigonius *quatuor* ex Polybio contra omnes codd. Mss. *Gebh.* Nostri codd. *per quinque* constanter servant. Paullo post *ita dein novem annis*, pro *deinde*, Rec. Vide ad III. 3. § 6. *ita deinde se novem annis* Lov. 4. *ita demum novem annis* Hearnii L. 1. Vide ad XL. 22. § 1.

§ 2 *Ut adpareret, majus eum, quam quod gereret*] Vet. lib. *ut appareret omnibus, majus eum*. Sigon. Vox *omnibus* in vetere libro non apparet. *Muret*. Varr. Lect. I. XIX. c. 17. *Omnibus* apud me non alibi, quam in margine Rec. superest; apud Hearnium autem in N. quorum auctoritate, reliquis id ignorantibus, si præferrem, iniquus forem. 'Adparere' ita simpliciter, non addito casu, obcurrit IV. 6. 'Adparebat, aut hostibus, aut civibus de victoria concedendum esse:' ubi laudata a Gronov. exempla etiam huc convenire possunt. XXXIII. 1. 'Adparebat, nihil liberæ consultationis concilio relictum.'

Digitized by Google

Et, si diutius vixisset, Hannibalem duce Pœnos arma Italiæ inlaturos fuisse] Placeret *et, si diutius vixit Amilcar, eo duce Pœnos arma Italiæ illaturos fuisse.* Confirmatur hæc lectio loco etiam Polybii, cujus Græca verba, quia in promptu sunt, recitare supersedebimus. *Ursin.* Pal. 1. et vet. ed. *arma Italiæ injecturos fuisse.* Gebh. Quemadmodum Ursinus, etiam conjecit Latinius. Sed cui bono? Vulgatum servant omnes codd. et æque probum est. Deinde, vocem *Italiæ* ab D. et aliquot edd. exsulare, Hearnius auctor est. Sed eam omnes mei agnoscunt. Unus tantum *Italiæ arma* legit Harl. Deinde *injecturos* Lov. 1. 3. Voss. Ber. a m. pr. Gaertn. Hav. et quædam ex vetustissimis edd.

Quæ Hannibalis ductu intulerunt] Pal. 1. at vet. ed. *qui Hannibalis ductu:* et id restat in omnibus libris. *Gebh.* Similiter legebat Latinius. Neque aliter obferunt Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Rec. Hav. et quas vidi edd. usque ad Froben. qui 1535. *quæ* substituit.

§ 3 *Pueritia Hannibalis distulerunt bellum*] Quod 'pueritiam Hannibalis' dicit, necesse est, Hannibalem moriente patre non minorem octodecim annis fuisse: ut merito credi possit calumniam esse, quod de ipsius impudicitia traditur. *Muret.* Var. Lectt. XIX. 17. *Pueritia Hannibalis ductu intulerunt bellum* male Lov. 5. *distulere bellum* Rec. et Gaertn. In verbis præcedd. *Mors Hasdrubalis peroptia*, id est *peroptima*, Gaertn. Male. Vide ad X. 45. § 2.

Flore ætatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus] Hac de re Polybius nihil. Paulo tamen post c. 3. Anno 'florem ætatis,' inquit, 'Asdrubal, quem ipse patri Amilcari fruendum dedit.' *Sigon.* Pal. 2. *uti fertur.* Gebh. Ita et Gaertn. In præcedd. *inter patrem ac filium* Flor. Harl. et Hearnii N.

§ 4 *Gener inde ob altam indolem profectus animi adscitus*] Vet. bb. *ob altam ind. animi profecto ascitus.* In quibusdam etiam libris *profecto* vocant. *Sigon.* Meus liber *profecto animumadscitus.* Sigonii *animi profecto.* Lego *provecto annis adscitus*: hoc sensu, Amilcar provectus jam ætate Asdrubalem generum adscivit. Vulgata quidem illa dura, medius fidius, compositio est. *Lipsius*, Epist. Quæst. I. 12. Nostri libri nihil variant. *Modius.* Malim *provectus annis adscitus.* Dicit enim Livius, Amilcarem generum sibi adscivisse Asdrubalem exoletum suum ac ætate provectum, quo olim pro calcita usus sit. *Klock.* Vix patiar mihi eripi, quin illud *profectus animi* e margine in contextum translatum sit ab librario aliquo, qui nihil Livio abradendum arbitrabatur. Lipsius tamen conjicit *provecto annis* Epist. Quæst. I. 12. *Grut.* Perperam Pal. 1. *ob aliam indolem.* In reliquis Pall. tres *profecto animi adscitus.* Unde ingeniosa conjectura Lipsius *provecto annis* emendare instituit. Mihi, quod notant in quibusdam disparere τὸ *profecto*, vel vulgatum *profectus*, non displicet. Ed. Mediol. *gener inde ob altam indolem profectu animi ascitus.* Gebh. Duo postrema vocabula *profectus animi* e margine in contextum ab librariis relata suspicatur Gruterus. Scripti *profecto.* Si non scripsit Livius, debuit scribere, ut conjecit Lipsius, *gener inde ob altam indolem provecto annis adscitus.* Sed ita scripsit: neque aliud quærendum. *J. F. Gron.* Speciosa est Lipsii conjectura, quam magnopere confirmat scriptura unius cod. apud Hearnium *profecto annis.* Nec tamen omnino in ea possum adquiescere; quod non video, cur Livius, tamquam rem memorabilem, aut magnopere ad historiam pertinentem, adnotare voluerit, Asdrubalem 'ob altam indolem' demum 'ab Amilcare jam annis provecto' generum adscitum fuisse. Si

Digitized by Google

a pluribus libris abesset *profecto*, quod de nonnullis testatur Sigonius, conjici posset *ob altam indolem animi:* nam *animi* videntur habere plerique Mss. et 'indoles animi' non infrequens est apud Livium. Vide l. IX. capp. 4. et 17. et XXIX. 31. Sed quia in plerisque libris est *profecto*, vel *profectus*, hoc quoque vix admitti potest. Veniebat in mentem *provectus* vel *provectior annis*, scilicet Asdrubal: nimirum, quum flos ætatis, quo Amilcari conciliatus fuerat, procedentibus annis jam defloruisset. *Duk. Ob aliam indolem*, præter quasdam ex vett. edd. habent codd. Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. Hav. et Ber. a m. pr. in quo deinde margo a m. sec. *ob bonam indolem* præfert: quod ultimum etiam habent Rec. Vatic. Latinii, et Hearnii N. *Genere inde ob bonam indolem* Gaertn. 'Alius' et 'altus' sæpe culpa scribarum in membranis antiqq. commutantur. Vide ad XXXVII. 16. § 7. *bonam* autem natum est ex interpretatione τοῦ *altam*. *Ob aliam indolem* itaque unice verum puto. 'Alta indoles,' ut 'excelsum ingenium' apud Plin. II. 13. 'Ad hoc ingenium excelsum, subtile, dulce, facile, eruditum in caussis agendis:' ubi vide Cortium. Deinde *profectu*, *profecti*, vel *profecto animi* primæ edd. quorum ultimum olim defendebat Gronov. in prima ed. Observ. III. 8. Sed pro eo jam Mogunt. et Aldus in erratis *profectus animi* reposuerunt; quod deinceps plerique editores receperunt. Eamdem lectionem servant multi Mss. aut certe eodem ferunt eorum vestigia. Nam *indolem profecto animi adscitus* leguut Flor. Voss. Vat. Latinii, et Lov. 2. 4. ac 5. *indolem profecto animi accitus* Hav. *indolem profecto ai accitus* Ber. a m. pr. *indolem profecto aio accitus* a m. sec. *indolem profecto cum accitus* Lov. 3. *indolem animi profecto adscitus* Hearnii L. 1. *indolem profectu animi adscitus* Harl. *indolem profecto jam adscitus* Hearnii D. *indolem profecto annis adscitus* Voss. Cant. Lov. 1. et Hearnii N. *indolem profecto ab ano gratus ascitus* Gaertn. Duplicem lectionem recepit Rec. qui exhibet *ob bonam indolem profectus ejus animo gratus ob aliam indolem profecto animi ascitus.* Non displicet itaque Lipsii conjectura *provecto annis adscitus:* nisi cum Klockio ac Dukero *provectus* aut *provectior annis* præferendum sit. Solent *provectus* et *profectus* plurimis locis a librariis commutari. Vide ad Livii I. 60. § 2. IV. 55. § 8. VIII. 1. § 3. c. 7. § 7. c. 38. § 12. XXII. 20. § 4. XXIII. 34. § 3. XXVII. 47. § 1. XXXV. 26. § 2. Error natus est ex barbara pronunciatione verba præeuntis, qui non distinxit inter *f* et *v*. Ejus erroris alia exempla observat Muret. Varr. XIX. 6. Hinc commutantur 'convectus' et 'confectus;' (vide ad V. 13. § 1.) 'vere' et 'fere;' (vide ad IX. 29. § 1.) 'fidens' et 'videns;' (vide ad XXIV. 40. § 17.) 'ferus' et 'verus;' (vide ad XXVI. 27. § 12.) 'fana' et 'vana;' (vide Broekh. ad Prop. IV. 9. § 34.) 'fovere' et 'vovere;' (vide ad Livii V. 31. § 3.) 'fictus' et 'victus.' Vide N. Heinsium ad Silii VI. 326. Vide etiam Markland. ad Statii Silv. I. 1. 63. Alteram partem conjecturæ Lipsianæ *annis* diserte firmant quidam codd. Quod autem alii ejus loco *animi* vel *animo* præferant, factum est sollemni errore librariorum, qui voces 'annus' et 'animus' passim in Mss. commutarunt. Vide ad XXXII. 5. § 2. Et id etiam, quod quidam codd. *accitus*, pro *adscitus* legant, librariis adscribendum est, qui hæc vocabula sæpe confuderunt. Vide ad XLV. 25. § 12.

Et, quia gener erat, factionis Barchinæ opibusque apud milites plebemque] Ego sic reor emendandum, ut, pro *gener erat*, ponatur *genere erat:* pro *opibusque, opibus quæ:* pro *imperio positus, imperio potitus.* Valla. 'Barchinæ factioni' libenter spiritum detraxerim, 'Barcinamque' vocave-

Digitized by Google

rim a 'Barca,' quod Amilcari cognomen fuit. *Muretus*, Varr. Lectt. XIX. 17. Ut emendandum censuerat Laurentius Valla, ita restat in Pal. 3. *quia genere erat factionis Barchinæ, opibus, quæ apud milites plebemque plus quam modicæ erant, haud sane voluntate principum, imperio potitus.* Gebh. *Tò erat* a m. recenti deletum erat in Hearnii N. *quia genere erat*, ut Valla malebat, præferunt primæ edd. alim *quia agere erat*. Frobenius deinde 1531. *quia gener ejus* restituit: quod non tantum omnes codd. servant; sed etiam verum esse, sana ratio docet. Præterea *Barchinæ*, vel *Brachinæ*, tantum non omnes Mss. sed *Barcinæ* fere semper aliis locis scribere optimum Put. cod. testatur Gronov. ad XXIII. 12. § 6. Mox *plus quam immodicæ* Lov. 1. sed subficit *modicæ*.

Haud sane voluntate principum. in imperio positus] Vet. lib. *imperio potitus*. Sigonius. Vet. *haud sane vol. principum imperio potitus. Principium*, ut 'civitatium,' et similia, notata aliis apud alios auctores. *Imperio potitus* autem reponebat etiam patrum memoria L. Valla, quem vide de cetera etiam loci hujus lectione. *Modius. Voluntate principum* etiam Lov. 1. Sæpius ita male librarios dedisse, vidimus ad II. 27. § 12. Adde ad V. 41. § 10. VI. 3. § 4. c. 32. § 3. VIII. 33. § 9. IX. 24. § 10. c. 25. § 10. c. 26. § 5. c. 31. § 6. hoc lib. c. 20. § 8. et alibi. Deinde *imperio positus* Hafn. *in imperio positus* præter quasdam edd. etiam Flor. Voss. Cant. Hav. et Hearnii N. *in imperio positus est* Lov. 2. *in imperio potitus* Gaertn. *imperio potitus* reliqui mei cum Latinii Brancal.

§ 5 *Auspiciis regulorum magis*] Sine controversia melius est in veteribus *aucupiis:* ut intelligamus eum regulorum amicitias aucupari solitum esse. *Muret.* Varr. Lectt. l. XIX. c. 17. Equidem illud *auspiciis* nullo modo concoquere possum. Quid enim verisimile est vel auspicio vel ductu regulorum eum unquam gessisse? quid quod conciliationis et amicitiæ, non armorum neque belli, hic significatio postulatur? Itaque cum hospitium apud antiquos sanctissima necessitudinis lege homines devinciret, et pro sanctissimo fuisse inviolatoque censerentur, sine ampliatione primo cantu primaque actione non verebor pronunciare legendum *hospitiis* esse. Et profecto perfacile fuit in tam vicinum vocem deerrare, una tantum syllaba differentem. *Turneb.* Adv. XIII. 18. Admisi conjecturam verosimilem Turnebi. Antea erat *auspiciis:* quæ quomodo hic ferri queant, quæro qui me docet. *Grut.* Turnebus reponendum existimat *hospitiis*. Forte in quodam libro scriptum fuerat *aspiciis*, unde alii vulgatam lectionem extuderunt. Pall. tres *auspiciis magis reg.* Gebh. Libri omnes, quos ante hac vidi, *auspiciis*. Muretus testatur, occurrisse in veteribus sibi *aucupiis*, et eo delectatur. Sed prævaluit conjectura Turnebi Adv. XIII. 18. Et merito: nam et in Flor. *hospitiis* exaratum Gudiana observatione accepimus; et in ejusdem cl. doctissimique Marq. Gudii membranaceo codice his oculis legimus. *J. F. Gron. Auspiciis* in omnibus, quibus utor, codd. solo Flor. excepto, superest. Et ita etiam Oxon. L. 1. teste Hearnio, qui contra auctor est *hospitiis* exstare in suis N. ac D. quod idem et Doujatius in Colbert. meliore invenit. Is tamen putat, *auspiciis regulorum* pro eorum auctoritate accipi posse. Sed recte, me judice, viri docti alterum *hospitiis* probarunt: quod etiam in libris, quibus Ant. Copus in vertendo Livio usus est, superfuisse, Hearnius monet. Sæpius hæc vocabula in Mss. commutantur. Vide ad Livii III. 42. § 2. VIII. 3. § 3. c. 30. § 2. IX. 34. § 19. XXXII. 22. § 11. et Gronov. ad

Digitized by Google

Senec. Hippol. 858. Et ita in Pacuvio apud Non. Marc. voc. 'Ilico' legendum esse, vir doctus, sed nescio quis, ad marginem Collectionis veterum Trag. existimabat, *Repudio hospitium: regrediundum est ilico:* ubi nunc vulgo *auspicium* circumfertur. Sed et vulgatum ibi ferri posse videtur. Sane quam ambigua sunt conjecturæ in parvis his veterum scriptorum fragmentis. Errori librariorum id verisimiliter originem dedit, quod abjecta edspiratione literam sequentem *o* mutarint in *au*, ut sæpe facere soliti fuerunt. Vide Muret. Varr. Lectt. IX. 11. Casaub. ad Suet. Cæs. v. Broekh. ad Propert. I. 1. 31. et Burmann. ad Ovidii Metam. XII. 46. Insuper *hospitiis magis regulorum* Flor. *auspiciis magis regulorum* Cant. Lov. 3. 4. 5. et Rec. Paullo ante *Et plura consilio*, pro *Is plura*, in Brancal. esse Latinius testatur.

Conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis] Pal. 2. *conciliandisque per amicitias novis gentibus principum.* Pal. 3. *conciliandisque per am. novis gentibus*, extrito illo *principum.* Gebh. *Principium* iterum Lov. 1. Vide modo ad § 4. Tum *bello et armis* Ber. a m. sec.

§ 6 *Nihilo ei pax tutior fuit*] Τὸ *ei* non videtur esse Livii, quia id facile intelligendum omiserat. *J. F. Gron.* Superest tamen in omnibus scriptis. Neque empbasi carere putat Doujatius: ostendere enim, pacem publicam ipsi Hasdrubali tutam non fuisse. Neque aliam expungendi causam habuisse videtur Gronovius, quam quod hoc § præcesserit *Is*, et sequantur *eum* et *eo.* Verum illud *eum* exsulat a Ber. Ceterum hoc loco legit Hearnii N. *pro nihilo ei pax tuta fuit.*

Palam, ob iram interfecti ab eo domini, obtruncavit] Posteriores duo Pall. exhibent *obtruncat.* Gebh. *Ob iram palam interfecti* Ber. et nonnullæ ex vett. edd. Tum *ob iram interfecit ab eo domini obtruncati* Voss. Lov. 1. Hafn. et Gaertn. *obtruncati* etiam Cant. et Flor. a m. pr. in quo deinde i abrasam est, ut sit *obtruncat;* quod idem servant Lov. 2. 4. 5. Ber. Rec. Hav. et Hearnii D.

Comprehensusque ab circumstantibus] Ed. vet. *prehensusque a circumst.* Medius. Posteriores duo Pall. *comprehensus a circumst.* Gebh. Ita et Rec. qui etiam mox omittit *fuit*, ac legit *et speciem*, pro *etiam.* Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 7 *Cum hoc Hasdrubale, &c. fœdus renovaverat populus Romanus*] Hoc sextum fuit fœdus cum Pœnis ictum, Asdrubale duce. Itaque recte Cato lib. IV. Originum dixit: 'Carthaginienses sextum de fœdere decessere.' Tertii fœderis meminit Livius IX. 43. P. Cornelio Arvina, Q. Marcio Tremulo consulibus. Quarti in Epitome lib. XIII. dum cum Tarentinis et Pyrrho bellabatur. Quinti Polybius III. 27. confecto primo Punico bello. Sexti cum Asdrubale icti et Polybius III. 27. et hoc libro ampius Livius. *Sigon. Renovarat* Rec. *fœdus renovaverat populi Romani* Harl. *fœdus renovaverat, post vero ut finis* Gaertn. qui ultima verba pessime hoc modo exhibet, *imperii esset omnis Saguntinus, mediisque impia duorum populorum libertas servaretur.* Præterea *imperioque suo jungendis* Flor. et Harl. Τὸ *suo* omittunt Lov. 3. et Hafn.

CAP. III. § 1 *Haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem*] Polyb. III. 18. τὴν τῶν στρατοπέδων ἀρχαιρεσίαν. *Sigon.* Gronov. Obs. IV. 1. p. 17. *Duk. Quin prærogativa militaris* Flor. *quin ob prærogativam militarem* Harl.

Qua extemplo juvenis Hannibal intra prætorium delatus] Vet. lib. *in prætorium.* Sigon. Pal. 1. *inter:* reliqui duo *in prætorium.* Gebh. Sigonianæ libro consentiunt mei, nisi quod *intra prætorium* sit in Gaertn. et Hearnii N. a m. pr. *inter prætorium* in Voss. *inter portum* in Lov. 1. Sol-

Digitized by Google

lemnes sunt scribarum aberrationes, quos *in* et *intra* confudisse vidimus ad VII. 11. § 10. *in* et *inter* ad XXXVIII. 57. § 6. Præterea *quam extemplo* Flor. Mox *scilicet*, pro *etiam*, Gaertn. *sequebatur*, pro *sequeretur*, Flor. Cant. Voss. Ber. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hearnii L. 1. et N. (quorum posterior tamen *sequeretur* in margine præfert) et vett. edd. ante Aldum.

§ 2 *Hunc vixdum puberem Hasdrubal literis ad se arcessierat*] *Vixdum puberem* appellat juvenem natum annos ad XXII. Id ita esse, apparet ex eo quod Probus tradit in Hannib. 3. imperium Annibali mortuo Asdrubale esse delatum, cum esset minus XXV. annis natus; per triennium autem ante sub imperatore Asdrubale militasse scribit hoc loco Livius. Atque hoc idem alia etiam confirmari ratione potest. Annibal enim anno ætatis nono cum patre Amilcare in Hispaniam venit, qui per annos novem in ea provincia fuit. His annis, qui XVII. esse concipiuntur, si VIII. quibus successor Amilcaris Asdrubal in Hispania rem gessit, adjunxeris, annorum XXV. summam effeceris: ex quibus triennio detracto relinquuntur anni XXII. quos natus Annibal Carthagine in Hispaniam ad Asdrubalem miles venit. Hæc ex Livii et Polybii verbis omnia collecta sunt. ['Hic vide, quam nititur defendere Livium, et primam Glareani annotationem ad c. 4. § 1. convellere: sed nihil facit.'] *Sigon.* Muretus Varr. Lectt. XV. 14. Livium 'manifeste sibi pugnare, et eum, qui XXIII. annos natum tutore egere' (id est, vixdum puberem esse) 'dicat, ipsum potius curatore indigere videri' scribit. Recte sane, si Romani juris peritum hic ageret, aut de eo responderet Livius; qui, ut alii Latini scriptores alia nomina ætatum, ita et ipse verba *vixdum puberem* laxius sumere potuit, quam jurisconsulti solent. Vide quæ adnotantur ad Florum II. 6. § 10. *Duk.*

Actaque res in senatu etiam fuerat] Pall. 1. ac 3. *actaque res etiam senatu.* Pal. 2. *actaque etiam res in senatu fuerat.* Gebh. J. F. Gronovius in priori ed. nott. monuit, verbum substantivum *fuerat* melioribus abesse, et insuper voces ita transponi: *actaque res etiam in senatu, Barchinis:* atque ita deinde edi curavit, licet, quæ ad hæc verba notarat, in altera ed. omiserit. Postea Jac. Gronov. *τὸ fuerat* in pristinum locum restituit, servata tamen vocum trajectione. Et recte: ita enim præferunt omnes codd. mei.

In paternas succederat opes] Sic quidem omnes libri: sed margo Florentini, 'al. succresceret.' Nec contemnendum est. Sic enim X. 13. 'Et se gloriæ seniorum succrevisse, et ad suam gloriam consurgentes alios lætum aspicere.' *J. F. Gron.* Cic. de Orat. l. III. cap. ult. 'Non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati.' Vide Scheff. ad Justin. XI. 9. § 3. Si autem hæc lectio vera est, ut credit Crevier. *succederet* ex interpretis expositione natum erit. Omnes tamen reliqui codd. in vulgatum conspirant, nisi quod Hearne *patrias* in margine N. invenerit. Vide hoc lib. ad c. 53. § 4. In eodem etiam cod. vocem *Hannibal* a m. altera deletam esse, idem Hearnius auctor est.

§ 3 *Et æquum postulare videtur, inquit, Hasdrubal*] Vocula *et* non adparet in Rec. adscriptis etiam notis delendam esse indicat librarius Lov. 2. Vide ad II. 44. § 3. Tum *postulare, inquit, videtur Hasdrubalem* Ber. in quo tamen a m. altera tres literæ finales vocis ultimæ expunctæ erant.

Quod petit, tribuendum] Pal. 2. offert lectorum oculis: *et ego tamen non censeo, quod petit, ei trib.* Gebh.

§ 4 *Quem ipse patri Hannibalis fruendum præbuit, justo jure eum a filio re-*

Digitized by Google

peti] *Patri Hamilcari, socero suo fr.* teste Hearnio, Oxon. N. in margine, quod pro glossemate habendum puto. Deinde τὸ *eum*, quod constanter in omnibus meis superest, abesse malebat Ant. Perizonius; quem male habuisse videtur, quum præcesserit 'florem ætatis,' tamen nunc subdi *eum*. Sane sine dispendio sensus abesse potest; at certum etiam est, hanc additionem pronominis Livio familiarem esse. Vide ad XXV. 27. § 1. Paullo ante *Quum ex admiratione* legit Rec.

Juventutem nostram, &c. adsuefacere libidini imperatorum] Vetus editio *adsuefacere lib. prætorum*. Modius. Pall. tres, et vet. edd. *prætorum*. Gebh. Sic *imperatorum* in primo Junta reperi: omnes Mss. Andreas, Beccar. Ascens. Mog. Aldus, *prætorum*. Cic. de Inven. I. 33. 'Epaminondas Thebanorum imperator ei, qui sibi ex lege prætor successerat, exercitum non tradidit.' Ad quem Marius Victorinus p. 171. ed. Pith. 'Deinde notare debemus, omnes magistratus et prætores et imperatores appellatos: ut hic, Ei qui sibi ex lege prætor successerat: cum imperatori succedere debeat imperator.' Asconius Pedianus in Verr. I. 14. 'Veteres omnes magistratus, cui parerent exercitus, prætorem appellaverunt. Unde et prætorium tabernaculum ejus dicitur, et in castris porta prætoria, et hodie quoque præfectus prætorio.' *J. F. Gron. Prætorum* probant omnes mei, et Oxon. Hearnii codd. Vide Heindr. Carthag. p. 316. et p. 371. *imperatorum* ante Juntam in erratis probavit Aldus. Præterea *juventutem meam* Hafn. in contextu, altera lectione margini adscripta.

§ 5 *Nimis sero imperia inmodica et regni paterni speciem videat*] Pal. 1. et vetus ed. *spem videat*. Sed corruptus est locus, et ideo legendum e Pal. 2. *et regni paterni spem induat*. 'Induere spem' est dictum, ut Fabio I. 1. 'persuasionem falsam sibi induere scientiæ.' Livius XL. 12. 'Non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit.' *Gebh.* Lego *induat*; quamquam nihil affirmo. *T. Faber. Regni paternum spem videat* Gaertn. *regni paterni spem viderat* Hafn. *regni paterni spem videat* Cant. Voss. Ber. Lov. quinque, et Hav. Solent 'spes' et 'species' passim commutari. Vide ad III. 9. § 13. *Spem induat* hic ferri non posse videtur, nisi simul legatur *imperii inmodici*. Nam 'imperia induere' foret capessere imperia. Hannibal autem non capessivit imperium sub Hamilcare militans, sed postea demum, quum ei interfecto dux sublectus est. Servo itaque vulgatam scripturam. Tum *minus sero* Harl. Vide ad XXXVI. 9. § 7.

Et, cujus regis genero hereditarii sint relicti exercitus nostri] Pal. 3. *tamquam hered. sint relicti ex. nostri*. Gebh. Scribe *sunt relicti*. J. F. Gron. Vide etiam Gronov. hoc libro ad c. 21. § 5. *Tamquam hered.* præferunt quoque Rec. et Gaertn. Tum *sint relicturi* Lov. 3. Mox *parum maturo* Gaertn.

§ 6 *Ego, istum juvenem domi tenendum*] Pal. 3. *Istum ego juvenem*. Gebh. Receptus ordo, qui in omnibus meis superest, magis placet. Teste enim Donato ad Ter. Andr. III. 4. 3. 'Semper gravis inceptio orationis, quæ exordium sumit a pronomine ego.' Supra X. 8. 'Ego hanc legem, &c. uti rogas, jubendam censeo:' hoc lib. c. 10. 'Ego ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos.' XXII. 60. 'Ego non magis istos redimendos, Patres conscripti, censeo, quam illos dedendos Hannibali.' XXXIV. 4. 'Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo.' Mox *docendum* expunctum erat in Flor. a m. sec.

Ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens excusciet] *Ne quando* Hav. quomodo etiam variant codd. supra, VIII. 7. § 15. sed *quandoque* est 'quandocumque.' Vide ad I. 31. § 4. Vox *ingens* deficit in Ber. a m. pr. quam

Digitized by Google

tamen requirit obpositio *parvus ignis*.

Cap. IV. § 1 *Pauci, ac ferme optimus quisque, Hannoni adsentiebantur*] Non displicet, quod præferunt Lov. 4. et 5. *Pauci, at ferme optimus quisque.* Solent hæ particulæ passim commutari. Vide ad XXXVI. 35. § 7. Deinde *adsentiebant* Hafn. Ber. Lov. 2. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Vide ad XXXIX. 52. § 1. Puto hic librarios neglexisse notam, qua terminus passivi *ur* indicari solet. Vide ad X. 10. § 1. Mox *vincit* Ber. et Hafn. Vide ad I. 56. § 12.

Missus Hannibal in Hispaniam prime statim adventu] Haud abs re multi eximii viri hoc in loco dubitarunt quandonam Livius crediderit Hannibalem in Hispaniam missum. Si enim cum Hamilcare patre in Hispaniam venit, quod Polybius, Plutarchus, aliique authores asserunt: et ipse Hannibal ter apud hunc fatetur authorem; semel libro XXI. c. 43. in oratione ad milites apud Padum; iterum XXX. 37. ad populum Carthaginiensem; tertio ad Antiochum XXXV. 19. quo pacto vera esse possunt, quæ hic aliquot locis tam ambigue ait Livius? alibi, cap. præc. vixdum puberem literis ab Hasdrubale accersitum; alibi infra hoc cap. quinto post patris mortem anno, quippe qui triennio sub Hasdrubale militasse dicatur, anteaquam imperator electus fuerit, cum tum temporis ut minimum XXIII. annorum juvenis esset. Cæterum cum secundum Livii verba c. 1. novem annorum puer admotus altaribus fuerit, ac ipse pater Hamilcar novem deinde annis, Hasdrubal ejus gener octo in Hispaniis administraverint imperium, videndum omnino, quo anno Hannibal accersitus videatur, quo anno venisse in Hispaniam, quo denique anno cepisse imperium. Quod si dicamus, novem annorum puerum Hannibalem cum Hamilcare parente venisse in Hispaniam, ac post nonum parentis in Hispania, octavumque Hasdrubalis in eodem imperio annum, ipsum electum imperatorem, cum haberet jam annum XXVI. omnia tunc loca de Hannibale bene habebunt, et cessabit intempestivum hoc scomma, quo Livius in hac præfatione in hos viros jocatur, cum nec temporum ratio, nec patris verecundia, hoc ut verisimile videatur, admittat. Fuere enim viri strenui, quantumvis barbari. Præterea nescio quam longe vehementius virilinsque sonet, si quis omnibus his dictionibus adspiret, 'Hannibal,' 'Hamilcar,' 'Hasdrubal,' 'Hannon:' nec dubito, apud priscos eam fuisse pronunciationem in Punica lingua, deinde per Græcos ac Romanos corrupta, ut pleraque alia barbarorum. Cum nemine tamen ea de re certavero. *Glar.* Vide Sigonium ad cap. præc. § 2. De adspiratione vero in initio vocum illarum Punicarum vide ad c. 1. § 1. Præterea *primo quoque adu. statim omnem* Gaertn. Mox *ad se convertit*, pro *in se*, Lov. 3.

§ 2 *Hamilcarem vivente redditum sibi veteres milites credere*] Silius I. 185. 'Huic studia accendit patrius virtutis imago:' ubi tamen *Hinc* legere malim, ut habent membranæ Colonienses; nec hic tantum, sed et sequentibus etiam versibus *Hinc*, pro *Huic*, reposuerim. *Medius.* Perperam Pal. 3. *Amilcarem viv. redd. sibi cet. mil. credidere.* Gebh. Advertit olim me in exemplaris cujusdam margine editum *juvenem*, pro *virentem*. Id præter expectationem cognosco esse in Flor. Admittatur igitur. Cur enim diceret *veteres milites*, nisi aliquid longioris memoriæ possisset de Hamilcare? *J. F. Gron. Hamilcarem juvenem* etiam Harl. Exc. Pithœi, et unus apud Crevier. quod, jubente Gronovio, in contextum recepi. Etiam alibi librarios ita lapsos esse, vidimus ad III. 37. § 6. Deinde *credidernnt* male Ber. et Hafn. De locutione per infinitivum concepta vide ad I. 50. § 5.

Digitized by Google

Vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri] Perperam Pal. 3. *lineamenta quæque intueri*. Gebh. *Vim in oculis* Rec. Tum *lineamenta quoque intueri* idem codex cum Lov. 4. 5. et Gaertn. Vide ad v. 27. § 1.

Deinde brevi effecit] Ita priores, quas vidi, edd. pro quo Jac. Gronovius *dein* dedit, consentientibus Flor. aliisque codd. Vide ad III. 3. § 6.

Ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset] Credo *momentum* esse scribendum. *Valla.* Vet. lib. *ut pater in se.* Sigon. Legendum e Pall. tribus ac vetusta ed. *ut pater in se min. momentum ad fav. concil. esset:* quasi dicat, patris gratiam minimum ponderis ei adtulisse ad conciliandum favorem militum. *Gebh. Ut patri in se minimum momenti* in primo invenio Gryphio. Pressi prius omnes, ut et scripti *pater:* de quo monuimus Obs. I. 6. Justinus XI. 4. ' Qui ex continenti ad Darium profecti, non mediocre momentum Persarum viribus accessere.' XIII. 6. Olympias mater Alexandri, ' non mediocre momentum partium.' *J. F. Gron. Ut patri* ante Gryphium receperunt Basil. 1539. et Vascos. *ut pars* inveni in Gaertn. *ut pāt* per compendium in Flor. *ut pater* in reliquis codd. quod et in Oxoniensibus superesse Hearne testatur, et recte viri docti probarunt. Justin. XVII. 2. ' Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus, ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset.' Vide Jac. Gronov. ad Livii XXIX. 28. § 2. Tum *minimum momentum* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et Gaertn. Vide ad v. 51. § 1. *minimum movimentum* Lov. 1.

§ 3 *Haud facile discerneres, utrum imperatori, an exercitui*] Sic quidem libri, sed scribendum *decerneres.* Vide Observ. III. 13. *J. F. Gron.* Vide Burmann. ad Vellei. Pat. II. 118. et quæ notantur ad VII. 9. § 7. *discernēs* legit Hav. *discernentes* Ber. *discernū* Gaertn. Crevier. vulgatum probat, idque contextui reddidit. Tum *imperatori aut exercitui* Lov. quinque, Voss. Harl. Rec. Gaertn. Hearnii Oxon. et quædam ex antiqq. edd. Vide ad v. 3. § 7.

§ 4 *Neque Hasdrubal alium quemquam præficere malle*] Pal. 2. *neque alium quemquam Hasdrubal.* Gebh. *Neque Hasdrubalium* Flor. a m. pr. Tum *præficere male* Ber.

Ubi quid fortiter ac strenue agendum esset] Pal. 3. habet *fortiter aut strenue.* Gebh. Ita et Lov. 2. Ber. Rec. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 53. § 3. et mox hoc cap. § 6. Tum *ubi qui fortiter* Lov. 1. *ubi qd' fortiter* Gaertn. Mox *plus* exsulat a Voss.

§ 5 *Plurimum consilii inter ipsa pericula erat*] Pal. 3. *ad ipsa pericula.* Gebh. Vox *plurimum* non adparet in Lov. 1. quasi ex præcedenti repetenda foret. Mox *animus vinci potuit* idem Lov. 1. *animum vinci poterat* Hafn.

§ 6 *Caloris ac frigoris patientia par*] Pal. 2. *Caloris atque frigoris.* Gebh. *Caloris aut frigoris* Hearnii N. Sed alterum exstat in ejus margine. Tum *patientia par erat* Ber.

Cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate, modus finitus] Pal. 3. cum vetusta ed. *desiderio naturalium, non voluntate.* Gebh. *Desiderio naturalium, non voluntate* Lov. 1. *non voluntate* etiam Flor. Cant. Hafn. et plerique edd. vett. Vide ad v. 6. § 3. Tum *modus fuit* Ber. Hafn. et Hav.

Nec die, nec nocte discriminata tempora] *Sucinata tempora* Lov. 2. in contextu: *disterminata temporu* Ber. et Hav. Solent interdum ' discriminare ' et ' disterminare ' in Mss. commutari. Vide Nic. Heins. ad Claud. in Rufin. I. 175.

§ 7 *Multi sæpe militari sagulo opertum, &c.*] De hac re ita Silius I. 242. ' primus sumpsisse laborem, Primus iter carpsisse pedes,' &c. *Modius. Militari cum stragulo* Lov. 2. Mate.

Digitized by Google

'Sagulum gregale' vocat VII. 34. *In militari sagulo* Rec. qui paullo ante etiam *molli structu*, pro *molli strato*, præfert.

§ 8 *Arma atque equi conspiciebantur*] Incerta est distinctio, incertus sensus: neque, Hercules, ego satis explicare possum, nisi dicamus: Siquando arma atque equi conspiciebantur, tum equitum peditumque longe primum fuisse Hannibalem. Sed neque sic satis fit mihi. *Glar. Conspiciebantur*, conspicua erant, intellexit: vestitu non differebat a ceteris; armis et equis differebat. Sic alio loco, 'conspectum esse,' pro excellere dixit. Hoc non intelligens Glareanus, interpretatur, si quando arma et equi conspiciebantur, equitum peditumque idem primus erat: quo nihil absurdius. ['Glareanus dubitavit; nihil asseruit; idque ea de causa, ut aliis esset cogitandi occasio. Hanc sanam Glareani curam dissimulans, assertive accipit quæ dubia relicta sunt, ut lector videret illum carpendi studiosiorem, quam ut ingenue doceret. Doceri petit Glareanus, convitiis aspergi odit.'] *Sigon.* Vide Schulting. ad Senecæ Suasor. l. VII. p. 49. *Duk. Arma, equi conspiciebantur*, omissa copula, Rec. *s. excellentia arma atque equi conspiciebantur* ex glossa interpretis Gaertn. *Tò conspiciebantur* optime Sigonius exposuit. Vide ad IV. 13. § 3. Paullo ante *Vestitu nihil inter æquales excellens* Ber. et Hav. *Vestitus nil inter æquales excellens* Lov. 4.

Princeps prælium inibat: ultimus, &c.] Elegantissima Hannibalis descriptio olet aliquid ex descriptione Catilinæ Sallustiana. Hanc quidem Livianam Silius carmine pereleganter expressit I. 242. Hoc tamen, quod de Hannibale dixit Livius, eum principem prælium inire, ultimum confecto prælio excedere solitum, Silius ad Tagum accommodavit, cui hoc tribuit I. 160. quod fuerit, 'Primus inire manu, postremus ponere bellum.' *Muret.* Varr. Lect. XIX. 17. In codd. Mss. et hic locus variat. Pall. 1. ac 3. monstrant *princeps in prælium ibat*. Pal. 2. *primus in prælium ibat*. Gebh. Pall. Voss. Men. *in prælium ibat*. II. 30. 'Ne ad fugam quidem satis virium fuit, qui cursu in prælium ierant.' *J. F. Gron. Primus in prælium ibat* Ber. Sed modo præcessit 'longe primus erat.' Reliqui omnes mei Flor. Voss. Lov. quinque, Cant. Hafn. Harl. Rec. et Hav. *princeps in prælium ibat*. Et ita etiam Hearnii D. et N. sed male *princeps in prælium erat* ejus L. 1. Ita 'ire in certamen' III. 39. 'ire in bellum' XXXVIII. 23.

Ultimus confecto prælio excedebat] Vet. lib. *confecto*. Sigon. Habet ed. vetus *conserto prælio*. Modius. Restitui lectionem primogeniam, quam firmant Pall. tres. Post nati reposuerant *confecto prælio*, secuti codicem veterem Sigonii: cui cur erat assentiendum non video. *Grut. Confecto prælio* Ber. Hafn. et Hearnii N. quod ex glossa natum puto: *conferto prælio* Flor. errore librarii, qui literas *s* et *f* confudit. Vide ad XXII. 28. § 10. De locutione 'conserere prælium' vide hoc lib. ad c. 8. § 7. *Conserto bello* Recan. Sed vide ad III. 61. § 2.

§ 9 *Inhumana crudelitas, perfidia, &c.*] Sæpe, ut dixi, sententiam pro nomine ponit: ut Sallustius de Catilina c. 5. 'Animus audax, subdolus, varius, cujuslibet rei simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis eloquentiæ, sapientiæ parum.' *Sigon. Inhumana cupiditas* Lov. 4. Male. Passim enim Hannibalis sævitia exagitatur, eamque ex Livio etiam memorat Silius I. 59. 'penitusque medullis Sanguinis humani flagrat sitis:' ubi vide quæ notavi; et adde locum Cic. de Amicit. c. 8. ejusdem criminis eum absolvere videtur Polyb. p. 1382. Paullo ante *Has tantas virtutes viri*

Digitized by Google

alio ordine Lov. 2.

Nullus Deum metus] Vet. lib. *nullius Dei metus*. Modius. Laudat Modius e suis membranis *nullius Dei metus*. At Pall. tres exhibent *nullus Dei metus*. Vetusta ed. *nulliusque Dei metus*. Gebh. *Nullius Dei metus* Lov. 1. Ber. et edd. quas vidi, Aldina priores: *nullus Dei metus* Voss. Lov. 2. 3. 5. Hafn. Rec. et Hearnii Oxon. quorum librarii monachi Christiani fuisse videntur. Eodem modo laudatur in Servio Fabricii ac Masvicii ad Virg. Æn. I. 665. 'Veri nihil, nihil sancti, nullius Dei metus.' At Silius I. 58. 'Armato nullus Divum pudor:' ubi vide.

§ 10 *Sub Hasdrubale imperatore meruit*] Vet. lib. *sub Hasd. imp. militavit*, non, ut vulgo est, *meruit*. Modius. Vetusta ed. *sub Astrubale imp. militavit*, glossatoris liberalitate τὸ *meruit* interpretantis. *Gebh. Militavit* præter edd. antiqq. etiam Ms. Ber. in contextu, altera lectione inter versus a m. sec. adscripta, quam recte primus editorum Aldus recepit, et reliqui codd. firmant. 'Merere' de militibus stipendia facientibus usurpari, vidimus ad Epit. Liv. lib. v.

Quæ agenda audendaque magno futuro duci esset] Pal. 1. *quæ agenda videndaque*. Gebh. Pet. Men. Voss. Pal. *videndaque*. 'Videre' est providere, comparare in futurum res utiles et instrumentum agendi. Cic. de Orat. III. 1. 'Videndum sibi aliud esse consilium: illo senatu se rempublicam gerere non posse:' ad Att. XIV. 21. 'Nemo est istorum, qui otium non timeat: quare talaria videamus.' Nec ignoro XXXV. 35. Nostri: 'Agenda res est, juvenes, audendaque.' Sed futuro duci plura videnda, quam audenda: cujusmodi sunt illa quæ de Philopœmene Livius ex Polybio XXXV. 28. *J. F. Gron.* Similiter legunt Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. Hearnii L. 1. D. et, ut idem testatur, ed. Rom. princeps. Livius VII. 14. 'Illi quoque tamen videndum magnopere esse, ut exercitum in potestate haberet.' Alibi 'audere' et 'videre' in Mss. commutantur. Exemplum habuimus III. 54. § 4. *Agenda audiendaque* Gaertn. Sed et hæ voces a librariis commiscentur. Vide ad XXVII. 16. § 10. Ceterum *nulla res, agenda audendaque quæ magno futuro duci esset* ostendunt Ber. et Hav. *ullo magno futuro duci esset* Hearnii L. 1. Τὸ *esset* non adparet in Harl.

CAP. V. § 1 *Nihil prolatandum ratus*] *Protelandum ratus* Voss. a m. sec. Lov. 1. 2. et Hav. Vide ad VII. 21. § 2. Paullo ante *dux est declamatus* Rec. Tum *Italia provincia ei decreta* alio ordine Ber.

§ 2 *Cunctantem casus aliquis obprimeret*] *Casus animis obp.* Lov. 2. *casus aliquis exprimeret* Hearnii N. et, eodem teste, ed. Rom. princeps: *opprimetur* Gaertn. Tum *bellum inferre* Lov. 4. et Harl.

Quibus obpugnandis haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius, &c.] Vox una deest, quæ maxime sententiam sustinet: ea ex vet. lib. revocanda est. *Quibus oppugn., quia haud dubie Rom. arma moveb.* De Olcadibus Polyb. et Stephanus. *Sigon. Quibus expugnandis* typis descripti ante Aldum. Vide hoc lib. ad c. 57. § 6. Particulam autem *quia*, quam habent vett. edd. primus omisit Froben. 1531. majori distinctione interpungens post vocem *movebantur*. Non videtur etiam fuisse in Flor. quam reliqui codd. constanter agnoscunt. Tum *in Orcadum fines prius* Hearnii L. 1. hic et postea semper: *in Olcados fines prius* Rec. *in Olcadum prius fines* Flor.

§ 3 *Rerum serie*] Doujatius, urbis 'Carteiæ' mentione deceptus, Olcades ponit ad fretum Gaditanum, ubi postea Bastuli Pœni ex parte. Deinde, ulterius progressus, propter ingens terrarum spatium inter Carteiam et Saguntum, non hunc, quem Livius

Digitized by Google

dedit, colorem Hannibalem huic bello quæsisse existimat, sed potius, ut fauces Mediterranei maris occuparet. Verum, præterquam quod Carteiæ mentionem librariis errantibus deberi viri docti docuerint; ipsa etiam Livii descriptio satis ostendit, alio, quam quo Doujatius credidit, loco Olcades sitos fuisse. Si enim ad fretum Gaditanum habitarint, dicere non potuit Livius, eam gentem 'ultra Iberum' fuisse. Patet itaque simul, colorem a Doujatio excogitatum verum non esse. Ceterum *magis in parte* alio ordine Ber.

Finitimis domitis gentibus, jungendoque] Videndum lectori, num hic nomen aliquod substantivum desideretur. Nam illud *jungendoque* quid sit, non intelligo. *Glar.* Vet. lib. *jungendisque*. Sic paulo ante c. 2. 'Solicitandis gentibus imperioque jungendis suo.' *Sigon.* Forte *finitimis domitis gentibus jungendo tractus*. F. Sanctius. Pal. 2. *jungendisque tractus*. Gebh. Lege *quandoque*. T. Faber. Sigonius *jungendisque*. Forte *finitimis domitis gentibus vincendoque*. Non quasi hoc egerit, sed dum fortunam sequitur. *J. F. Gron. Jungendoque* non videtur improbare Gronov. Obs. II. 8. *Duk.* Quod Sanctius conjecit, exstat in Lov. 2. Lectio autem, quam Sigonius invenit in suis, superest in Ber. Hafn. et Harl. *jungendo quoque* legit Lov. 5. *jungendaque* Cant. Doujatius ad vocem *jungendoque* subintelligit *proxima quæque;* vel cum Gronovio, cujus loco male Sigonii meminit, legit *vincendoque*. Pari modo *junctus*, sive *iunctus*, et *uictus* in Mss. sæpius commutari, videbimus ad Epit. Liv. LXVIII.

§ 4 *Carteiam, urbem opulentam, caput ejus gentis*] Carteiæ urbis et nomen et situs varie apud authores habetur. At Olcadum nomen non ferme apud ullum classicum invenias, nisi apud unum Polybium, unde hic noster Livius totam hujus libri historiam prope de verbo ad verbum mutatus est, eademque secutus Plutarchus. *Glar.* Carteiam Olcadum caput esse ait; cum sit urbs Bastulorum ad Calpen montem, auctore Ptolemæo II. 4. Plinio III. 1. et præter cæteros ipsemet l. XXVIII. c. 30. 'Ad Carteiam classe accessit. Urbs ea in ora Oceani est.' Quare, secutus Polybium III. 18. lego *Altheiam:* in eo enim est Ἀλθεία. Est autem Olcadum urbs, teste Stephano: Ἀλθαία πόλις Ὀλκάδων· οἱ δὲ Ὀλκάδες ἔθνος Ἰβηρίας πλησιόχωρον Καρχηδόνος. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλθαῖος. *Sigon.* Sigonius ex Polybio repouit *Altheiam*. Pall. 1. ac 3. *Cartaiam*. Pal. 2. vero *Carthaiam* habet. *Gebh.* Sigonium sequitur Cellar. Geogr. Antiq. II. 1. Alii duas Carteias, alteram mediterraneam, alteram haud procul freto Gaditano statuunt. Vide Wesseling. ad Antonini Itin. p. 406. *Duk. Carteiam* Voss. Lov. 1. 2. et Heinsii D. *Carthaiam* Hav. Exc. Pithœi, et edd. principes. *Carthayam* Ber. *Cartheiam* Lov. 5. *Cartaiamque* Hafn. *Carthaamque* Lov. 3. *Cartagiam* Rec. *Cartalam* Flor. et Harl. Lud. Nonius in Hispan. c. 11. vulgatum servat, sed diversam urbem statuit a Carteia ad Oceanum, cujus meminit Livius XLIII. 3. Holstenius ad Stephan. de Urb. in voce Καρτήϊα legendum censet *Carpeiam*, quam in mediterraneo Hispaniæ fuisse Carpetanorum urbem, validissimæ gentis, Olcadibus Vaccæisque vicinæ. Potius tamen cum Sigonio legam *Altheiam*, vel magis *Althaiam*, aut *Althaeam;* Polybio enim et Stephano Ἀλθαία dicitur. Ita non opus est, ut etiam Polyb. verba emendemus.

Opulentusque præda, Karthaginem novam in hiberna est deductus] *Opulentaque præda* Gaertn. *opulentus præda* Rec. Male. Vide ad VII. 24. § 9. Tum *in Yberia est eductus* Lov. 2. *in Hiberiam est deductus* Hav. *deductus est* Rec.

§ 5 *Stipendia præterita*] Men. et Voss. *stipendio præterito cum fide ex-*

Digitized by Google

solvendo. Hoc idem elegantius. Vide Observ. II. 18. extremo. Flor. *partiendo prædam, stipendioque præterito cum fide exsolvendo.* J. F. Gron. Lectioni, quæ ante Gronovium vulgo circumferebatur, subscribunt Hafn. Lov. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Aldina, omnesque ea posteriores, nisi quod quædam, sed paucæ, *præterita,* omissa voce *stipendia,* præferant. Contra *stipendio præterito* legunt Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Rec. Hav. et Hearnii D. *stipendio ſto* Ber. *stipendio prætento* Harl. *stipendioque præterito* Exc. Pithœi. Vide ad I. 53. § 3. Qui *stipendia præterita* dederunt, ferre non potuere morem Livii, orationem quocumque modo variantis, ' partiendo prædam,' ' stipendio exsolvendo.' Vide ad XXXVIII. 39. § 10. Paullo ante *Ubi large partiendo* Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi largiter partiendo* Hearnii N. ' Large gratiam referre ' est XXXVIII. 8.

Cunctis civium suorum sociorumque animis in se firmatis] Vox *suorum* abest a vet. lib. *Sigon.* Monet Sigonius vacare suos libros τῷ *suorum.* Ego vero inveni Pal. 1. *in se* carere penitus. *Gebh.* Vocem *suorum* servant Flor. Hafn. Lov. 2. Rec. Voss. Gaertn. et Hav. eam transponunt *civium sociorumque suorum* Lov. 4. 5. et Hearnii L. 1. ac N. Præterea τὰ *in se firmatis* omittunt Voss. et Lov. 1. quorum prior, ne sensus biet, *conjunctis,* pro *cunctis,* pro varia lectione exhibet: *cunctisque* est in Gaertn. Mox *Vaccos* Lov. 1. et Ber. *Vaccos* Harl.

§ 6 *Hermandica et Arbacala Carthorum urbes*] Pro *Carthorum* quidam *Carteiorum* restituerunt: at hi *Olcadum* melius reposuissent, siquidem Carteia Olcadum caput erat, ut paullo ante dixit Livius. Verum ex Polybio III. 14. clarum evadit, Hermandicam et Arbacalam Vaccæorum urbeis fuisse. Quare hoc loco pro *Carthorum* non *Carteiorum,* sed *illarum,* restituendum erat, ut Vaccæos referat. Idem ostenditur apud Plutarchum in Hannibale. Sed ab aliquo sciolo hoc corruptum temere, ut alia pleraque. *Glar.* Polyb. III. 14. Ἑλμαντική. Stephanus: Ἑλμαντική πόλις Ἰβηρίας ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. Πολύβιος γ'. Itaque *Helmandica* lego. Deinde vet. lib. *Arbocala.* Polyb. ibid. Ἀρβοκάλα. Pro *Carteiorum* vet. lib. *Carthorum.* Polybius eodem loc. *Vaccæorum.* Itaque eandem vocem repono: dixit enim ' in Vaccæos promotum bellum.' *Sigon.* Urbs *Helmandica* ea videtur esse, quæ hodie Salmantica vocatur; quæ gymnasio celeberrima in Hispania floret. *Turneb.* Advers. XIII. 18. Forte *eorum,* aut *Vaccorum.* F. Sanctius. Pall. duo *Carthorum:* quod vocabulum plane non conspicitur in Pal. 3. Sed Sigonius substituit ex Polybio *Vaccæorum;* ut et *Helmandica et Arbocala:* quod posterius ita quoque urbis nomen concipiunt Pall. *Gebh.* Immo *Vaccæorum,* ut ex Polybio monuit Sigonius. Primæ edd. et scripti *Carthorum.* Menardi et e Pal. unus exterminant dubiam vocem. Possis non incommode *Hermandica et Arbacala horum urbes,* nempe Vaccæorum, de quibus ante sermo. Quæ supersunt literæ, ex cauda vocis præced. natæ. *J. F. Gron. Hermandita* Lov. 2. et Ber. Tum *Arbœcala* Hearnii N. *Arbocalia* ejus D. *Arbocola* est in Harl. *Arbochala* in Ber. et Hav. *Arbocala* in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Hafn. et Rec. quod a Sigonio probatum in contextum recepi. Deinde *Carthorum urbes* Voss. Hafn. Ber. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. Exc. Pithœi, et edd. antiqq. pro quo Mogunt. *Carteiorum* substituerunt. *Carchorum urbes* Brancal. Latinii. *Cartorum urbes* Flor. Cant. Harl. et Gaertn. Vox *Cartorum* vel *Carteiarum* deest in Lov. 4. et Rec. quam et J. F. Gron. omisit. Neque ea tantum, sed et quatuor sequentes *urbes vi captæ. Arbocala* de-

Digitized by Google

sunt in Hearnii D. cui errori vocis *Arbocala* repetitio caussa fuit. Præterea *virtute et multitudine*, pro *et virtute*, Lov. 4. 5. et Ber. Vide ad II. 44. § 3.

§ 7 *Quum se junxissent, concitant Carpetanos*] Hos ubique Καρπησίους vocat Polybius. *Sigon.* Pall. duo *Carpentanos*. Pal. 3. *Carpedanos*. Gebh. *Carpentanos* Lov. 2. 4. 5. Hafn. Ber. Hav. Brancal. Latinii, Hearnii D. N. et priscæ edd. usque ad Froben. qui a. 1531. *Carpetanos* substituit. Insuper *quum se conjunxissent* Harl.

§ 8 *Haud procul Tago flumine agmen grave præda turbavere*] Pall. tres et vetusta ed. rejiciunt particulam negativam *haud*. Gebh. Rejiciunt etiam Voss. Lov. 2. 5. Ber. Rec. Hav. Hearnii D. et N. (in quo posteriori eam deesse a quopiam notatum est) et nonnulli excusi. Verum sequentia ostendunt, eam hic necessariam esse. Recte igitur Aldus in erratis restituit. Tum voces *flumine* et *præda* exsulant a Ber. a m. pr. *Tago flumine gravem præda turbavere* præfert Hav. Paullo ante *aggressique*, pro *adortique*, Hearnii N. in margine, quod ex alterius expositione natum est. Commutantur etiam hæc verba in codd. Curtii IV. 2. § 24.

§ 9 *Castrisque super ripam positis, quum prima quies silentiumque*] *Castris super ripam positis* Lov. 2. *castrisque sub ripam positis* Lov. 4. *cristisque super ripam positis* Gaertn. Tum *prima quies somni silentiumque* Rec. Sed illud *somni* ex interpretatione vocis *quies* natum puto. Idem codex mox omittit verbum *fuit*. In præcedd. *Hannibal primo prælio*, inserta media voce, legit Lov. 2. Sed mox sequitur ' prima quies.'

Agmen vado trajecit: valloque ita producto] Scripti *amnem*. Seneca de Ira III. 21. 'Gynden late fusum amnem vado transire tentavit.' *J. F. Gron.* Non dubito quidem, quin Latine dicatur 'agmen vado trajicere,' ut VIII. 24. 'Quem quum incerto vado transiret agmen.' Sed vincere debet auctoritas Mstorum. *Duk.* Vulgatum tuetur unus Flor. Quod si placet, 'trajicere agmen' dictum erit, ut 'trajicere milites,' 'copias,' 'exercitum,' 'legionem,' de quibus vide ad II. 11. § 2. At reliqui omnes constanter *amnem* servant; quam lectionem si quis cum Gronovio præferre malit, non adversabor, præsertim quum *agmen* modo præcesserit, et mox sequatur. Solent autem hæ voces sæpius in Mss. confundi. Vide ad VIII. 24. § 13. XXXV. 30. § 7. et viros doctos ad Flori I. 1. § 3. Præterea *vallo itaque producto* Voss. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Brancal. Latinii: *valloque itaque producto* Ber. a m. pr. Mox *invadere eo transeunte*, pro *eos transeuntes*, Lov. 5.

§ 10 *Adorirentur peditum agmen: in ripa elephantos ante quadraginta disposuit*] Non vereor, ne vox *ante* mendosa sit, pro *ad*: siquidem Polybius III. 14. ait, καὶ τοῖς θηρίοις, οἷς εἶχε περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν· id est, *Et elephantis, quos ad quadraginta habuit*. Sic alibi docebo ex *ad ante* factum esse. *Sigon.* Ed. Moguntina, *in ripa elephantes quadraginta disposuit*. Modius. Sigonius censet, præpositionem, sive adverbium potius *ante* mendosum esse loco τοῦ *ad*. Pal. 1. *ut cum ingr. aquam viderent, adorirentur: peditum agmen in ripa elefantos autem quadr. disponit*. Pal. 2. *ut cum regressos aquam viderent, adorirentur peditum agmen in ripa: elefantos autem quadr. disponit*. Pal. 3. *ut cum ingressos aquas viderent, adorirentur peditum agmen: in ripa elephantos XL. disposuit*. Vetusta quoque ed. *in ripa elephantes quadraginta disponit*. Ego delevi omnino τὸ *ante*. Gebh. Illud *peditum agmen* non hostium, sed Hannibalis est, eoque revocandum ad periodum sequentem. Sed et τὸ *ante* turbat. Sigonius pro eo facit *ad*, quia Polybius τοῖς θηρίοις,

Digitized by Google

οἷς εἶχε περὶ τετταράκοντα. Voss. duo Pall. et plerique pro eo habent *autem*, dein *disponit*, ut et libri Mureti. At Flor. *elephantos XL. autem erant disponit*. Sic et Gudianus, nisi quod *disposuit*. Lege igitur, *peditum agmen in ripa et elephantos* (*quadraginta autem erant*) *disponit*. Polybius de illorum opera III. 14. Τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν μέρος διεφθάρη περὶ τὰς ἐκβάσεις παραπορευομένων τῶν θηρίων παρὰ τὸ χεῖλος καὶ τοὺς ἐκβαίνοντας ἀεὶ προκαταλαβόντων. *J. F. Gronov.* Facile probari potest scriptura, quam vulgatæ præfert Gronovius. Neque tamen in hac valde turbare videtur *ante*, si quis id pro 'in fronte' positum putet: ut XXVII. 18. et XXVIII. 33. ubi Gronov. XXII. 5. 'Fors conglobat, et animus suus cuique ante et post pugnandi ordinem dabat.' *Duk. Adorientur peditum agmen: in ripa autem elephantes quadraginta disponit* Hav. *adorirentur. Peditum agmen in ripa, elephantos autem quadraginta disponit* Hearnii N. *adhortarentur. Peditum agmen in ripa, elephantos aut quadraginta disposuit* Ber. *adorirentur: peditum agmen in ripa elephantos aut quadraginta disposuit* Lov. 2. et Gaertn. *adorirentur: peditum agmen in ripa elephantos autem quadraginta disposuit* Lov. 3. *adorirentur: peditum agmen in ripa elephantos quadraginta autem disposuit* Cant. et Exc. Pithœi. *adorirentur peditum agmen: in ripa elephantos* (*quadraginta autem erant*) *disposuit* Harl. *disponit*, pro *disposuit*, etiam præferunt Lov. 1. 4. 5. et Hearnii D. Gronovii conjectura, quam et Pithœo in mentem venisse Hearne auctor est, non displicet. Minus tamen ab optimorum codd. lectione nos discessuros puto, si legamus *adorirentur. Peditum agmen in ripa elephantosque* (*quadraginta autem erant*) *disponit*. Ut copula *que* intercepta sit a syllaba initiali vocis *quadraginta*. Vide ad XXIII. 48. § 12. Præterea paullo ante *ingressos aquas*, pro *aquam*, est in Rec. et Gaertn.

§ 11 *Olcadum Vaccæorumque centum millia fuere*] Polybius item III. 14. Πλείους ἢ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. *Sigon. Olcandum* Lov. 1. *Olcardum* Gaertn. *Oleadum* Hav.

Invicta acies, si æquo dimicaretur campo] Pal. 2. *dimicarent*. Gebh. *invicta acie* Gaertn. Sed sane ultima litera *toῦ acies* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Tum *si æquo dum dim. campo* Harl.

§ 12 *Quod metu cessisse credebant hostem*] *Qui metu cessisse* Gaertn. Vide ad III. 58. § 7. *Hostes* Ber. et Hearnii D. Male. Vide ad V. 50. § 2. In præcedd. *Itaque ingenio*, omissa media vocula, Rec. In seqq. *quam cuique proximum erat* quædam edd. *qua cuique proximum erat* aliæ.

§ 13 *Et ex parte altera ripæ vis ingens equitum in flumen inmissa*] Τὸ *Et* ignorat ed. vetus, et potest abesse. *Modius.* Si sensum consulas, abesse potest; at si Mss. non debet. Servant enim omnes omnino. Deinde *vis ingens militum* Lov. 2. Hav. et Ber. a m. pr. Vide ad X. 29. § 10. Tum *in flumen missa* Lov. 4. *in flumen inmissa est* Hearnii N. *in flumine omissa*, vel *ommissa*, edd. antiqq. Mox *medioque agmine*, pro *alveo*, Lov. 4.

§ 14 *Vel inermi equite, equo temere acto, perverti posset*] Vet. lib. *vel ab inermi equite*. Sigon. Pal. 2. *vel ab inermi equite*. Gebh. Sigonius e scripto *ab inermi*. Bene: sic et Flor. Gud. Pal. unus. *J. F. Gron.* Ita et Lov. 5. Hafn. Harl. Gaertn. Hearnii D. N. et Crevier. tres: quod eorum fide, præeunte eodem Crevier. in contextum admisi. *Ab inermi equite*, omissa vocula *vel*, Lov. 3. et Ber. *inermi equite* Rec. qui etiam *equo tamen acto* præfert. Paullo ante *aut vix rado*, pro *ac vix*, Lov. 2. in contextu. Vide hoc lib. ad c. 53. § 3.

§ 15 *Vorticoso amni delati in hostes*] *Juxticoso* Lov. 5. *vertico* Lov. 4. *verticoso* Flor. Hafn. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. et edd. antiqq.

Digitized by Google

Vide quæ notavi ad Silii III. 475. Tum *amne* Lov. 2. et Ber. Vide ad XXXII. 10. § 8. Paullo ante *flumine assumta* Lov. 1. Ber. et Hav. Vide ad IX. 17. § 17.

§ 16 *Postremi, quibus ingressus in suam ripam tutior fuit*] Vet. lib. *Postremis, quibus regressus in suam ripam tutior fuit.* Egregie: ut sit, Postremis Annibal fugam ex ripa fecit. *Sigon.* Gronov. nusquam videtur invenisse *postremis:* nec scio, quam recte dicatur 'fugam alicui facere.' Livius aliis locis genitivum addit: XXII. 24. 'Late cædem fugamque hostium palatorum fecit.' Sic l. XXVI. capp. 4. et 6. Alibi sine casu dicit. Infra capp. 52. 55. et 56. et l. XXII. c. 13. De 'quadrato agmine' adcurate contra Lipsium de Milit. Rom. v. 12. disputat Schelius ad Polyb. capp. 11. 12. *Duk.* Omnes mei constanter *postremi.* Tum *ingressus,* quod est in edd. ante Sigonium, unus servat Hav. *egressus* in ed. postremam admisit Gruterus. Sed *regressus* habent omnes reliqui.

Priusquam tanto ex pavore reciperent animos] Refert Pal. 1. cum 3. et veteri ed. *priusq. tanto pavore recip. animos.* Pal. 2. *priusq. ex tanto pavore recip. animos.* Gebh. *Tanto pavore,* omissa præpositione, Lov. 1. 2. 4. Voss. Hafn. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. *pavore tanto* Ber. *in tanto pavore* Recan. *ex tanto pavore* Flor. Lov. 5. Harl. et Gaertn. *tanto ex pavore* primi dederunt Moguntini. Memini eorum quæ notavi ad II. 19. § 8. hic tamen ordinem, quem plerique et optimi codd. indicant, recepi.

Hannibal, agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit] *Hannibale agm. quadr. amnem ingresso fugam ex ripa fecerunt* Ber. ex emendatione, at eadem manu, et Hearnii N. ut 'facere fugam' hic acciplatur pro fugere, quemadmodum VIII. 9. 'Consternatæ cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt.' Contra in vulgata scriptura 'facere fugam,' est efficere ut alius fugam capiat, aliquem in fugam conjicere, fugare: ut hoc lib. c. 52. 'Ingentem terrorem, cædemque ac fugam ad castra stationemque hostium fecere.' XXII. 13. 'Ingentem cladem, fugam tamen terroremque latius Numidæ fecerunt.' c. 24. 'Late cædem fugamque hostium palatorum fecit.' XXVI. 4. 'Fugam stragemque eorum usque ad portam fecerunt.' Auctoritas codicum in vulgatum conspirantium efficit ut id verius esse existimem. Præterea *agmine quadrato agmen ingressus* Hav. *agmine quadrato ingressus* Lov. 3.

Vastatisque agris, intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit] Voss. *inter.* Vide ad I. 10. *J. F. Gron.* Ita et Lov. 1. 2. ac Gaertn. Supra II. 27. 'Victor tot intra paucos dies Romanus.' Vocabula *inter* et *intra* passim in Mss. confundi, vidimus ad V. 22. § 2. Tum *vallatisque agris* Gaertn. Hinc *in ditionem* idem cod. Vide ad XXVI. 21. § 17.

§ 17 *Et jam omnia trans Iberum*] *qz jam omnia* in solo est Gaertn.

CAP. VI. § 1 *Jam belli casusa certamina cum finitimis serebantur*] Ex prava interpretatione compendiosæ scripturæ *belli cā* concepit Pal. 3. *jam bellica certamina.* Gebh. *Ferebantur* Harl. et quædam ex vett. edd. Vide ad X. 43. § 4. Supra II. 1. 'In aliena urbe cum Patribus serere certamina.' Vocula *jam* non adparet in edd. antiqq.

Maxime Turdetanis] Pal. 1. scribit *cum Tudertanis:* vet. ed. *Turdentanis.* Gebh. *Maxume* est in Flor. a m. sec. Vide ad III. 17. § 5. Tum *Tudertanis* Lov. 3. et Ber. *Trudentanis* Hav. *Tundentanis* Lov. 4. *Turdentanis* Lov. 5. et Hafn. *Tardentanis* edd. Rom. 1472. et Parm. *Turditani* in multis Mss. vocantur c. 12. § 5.

§ 2 *Quos quum adisset idem, qui litis erat sator*] Vet. lib. *Quibus cum adesset idem, qui litis erat sator.* Semus

Digitized by Google

est, Annibalem, qui litem inter Turdetanos et Saguntinos serebat, Turdetanis affuisse contra Saguntinos. *Sigon.* Non recte fecerunt, qui hæc ita interpolarunt, cum, ut Sigonius de suis testatur, nostri quoque vet. lib. habeant *quibus cum adesset idem*, quod valet, Quibus cum patrocinaretur Annibal. *Modius. Quibus quum adesset* proba lectio est, constans quoque in Pall. 1. ac 3. et casca ed. Nihilominus gestat Pal. 2. *quibus cum adisset.* Gebh. *Quos quum adisset* servant Lov. 3. et Hearnii L. 1. ac N. *quibus quum adisset* Lov. 1. 2. 4. et Hav. *quo quum adisset* Hafn. *quo quum adesset* Ber. *quibus quum adsis* Gaertn. *quibus quum adesset* reliqui omnes scripti, et edd. Aldina priores. Recte. Supra VI. 38. 'Dictator intercessioni adero:' ubi quædam vide. Ovid. Her. VI. 151. 'Quod si quid ab alto Justus ades votis, Jupiter, ipse meis:' et XVI. 18. 'et cœpto nec leve numen adest.' Præterea *litis esset sator* Hafn.

Legati a Saguntinis Romam missi, auxilium ad bellum jam haud dubie imminens orantes. Consules tunc erant P. Cornelius Scipio et T. Sempronius Longus.] Dissentit Livius a Polybio, quem maxime tamen in hoc bello tradendo sequitur, de rebus ab Annibale in Hispania gestis; de anno quo Saguntus oppugnata est, et quo legati ad Annibalem missi sunt. Quia vero multo verisimilius et planius hæc omnia Polybius explicat, ea, quemadmodum apud ipsum disposita sunt, prius demonstrabo; tum demum, quæ Livius tradiderit, subjungam. Sic igitur Polybius. P. Cornelio, M. Minucio consulibus: 'Annibal, mortuo Asdrubale imperator in Hispania declaratus, in Olcadum fines transgressus Altheiam capit, et Carthaginem in hiberna recedit.' L. Veturio, C. Lutatio consulibus: 'Annibal vere primo in Vaccæos ducit, Arbocalam et Helmandicam eorum urbes capit. Carpetanos in deditionem accipit. Quo terrore finitimi Saguntini compulsi Romam legatos res has nunciatum mittunt. Legati Romani in Hispaniam venientes ab Annibale Carthagine Nova, dum in hybernis esset, auditi sunt. Bellum Annibali indictum, nisi Sagunto abstineret: ab iisdem idem Carthagine factum.' M. Livio, L. Æmilio consulibus: 'Annibal Carthagine Nova profectus Saguntum oppugnat, et intra octo menses capit: et in hyberna reversus omnes milites domum ad suos revisendos misit. Legati alteri Carthaginem missi ad deposcendum Annibalem, rapti fœderis auctorem, et, nisi traderetur, bellum aperte indicendum: indictum est.' P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo consulibus: 'Annibal, motis Carthagine Nova castris, trajecto Ibero, Ilergetes, Bargusios, Ausetanos et cæteros Hispaniæ populos usque ad Pyrenæos montes subigit: iisque superatis per Galliam ad Alpes venit: et in Italiam quinto mense, quam Carthagine moverat, transgressus P. Cornelium consulem ad Ticinum, Ti. Sempronium consulem ad Trebiam fundit.' Hæc Polybius: cui assentiri videtur Probus, qui per triennium res in Hispania ab Annibale gestas scribit. Livius autem ita: L. Veturio, C. Catulo consulibus, Annibal Altheiam Olcadum capit, et in hyberna Carthaginem Novam revertitur. M. Livio, L. Æmilio consulibus, Arbocala et Helmandica Vaccæorum, et Carpetani subacti, Saguntus oppugnari cœpta. P. Scipione, Ti. Longo consulibus, Legati Saguntini, qui, antequam Saguntus oppugnaretur, profecti erant, his consulibus Romam perveniunt. Legati Romani P. Valerius Flaccus, Q. Bæbius Tamphilus in Hispaniam ad Annibalem, Saguntum oppugnantem, cum venissent, et ab eo non admissi, Carthaginem profecti. Saguntum octavo mense, quam

Digitized by Google

cœptum erat oppugnari, captum: inde in hyberna Annibal secessit: quinto deinde mense, quam ex hybernis profectus est, in Italiam venit. 'Quæ si ita sunt,' inquit, 'fieri non potuit, ut P. Cornelius et Ti. Sempronius consules fuerint, ad quos et in principio oppugnationis legati Saguntini missi sint, et qui in suo magistratu cum Annibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam pugnaverint. Aut omnia breviora aliquanto fuere; aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius et Ti. Sempronius consules fuerunt, non cœptum oppugnari est, sed captum.' Hæc Livius c. 15. Non intelligit autem, si capta Sagunto Annibal in hyberna concessit, et primo vere in Italiam, superatis Alpibus, venit, Saguntum ne initio quidem consulatus Scipionis et Longi potuisse capi: siquidem inierunt Idibus Martiis; (quo tempore illum ex hybernis moventem transitum in Italiam parasse verisimile est,) sed captum esse Livio Æmilioque consulibus. Quod si ita est, ne legati quidem Saguntini, qui, aut antequam Saguntum oppugnaretur, aut initio oppugnationis profecti sunt, Scipione et Longo consulibus Romam pervenire potuerunt: præsertim vero cum legati Romani, quos serius miserunt, Annibalem Saguntum etiam oppugnantem invenerint. Habet igitur incommoda multa hæc Liviana tractatio, in quæ miror illum incidisse, Polybio præsertim hæc omnia diligentissime explicante. *Sigon.* Pall. duo, 1. et 2. *legati introducti ad* (Pal. 1. *cum*) *consules in curiam a Sag. Romam missi.* Gebh. *Legati a Sag. Romam missi, introducti cum consules essent in curia* Cant. *legati introducti cum consules in curia a Sag. Romam missi* Voss. et Lov. 1. ac 2. *legati introducti a consulibus in curiam a Sag. Romam missi* Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii N. in quo posteriore tamen voces interpositas *introducti a consulibus in curiam* delendas esse, alia postea manus notavit. Eas sane pro lemmate olim margine adscriptas fuisse, verisimile est; quæ postea, ut sæpe factum, in ipsum contextum migrarunt. Vide ad VII. 40. § 4. Deinde *auxilium jam ad bellum* alio ordine Lov. 1. et 2. τὸ *jam* deest in Cant. et Gaertn. Præterea *bellum jam haud dubium imminens* Harl. Vide ad XXXIV. 48. § 5. Unum tamen codicem audire, periculosum puto. Paullo ante *nec certamen jus, sed vim quæri adparet* Lov. 1.

§ 3 *T. Sempronius Longus*] Polybius III. 40. Τιβέριον Σεμπρώνιον nominat. Eutropius III. 8. *Tiberium*: itemque Probus in Hannib. c. 4. et plerique vetusti libri. Filius etiam hujus in Capitolinis tabulis TI. F. TI. N. LONGVS scribitur. *Sigon.* Recte Pal. 2. *Tiberius Sempr. Longus.* Gebb. Τιβέριον Σεμπρώνιον Λόγγον etiam vocat App. Alex. de Bell. Hisp. 262. Vide Pighium in Annal. ad a. DXXXV. p. 148. Pronomen autem *Tiberius* sæpius librarii in *Titus*, sive Ti. in T. commutarunt. Vide ad XL. 44. § 12.

Mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas] Sic Polybius III. 15. πρεσβευτὰς ἐξαπόστειλαν τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν προσηκόντων. *Sigon.*

§ 4 *Et Hannibali denunciarent, ut ab Saguntinis, sociis populi Romani, abstineret*] Prima vocula exulat a Lov. 3. Vide ad II. 44. § 3. Tum *a Saguntinis* Lov. 1. 4. Ber. Rec. Gaertn. et edd. antiqq. Hinc *pop. Rom. sociis* Lov. 4. 5. et Harl. Deinde *abstinerent* Hafn.

§ 5 *Omnium spe celerius Saguntum obpugnari adlatum est*] *Omnium spe cel. iturum Sag.* Hav. *iterum a Sag. celerius Sag.* Hearnii N. in margine. Paullo ante *nedum decreta*, pro *necdum*, Ber. a m. sec.

Tunc delata ex integro res ad senatum] Pal. 3. *de integro.* Infra cap. 8. 'Acrius de integro obortum est bellum.' *Gebh.* Flor. et Gud. *Tunc relata de integro.* Notissimum 'referre

Digitized by Google

ad senatum.' *Tò de integro* etiam Pal. et habes hujus libri capp. 8. 18. 21. 59. *J. F. Gron.* Sic quoque Ms. Cantab. Videtur autem pergendum ulterius, et scribendum, *Tunc relata de integro re ad senatum, alii provincias, &c.* II. 22. 'Relata re ad senatum adeo gratum fuit Patribus.' *Jac. Gron.* Vulgo ita distinguitur, ut 'deferri ad senatum' dicatur res quæ ei significatur; 'referri,' de qua consulitur. Vide Torren. ad Val. Max. I. 1. 3. Quod si verum, *relata* hic præferendum erit. Quam lectionem, insuper in uno suorum repertam, Crevier. ejusque exemplo ego quoque in contextum recepimus. Passim 'deferre' et 'referre' in Mss. commutantur. Vide ad IV. 13. § 8. v. 38. § 8. c. 50. § 6. VII. 5. § 4. XXIV. 24. § 4. XXV. 23. § 12. XXXVII. 57. § 12. XXXIX. 14. § 3. c. 44. § 2. Torren. ad Val. Max. II. 9. § 8. et sæpe alibi. Similiter pleraque verba cum *de* et *re* composita confundi, dictum est ad IX. 10. § 6. Tum *de integro*, ut XXII. 6. 'Nova de integro pugna exorta est.' XXIII. 16. 20. 26. et sæpissime. Similiter non modo 'ex inproviso,' sed etiam 'de inproviso' in usu fuit. Vide ad VI. 33. § 7. et Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 11. Solent etiam particulæ *de* et *ex* permutari a librariis. Vide ad II. 35. § 2. VI. 39. § 8. VII. 13. § 10. XXVII. 4. § 1. et ad Epit. Liv. CXVI. Omnes tamen codd. mei, præter Flor. et Cant. a Gronovii laudatos, vulgatum *delata ex integro* servant. Quod autem Jac. Gronovius orationem Livii intercisam connectens legendum conjicit, *Tunc relata de integro re ad senatum, alii provincias*, me non adsentientem habet. Vide hoc lib. ad c. 36. § 4. Refellit etiam hanc conjecturam plerorumque codicum in verbis seqq. lectio. Quin et *Tunc relata est ex integro res* legunt Lov. 2. et Harl. a m. pr.

§ 6 *Alii, provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes*] Ed. vetus *Et alii provincias*. Modius. Pal. 3. cum Pal. 2. assensu *Et alii provincias*. Gebh. *Et alii* etiam Flor. Cant. Lov. 2. 4. 5. Ber. Harl. Hav. Hearnii D. N. et edd. Aldina priores. Præterea *consul. provincias Hisp. atque Africam dec.* Hav. *cons. Hisp. atque Africam provincias decern.* Ber.

In Hispaniam Hannibalemque intendebant bellum] Pall. 1. et 2. *intenderant bellum*. Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Hafn. Hav. et Hearnii D. et N. *intenderent* Gaertn. *in Hispaniam Hannibalemque mittendum bellum* Hearnii L. 1.

§ 7 *Non temere movendam rem tantam*] *Novandam rem tantam* Gaertn. Vide ad XXIII. 30. § 12.

§ 8 *Q. Bæbius Pamphilus*] Vet. aliquot lib. *Q. Bæbius Tamphilus*. Ita Capitolini ubique lapides, nummi argentei BAEBIVS TAMPILVS. *Sigonius.* Pall. tres et vetusta ed. *Q. Fabius Pam.* Gebh. Ita et Flor. Cant. Voss. Hafn. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. Exc. Pithœi, et edd. antiqq. *Q. Fabius*, omisso cognomine, Brancal. Latinii. *Q. Fabius Panphilus* Lov. 2. *Q. Fabius Flaccus Pamphilus* Lov. 3. *Q. Fabius Tamphilus* Rec. *Q. Fabius* quoque Lov. 1. 4. 5. Sed nomini minus noto *Bæbius* librarium sibi notissimum *Fabius* subposuisse patet. Recte autem Sigonius emendavit *Tamphilus*. Vide etiam ad XXXI. 49. § 12. et XL. 18. § 1. Adde Torren. ad Val. Max. I. 1. § 12. et II. 5. § 1. Prioris legati cognomen *Flaccus* exsulabat a Ber.

Si non absisteretur bello] *Si non absisteret* Lov. 4. Vide ad X. 10. § 1. *si non abstinerent* Rec. *si non abstineretur* Lov. 2. 4. Hafn. Ber. et Hearnii L. 1. Male. Infra XXXVII. 36. 'Nuncia meis verbis, bello absistat.' XLIV. 19. 'Ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.' Plura vide ad XXIV. 20. § 15. Solent autem 'absistere' et 'abstinere' in Mss. permutari. Vide ad XXXI. 17. § 10. Mox *ad ducem illum*, pro *ipsum*,

Digitized by Google

Lov. 3. Vide ad XXI. 41. § 17.

CAP. VII. § 1 *Dum ea Romani parant consultantque*] *Parabant consultabantque* Lov. 2. Ber. et Hav. *parant consultantque* Lov. 3. Mox *firma vi*, pro *summa vi*, edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 2 *Sita passus mille ferme a mari*] Sic Polybius III. 17. ὁς ἐστὶ σταδίοις. *Sigon.*

Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea] Silius Italicus noster scriptus I. 288. 'Mox profugi ducente Noto advertere coloni, Insula quos genuit,' &c. *Modius. A Sagunto insula* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. Ber. Hafn. Harl. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii N. ac D. *Zagunto* Lov. 1. Librarii iterum vocem notiorem *Sagunto* minus notæ *Zacyntho* substituerunt.

§ 3 *Qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt*] Pal. 3. *soluerunt*. Gebh. *q. fidem socialem* Lov. 2. *qua quidem fidem* Lov. 5. Vox *suam* exulat ab editis ante Aldum. Tum *colucre* est in Gaertn. Paullo ante *disciplina sanctitate* alio ordine Flor. et Harl.

§ 4 *Pervastatis passim agris, urbem tripartito adgreditur*] *Vastatis passim agris* Gaertn. Sed composito simplicissime Livius usus est. Exempla habemus VIII. 19. X. 37. XXII. 4. XXXV. 21. XXXVII. 18. XLIV. 10. pluribusque locis. Tum *tripertito* Lov. 1. et Flor. Vide ad IV. 59. § 2. *tripartito aggreditur loco* Rec.

§ 5 *In planiorem patentioremque, quam cetera circa, vallem vergens*] *Patentioremque* Lov. 3. Vide ad VIII. 12. § 4. *in planiore patentioreque loco, quam cetera circa vallem, vergens* Ber. a m. sec. *in planiorem patentioremque partem, quam cetera circa vallum, vergens* Lov. 4. Sed ita mutarunt librarii, quod non adverterent *circa* hic sine casu poni, de quo vide ad I. 4. § 6. et IX. 2. § 7. Tum *urgens* Hav.

Per quas aries manibus admoveri posset] Pal. 3 exhibet *per quas arietes manibus admovere possent*. Gebh. In præcedd. *agere instituit vineas*, transpositis vocibus, Lov. 3.

§ 6 *Sed ut locus procul muro satis æquus*] Pal. 1. *procul muros*. Pal. 3. *procul muris*. Pal. 2. *Sed uti locus*. Gebh. *Procul muros* Flor. Harl. et edd. antiqq. litera sibilante ex principio vocis seq. perperam in fine præced. repetita. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Mendosam hanc lectionem emendaturi alii dederunt *procul muris*; quæ lectio superest in Lov. 2. Ber. a m. sec. et Hearnii N. *procul muro* primus Ascens. 1513. recepit.

Postquam ad effectum operis ventum est] Reperi in Pal. 3. *perventum est*. Gebh. *Ventum est operis* vett. edd. Primus Aldus ordinem dedit, qui nunc obtinet.

§ 7 *Supra ceteræ modum altitudinis emunitus erat*] *Supra modum*, omissa media voce, Lov. 3. qui etiam legit *munitus*: at *etiam munitus* Hafn. 'emunire' verbum est Livianum. Infra XXIV. 21. 'Locus, saxo quadrato septus, atque arcis in modum emunitus, capitur.' XXVI. 46. 'Nam neque opere emunitus erat.'

Ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur] Pall. tres *plurimum periculi ac timoris*. Gebh. In quatuor scriptis reperisse memini *ac timoris*. Et sic Aldina. Sic quoque Flor. et Gud. *J. F. Gronov.* Ita etiam Voss. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii N. D. et tres a Crevier. consulti. Codicum consensum video; ne tamen eorum lectionem probare audeam, id impedit, quod Livius passim 'periculum' et 'laborem' jungere soleat. Ita IV. 35. 'Eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos speretur.' XXV. 6. 'Asperrima quæque ad laborem periculumque deposcimus.' XXVI. 13. 'Ultima pericula ac gravissimos labores perpessi.' XXIX. 1. 'Ea militia multos labores, magna pericula adlatura videbatur.' XXXIII. 39. 'Ro-

Digitized by Google

manos per tot annos terra mariqne tanta pericula ac labores exhausisse.' XLV. 36. 'Plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, injunctum.' Aldus etiam sententiam mutavit. Quum enim in contextu *periculi ac timoris* edidisset, *ac laboris* in erratis revocavit.

Ibi vi majore obsistebant] Vet. lib. *obsistebat*. Sigon. Ita et Harl. atque Hearnii D. Sed male. 'Juventus obsistebant,' ut III. 27. 'Juventus discurrit ad vallum petendum: sumsere, unde cuique proximum fuit.' IV. 56. 'Omnium populorum juventus Antium contracta, ibi castris positis hostem opperiebantur.' VII. 2. 'Imitari deinde eos juventus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus, cœpere.' Val. Max. III. 2. § 7. 'Quo facilius juventus reliquias imperii tuerentur.' Ita quidam præferunt codd. at nunc editur *tueretur*. Præterea *ibi majore vi*, inmutato ordine vocum, Lov. 2. *ibi virtute forti* Hearnii N. in margine.

§ 8 *Ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium*] *Et*, pro *etiam*, præfert Ber. a m. sec. sed a m. pr. *ad erumpendum etiam stationes operaque hoīum*: ubi is eliditur a vocis præced. litera ultima. Vide ad X. 13. § 3. 'Hostes' autem, vel 'homines,' et 'hostes' sæpe confunduntur. Vide ad XXIII. 37. § 11. Paullo ante *tutum satis* Lov. 1.

§ 9 *Haud ferme plures Saguntini cadebant*] *Tò ferme* deest in Rec. eamque vocem delendam esse, manus sec. in Hearnii N. notavit. Tum *Saguntini cedebant* Gaertn. et Hav. Vide ad VI. 13. § 3.

§ 10 *Dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus cecidit*] Adhuc Silius I. 538. 'Inde inter nubes ventorum turbine cæco Ultrix injusti vibravit lancea belli, Ac femore adverso librata cuspide sedit:' sive, ut habet manu exaratus meus Silius, *Ac femine adverso*. Mox *dius*. *Incautus subiit* Lov. 2.

Tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abesset] *Tanta cita fuga* Hav. *ac trepidatio* Gronov. edidit 1679. consentientibus scriptis, quum antea vulgatum fuisset *atque trepidatio*. Præterea *fuit, dum vulnus ducis curaretur, ut non* Ber. *fuit, ut, dum ducis vulnus curaretur, non* Hav. Sed quatuor additæ voces ex principio cap. seq. huc retractæ sunt, et in iisdem codd. ibidem omittuntur.

CAP. VIII. § 1 *Ab adparatu operum ac munitionum nihil cessatum*] *Ac seditionum* Lov. 4. Tum *nihil cessatum est* Ber.

§ 2 *Acrius de integro obortum est bellum*] Flor. et Gud. *coortum*. J. F. Gronov. Ita et Cant. Cæsar. B. Gall. III. 7. 'Subitum bellum in Gallia coortum est.' Ita 'certamen coortum' I. 6. 'seditio coorta' V. 12. ubi quædam vide. Omnes tamen reliqui servant *obortum*, nisi quod *ortum* legat Gaertn. Præterea *acrius deinde obortum est* Lov. 3. Mox *pluribus partibus*, pro *pluribusque*, Ber. et Hav.

Vix accipientibus quibusdam opera locis] *Locis vel muris* Hearnii N. Sed duæ postremæ voces a manu altera deletæ sunt. Mox *moverique*, pro *admoverique*, Ber. a m. pr.

§ 3 *Ad centum enim quinquaginta millia*] Vet. lib. *ad centum enim et quinq.* Sigon. Inmittit Sigonius *et quinquaginta*. At Pal. 2. *ad centum enim quadraginta millia*. Gebh. *Ad centum enim et quinq.* Ber. *Tò enim* exsulat a Flor. et Cant.

Habuisse in armis creditur] Flor. auctior voce *hab. in armis satis cred.* J. F. Gron. Non negligendum puto *satis creditur*. Livius XXIX. 37. 'Id vectigal commentum alterum ex censoribus, satis credebant.' Ter. Andr. IV. 1. 50. 'Satis credo, si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.' Et Eun. V. 9. 21. Sic 'satis sperare' Liv. XXVIII. 35. *Duc.*

Digitized by Google

Placet Flor. lectio, quam et optimi suorum fide Crevier. recepit. Non male. Ita hoc lib. c. 26. 'Vixdum satis credens Hannibalem superasse Pyrenæos montes.' XXXIX. 35. 'Satis credens, ipsum etiam juvenem aliquid momenti facturum:' πάνυ ἐπέπειστο, ut Polyb. id exprimit in Exc. Legat. num. XLIV. p. 1191. Illud *satis* Livio in deliciis fuisse, eumque id variis locutionibus junxisse, videbimus ad XXVI. 51. § 2. Pariter in sollemni locutione 'satis constat' eadem vox *satis* omittebatur l. XXXVI. cap. 35. § 8. ubi etiam vide. Tum *in armis habuisse*, trajectis vocibus, Ber.

§ 4 *Ad omnia tuenda atque obeunda multimoda arte distineri cœpti sunt*] Pall. tres *detineri*. Gebh. Flor. cum Gud. quod miror, *ad omnia tuenda atque obeunda multifariam distineri*. Sed et uterque cum Men. Pet. Pal. *quassatæque*. J. F. Gron. *Tuenda obeundaque* Ber. et editi usque ad Aldum. Deinde 'multimodis' adverbialiter sæpe Lucret. adhibuisse novi; at quis hujus ævi scriptor adjectivo 'multimodus' usus sit, quæro. Id scio, alibi apud Livium non obcurrere. Id efficit, ne displiceat cod. Flor. lectio *multifariam*, quam etiam servat Cant. et unus Crevier. Ea autem voce Livius etiam utitur XXXIII. 18. 'Omnibusque ex præsidiis, quæ multifariam disjecta erant, devocatis.' Præterea *detineri* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Rec. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. pro quo Ascens. 1516. *distineri* reposuit. Et recte. Vide ad v. 19. § 4.

§ 5 *Et non sufficiebant: jam enim feriebantur arietibus muri. Quassataque quoque multæ partes*] Pal. 2. *quassataque multæ partes erant*. Gebh. Aliquis hic nodus: non enim percussi ariete muri justa causa cur oppidani parum suffecerint. Præterea in tribus scriptis [immo in quinque. Vide ad verba priora] reperi *quassataque*. Scribe: *Et non sufficiebant (jam enim fer. ar.) muri, quassataque multæ partes erant*. J. F. Gron. In vulgata scriptura non videtur obscurus sensus esse, si verba *et non sufficiebant*, ad oppidanos referantur. Nempe oppidani non sufficiebant ad omnia tuenda atque obeunda; quum aliis locis muri adhuc integri ariete ferirentur, aliis quassati ruinam minarentur, aliis jam dejecti ruinis urbem nudassent. 'Sufficere' κατ' ἔλλειψιν nominis vel alterius partis. Livius XXXVI. 45. 'Quoad sufficere remiges potuerunt.' Suet. Aug. c. 43. 'Pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent.' Virgil. Æn. IX. 515. 'Nec jam sufficiunt.' *Duk. Non sufficiebant. Itaque jam fer. ar. muri, quassataque multæ partes erant* Flor. et Cant. *quassataque* etiam Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Vide ad v. 27. § 1. *Quassataque jam multæ partes erant* Lov. 5. *quassatæ multæ partes erant* Voss. et Lov. 1. Puto Gronovium optime locum constituisse; cujus emendationem recepi.

Una continentibus ruinis nudaverat urbem] Pal. 2. *et una cont. ruinis nudaverant urbem*. Pal. 3. autem *una concurrentibus minis*. Gebh. Ita et Branc. Latinii. Vide ad XXI. 8. § 5. *Nudaverant* autem Hearnii D.

Tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat] *Tres deinde turres* Lov. 4. Tum *quantumque intererat muri* Lov. 3. Mox *prociderunt* Ber. Lov. 3. 4. Harl. et Hav.

§ 6 *Qua, velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrimque*] Ant. Perizon. ad oram Livii conjicit *cum, velut si pariter*. Tum *utrosque muros texisset* Flor. Lov. 2. et Gaertn. *utrosque murus tetigisset* Rec. Hinc *utramque in pugnam* Gaertn. Paullo ante *captumque oppidum*, pro *captum*, Flor.

§ 7 *Quales, &c. per occasionem partis alterius censeri solent*] Pall. tres *con-*

Digitized by Google

sciri solent: vetusta ed. *conseri solent*. Gebh. Quid est 'censeri pugnas?' Immo *conseri*, ut edd. vetustæ: nam calamo exarati etiam corrupte habent *consciri*. Lib. XXV. c. 11. 'Cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri.' XXVIII. 2. 'Et singuli binique, velut cum paribus, conserere pugnam cogebantur.' Video tamen offirmare codd. in tenendo τῷ *consciri*. Incipio id ferre: 'Bellum consciverant' dixit X. 18. et 'qui bellum in his provinciis conscivissent' XLI. 8. et 'haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum conscisset' l. XXXIII. c. ult. Brutus ad Ciceronem Epist. XVI. 'postquam illud conscivi facinus.' *J. F. Gron. Consciri solent* Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. cui lectioni adstruendæ exempla quædam hic adtulit Gronov. quæ tamen non evincunt quod voluit; quia dubium est, utrum *consciverant* aliaque in illis obvia sint a verbo 'conscio, conscire,' an a 'conscisco, conscisere' declinata: neque alibi 'conscire bellum' me observare memini. *Conciri solent* est in Lov. 3. Nihil propius autem esse videtur, quam ut probemus *coniseri solent*, quod in reliquis Mss. ex quibus nulla varietas notatur, fuisse verisimile est. Ita loquitur Livius XXII. 48. 'Jam et in sinistro cornu Romano consertum prœlium erat.' XXVI. 39. 'Conserebant ex propinquo pugnam.' XXXVIII. 40. 'Inordinatum simul pluribus locis prœlium conseritur.' XLII. 65. 'Alios adscensum undique tentare jubet, et cominus prœlium conserere.' c. 66. 'Consul anteveniens extemplo prœlium conserit.' Τὸ *conseri* primum, errore sine dubio operarum, adparuit in ed. Curionis: quamvis autem interim *conseri* reduxerit Sigonius, nemo tamen ante Gronovium ei auscultare voluit. Præterea paullo ante *Tumultuariæ pugnæ nihil simile erat*, inmutato ordine verborum, Hav. Tum *in obpugnationes urbium* Ber. *in obpugnatoribus urbium* Rec.

Sed justæ acies, velut patenti campo] Vet. ed. cum Pall. *sed junctæ acies*. Gebh. Ita et Lov. 2. 4. Harl. Rec. et edd. Moguntina priores. *Sed utræque acies* Lov. 3. *sed justæ acies velut, velut pat. campo* Hav. *impatenti campo*, id est *in patenti campo*, Lov. 4. Mox *modico distante intervallo* Brancal. Latinii: *modico distanti intervallo* edidit Sigonius, sed, ut puto, operarum errore: in ea enim, quæ post mortem ejus cum ipsius scholiis a. 1592. prodiit, *distantia* repositum est.

§ 8 *Pæno cepisse jam se urbem, si paullulum adnitatur, credente*] *Pæno jam cepisse urbem* Lov. 1. Tum *si paullum adnitatur* Flor. et Lov. 2. *si paullo adnitatur* Harl. Sed omnia hæc verba neglegentia scribæ exsulabant ab Hav. Paullo ante *animos irritabat* Ber.

Ne relicto a se loco hostem inmitteret] Flor. *ne in relictum a se locum hostem inmitteret*. J. F. Gron. Ita et Cant. Τὸ *ne* abest a Lov. 3. *hostem* a Voss. et Lov. 1.

§ 9 *Itaque quo acrius et confertim magis utrimque pugnabatur*] Flor. cum Gud. Voss. Pet. *pugnabant*. Scribe, *Itaque quo acrius et conferti magis utrimque pugnabant*. J. F. Gron. *Itaque quo acrius conserti, magisque utrimque pugn.* Lov. 3. *Itaque quo acrius et confercti magis utrimque pugnabant* Lov. 4. *pugnabant* etiam Lov. 1. Harl. Hafn. Rec. et Hearnii N. quæ omnia conjecturam Gronovii adstruunt, ac veram præstant. Alibi autem adverbia et adjectiva per copulam jungi, vidimus ad VIII. 19. § 2. Ut autem *pugnabant* in *pugnabatur* librarii mutarent, causa fuisse potuit, quod mox sequatur 'vulnerabantur,' et mutatio activæ locutionis in passivam ipsis displiceret. Ita tamen sæpe Livium locutum esse, dictum est ad VIII. 34. § 9. vel compendii

Digitized by Google

notas *pugnabãt*, id est *pugnabant*, et *pugnabaſ*, id est *pugnabatur*, confuderunt. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Insuper *utrique* Voss. Vide ad VI. 31. § 8. Mox *vano intercedente telo* Harl. et Ber. eodem errore, quo 'cadere' et 'cedere' confunduntur; de quo vide ad VI. 18. § 3. *Telo intercidente vano* Lov. 4. *vano telo intercidente* Lov. 5.

§ 10 *Falarica erat Saguntinis, missile telum*] Festus: 'Falarica genus teli missile, quo utuntur ex falis, id est locis exstructis;' vel, ut ait Nonius, 'ex turribus ligneis dimicantes.' *Sigon.* Italicus I. 350. 'Armavit clausos, nec portis arcuit hostem Librari multa consueta falarica dextra, Horrendum visu robur, celsisque nivosæ Pirenes trabs lecta jugis.' *Modius.* Telum hoc inlustravit Lipsius Poliorc. v. 5. Vide etiam quæ notavi ad Silii VI. 214. Ceterum *Phalarci erant Saguntinis* Flor. a m. pr. pro quo interpolatum est recenti manu *et phalarica erant Saguntinis*. *Erant* etiam est in Lov. 1. 2. 4. et Harl.

Hastili oblongo] Liber meus *hastali ab ligneo*. Tentabam, *missile telum fala ab ligneo*. Sed pœnitet. Si enim Sagunti turres ligneæ, quare Pœni ariete, quam igne, pugnabant? *Klock.* Syll. Epist. a Burm. editarum tom. I. p. 398. Pall. 1. ac 3. *hastili abligneo*. Pal. 2. *astili ligneo*. At vetus ed. *hastili ligno oblongo*. Gebh. Vix ullus sic scriptus; inter editos primus Magontiacensis. Pet. *hastili alligato*. Men. *hast. abligno*. Pal. *astili ligneo*. Ascens. et Savet. *hastili ligno*. Denique Flor. Voss. Gud. duo Pall. *hast. abligneo:* et sic Romæ datum, et Mediolani, et Tarvisii, et bis Venetiis, et haud scio ubi Becharius: sic denique et Aldus expressit, *oblongo* ex Mag. ingerens in corrigendis. Fortasse volunt, quod Muretus e vet. lib. adscripsit, *hastili iligneo*. J. F. Gron. Vides insignem indignamque hæsitationem. *Ligneum hastile* satis refutat ipsa ligni ejus gravitas, inepta missili telo: dein Silius, dum ait I. 352. 'Celsisque nivosæ Pyrenes trabs lecta jugis.' At in Pyrenæis montibus nullæ nascuntur ilices. Itaque miramur, nec alios, nec Lipsium Poliorc. v. 5. (quum didicisset in melioribus libris legi *abjegno*,) id ausos amplecti. Nullo modo *oblongum hastile* potest defendi eo, quod Livius postea memoret ferrum trium pedum, ut sibi objiciebat Lipsius. Ms. Cantab. plane *abjegno*, et notæ sunt ex antiquis sagittæ *abjegnæ*. Jac. Gron. *Hastili oblongo* Ber. et Rec. *hastili ligneo* Hearnii L. 1. in margine, et ed. Ascensii 1516. *hastili ligno* Hearnii N. et edd. Ascensii 1513. ac Paris. 1529. *hastali ablignee* ed. Mediol. 1505. *hastili a ligneo* Harl. *hastili ab ligneo*, vel *ablignee*, præter Flor. et Voss. a Gronovio memoratos, Lov. 1. 3. 4. 5. Hafn. Hav. Gaertn. et Hearnii D. cum vetustioribus edd. nisi quod *hastile* sit in Rom. 1472. et Parm. *hastili abjegno*, cum Cant. Jac. Gronovii, etiam Lov. 2. Exc. Pithœi, et duo a Crevier. consulti: unde id ejus exemplo recepi. Mox *et cetreo tereti* Lov. 2. *et cetero tereti* Flor. Hafn. Voss. Ber. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscæ edd. pro quo Ascensius 1513. *et cetera tereti* recte substituit. Vide ad XXXVII. 7. § 15.

Quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice] Pall. 1. et 3. *liniebant pice*. Pal. 2. *liniebantque pice*. Gebh. *Stupa* unica *p* Voss. Lov. quinque, Ber. Harl. Gaertn. et Hav. Sed vide Pierium ad Virg. Georg. I. 309. Tum *circumlitigabant* Flor. a m. pr. *circumligabatur* Ber. a m. sec. Deinde *liniebantque pice* Flor. Voss. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et Ald. ed. in contextu. Id quidem in usu fuisse Vossius existimat Gramm. v. 35. Potius tamen, Mss. neglectis, vulgatum *linebantque* hoc loco servandum, et

Digitized by Google

probanda censeo quæ Burm. notavit ad Quinctil. Decl. XIII. 5. Paullo ante *sicut in ſlo*, id est *pralio*, pro *pilo*, Lov. 2.

§ 11 *Ferrum autem tres in longum habebat pedes*] Est incestus sermo: ac plane confictus ab iis, qui τὸ *ferrum* acceperunt primo casu, quum sit quartus, et oratio omnis pendeat a præcedente 'Falarica.' Scribendum ex Ms. Cantabr. omissa præpositione: *Ferrum autem tres longum habebat pedes.* Ita perpetue Livius. Hoc lib. c. 28. 'Ratem unam ducentos longam pedes.' VIII. 10. 'Signum septem pedes altum.' XL. 29. 'Lapidem arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ.' XXXVII. 40. 'Gladios tenues longos quaterna cubita.' Unde eodem lib. c. 37. ex Ms. Thuaneo corrigendum est *fossam sex cubita altam*, pro vulgato *cubitis*. Jac. Gron. Præpositio hic omnino melius abest. Alibi non magis incestum sermonem esse puto in *longum*, quam *in latum*. Mela I. 17. 'Reliqua extendit in latius.' Et I. 20. 'Obliqua tunc regio et in latum modice patens.' *Duk.* Emendationem Gronovii in contextum recepi, quia eam etiam Flor. et alter a Crevier. excussus firmant. Infra hoc lib. c. 61. 'Raro umquam nix minus quatuor pedes alta jacuit.' XXVI. 4. 'Septena jacula, quaternos longa pedes, data.' Mox *transigere corpus posset* Lov. 2. 3. et Hav. *transigere posset corpus* Berolin. Ita Silius meus locutus est XIV. 481. 'Transigitur valida medius, dum se adlevat, alni Cuspide Marmarides Seyron.' Vide etiam quæ notavi ad Silii XIII. 166. Verum, ita Livium loqui, non memini. Contra 'transfigere' ita utitur II. 20. 'Valerium ex transverso quidam adortus transfigit.' XXIII. 9. 'Per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est.' XXXVII. 41. 'Cuspides habebant, quibus, quidquid obvium daretur, transfigerent.' Præterea τὸ *maxime* exulat a Ber. a m. pr. cujus loco *missile* legit Hafn.

§ 12 *Multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat*] *Ignem inferret* Lov. 5. Dein *arma amitti* Lov. 1. Ita sæpe peccant librarii. Vide ad III. 38. § 11. c. 63. § 1. v. 16. § 11. VII. 34. § 9. VIII. 27. § 11. IX. 12. § 2. et alibi. *Arma dimitti* Cant. et Exc. Pithœi. Doujatius, vulgarem loquendi formam vocem activam potius desiderare existimat *omittere cogebat*. Sed sine caussa.

CAP. IX. § 1 *Quum ergo diu anceps fuisset certamen*] Flor. ignorat τὸ *ergo*: nec pondus addit orationi. *J. F. Gron.* Deest etiam in Cant. et uno Crevier. qui similiter illa voce hic nihil opus esse judicat. Non dubito igitur, quin sit particula illa ex numero earum, quibus male diligentes librarii orationem Livii, suo arbitrio male hiantem, melius connectere conati sunt. Ejusdem generis etiam esse συνάνυμον *itaque*, videbimus ad XXVII. 28. § 7. *Dein anceps fuisset* legit Gaertn. *anceps fuisset diu* Harl.

Pœnus, quia non vicisset, pro victo esset] Hearnius *Pœnusque* invenit in D. *et Pœnus* in margine N. Mihi vero *Pœni, quia non vicisse pro victis essent* obviam fuit in Ber. Sed *Pœnus*, ut 'Romanus' III. 2. § 11. et 'Samnis' VII. 33. § 15. ubi plura dicta sunt. *Pœnus* librario displicuisse videtur, quod præcedat 'Saguntinis.' Sed hanc numeri mutationem sæpe Livio placuisse, videbimus ad XXXV. 40. § 6. Verbum *esset* non adparet in Hav.

§ 2 *Inde impeditum trepidantemque exturbant*] Pall. 2. ac 3. *inde impetu trepidantem exturbant.* Gebh. Eamdem lectionem inveni in Lov. 3. Insuper *illinc impeditum* in Gaertn.

Postremo suum fugatumque in castra redigunt] *Inde postremo* Ber. Hav. et Hearnii D. atque N. Verum recte manus altera in ultimo cod. notavit, τὸ *inde* delendum esse. Deinde *re-*

Digitized by Google

dicunt Flor. a m. pr. quæ ansa fuit Salvinio conjiciendi legendum esse *reducunt*. Male. Nihil aliud commisit librarius, quam quod literas *C* et *G* confuderit; de quo vide ad VI. 25. § 6. 'Redigere,' ut XXVI. 12. 'Mulcati virgis, manibusque præcisis, Capuam rediguntur.' XXXVII. 43. 'Turbam insequentium ferro et vulneribus in hostes redigant.' Justin. IX. 4. 'Alios in exilium redegit, bonaque omnium occupavit.'

§ 3 *Quibus obviam ad mare missi ab Hannibale, qui dicerent*] *Quibus obv. ad mare missis* Hearnius reperit in D. pro quo ipse *missi sunt* legendum conjicit. *Quibus obv. ad mare missi ab Hann. dicerent* obfert Lov. 1. Paullò ante *venisse legatos* Lov. 2.

Nec tuto eos adituros, inter tot tam effrænatarum gentium arma] Vos emendatis *effrenatarum*: ego *efferatarum* emendo. *Valla*. Vet. lib. *efferatarum*: probo. Porro autem Polybius III. 15. hanc legationem admissam esse ab Annibale ait. *Sigon*. Valla emendarat *efferatarum gentium*. Et recte meo animo. Interim Pall. tres et prisca ed. vulgatum tuentur. *Gebh*. Non mutant libri. Probabile tamen Vallæ *efferatarum*. l. VIII. c. 14. 'Cum Gallis, gente efferata, arma quondam consociassent.' X. 10. 'Accolas sibi quisque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebat.' XXXVII. 54. 'Massilienses, quos, si natura insita velut ingenio terræ vinci posset, jamdudum efferassent tot indomitæ circumfusæ gentes.' *J. F. Gron*. *Ne tuto eos adituros* Lov. 3. *nec tuto eo adituros* Lov. 5. *nec tutos eos adjuturos* Gaertn. Vide ad XXIV. 35. § 4. Deinde *tot tamque* Lov. 5. et Gaertn. Nihil opus. Supra v. 54. 'Tot tam valida oppida:' ubi quædam dicta sunt. Denique *efferatarum gentium* Lov. 2. Ber. a m. sec. Vatic. Latinii, et Hearnii N. in margine. *Effrenatarum* est in edd. Rom. 1472. et Parm. *efferatarum* in reliquis, quas vidi, Aldina prioribus. Similiter Crevier. invenit in cod. Victor. eamque lectionem non displicere testatus est. Ita Livius loquitur II. 29. 'Efferatus hinc plebis odio, illinc Patrum laudibus.' XXIII. 5. 'Moribus inmitem ferumque insuper dux ipse efferavit.' XXXIII. 29. 'Efferavit ea cædes Thebanos.'

Nec Hannibali tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire] Ita primum exstitit in Gruteri ed. ultima, eamque lectionem reliquæ postea secutæ servarunt. Olim vulgatum fuit *in tanto discrimine*. Atque ita legunt Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac D. quod restitui. Tum *opus esse* Lov. 2. et Ber. neque aliter Hearnii N. in contextu. Male. Non intellexerunt librarii *operæ esse* hic poni pro 'vacare.' Supra IV. 8. 'Neque consulibus operæ erat id negotium agere:' ubi plura vide. v. 15. 'Caussatus de privati portenti procuratione, si operæ illi esset, consulere velle.' IX. 23. 'Castra habeant repetantque, quibus operæ est trahere bellum.'

§ 4 *Ut præpararent suorum animos*] *Suorum animos* cur præparare jubet Annibal, an non satis præparatos, qui ipsi omnia suppeditabant tum? Legendum verius *ut præpararent senatorum animos*, quomodo Livium res ipsa scripsisse indicat, et quod mox addit 'adverso senatu,' erat enim is a factionis principibus præparatus. *Barthius*, Advers. XIV. 10. Codd. nihil mutant, nisi quod *præparent* sit in Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina prioribus. *Parарent* in Flor. a m. pr. Neque etiam aliquid mutandum puto. 'Sui' hic sunt homines, senatores suarum partium. Vide ad IV. 9. § 5. Iis autem recte obponuntur 'pars altera:' cujus oppositionis vis perit, si pro *suorum* reponamus *senatorum* cum Barthio. Paullo ante *Karthaginem protinus ituros* Flor.

Digitized by Google

Ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset] 'Gratificari pro aliquo' alibi se legere, non meminit Donjatius, nisi subintelligamus Saguntinis gratificari, ut *pro Romanis* idem sit ac 'Romanorum caussa.' Eamdem difficultatem in hac locutione Ant. Perizonium invenisse, verisimile est; unde ad marginem Livii conjecit vel *gratificari Romanis*, vel *gratificari populo Romano*: quarum conjecturarum posteriorem alteri præfero. Audacius enim videtur, invitis codd. scriptis, præpositionem *pro* ex contextu ejicere. At contra *Pó. Ro.* vel *P. Ro.* id est *populo Romano* librariorum ignorantia in *pro Romanis* mutari potuit. Præterea Ber. qui modo scripserat *præparent*, hic etiam legit *possit*.

CAP. X. § 1 *Præterquam quod admissi auditique non sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit*] Adeone feroces igitur aut barbari Carthaginienses, ut nec legatos audirent? falsum: et statim infra scribitur c. 11. 'Multo infensius arguebant locutum Hannonem, quam Valerium Flaccum legatum Romanum.' Ergo admissi, auditi, ac dimissi. Et omnino tollenda negatio, legendumque *præterquam quod admissi auditique sunt*. Sensus est: Ea quoque legatio tam vana fuit et irrita, quam illa ad Annibalem: nisi tamen quod hic admissi sunt et auditi. *P. Rubenius*, Elect. I. 18. Ejeci negativam, quæ antea injurie heic se ostentabat; neque reperiebatur aut in Pall. aut in primariis edd. *Grut.* Animadvertit vitiosam scripturam eruditissimus Rubenius: non enim verum est, legatos Carthagini non admissos, verum autem ab Annibale ad Saguntum. Legit ergo *præterquam quod admissi auditique sunt*, extrita negatione. Ego vero Livium scripsisse puto, *Itaque, præterquam quod admissi auditique tum sunt, ea æque vana atque irrita legatio fuit*. Certe par effectus iis quæ egerant ad Saguntum. Hæc autem scriptura non paullo Livio dignior. *Barthius*, Advers. XIV. 10. Pal. 2. *vana et irrita*. Gebh. Vocula *non* deest tantum in Lov. 4. et Hav. In Flor. autem a recenti manu linea subscripta notata erat. Hearnius etiam monuit, eamdem a se inventam tantum esse in D. et N. et quidem in eorum posteriori a m. sec. deletam fuisse. Quod autem ad edd. adtinet, in quibus eam non reperiri Gruterus auctor est, affirmo antiquiores non modo, quas vidi, verum etiam numero plures eam servare, quam omittere. Si vero *ea æque*, pro *ea quoque*, cum Barthio legere placet, τὸ *non* aliquo modo defendi potest, ut nempe verba intelligantur de legatis ad Hannibalem missis, qui admissi auditique non sunt. Præstare tamen videtur ut deleatur. Indocti enim librarii non videntur capere potuisse, quemadmodum legatio Romana admissa et audita nihilominus vana et irrita fuerit. Novi quam anceps sit hoc emendandi genus, et quam latam fenestram scriptoribus antiquis corrumpendis aperiat negationis vel additio, vel detractio: quantopere hac in re olim in Juris Romani libris peccatum sit, docuit Ant. Augustin. Emend. l. 2. et 3. Dantur tamen loca, ubi talis emendatio necessaria est. Ita, negationem addendam esse credunt viri docti mox ad § seq. et ad XXIII. 23. § 6. contra tollendam esse, ubi perperam a librariis addita erat, hoc lib. c. 22. § 1. XXVII. 13. § 7. et aliis locis. Id itaque et hic faciendum, ac negationem tollendam esse, verius puto.

§ 2 *Hanno unus adverso senatu causam fœderis rupti*] Tres omnes Pall. omittunt τὸ *rupti*, necessarium sententiæ. *Gebh.* Postrema vox exsulat omnibus scriptis. *J. F. Gron.* Si unum Rec. excipias, exsulat etiam omnibus meis. Hearnius autem, qui ultimam vocem, præeunte Gronovio,

Digitized by Google

expunxit, postquam monuisset, eam in edd. Rom. principe, et Sigonii exstare, silens de codd. Oxon. indicasse videtur eos Gronovio adsentiri. Neque video, quid Gebhardum permovere potuerit, ut crederet eam sententiæ necessariam esse. Ceterum *averso senatu* Lov. 4. Utrumque ferri posset, quemadmodum, Deos tam 'aversos,' quam 'adversos,' recte dici vidimus ad VII. 8. § 2. Ipsa igitur ratio vult, ut et plurium et meliorum codd. lectionem probemus. Voces illas sæpius a librariis commutari, dictum est ad II. 31. § 6.

Propter auctoritatem suam cum adsensu audientium] Itane, cum assensu? Atqui paullo ante narrat, 'adverso senatu' dixisse. Et paullo post cap. seq. 'Nemini omnium certare oratione cum Hannone necessum fuit, adeo prope omnis senatus Annibalis erat;' et quæ plura in hac refragatione subtexuntur. Quid agam? quomodo tragulam hanc dejecero? Audendum est, (nam, ut ille vere scribit, 'Timidus in rebus dubiis, nauci non erit:') et reponendum, *propter auct. suam, non assensum aud.* Hanno, inquit, silentio caussam egit Romanam, non quod assentirentur; sed quia inveterata viri auctoritas hoc saltim juris apud eos obtinebat. *P. Ruben.* Elect. I. 18. Quis non videt, illud *cum assensu audientium* interpretationem esse aselli alicujus bipedis ad verba, *magno silentio?* Grut. Turbatum sensum Rubenius vius animadvertere. Legit igitur *propter auctoritatem suam, non assensum audientium.* Sed ut illam lectionem recipiamus, quæso, quid est agere propter auctoritatem suam Hannonem, non propter assensum audientium? an Hanno saltim loco suo tuendo agebat, certus assensum non secuturum? Alia res est. Ille enim maximopere rem ad suam sententiam ducturum sperabat. Ego vero sensum hic olfacere videor non absurdum. Senatum adversatum de industria Hannoni, non item alios audientes, quibus magna erat ipsius auctoritas. Sic nihil intolerabile in hac scriptura. Credibile certe et confirmatum historicis, multos Carthagini fœdifrago Annibali male cupivisse, rem futuram præspicientes. Tantam Hannoni, ait, fuisse auctoritatem, ut etiam adverso senatu plurimi audientium illi sint assensi. Atque hæc ita sint. *Barthius,* Advers. XIV. 10. Placet P. Rubenii conjectura, *magno silentio propter auct. suam, non adsensum audientium, egit:* quam plumbeo pugione oppugnans vir doctus nihil agit. *Audientium* vult esse aliorum præter senatum. Quinam vero illi? Certe apud milites quoque et plebem factionis Barcinæ plus, quam modicas opes, fuisse, testis ante Livius. Nec τὰ *cum adsensu audientium* interpretatio sunt τῶν *magno silentio,* ut credidit Gruterus. III. 72. 'Quum Scaptium non silentio modo, sed cum adsensu, audiri animadvertissent.' *J. F. Gron.* Mihi quoque rem acu tetigisse Rubenius videtur, quamvis plerique et optimi mei, omnesque Hearnii Oxon. vulgatum tueantur. In solis enim Voss. et Harl. *non adsensum* fuisse videtur, si eorum excerptis (ipsos enim non vidi) fidem habere possum. Ne Barthius Rubenii conjecturam probaret, inde factum puto, quod per errorem omiserit voces *magno silentio.* Non enim interrogare debuerat 'quid est agere propter auctoritatem suam,' &c. sed 'quid est agere magno silentio propter auctoritatem suam?' atque ita vidisset non convenire quæ subjungit. Aliud itaque hic habemus exemplum, negationem perperam a librariis omissam esse, de quo ad § præc. egimus.

§ 3 *Per Deos fœderum arbitros ac testes monuisse, prædixisse se, ne Hamilcaris, &c.*] Hæc poëta Silius sic extulit in persona item Hannonis, II.

Digitized by Google

285. 'anxia rupi Pectora, ne castris innutriretur et armis Exitiale caput monui, et, dum vita, monebo, Ingenitum noscens virus, flatusque paternos:' ac mox vs. 296. 'Exagitant manes juvenem furiæque paternæ.' *Modius.* [Vid. Lectt. Varr.] Vossiano concinit Lov. 1. At Hearnius testis est, Oxon. N. in margine a Flor. non dissonare, nisi quod *obtestantes*, pro *obtestáns*, habeat, et *monuisse* omittat. *Per Deos fœderum arbitros memini prædixisse me* præfert Lov. 2. Voces *ac testes* exsulant etiam a Gaertn. *monuisset, prædixisset* est in Lov. 4. Pronomen *se* omittitur in edd. ante Aldum, quod intercepit vocis præced. syllaba finalis. Vide ad XXXIV. 11. § 7. Mox *subsit*, pro *supersit*, habet Gaertn. Scriptum primo fuerat per compendium *supsit*, inde, omissa nota, *supsit*, et mox *subsit*.

§ 4 *Juvenem flagrantem cupidine regni*] Silius II. 299. 'Ille novi cæcus caligine regni Externas arces quatit.' *Modius.* Vox *regni* exsulat a Lov. 3. Mox *succinctis armis legionibusque vivat* Gaertn. *succinctus armis legionibus usque vivat* Lov. 1. Tò *vivat* non adparet in Cant.

Velut materiam igni præbentes, ad exercitus misistis] *Velut victoriam igni præb.* Cant. *velut materiam igitur præb.* Lov. 5. Tum *ad exercitum misistis* Lov. 2. et Harl. *ad exercitum infestis* Gaertn. Mox *aluistis igitur hoc incendium*, pro *aluistis ergo*, idem Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 40. § 6. *Aluistis enim hoc incendium* Harl. *aluistis ergo hoc incendium, quo nunc Saguntum*, omissa una voce, Lov. 2.

§ 5 *Saguntum vestri circumsident exercitus*] *Nostri circumsident* Lov. 3. et 4. *nostri nunc circumsident* Ber. *nostri circumsedent* Rec. *nostri circumsedeat* Gaertn. unde suspicio nasci posset legendum esse *circumsedeant*. *Vestri circumsedunt* Hav. a m. pr. *circumsidunt* a m. sec. *circumsedunt* Flor. a m. pr. *circumsedent* a m. sec. quod superest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et antiqq. edd. Vide ad IX. 2. § 3. Et ita mox *circumsedebunt* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Rec. Harl. Gaertn. et Hav. cum iisdem edd.

Ducibus iisdem Diis, per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti] *Ducibus hiis iisdem Diis* Lov. 3. *ducibus Diis iisdem* Lov. 1. et edd. usque ad Aldum. Deinde *priore anno* Lov. 4. Hinc *fœdera ulti sunt* Hav.

§ 6 *Utrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis*] Pal. 2. *Utrum hostes.* Pal. 3. *Utrum vos, an hostes, an fort. utriusque pop. ignoratis?* Gebh. *Stulti, utrum hostes* Hearnii D. Verum dubium non est, quin vox *stulti* perperam a librariis repetita sit ex præcedentibus 'sunt ulti.' *Utrum hostes, an nos* Ber. a m. pr. *Utrum vos, an hostem, an fortunam populi utriusque ignoratis* Harl. *utriusque populi bello rupto ignoratis*, duabus vocibus insertis, Lov. 5.

Legatos, ab sociis et pro sociis venientes] *Et legatos a sociis* Lov. 5. *Legatos a sociis* Gaertn. Lov. 2. 4. Hav. et edd. ante Aldum. *Legatos pro sociis et a sociis ven.* Ber. Mox *imperator noster* Gaertn. Sed vulgatum præstat. Ut ita clam indicet Hanno, eum Barcinæ factionis imperatorem esse, non suum, quem ne senatus ad exercitum mitteret, antea monuerat.

Pulsi ad vos veniunt, res ex fœdere repetunt] Pal. 1. *res ex fœdere repetuntur, de re repetuntur:* (adscriptum *queruntur*) *publica fraus absit.* Pal. 2. *res ex fœdere repetuntur, de re queruntur publica. Publica fraus absit.* In Pal. 3. quoque adnotatum vacuæ membranæ *et de re queruntur.* Gebh. Annotavit in ora pater: Voss. *res ex fœdere repetuntur: de re repetuntur.* Gud. *repetunt: de re queruntur.* Ego etiam in Cant. inveni *repetuntur: de re repuntur.* In Oxon. vero *de re queruntur.* Nisi credimus sphalma esse scribentis, vide an Livius fecerit *Res*

Digitized by Google

ex fœdere repetunt; jure queruntur. Hoc est, quod Florus II. 5. et Livius I. 14. dicebat 'jure gentium agunt.' III. 26. 'Legati ab Roma venerunt questum injurias, postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.' *Jac. Gron. Pulsi ad nos venerunt* Flor. et Cant. Deinde *res ex fœdere repetuntur: publica fraus* Rec. Lov. 2. Gaertn. et edd. usque ad Vascos. *res ex fœdere repetunt: de re publica fraus* Hav. *res ex fœdere repetuntur: de re publica fraus* Vosa. (ita enim, non, ut Gronov. refert, in excerptis meis inveni) et Lov. 1. *res ex fœdere repetunt, de re queruntur: publica fraus* Lov. 3. *res ex fœdere repetuntur, de re repetuntur: publica fraus* Flor. *res ex fœdere repetuntur, de re queruntur: publica fraus* Lov. 4. Harl. et Hearnii N. in quo tamen posteriore tres voces *de re queruntur* a manu altera deletæ sunt. *Res ex fœdere repetuntur, de re queruntur publica: publica fraus* Hafn. Insignis lectionum varietas persuadet verba illa a librariis addita, ac vulgatum verum esse.

Publica fraus abeit, auctorem culpæ et rerum criminis deposcunt] Ant. Perizonius in marg. Livii volebat *ut publica fraus absit.* Sane facile particula illa elidi potuit ab ultimis literis vocis præced. *repetunt*, vel *repetiit.* Vide ad XXXVII. 24. § 13. Quum tamen a codd. constanter abeit, iis invitis hic aliquid mutari necesse non est. Potest enim commode subintelligi τὸ *si*, quæ vocula sæpe reticetur. Infra hoc lib. c. 44. 'Parum est, quod veterrimas provincias meas, Siciliam et Sardiniam, adimis. Etiam Hispanias? Et inde cessero, in Africam transcendes.' Vide Sanctii Minerv. IV. 7. p. 702. Gronov. Obs. IV. 20. p. 315. Broekh. ad Tibull. I. 7. 43. et Cortium ad Plinii I. 12. 4. Tum *auctorem culpæ et rerum criminis* Gaertn. Vide ad XXVIII. 28. § 11. *auctorem culpæ et rerum criminis* Lov. 2. et 5. Similem errorem habuimus IV. 44. § 7. Vide ad XLV. 37. § 8. Denique *exposcunt* Rec. Male: 'deposcere' enim est ad pœnam poscere. Liv. hoc lib. cap. 18. 'Hannibalem, tamquam sue consilio Saguntum obpugnantem, deposcebatis:' et mox, 'Hannibal et insimulabatur, et deposcebatur.' lib. XXXVIII. c. 38. 'Legatos deinde misit ad deposcendos auctores defectionis.' Vide ad II. 13. § 7. Plenius *ad supplicium deposcere* dixit hoc lib. c. 44. 'Ad supplicium depoposcerunt me ducem.'

§ 7 *Quo lenius agunt*] *Levius* Lov. 3. 5. Gaertn. Hav. et primæ edd. quod deinde ab insequentibus repudiatum Aldus revocavit. Inter errata tamen sententiam mutans *lenius* restituit. Et recte. Supra III. 50. 'Leniter agentibus responsum non redditur.' VII. 31. 'Si leniter agendo parum proficerent.' Quibus locis vide quæ notantur. Tum *perseveratius* Lov. 4. Sed vide ad IX. 18. § 1.

Ægates insulam Erycemque ante oculos proponite] Mirum hoc nomen tam varie scriptum inveniri, alibi *Ægadas*, alibi *Ægates*, *Ægusam* etiam apud Græcos, ut Polybium, qui I. 44. eam insulam mediam inter Carthaginem ac Lilybæum ponit. In eodem tamen libro paulo post cap. 60. ait, non longe a Lilybæo abesse, atque ita etiam posuit Ptolemæus III. 4. L. autem Florus in sua Epitome II. 2. 36. de pugna Carthaginiensium cum Luctatio consule ait, Carthaginienses 'rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuisse,' ut Ægates inter has duas insulas esse significaret. *Glarean.* Vet. lib. *insulam.* Sic Polybius τὴν Αἴγουσαν et τὰς Αἴγας appellat. Ad Ægates autem insulam priore bello navali prælio victus est Amilcar, idemque in fœderibus jungendis Eryce, quem tenebat in Sicilia, præsidia deducere jussus est: auctor Polybius lib. I. *Sigon.* Silius II. 369. 'Respice, pro demens, pro pectus inane Deorum,

Digitized by Google

Ægates, Libyæque procul fluitantia membra.' *Modius.* Unitatis numero censet legendum Sigonius ex Polybio *insulam.* Pal. 2. *Hegatis.* Pal. 3. *Ægatis.* Andreæ ed. *Ægadas insulas.* Gebh. *Insulas* antiqq. edd. Glareanus deinde adnotationi præscripsit *insulam,* quod postea Sigonius ex vet. lib. firmavit, sed in nullo meorum codd. inveni. Omnes enim servant *insulas,* nisi quod Flor. *Ægatis insula Sericemque ante oculos proponite* legat, eademque lectio supersit in Cant. præterquam quod *proponit* præferat; in quibus ultima litera vocis *insulas* inde divulsa adhæsit voci sequenti. Sane *Ægusam* vocari unam trium insularum contra Lilybæum ac Drepanum, sed omnes tres ex ejus nomine *Ægades* adpellari, docet Cluverius Sicil. Antiq. II. 15. unde sequeretur *insulas,* non *insulam,* legendum esse. Vide etiam ad XXII. 56. § 7. Ceterum potius *Ægates,* quam *Ægades,* ut edd. ante Moguntinam præferunt, legendum esse, docui ad Silii I. 61. *Ponite* est in Ber.

Quæ terra marique per quatuor et viginti annos passi sitis] Ant. Perizonius conjicit in margine Livii *quæque terra marique:* unus autem Hav. *et quæ terra marique* obfert. Livium tamen innumeris locis copulas neglexisse, quas passim librarii addiderunt, sæpius ante observavimus. Insuper *quæ per quat. et vig. annos terra marique passi sitis* Lov. 4. *possidistis,* pro *passi estis,* Gaertn.

§ 8 *Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Hamilcar*] *Nec hic puer dux erat* Ber. Deinde *sed pater ipsius* Ber. a m. sec. et Hearnii N. in contextu. *Sed pater ejus* Rec.

Sed Tarento tum in Italia non abstinueramus] Hoc de Tarento apud neminem authorem invenio: sed Messana, Mamertinorum urbe, non abstinuere Carthaginenses, quæ urbs principium fuit, aut caussa potius primi belli Punici. Porro bello Tarentino cum Carthaginensibus quarto fœdus renovatum est, ut idem Florus in Livii Epitome lib. XIII. fatetur. Mamertinis autem auxilio venere, apud eundem lib. XIV. et lib. XVI. quo facto ab iis fœdus violatum est. Sunt autem Mamertini urbis Messanæ injusti occupatores, quibus Romani non satis decore auxilium tulere, ut author est Polybius I. 10. *Glar.* Vet. lib. *sed tunc Tarento et Italia.* Cæterum hic est locus, quem Glareanus male habere credidit, quia Tarentinis Pœnos auxilio venisse numquam accepit. At in Epit. lib. XIV. 'Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit: quo facto ab iis fœdus violatum est.' Orosius IV. 3. 'Tarentini, Pyrrhi morte comperta, nova arma sollicitant adversus Romanos, Carthaginiensium auxilia poscunt atque accipiunt.' *Sigon.* Pal. 1. pro *tum* repræsentat *idem.* Pal. 2. *tunc Tarento, id est Italia, non abstinueramus.* A Pal. 3. omnino abest *tum.* Gebh. Τὸ *tum* non est in Pal. uno, nec Men. Gudianus *volunt: tunc Tarento atque Italia:* sed ita, ut appareat, et pro *tunc,* et pro *atque,* aliud primum fuisse, quod erasum est. Talem oportet fuisse, ex quo Sigonius, *sed tunc Tarento atque Italia.* Flor. Voss. Petav. Pal. alter, *sed Tarento, id est, Italia, non abstinueramus ex fœdere.* Eodem tendit Pal. 3. ex quo annotatum *idem.* Sine dubio recte et eleganter *Tarento, id est, Italia.* Quod eam vim habet, ac si dicerem *Italia.* Et hoc ideo, quia eam vocem significat in fœdere expressam. Philinus scripsit fuisse inter Romanos et Pœnos συνθήκας, καθ' ἃς ἔδει Καρχηδονίους ἀπέχεσθαι Ἰταλίας ἁπάσης. Adversus quem etsi disputet Polybius III. 26. tamen, quasi fuissent, sive revera, sive interpretando hic loquitur Hanno. Ejusmodi est Flor. IV. 2. 'De successione Cæsaris senatus, id est, Pompeius, agitabat.' *J. F. Gron. Sed Tarento in Italia* Hearnius se invenis-

Digitized by Google

se testatur in L. 1. et D. *sed tunc Tarento atque Italia* in N. in cujus tamen margine *sed tunc Tarento in Italia* emendatur: *sed Tarento et Italia* Ber. a m. pr. *tunc Turento et Italia* a m. sec. *tunc Tarento atque Italia* Lov. 2. *tum Tarento atque Italia* Lov. 5. *tum Tarento et Italia* Hav. *sed tunc Turento, id est Italia* Gaertn. *sed Tarento, id est Italia* Cant. et Harl. quod a Gronovio recte probatum in contextum recepi. Eamdem lectionem firmat codex Lov. 1. *sed Turento, idem Italia* præferens. *Idem* et *id est* passim in Mss. commutari, vidimus ad x. 8. § 10. Hinc *abstineamus* Voss. Lov. 1. et Hav. *abstinebamus* Harl. Voces *ex fœdere, sicut nunc Saguntо non abstinemus* desunt in Hav.; cui errori vocis *abstinere* repetitio causam dedit. Vide ad IX. 11. § 11. *Sagunti non abstinemus* Voss. et Cant. *Suguntinum abstinemus* Lov. 1.

§ 9 *Id, de quo verbis ambigebatur*] Vide Gronov. ad v. 34. *Duk. Nobis ambig.* Rec. et Hav. *verbis ambigebant* Lov. 1. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Mox *et victoriam dedit*, pro *ei*, Harl.

Unde jus stabat] Vide Gronov. Obs. IV. 2. p. 194. *Duk.*

§ 10 *Karthagini nunc Hannibal vineas turresque admovit*] Silius I. 302. 'nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros Oppugnat, Karthago, tuos, teque obsidet armis.' *Modius.* Pall. tres *admovet.* Non longe post Pal. 3. *cum Romanis habendum est.* Gebh. Τὸ *nunc* omittit Lov. 2. Deinde *turres vineasque* legit Lov. 3. *admovet* autem est in omnibus meis, idque jam Gronov. admisit.

§ 11 *Dedemus ergo Hannibalem? dicet aliquis*] *Dedamus ergo Hann.*, interrogatione amota, Rec. et Hearnii L. 1. et N. in margine. *Dedendum ergo Hann.* Lov. 4. Sed interrogatio hic necessaria est, et vulgatum mutari nequit. Mox *levem meam esse in eo auct.* Lov. 4. et 5. *meam in eo levem esse auct.* Ber. Τὰ *in eo* desunt in Lov. 1.

Hamilcarem eo periisse lætatus sum: quod si ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus] Primo τὸ *eo* deest in Ber. et Hearnii N. sed utrobique a m. sec. Deinde *perisse* Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav. cum multis, quas vidi, edd. Aldina prioribus; quod recepi. Vide ad v. 8. § 3. Insuper, quemadmodum huic adnotationi præmittitur, vulgo optimæ atque ultimæ edd. distinguunt, quum interpungendum sit *lætatus sum, quod, si ille viveret, bellum.* Dicit enim *eo*, id est 'ideo,' (vide ad v. 16. § 3.) se morte Hamilcaris gavisum esse, quod, si diutius vixisset, jam antea belli cum Romanis auctor exstitisset: odii vero in Hannibalem hanc caussam esse, quod belli Romani furia ac fax sit. Ad hæc τὸ *jam*, in quo tamen emphasis est, non adparet in Lov. 3. *bellum cum Rom. jam hab.* iegunt Lov. 4. et 5. *bellum jam hab. cum Rom.* Flor. Mox etiam *facemque ejus belli odio ac detestor* Rec. *facemque hujus belli odio ac detestor* Harl. *et facem hujus belli odi ac detestor* Ber. *facemque hujus odi belli ac detestor* Lov. 3. *facemque hujus belli odi et detestor* Gaertn.

§ 12 *Nec dedendum solum ad piaculum rupti fœderis*] Ab Aldo invaluit: nam Andreas, Tarvis. Ven. Beccar. Asc. Mog. *id piaculum:* hoc est, ipsum Hannibalem, ut sit pro piaculo. Malunt namque veteres in talibus epexegesi uti, quam præpositionem interponere, ut vulgo facimus. Lib. VI. c. 21. 'Auctores defectionis ab Romanis metu, ne soli crimini subjecti piacula iræ Romanorum dederentur.' IX. 10. 'Ipsum se cruciatibus et hostium iræ offerre, piaculaque pro populo dare Romano.' XXII. 22. 'Ibi obsides totius Hispaniæ fama erat custodiri. Id unum pignus animos morabatur.' *J. F. Gron.* Ante Aldum *ad piaculum* jam datum est in Mediol. ed. 1505. Eadem autem lectio superest in Lov. 1. 2. Ber.

Digitized by Google

Hafn. et Hearnii L. 1. ac D. Nihilominus cum Gronovio *id piaculum* præfero. Supra VIII. 9. ‘ Conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu, sicut cœlo missus, piaculum omnis Deorum iræ.’ Solent autem *ad* et *id* in Mss. commutari. Vide ad Epit. Liv. II. circa finem, ad II. 11. § 5. III. 3. § 5. c. 67. § 5. VI. 20. § 10. VII. 48. § 8. 14. VIII. 27. § 9. aliisque locis. Mox *si nemo deposcit*, pro *deposcat*, Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. a m. pr. et Gaertn. Et ita Aldus in contextu edidit, qui tamen inter errata *deposcat* restituit.

Ablegandumque eo, unde nec ad nos nomen famâque ejus accedere] An non potius *accidere*? Lib. XXVII. c. 50. ‘ Tam sollicitæ ac suspensæ civitati fama incerta primo accidit, duos Narnienses,’ &c. XXVIII. 7. ‘ Inde quum fama accidisset, Prusiam Bithyniæ regem in fines regni sui transgressum.’ XXXII. 30. ‘ Posteaquam fama accidit, alterum consulem Boiorum urere agros.’ Hoc ipso libro inferius c. 61. ‘ Priusquam certa hujus cladis fama acciderit.’ *J. F. Gron.* Lib. XXVII. c. 29. ‘ Quia repente fama accidit, classem Punicam adventare.’ XLV. 28. ‘ Postquam fama accidit, trajecisse jam mare decem legatos.’ Ita ‘ clamor,’ ‘ vox,’ ‘ sonus accidere’ dicuntur, de quibus vide ad XL. 32. § 2. Omnes tamen codd. constanter *accedere* servant. Verum sæpissime librarii ‘ accidere’ et ‘ accedere’ confuderunt in Mss. Vide ad Livii II. 2. § 10. c. 45. § 9. c. 50. § 7. IV. 3. § 17. c. 33. § 9. v. 2. § 9. X. 5. § 2. c. 41. § 7. XXV. 32. § 3. ad Epit. Liv. LV. viros doctos ad Suet. Cæs. c. 20. et Cort. ad Sall. Jug. c. 107. Pari modo confunduntur ‘ incidere’ et ‘ incedere.’ Vide ad IX. 24. § 10. Præterea *et ablegandum eo* Ber. *ablegandum eo* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hav. et Ald. in contextu, altera lectione *ablegandumque* in erratis revocata. Tum *nec* deficit in Lov. 4. Deinde *nomen ullum famaque* est in Ber.

Nec sollicitare quietæ civitatis statum possit] Plenius Flor. *neque ille soll. quietæ civ. statum possit.* J. F. Gron. *Non soll.* Lov. 5. *neque soll.* Cant. Voss. Lov. 1. 2. Ber. Hafn. Harl. Hav. ac primæ edd. quod postea mutatum Gronovius revocavit. *Neque ille sollicitare* etiam unus apud Crevier. Vide ad IX. 9. § 14. *quietum civ. statum* Harl. et Gaertn. *quietæ statum civ.* Lov. 2. Ber. et Hav.

§ 13 *Ego autem ita censeo*] Disparet in Pall. omnibus *autem. Gebh. Ego ita censeo*, sine τῷ *autem*, non modo Flor. sed et Gud. Voss. tres Pall. Mureti libri. *J. F. Gron.* Nullus etiam meorum codd. ut nec Hearnii Oxon. hanc vocem agnoscunt. Vide hoc lib. ad c. 3. § 6. Est autem hæc particula ex numero earum, quas passim librarii orationi Livianæ interponere soliti sunt. Vide hoc lib. ad c. 40. § 11. Mox *a Saguntо* Lov. 1. 3. Gaertn. et edd. vett. Insuper *ex fœdere dedant* Ber. a m. pr. *dedant* deest in Lov. 2. Mox *res Saguntinas* edd. antiqq. Eamdem lectionem exhibet contextus Aldi, qui tamen in erratis mutata sententia *Saguntinis* probavit.

CAP. XI. § 1. *Quum Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo*] *Quum hæc Hanno* Gaertn. Tum *certare orationes cum eo* Lov. 1. *certare cum oratione eo* Rec. *certare cum eo*, voce omissa, Ber. a m. pr. Mox *senatus omnis* Harl. et Ber. Deinde *arguebat*, pro *arguebant*, Gaertn Male. Livianum enim est *senatus arguebant.* Vide ad IV. 58. § 4.

§ 2 *Responsum inde legatis Romanis est*] Τὸ *est* abest a Pal. 2. *Gebh. Resp. insuper legatis* Rec. Tum *Romanis legatis* Harl. et edd. Aldina priores: τὸ *est* autem non adparet etiam in Cant. Mox *a Saguntinis* cum edd. Aldina antiquioribus, Lov. 1. Ber. Rec. et Gaertn. quorum posterior etiam ē,

Digitized by Google

sive *est*, pro *ĕt*, sive *esse*, perperam præfert.

Populum Romanum injuste facere] Pal. 2. præfert *populum injuste facere*, excluso τῷ *Romanum*: ut et in sequentibus. Pal. 3. *præponat*. Gebh. *Præponat*, quod Pal. 3. præferre Gebhardus testatur, superest non tantum in omnibus editis, sed et in scriptis, nisi quod Hearne in D. invenerit *præponant*. De eo vide ad X. 18. § 11. Vox autem *Karthaginiensium* deficit in Rec. Tum *præponat societati*, inverso ordine, Harl.

§ 3 *Paucorum iis dierum quietem dedit*] Iterum Pal. 2. *paucis his diebus quietem dedit*. Gebh.

Animos eorum nunc ira in hostes stimulando] Etsi me deserat antiqua manus, ausim tamen *interim an. eorum nunc ira in hostes stimulanda, nunc spe præm. accendit*. J. F. Gron. Si hanc conjecturam recipimus, eadem erit locutio ac ' divendenda præda,' de qua vide ad I. 53. § 3. Verum neque codd. mss aliquid mutant, nisi quod *nunc animos eorum*, transpositis vocabulis, legat Lov. 2. et *animos aliorum nunc* Rec.

§ 4 *Pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore*] *In concione* Ber. *per concionem* Hav. Tum *captæ urbis prædam* Ber. Deinde *militibus fore* Hearnii D. Mox *adeo omnes accensi sunt* Lov. 3. *accensi adeo omnes sunt* Harl. Tandem *resisti posse videretur* Ber.

§ 5 *Ut a præliis quietem habuerant, non lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies*] Hujus loci mentem non cepere, qui *lacessiti* putant poni pro ' sunt lacessiti,' ac post *dies* ponunt τελεῖον στιγμήν. *Vossius*, Gramm. VII. 62. Quisnam tamen sint, quos Vossius carpat, me nescire profiteor. Ceterum *ut* deficit in Lov. 1. *habuerunt* est in Lov. 4. qui et mox similiter præfert *cessarunt*, pro quo est *cessarant* in Lov. 5. *cessaverunt* in Harl. et contextu Hearnii N. Insuper *aliquos dies* Flor. a m. pr. et Rec. Vide ad VI. 27. § 8. In verbis seqq. *et ita non nocte, non die* Lov. 3. *ita non die non nocte* Hearnii N. in margine. Eo ordine est VI. 4. ' Laborque continuus non die, non nocte remissus.' XXXII. 15. ' Obpugnatio continua non die, non nocte remissa.' XLII. 54. ' Oppidanos diem, noctem, eosdem tuentes mœnia continens labor conficiebat.' Sed et altero ordine est III. 27. ' Quid quæque nox aut dies ferat, incertum esse :' et alibi. *Ita nec nocte, nec die* Lov. 4. et 5. quorum codd. librariis copulam omissam esse displicuisse videtur; at ita Livium plerumque malle, quædam ex laudatis exemplis probant. Et ita *non cedendo, non modestia* Livius inquit XL. 15. § 5. ubi plura vide.

§ 6 *Obpugnatio eos aliquanto atrocior, quam ante*] Pal. 1. exhibet, *oppugnatio eos aliq. acrior, quam ante, aderta est*. Gebh. *Quam antea* Ber. a m. pr. Mox τὸ *aut* non adparet in Lov. 1. Deinde *premerent*, pro *streperent*, Hearnii D. Infra XXII. 14. ' Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum.' XXV. 25. ' Quum omnia terrore ac tumultu streperent.'

§ 7 *Ipse Hannibal, qua turris mobilis omnia munimenta urbis superans*] Pal. 2. *Inde Annibal, qua turris mobilis*. Gebh. *Qua turris mobilis* Flor. Vide ad X. 20. § 8. De mobilibus turribus vide Lips. Poliorc. II. 4. *Quadam turri mobili* Lov. 4. Mox *ortator aderat* Rec. *orator aderat* Lov. 2. eodem errore, quo *hortans* et *orans* confundi solent; de quo vide ad XXX. 7. § 7. *hortatur, aderat* Lov. 5.

Muros defensoribus nudasset] *Custodibus* edd. antiqq. pro quo Aldus dedit *defensoribus*, consentientibus omnibus scriptis. Deinde *denudasset* Hearnii N. cujus tamen margo alterum *nudasset* obfert. Et recte. Lib. IX. c. 39. ' Ne nudentur propugnatoribus signa:' hoc lib. c. 8. ' Saguntinis pro nudata mœnibus patria cor-

Digitized by Google

pora obponentibus.' c. 14. 'Nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem.' XXXII. 39. 'Ut eo quoque præsidio Philippum nudaret.' XXXVII. 6. 'Jam enim magna parte nudata mœnibus erat.' XXXVIII. 27. 'Nudati omnibus rebus oratores de pace ad consulem miserunt.' XL. 6. 'Nudatis omnibus præsidiis patefactisque bello ad Pydnam refugit.' Scripsi etiam cum duplici liquida *ballistisque*, non tantum ob cod. Flor. auctoritatem, sed quia id jubet vocis origo. Vide Voss. in Etymol. ea voce, et Dausq. in Orthogr. parte 2. in voce 'Ballistarius.' Adde Lipsium Poliorcet. III. 3.

§ 8 *Structuræ antiquæ genere*] *Antiquæ structuræ genere* Ber. *structuræ antiquo genere* Lov. 5. ultima vox non adparet in Lov. 2.

§ 9 *Itaque, antequam cæderetur, ruebat*] Pall. tres *Itaque latius, quam cæderetur, ruebat*: quod verissimum est. *Gebh.* Ridiculum. Quanto verius tres Pall. *Itaque latius, quam cæderetur, ruebat.* Eadem nempe labes continentia dissolvebat, et trahebat in suam ruinam. Ammianus XXIV. 4. 'Sternitur altior turris, latere coctili firmissime structa: cujus ruina muri contiguum latus secum immani fragore protraxit.' *J. F. Gron.* Lectioni, quæ ante Gronovium obtinuit, adhærent Voss. Lov. 1. Hav. et Exc. Pithœi. *Itaque latius, quam cæderetur* est in Cant. Harl. Lov. 2. Rec. et Hearnii L. 1. D. ac N. Neque multum hinc abeunt reliqui. *Itaque ante latius, quam cæderetur* Lov. 3. *Itaque ante latius, quam crederetur* Hafn. *Itaque latius, quam crederetur* Lov. 4. 5. et Ber. *Itaque latius, quam qui cæderetur* Flor. *Ita ante latius, quam crederetur, ruebat. Itaque, etiam antequam cederetur, ruebat* Gaertn. 'Cædere,' vel 'cedere,' (ita enim neglecta diphthongo ascribebant,) et 'credere' sæpe commutantur. Vide ad III. 21. § 3.

Perque patentia ruinis] *Per quæ patentia* Lov. 4. Ant. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit vel *perque patentes ruinas*, vel *perque patentia ruinarum*: quod posterius eo modo dictum foret, quo 'tarda nominum.' Vide ad VII. 21. § 8. *Perque patentia nimis* Hav. Sed similitudo partim literarum *rn* et *ni*, partim *in* et *m* librarium in errorem perduxit. De prioribus vide ad II. 29. § 9. de posterioribus ad XXXVI. 6. § 4.

§ 10 *Locum quoque editum capiunt: conlatisque eo catapultis ballistisque*] *Locumque editum* Ber. Vide ad V. 27. § 1. Tum *eo* deest in Lov. 1. Male. Vide ad VII. 30. § 15. Deinde *catapultis, lagiptis, ballistisque* Hearnii D. et N. a m. pr. pro quo *sagittis* scribendum conjecit, quod ipsum superest in Lov. 3. et Gaertn. An tamen hic admitti debeat, admodum incertum puto. Mox *circumdabant*, pro *circumdant*, Cant. Dein *ab non capta urbis parte* Rec. *ab nondum captæ urbis parte* Ber. et Gaertn. *ab nondum capta parte urbis* Flor.

§ 11 *Utrimque summâ vi et muniunt, et pugnant*] *Utrumque* Lov. 5. et Gaertn. *Utrique* Lov. 2. Ber. et Hav. Vide ad VI. 31. § 8. Deinde *summa vi muniunt* Ber. Vide ad II. 44. § 3.

Minorem in diem urbem Saguntini faciunt] Credo legendum *in dies*, ut in Elegantiis. *Valla.* *In dies* quidem emendavit Valla, secutusque Andreas. At Pall. tres *in diem*. Gebh. Valla Elegant. III. 69. ita inter *in diem* et *in dies* distinguit, ut illud plerumque cum verbo 'vivit,' aliquando, sed raro, cum alio jungatur verbo; *in dies* autem idem sit quod 'quotidie,' sed proprie cum quodam incremento, ideoque plerumque cum comparativo. Quod quum verum esse crederet, inde sequebatur, hic legendum esse *in dies*, quæ lectio apud me non superest, nisi in Hav. et forte Lov. 1. Reliqui omnes *in diem* ser-

Digitized by Google

vant. 'Mutabiles in diem caussæ' Livius dicit XXXI. 29. Similiter variant codd. inter *in diem* et *in dies* ad VII. 38. § 7.

§ 12 *Simul crescit inopia omnium*] *Inopia rerum omnium* Ber. quod quin ex interpretis glossa natum sit, quum codd. additam vocem respuant, dubium non est. Vide ad XXXVII. 18. § 1. Mox *alienæ opis*, pro *externæ*, idem cod. ex eodem fonte.

Quum tam procul Romani, unica spes, circa omnia hostium essent] Pal. 1. *cum jam procul Romani*. Pal. 3. *cum jam procul Romana unica spes*. Gebh. *Quum jam procul* Voss. Lov. 1. 3. 4. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii D. prono librariorum errore, qui sæpius has voces inter se commutarunt. Exempla vide ad II. 45. § 11. III. 28. § 8. V. 54. § 5. VI. 21. § 2. c. 26. § 7. VIII. 6. § 12. IX. 2. § 4. X. 19. § 7. XXIII. 22. § 4. XXIV. 42. § 9. XXV. 37. § 13. XXVI. 12. § 15. XXXV. 8. § 3. XXXVIII. 31. § 4. XL. 35. § 14. Adde Nic. Heinsium ad Nason. Her. III. 67. et quæ notavi ad Silii XIV. 427. Quod vero *Romana unica spes* dederit librarius Pal. 3. apud Gebhard. inde factum est, quoniam hæc per adpositionem dici non intelligebat. Tum *erant*, pro *essent*, Gaertn.

§ 13 *Profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanosque*] *Horetanos Carpetanosque* Voss. *Horetanos Carpentanosque* Lov. 3. et 5. *Orentanos Carpentanosque* Lov. 2. et Ber. *Oretanos Carpentanosque* Cant. et Hav. *Horentanos Carpentanosque* Lov. 4. et Gaertn. quorum posterior etiam *Paullisper tum adfectos*, pro *tamen adfectos*, obfert. In seqq. *compressi celeritate*, pro *oppressi*, Hearnii D.

CAP. XII. § 1 *Maharbale Himilconis filio*] Pal. 1. *Maharmale Hilmiconis filio*. Gebh. *Mahermale Hamilconis filio* Flor. a m. pr. *Hemilconis* a m. sec. In reliquis varie admodum hæc nomina scribuntur, et prius quidem *Mahermale, Maharmele, Maharmale, Maharnale, Maherbale, Mabarmale, in Aharmale*: posterius autem *Hymilconis, Hilmiconis, Hilmilconis, Hamilconis, Amilconis, Hamachonis, Humichonis*. Sed 'Maharbal' et 'Himilco' inter Pœnos nota sunt nomina. In principio cap. *Nec Saguntini oppugnatio* Ber.

Quem præfecerat Hannibal] Flor. *cum ἀντὶ τοῦ quem*. Scribe *Maharbale Himilconis filio (cum præfecerat Hannibal) ita impigre rem agente*. J. F. Gron. Lectionem a Gronovio probatam firmat Cant. quare eam recepi.

§ 2 *Tribus arietibus aliquantulum muri discussit*] *Aliquantulum* præferunt edd. antiqq. *aliquantum* deinde substituit Froben. 1531. quod, a secutis editoribus servatum, iterum ejecit Gronov. priori lectione revocata. Hinc in animum inducere non possum *aliquantulum* incuria operarum in edd. Gronovianas inrepsisse: sed potius credo, Gronovium ita dedita opera vulgasse: præsertim quum id, nisi excerpta mea fallant, in plerisque supersit codd. et *aliquantum* tantum exstet in Ber. et forte Flor. Sæpius ita variant librarii. Vide ad VII. 36. § 5. Hic caussam non video, cur, reliquis omnibus spretis, paucorum auctoritatem sequerer. Vide hoc lib. ad c. 28. § 11. Deinde legendum videtur *decussit*. Ita Tarquinius Superbus 'summa papaverum capita dicitur baculo decussisse' I. 54. Vide Oudendorp. ad Front. I. 1. ex. 4. Similiter quæcumque fulmine icta ejus vi a reliquo corpore avelluntur, dicuntur 'decuti.' Infra XXV. 7. 'Muri turresque quædam Cumis non ictæ modo fulminibus, sed etiam decussæ.' XXVI. 23. 'Victoria, fulmine icta decussaque, ad Victorias, quæ in ante fixis erant, hæsit.' XL. 45. 'Muri pinnæ aliquot locis decussæ erant.' Quin et ipsa, quæ hic obcurrit, locutio, ut muri dicantur 'decuti arietibus,' sæpius apud Livium obvia est.

Digitized by Google

Ut XXXII. 17. ‘ Postquam, parte muri arietibus decussa, per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati.’ XXXIII. 17. ‘ Multis simul locis aut subruti, aut ariete decussi ruebant muri.’ XXXVII. 6. ‘ Multis tamen locis murus decussus erat.’ XLIV. 8. ‘ Pinnas mœnium decussas reponit, ab omni parte muros firmat.’ Solent autem ‘ decutere ’ et ‘ discutere ’ a librariis confundi. Vide Scheff. ad Jul. Obseq. de Prodig. cap. 71. et Broekhus. ad Prop. IV. 1. 141. Et ita passim pleraque verba, quæ cum *de* et *di* vel *dis* componuntur. Vide quæ notavi ad Livii VII. 23. § 6. Paullo ante *Isque prælia*, pro *Is et prælia*, Lov. 3. 4. 5.

§ 3 *Tentata deinde per duos exigua pacis spes*] Pall. 1. ac 2. *per duos est exigua pacis spes*. Pal. 3. vero *Tent. est inde per duos exigua pacis spes*. Gebh. Quemadmodum Gebhardus in duobus Pall. deprehendit, Jac. Gronovius edidit: eamque lectionem tantum non in omnibus meis codd. inveni, nisi quod alio ordine *tentata est deinde per duos* supersit in Harl. In præcedd. *Ita ad ipsam arcem*, pro *Itaque*, Cant. *Itaque ad ripam arcemque* Harl. Deinde *atrox prælium*, pro *atroxque*, idem Harl. In seqq. *Calorcum* hic et mox § 6. Cant.

§ 4 *Alcon, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus*] Pal. 3. cum 1. ut et prima ed. habet *Alcon in consciis*. Gebh. Inferius, ubi in oratione Alorci hoc nomen repetitur, notavit pater ex Flor. *Alco*, et in exemplari literam n induxit, ut videatur id prætulisse. Me quoque illic notasse cerno ex Cantabr. *Alco*, hoc loco præterito: utrobique tamen id reor usurpatum ab Livio. *Jac. Gron.* Se etiam hoc loco *Alco* in vet. lib. invenisse, Sigonius in prima Scholiorum ed. monuit, itaque edidit. Verum quum postea operarum errore in seq. ed. *Alconsciis Saguntinis* excusum esset, in ultima tandem id totum Scholion omissum est, licet eadem lectio *Alco* in contextu servata sit. Ceterum licet Flor. et Cant. cap. seq. *Alco* præferant, eosdem tamen hic *Alcon* legere, excerpta eorum, quibus utor, fidem faciunt. Si tamen *Alco* præferendum quis existimet, id eodem modo formatum putabo, quo *Agamemno*, pro *Agamemnon*, de quo consule J. F. Gronovium ad Senec. Agamemn. vs. 514. Adde quæ notantur ad XXXIV. 61. § 10. Præterea *consociis Saguntinis* Cant. *commotus insciis Saguntinis* Ber. *inde consciis Saguntinis* Hearnii L. 1. *inconsciis Saguntinis* Lov. 1. *inconsciis Saguntinis* Lov. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hearnii D. N. in margine, et vett. edd. quod ex duarum lectionum, *insciis* et *consciis*, conjunctione natum esse videtur: quomodo XXII. 20. § 5. ‘ inconjuncta ’ dedisse librarios videbimus. *Insciis Saguntinis* primus edidit Sigonius, et quidem, ut in omisso Scholio testatur, ex vet. cod. quomodo etiam reliqui mei servant. At unus Hearnii N. in contextu legit *inscientibus Saguntinis*. Quod, si plurium ac graviorum codd. auctoritas accederet, non displiceret, et, tamquam minus obvium, ab indoctis librariis in notius *insciis* mutatum crederem: præsertim quum *insciens* etiam obcurrat VII. 5. ‘ Inscientibus cunctis cultro subcinctus ad M. Pomponium tribunum pergit.’

Conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur] Pall. tres *ab irato auctore*. Gebh. *Conditionesque tristes ab irato*, omissa vocula *ut*, Lov. 2. Male. Vide ad X. 43. § 15. Tum *ab irato auctore* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. et Harl. *ab auctore irato* Rec. Vide ad cap. 43. § 5. pro eo deinceps *ab irato actore* datum est in Lov. 2. et Gaertn. Paullo ante *et postquam*, addita vocula, Cant.

Moriturum adfirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret] *Confirmans* Ber. Hinc vocula *his* deficit in Lov.

Digitized by Google

4. Deinde *agebat* est in Gaertn.

§ 5 *Postulabatur autem, redderent res Turdetanis*] *Postulabant autem* Voss. sed penultimæ literæ adscripta est nota, qua librarius aliquid delendum esse indicare solet, ut voluerit *Postulabat autem*, nempe Hannibal; quod ipsum exstat in Gaertn. Tum *ut redderent* Ber. Rec. et Hearnii D. atque N. a m. pr. Reliqui vocalem *ut* omittunt, quæ etiam non necessario requiritur. Vide ad III. 45. § 10. Deinde *Tudertanis* Rec. *Turditanis* Flor. Voss. Lov. 2. et Gaertn. Vide ad cap. 6. § 1.

Traditoque omni auro atque argento] *Omni auro et argento* Pal. 3. *Gebh. Omnium auro atque argento* Rec.

§ 6 *Vinci animos, ubi alia vincantur*] Quæ *alia*? Forte *ubi arma vincantur*. J. F. Gron. *Ut alia vincantur* Ber. a m. sec. Roganti autem Gronovio quæ *alia*? respondet Doujatius, intelligi muros, munimenta, arces: non itaque necesse esse rescribi *arma*. Similiter etiam Cuperus Livium in margine exemplaris, quo uti solebat, exposuit: quorum etiam sententia vera videtur.

Se pacis ejus interpretem fore pollicetur] *Sese pacis* Lov. 4. et 5. Tum in margine Flor. pro varia lectione adscriptum erat *profitetur*. Mox *Erat autem tunc miles* Lov. 3. Sed τὸ *tum* exsulat a Ber.

§ 7 *Ad prætorem Saguntinum (et ipse ita jubebat) est deductus*] *Et ipse prætor ita jubebat* Lov. 3. et Hafn. Vox addita est ex glossa interpretis, qui tamen erravit; non enim ipse prætor, sed ipse Alorcus intelligendus est. *Et ipse ita videbat* Harl. Vide ad XXVII. 5. § 18. Τὸ *est* non adparet in Gaertn.

§ 8 *Senatus Alorco datus est*] Nescio unde evenerit, ut *Alorci* sit in Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. apertissimo errore. Paullo ante *omnis concursus generis hominum* Lov. 4. et 5. quorum posterior etiam *fretus* legit, pro *factus*.

CAP. XIII. § 1 *Conditiones ab Hannibale ad vos retulisset, supervacaneum hoc mihi fuisset iter*] *Conditiones retul.* mediis omissis, Ber. a m. pr. Tum *item*, pro *iter*, Gaertn. In initio autem cap. *Si civis ipse Alcon* præferunt edd. antiqq. pro quo Aldus dedit *civis vester*, conventientibus omnibus scriptis, nisi quod male *civis ur* sit in Gaertn. Alorcus enim non erat civis Saguntinus, sed iisdem amicus et hospes. Insuper *sicuti ad pacem* etiam priscæ edd. pro quo Gruterus substituit *sicut*: quod servant codd.

Nec transfuga ad vos venissem] Præstans ille Cant. *nec transfugasset ad*. Apparet fuisse *nec transfuga sic ad vos venissem*. Jac. Gron.

§ 2 *Quum vero ille, &c.*] Τὸ *vero* deficit in Pall. 1. et 2. *Gebh.* Mss. *Quum ille*, non *Quum vero ille*. Itaque adversativam delevimus, sed præeunte patris manu. *Jac. Gron.* Eamdem particulam, si unam excipias Gaertn. nullus meorum codd. agnoscit, quam etiam ab suis exsulare refert Hearnius. Passim soliti fuerunt librarii hanc similesque particulas connectendæ orationi Livianæ interponere. Vide ad I. 5. § 7. II. 54. § 5. VI. 4. § 1. et VII. 40. § 12. Adde quæ notantur ad X. 39. § 4.

Si metum simulavit, sua; vestra, si periculum est apud vos vera referentibus] Τὸ *sua* a m. pr. deerat in Flor. Postea manu alia *et sua si metum simulavit* subpositum est: *sua, si culpa metum simulavit* Gaertn. *sua, si metum simulavit* Ber. et Rec. Deinde *ad vos verum referentibus* primæ edd. usque ad Aldum, vulgatæ lectionis auctorem, cui scripti concinunt.

Ego, ne ignoretis, esse aliquas et salutis et pacis vobis conditiones] Vet. lib. *ne ignoraretis*. Sigon. *Ergo*, pro *ego*, Flor. Vide ad XXXVII. 53. § 11. Tum *ignoretis* Lov. 1. 2. Rec. et Flor. a m. pr. in quo a m. recent. repositum est *ignoraretis*, quod superest in

Digitized by Google

reliquis scriptis et edd. usque ad Froben. qui deorum a. 1531. *ignoretis* dedit. Præterea *et pacis* non adparet in Lov. 4.

§ 3 *Neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis*] *Nondum vestris viribus* Lov. 5. Hinc *auspicia ab Rom.* Lov. 4. *auxilia a Rom.* Ber. Rec. Gaertn. et edd. ante Aldum. Tum *superastis* Cant. obvio scribarum errore. Vide ad VI. 2. § 12. et X. 6. § 11. In præcedentibus, *Vestra autem caussa me, nec cum ullius alterius loqui* Cant. *Vestra autem caussa, nec me ullius alterius loqui* Ber. at τὸ *me* non adparet in Harl.

§ 4 *Postquam nec ab Romanis vobis ulla spes est*] Pall. 1. ac 3. *ulla est spes.* Pal. 2. *ulla est vobis spes.* Gebh. *A Romanis* Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores. Deinde *ulla est spes* Flor. Ber. et Harl. Insuper *mentionem feci. Postquam, &c. nec vestra jam,* et mox vocula *vos* desunt in Cant. *Nec vestra jam, &c. ita aliqua spes est* in Gaertn. Præterea *nec vestra vos jam aut arma* habent Flor. et Harl. qui insuper *pacem defero* legunt, pro *affero;* ita tamen, ut prima syllaba *de* addatur in Flor. a m. recentiori. Sed 'adferre pacem,' ut 'adferre bellum' III. 1. et similia passim.

§ 5 *Quemadmodum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis*] Lege *audietis.* J. F. Gron. Utroque loco vocula *ut* omittit Ber. reliqui omnes recte servant, nisi quod pro ea priori loco sit *et* in Gaertn. ubi eamdem Aldo vetustiores typis descripti neglegunt. Contra, vocula addita, *sic vos et ut victi audiatis* est in Rec.

Si non id, quod amittitur] *Et si non id* Lov. 4. Sed conjunctione facile carere possumus. Solet enim Livius τὸ *si,* non addita simili copula, in eadem periodo repetere. Vide ad III. 17. § 3. *sic non id, quod amittitur* Lov. 3. Sed solent hæ particulæ confundi. Vide Bentl. ad Horat. III. 24. § 5. *sed non id, quod amittitur* Flor. Cant. et Harl. Sed et hæ particulæ in Mss. commutantur. Exemplum habuimus v. 52. § 12. Vide etiam ad XXII. 60. § 4. *si non, quod amittitur* Lov. 1. Sæpe pronomen demonstrativum omisit, videbimus ad XXIII. 15. § 4. Hic tamen temerarium foret unum codicem audire. *Si non id quidem amittitur* Gaertn. *si non id, quod dimittitur* Lov. 2. Mox *victoris sunt,* pro *sint,* Gaertn. Deinde *sed si quidquam relinquitur* Lov. 2. *sed quidquid delinquitur* Ber.

§ 6 *Urbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam fere totam habet, adimit*] Pal. 3. *Urbis vobis, quam magna ex parte dirutam.* Gebh. *Urbem jam vobis* Gaertn. Contra τὸ *jam* in verbis proximis omittit Ber. a m. pr. Præterea *diruptam* vel *dirruptam* est in Lov. 1. Rec. Ber. et Hav. Vide ad IX. 45. § 17. Tum *captam totam fere habet, adimit* Ber. *captam habet, adimit* Harl. *captam fere totam habet, adimitque* Hav.

Aurum argentumque omne, publicum privatumque, ad se jubet deferri] *Aurum et argentum omne* Flor. *aurum argentum omnium* Gaertn. Dein *publicum et privatum* edd. Aldina priores: *ad se jubet adferri* Hearnii D. 'Deferre' et 'adferre' etiam confundebantur hoc cap. § 4.

§ 7 *Conjugum vestraque corpora ac liberorum vestrorum*] Cantabr. *corpora vestra, conjugum ac lib.* qui ordo decentior est, et ita servatur ab Livio, ut interdum inverti satis agnoscas. *Jac. Gron.* Non aliter etiam Flor. Sane ordinem hunc magis naturalem esse, omnino confiteor; utrum tamen verior sit, dubito. Primo enim magis Livianum videtur, ut in conjungendis tribus duæ potius conjunctiones adhibeantur, quam una; et quidem primo *que,* tum *et.* Vide ad II. 31. § 1. et ad V. 17. § 8. Quamvis autem etiam aliter interdum Livius loquatur, ubi tamen hanc compositionem orati-

Digitized by Google

onis in Mss. invenio, eam haud temere, tamquam a librariis profectam, mutandam censeo. Præterea decentiorem ordinem non ubique Livius observavit. Certe decentius esse videtur, ut uxor præcedat liberos, et ante eos memoretur, quemadmodum etiam fit hoc loco, et IV. 28. At contrarium observatur III. 47. 'Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie stare:' et c. 50. 'Illis quoque enim filias, sorores, conjugesque esse.' Ita 'equi virique' hoc lib. c. 27. § 5. 'pedites equitesque' XXXIV. 27. § 2. Vide etiam ad XL. 10. § 5. Ceterum *vestrorum* exsulat a Ber. *ac liberorum vestrorum* a Lov. 4.

Si inermes cum binis vestimentis velitis ab Sagunto exire] Non dubito legere *cum privis vestimentis*. Nam aliquot lineis cap. præc. in iisdem conditionibus est, 'traditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis.' Restituo hanc vocem in Quadrigario apud Nonium 'Reticulum:' 'Claud. lib. I. 'Privisque ductoribus indit reticula galearia.'' Vulgo *prius hisce auctoribus inde*. Lipsius, Epist. Quæst. I. 9. Lipsii correctionem nullus Ms. codicum Pall. agnoscit, nisi quod Pal. 2. pro *exire* ostentet *abscedere*. Gebh. Voce *privus* utitur etiam Livius VII. 37. 'In præsentia singulis bubus, binisque privis tunicis donati.' XXX. 43. 'Ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent.' Ad priorem autem locum docui librarios vocem hanc minus obviam sæpius corrupisse. Similiter *privis vestimentis*, pro *binis*, Lipsius Valerio Max. reddere conatus est in notis ad IX. 6. ex. ext. 2. quod tamen Periz. ibi displicet, qui contendit Valerium, si id voluisset, dicturum fuisse *unis vestimentis*: quomodo etiam Doujatius, si quid mutandum, hic legere malebat. Vide tamen num potius vulgatum servandum, ac conjiciendum sit Hannibalem, quum videret Alconem dictas pacis leges tantopere abnuisse, Alorco Saguntum abeunti mandasse, ut pro singulis bina vestimenta obferret, et rerum Turdetanis reddendarum, quod ab Alcone etiam exegerat, nullam mentionem faceret: insuper etiam promitteret si has leges probare vellent, fore ut sua, conjugumque ac liberorum corpora inviolata haberent. Fateor tamen, ex Livio vix probari posse Alorcum conscio Hannibale Saguntum abiisse, aut antea ea de re cum Hannibale conlocutum esse; nisi eo referre velis verba cap. præc. 'se pacis ejus interpretem fore pollicetur:' licet hoc cap. prætexere videatur 'se nec oratorem Hannibalis, nec transfugam ad Saguntinos venisse:' quæ tamen verba et aliter accipi possunt. Præterea *velitis a Sagunto exire* Lov. 1. 2. 3. Ber. Rec. et Hav. *a Sagunto velitis exire* Lov. 4. et edd. usque ad Jac. Gronov. *ab Sagunto velitis exire* Lov. 5. *velitis Sagunto exire* Gaertn.

§ 8 *Hæc victor hostis imperat. Hæc, quamquam sint gravia*] *Hoc victor hostis* Rec. Posterius autem *Hæc* deficit in Lov. 3. Deinde *quamquam sunt gravia* Flor. Lov. 1. 4. Ber. et Gaertn.

Haud despero, quum omnium potestas ei a vobis facta sit] Exsulat ab tribus omnibus Pall. *a vobis*, ut paullo ante *vestra* a Pal. 3. *Gebh.* *Τὰ a vobis* exsulant omnibus scriptis. Velim autem *quum omnium potestas ei facta erit*. Vel *potestatem ei feceritis*. J. F. Gron. *Haud spero* Lov. 1. 3. et Hav. Tum *omnium ei potestas* Lov. 2. Denique *τὰ a vobis* exsulant a Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. et omnibus Crevier.

§ 9 *Sed hæc patienda censeo potius, quam trucidari*] *Sed vel hæc pat. censeo potius* Flor. id est, etiam hæc patienda. Quod recepi. Vide ad XXIV. 22. § 7. *Potius* autem non adparet in Ber. cujus loco *prius* est in Lov. 4. Vide ad IX. 14. § 16.

CAP. XIV. § 1 *Permixtum senatui*

Digitized by Google

esset populi concilium] Pal. 2. *senatui foret.* Gebh. *Senatui populi conc. esset* Ber. *populi cons.* Lov. 5. Gaertn. et quædam edd. antiqq. Male. Vide Gronov. ad XLIV. 2. § 5. Mox *priores*, pro *primores*, Lov. 4. Vide ad XXXVII. 41. § 10. Tum *daretur responsum* Ber.

Argentum aurumque omne, ex publico privatoque in forum conlatum] *Aurum argentumque omne* Lov. 3. *argentum aurumque ee*, id est *esse*, Gaertn. Vide ad v. 50. § 6. Tum *in forum* deficit in Lov. 1. Mox *raptum*, pro *raptim*, Lov. 5.

Eodem plerique semet ipsi præcipitaverunt] Ita Mss. optimi, non *semet ipsos*. J. F. Gron. Inter optimos ita præferentes sunt Flor. et Cant. Vide ad II. 19. § 5. Præterea *eos plerique* Gaertn. Tum *præcipitarunt* Lov. 4. *præcipitaverant* Harl.

§ 2 *Pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus*] *Pavor et trepidatio* Gaertn. *pavor atque trepidatio* Ber. Vox autem *insuper* neglegebatur a librario Lov. 1.

Quum signum imperator dedisset] Credo legendum *imperatori*. Valla. Ut emendandum censuit Valla, imitata est prima edd. Cæterum Pall. tres *imperator*. Gebh. Vallæ emendationem probo. Alterum tamen superest in Flor. Lov. quinque, Voss. Harl. Gaertn. et Hearnii D. ac N. cujus posterioris margini tamen *imperatori* adscribitur.

§ 3 *Esse urbem, non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal*] Pal. 3. *urbem esse non cunct. in tali occasione esse: Hannibal ratus.* Gebh. *Urbem esse* etiam Lov. 2. Mox *viribus totis* Harl. Deinde *occiderentur*, pro *interficerentur*, Lov. 4. et 5. *interficerent* Harl. Vide ad X. 10. § 1.

Necessarium cognitum in ipso eventu est] Flor. et Gud. præpositione carent. *J. F. Gron.* Carent etiam Cant. et unus Crevier. Horum itaque codicum auctoritate expunxi.

CAP. XV. § 1 *Captum oppidum est*] *Captum est oppidum* Ber. Sed τὸ *est* exsulat ab edd. Aldina antiquioribus, quæ eædem etiam mox legunt *a dominis*. Ber. autem *de industria a dominis corrupta fuerant.*

§ 2 *Tamen ex pretio rerum venditarum*] *Tamen et ex pretio rerum* Pall. tres. *Gebh.* Flor. et Gud. *tamen et ex pretio.* J. F. Gron. Similiter Cant. Lov. 4. 5. Rec. et Hearnii Oxonienses. In reliquis conjunctio excidit ob similitudinem sequentis *ex.* Vide ad XLIV. 43. § 3. Certe contrario errore *tamen et pretio* erat in Ber. Vide ad v. 32. § 4. *tum ex pretio* legit Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. Mox voces *et multam pretiosam sup. vestemque missam Karth.* desunt in Lov. 5. *multum pretiosam* legunt Lov. 4. et Harl.

§ 3 *Octavo mense, quam captum oppugnari, captum Saguntum, quidam scripsere*] Polybius III. 17. τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἶλε τὴν πόλιν. *Sigon. Octavo mense cœptum oppugnari* Rec. *Octavo mense, quam cœptum oppugnare* Hav. Deinde *captam Saguntum* Ber. quod probum esse posset. Vide ad c. 21. § 1. Verum ita etiam dicendum *quam capta oppugnari.* Reliquis igitur codd. nihil mutantibus adsentior. Ceterum omnia hæc verba cum duobus seqq. *inde Karthaginem* omittuntur in Lov. 2. et Gaertn. cespitantibus scribis ob vocis *Karthaginem* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11.

Quinto deinde mense, quam a Karthagine profectus sit, in Italiam perceniisse] Polybius item III. 56. Τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος. *Sigon. Quinto dein mense* Gaertn. Vide ad III. 3. § 6. Deinde *ab Karthagine* edidit Jac. Gronovius, concinentibus Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Voss. Harl. Hafn. et Hav. Tum *in Italiam venisse* Cant. et Ber.

§ 4 *Ut P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerint*] Sigonius ediderat *et Ti. Sempronius*, quod reliqui servarunt usque ad Jac. Gronovium, qui

Digitized by Google

copulam *et*, in nullo etiam cod. a me visam, expunxit. Vide ad II. 17. § 1. et mox h. cap. ad § 5. *T. Sempronius Longus consules fuerint* legit Ber. sed cognomen, quod in collega Cornelio omittebatur, a librario additum est; quemadmodum eamdem ob caussam ab eo potius, quam a Livio, omissum est ejusdem prænomen in Lov. 3. Paullo ante *Quod si ita est* legunt Lov. 4. et Hearnii L. 1.

Ad quos et in principio obpugnationis legati Saguntini missi sint] Pall. tres τὸ *in* omittunt: *ad quos et principio oppug.* Gebh. *Ad quos et in principio* in prima exstitit ed. Aldina, idque unus servat Harl. Edd. ante eum præferunt *ad quos in principio*. Sed *ad quos principio* inveni in Gaertn. *ad quos ēt principio*, id est *etiam*, in Ber. Vide ad XXII. 47. § 9. *ad quos et principio*, quod J. F. Gronovius recepit, in reliquis omnibus Mss. Vide ad II. 30. § 14. Deinde *missi sunt* Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. antiqq. Mox in verbis seqq. *ad Ticinum* Ber. Harl. et Hav. Tum *ad Trebiam pugnaverunt* Lov. 2. et 3. *ad Trebiam oppugnav'e*, id est *oppugnavere*, Ber. a m. pr. *pugnavere* a m. sec.

§ 5 *Quo P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerunt*] *In quo P. Corn.* Hav. Deinde hic iterum *et Ti. Sempronius* Sigonius edidit, ac similiter J. F. Gronovius particulam *et*, quam vetustiores edd. ignorant, et unus tantum codicum meorum Ber. agnoscit, expunxit: attamen et Lov. 3. *Titusque Sempronius* habebat: at Sempronii prænomen omittebatur in Hearnii D. Deinde *fuerint* Flor. a m. sec. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hav. In præcedd. *breviora aliquanto fuerunt* Ber. in seqq. *non captum obpugnari, sed captum est*, trajectis vocabulis, Rec. et edd. ante Aldinam omnes, quas vidi.

§ 6 *Excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servilii et Flaminii non potest*] Notavi ex Cantabr. *et conflaminii*, ex Oxon. *et cons. flam.* idemque in Voss. vidit pater. Quæ eo ducunt, ut cum Flor. et Gud. scribendum censeamus *Cn. Servilii et C. Flaminii*. Jac. Gron. *Et C. Flaminii* etiam, præter codd. memoratos a Gronovio, legunt Lov. 3. 4. Ber. Hafn. et optimi Crevier. *et Caius Flaminii* Hav. *et T. Flaminii* Lov. 5. et Gartn. *Gn. Servilius et Cons. Flaminius* Hearnii N. in cujus margine *Gn. Servilii et G. Flaminii* emendatur. Si Gronovius priores edd. consuluisset, Flaminii prænomen demum a Grut. in ed. alt. omissum esse invenisset, atque iterum contextui reddere non dubitasset, quod exemplo Crevier. feci. Ad hæc *C. Servilii* Lov. 3. Vide ad VII. 3. § 3. *Cornelii Servilii* Lov. 4. *consulis Servilii* Lov. 5. et Rec. *consules Servilii* Gaertn. Tum *Flaminii consulum non potest* Hearnius in L. 1. *Flaminii cons. non potest* in D. invenit. Τὸ *non potest* præfert Gaertn. qui in principio hujus § legebat *Non excessisse*, pro *Nam exc.* Antiquiores edd. corruptissime habent, *Nam excessisse pugna ad Trebiam T. Sempronius in annum M. Servilii et C. Flaminii non potest*; quod primus Aldus in erratis emendavit, substituens id quod nunc exstat.

Flaminius Arimini consulatum iniit, creatus ab Ti. Sempronio consule] *Flam. cons. iniit Arimini* Hav. *cons. iniit Flam. Arimini* Hafn. *Flam. Arvami cons. iniit* Gaertn. Sed vox *Arimini* deficit in Voss. et Lov. 1. 2. 3. ac 4. Deinde *creato T. Sempr. consule* Lov. 4. *creatus Titus Sempr. consul* Lov. 5. Harl. et Hav. *creatus est Sempr. consul* Gaertn. *creatus T. Sempr. cons.* Lov. 1. et 2. *creatus. Et Sempr.*, omissa voce sequenti, Rec. *creatus T. Sempronio consule* quædam edd. antiqq.

CAP. XVI. § 1 *Et Sagunti excidium nuntiatum est*] Ita hic et mox § 5. edidit Clericus contra codd. et vett. edd. auctoritatem, qui uno ore *excidium* legunt, nisi quod *exercidium* sit

Digitized by Google

in Lov. 5. Vide ad v. 15. § 9. Paullo ante *ab Carthagine* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Tum *Romam redierunt* Cant.

§ 2 *Tantusque simul mœror Patres, misericordiaque sociorum peremtorum indigne*] Vocem *simul* edd. ante Aldum omiserunt; quæ ideo primis editoribus displicuisse videtur, quod semel tantum ponatur. Id tamen Livio frequens esse, videbimus ad XXXIII. 12. § 2. Præterea *Patres* exsulat ab edd. vett. quam vocem primi restituerunt Moguntini. *Miseria sociorum* Rec. *et miãq; sociorum* Gaertn. *unaq; sociorum* Hav. *misericordiaque peremtorum sociorum indigne* edd. Aldina priores: *misericordia soc. indigne per.* Rec. Mox *in Carthaginiensem* Ber. et edd. vett. Tum *summa rerum accepit* Lov. 3. Deinde *veluti si jam ad portas hostis esset*, pro *velut*, Ber. *velut si jam ad portas hostis essent* Gaertn.

Trepidarent magis, quam consulerent] Vet. lib. *consultarent*. Sigonius. Temere mutavit Sigonius: quippe Pall. tres et vetusta ed. *quam consulerent*. Gebh. *Consultarent* ab unico Sigonii libro: cæteri, ut olim editi, *consulerent*. Quod non intellexit qui mutavit. Est enim, 'quam rem bene gererent,' 'consulto agerent.' Terentius in Heaut. v. 2. § 9. 'Ubi te vidi esse animo omisso, et suavia in præsentia Quæ essent, habere, neque consulere in longitudinem.' Sallustius ad Cæsarem de Rep. Ordin. 1. 1. 'Id evenit, quia plerique rerum potentes perverse consulunt.' Cato Orig. v. apud Gell. VII. 3. 'Mihi magnæ curæ est, quod hæc res tam secunda processerit, ne quid in consulendo adversi eveniat.' *J. F. Gron.* Nulli etiam meorum codd. adsentiuntur Sigonii vet. lib. cujus librarius more sollemni 'consulere' et 'consultare' confudit. Hujus erroris, qui in membranis frequens est, alia exempla vide ad II. 57. § 2. v. 25. § 8. IX. 3. § 1. XXIII. 35. § 3. XXVI. 10. § 2. XXXV. 47. § 2. et ad Epit. Liv. l. LIV.

§ 3 *Hostem acriorem bellicosioremque*] Restat in Pal. 2. *Nam neque hostem acriorem esse bell. secum congressum*. Gebh.

§ 4 *Histros atque Illyricos*] *Istros atque Illyrios* Capit. Triumphi. Nominat bella, inter primum et secundum Punicum bellum gesta cum Sardis, Corsis, Istris, Illyriis, et Gallis, de quibus triumphi aliquot acti sunt. *Sigon.* Pal. 3. *Sardos, Corsosque; atque Istros et Illyricos*. Gebh. Recte Sigonius *Istros et Illyrios*. De priori vide ad XLI. 1. § 2. de posteriori ad Epit. Liv. lib. XX. Quod tamen Fast. Capit. Triumph. testes advocet, ad solos Illyrios pertinere potest. Illa enim pars, qua triumphi de Istris referuntur, hodie periit.

Tumultuatum magis, quam belligeratum] Pulcre Flor. *et cum Gallis tumult. verius, quam bellig.* præsertim quum τὸ *magis* proxime præcedat. Vide ad IV. 33. Lib. v. c. 25. 'Nihil de collatione dicere stipis verius, quam decimæ.' XL. 27. 'Ab Liguribus, latronibus verius, quam hostibus justis, Romanum exercitum obsideri.' XLI. 18. 'Pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant.' *J. F. Gron.* Similiter etiam Cant. et Voss. Supra II. 26. 'Tumultus enim fuit verius, quam bellum.' Infra XXII. 19. 'Tentata verius pugna, quam inita, in fugam averterunt classem.' Vide etiam Gronovium ad XXII. 23. § 3.

§ 5 *Pœnum, hostem veteranum, trium et viginti annorum militia*] Lege *XVIII. annorum*, non *XXIII.* ['Hic omittit v. annos belli Africi pudendo errore: rite igitur legitur *XXIII.* non *XVIII.*'] Amilcar enim novem imperavit annos, Asdrubal octo, unum Annibal, auctore Livio: si quidem intelligendum est, octavum annum Asdrubalis primum esse Annibalis. Error ex notis natus. *V.* enim in *X.* mutatum est. *Sigon.* Sigonius *XVIII.*

Digitized by Google

vel *duodeviginti*: Amilcarem enim novem imperasse annis, Hasdrubalem octo, Hannibalem uno. Scilicet hæc imperia illorum duorum in Hispania sunt. At Livius Pœnum militem veteranum tot annorum vocat, quot intersunt inter bellum Punicum primum et secundum. Vult enim nos cogitare, partem earumdem legionum bellum Africum, quod pacem Romanam statim secutum est, confecisse. *J. F. Gron. XXIII. annorum* Ber. *trium et triginta annorum* Lov. 3. Fateor notas numerales *V.* et *X.* adeoque *XVIII.* et *XXIII.* facile commutari potuisse. Vide ad XXXIX. 29. § 7. Conjecturam tamen Sigonii probare nequeo. Ex iis enim, quæ ipse notavit hoc lib. c. 6. § 2. patet, vel secundum Livii calculum hunc non primum sed tertium annum Hannibalis esse, qui, additi novem Hamilcaris, et octo Hasdrubalis annis, efficiunt viginti annos.

Semper victorem, &c. adsuetum] Vellem aliquis liber haberet *vincere*. Lib. IV. c. 31. ' Mœsta civitas vinci insueta.' X. 6. ' Minus autem tetendere, adsueti jam tali genere certaminum vinci.' XXIII. 40. ' Dia pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile vinci adsuetis, fecerunt.' XXVII. 39. ' Nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti.' *J. F. Gron.* Lib. X. c. 41. ' Per aliquot jam annos vinci adsueti.' Sed et nostri omnes *victorem* servant.

Primum Hamilcare, deinde Hasdrubale, nunc Hannibale] Horum omnium nec vola nec vestigium in Flor. Voss. Gud. Men. membranis. *J. F. Gron.* Desunt eadem in Cant. Lov. quinque, Ber. Hafn. Hav. omnibus Crevier. et Hearnii L. 1. ac N. in cujus tamen postremi margine adscripta visuntur. Præterea *duci acerrimo adsuetum*, pro *duce*, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Voss. Ber. Hafn. Hav. et codd. Crevier. Verum, si verbis præcedd. *vincere*, pro *victorem*, quis probet, is vulgatum *duce* hoc loco tueri debet; at, qui ibi *victorem* præfert, et a manuscriptis omissa delenda putat, hic utrumvis *duce* vel *duci* admittere potest: Livium enim utroque modo locutum esse, videbimus ad XXXI. 35. § 3. Verisimilius tamen videtur, *duci*, quam *duce*, a manu librarii esse. Præterea *recenter ab excidio*, pro *recentem*, Lov. 4. Denique perperam iterum *excidio* Clericus. Vide ad § 1.

§ 6 *Trahere secum tot exercitus Hispanorum populos*] Vocula *tot* deerat a m. pr. in Ber. Tum *exercitus Hisp. populos* legit Gaertn. *excitos Hispanos populos* Ber. qui cum Gaertn. mox alio ordine *semper avidas* exhibet.

Bellum gerendum in Italia ac pro mœnibus] *Belligerandum* Lov. 3. quod librarii esse puto, cujus memoriæ illa vox adhuc inhærebat ex præcedentibus verbis hujus cap. ' Tumultuatum verius, quam belligeratum.' Certe nulli codd. alii consentiunt. Tum *in Italia pro mœnibus* Ber.

CAP. XVII. § 1 *Tum sortiri jussi. Cornelio*] Et hic suspicor fecisse Livium, *erunt: tum sortiri jussis Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.* J. F. Gron. Vide ad III. 22. § 3. Ceterum *P. Cornelio* Ber. *T. Cornelio* Hearnii N. in margine. In verbis præcedd. *Nominatæ jam ante*, pro *antea*, Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad XL. 12. § 3. In seqq. autem *cum Sicilia venit* Hafn. et Lov. 3.

§ 2 *Et sociorum quantum ipsis videretur, et classis*] Pall. 1. et 2. *et socium.* Gebh. Similiter Flor. Cant. Voss. a m. pr. Lov. 1. 4. Harl. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. in margine. Et amat hanc contractionem Livius. Infra XXII. 27. ' Sociûmque et Latini nominis auxilia diviserunt:' ubi unus etiam *sociorumque*. c. 40. ' Legioni Romanæ et sociûm peditum equitumque duobus millibus præficiunt.' XXVI. 15. ' Tribunis militum ac præfectis sociûm imperavit.' Vide etiam

Digitized by Google

ad lib. XXIII. cap. 24. § 8. XXVII. 41. § 7. XXXII. 33. § 4. Et ita in aliis etiam vocibus contrahere Livius amavit. Vide ad XXII. 22. § 5. ubi se ex suis *socium* dedisse Gronovius testatur. Tum *videtur* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 2. Deinde vocula *et* secundo loco deest in Ber. *et classi quanta parari posset* Lov. 3. *et classe quanta parari posset* Lov. 4. *et classis quantum parari posset* quædam ex vett. edd.

§ 3 *Sunt scripta, mille et octingenti equites*] Ab omnibus libris abest *τὸ mille*. Gebh. Abest etiam a Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. N. Exc. Pithœi, et edd. antiqq. Primus Aldus in erratis id adscivit, legens *mille et octingenti*, quod deinceps servatum est usque ad Jac. Gronov. qui substituit *et mille octingenti*. Numerus millenarius omnino est necessarius. Legio enim Romana constabat ex quatuor millibus peditum et trecentis equitibus. Vide quæ notantur ad VIII. 8. § 14. et ipsum Livium mox hoc ipso cap. § 5. Hoc autem anno scriptæ erant sex legiones, ut Livius modo dixit; eæ vero efficere debent viginti quatuor millia peditum, et mille octingentos equites. Reliquis igitur corruptior est Lov. 5. qui non modo *mille* omisit, sed etiam pro *Dccc* legit *Decē* sive *decem:* qui error ex ductuum similitudine natus est. In plerisque autem codd. *τὸ mille* excidit, quod forte scriptum foret hac *M.* vel hac ↀ nota, quam librarius non intellexit, et ideo omisit. Vide ad XXXIX. 42. § 3. Sane in Flor. exstat *et* ↀ *DCCC. equites*. Unde patet, idoneo satis auctore Jac. Gronov. ordinem verborum mutasse. Præterea *subscripta*, pro *sunt scripta*, Voss. Lov. 2. 3. et Hafn. At *subsunt scripta*, utraque lectione juncta, Gaertn. *Τὸ sunt* deficit in Flor. et Cant. Insuper in verbis præcedd. *millia peditum Romanorum*, trajectis vocibus Gaertn.

Sociorum quadraginta quatuor peditum, et quatuor equitum millia] Quantis copiis primo Punici secundi belli anno Romani dimicarint, adhuc male traditum est. In sociorum numero non conveniunt scripti cum editis. Flor. *sociorum XL. peditum IIII. et CCCC. equites:* ubi duo numeri ita sunt pronunciandi, ut addas *millia*. Pet. *sociorum LIIII. millia peditum, et quadringenti equites*. Gud. *sociorum quadraginta millia peditum, quatuor millia et quingenti equites*. Vera est omnino Florentina lectio. Nam infra hoc cap. ubi de Cornelii copiis agit, pro eo, quod editur *equitibus mille ducentis*, Flor. Voss. Gud. Pet. *equitibus mille sexcentis*. Edd. antiquæ ab Andrea usque ad Moguntinos, *equitibus sexcentis*. Aldus quoque *equitibus mille sexcentis*. Sed in corrigendis, inito scilicet quem putabat numero, *mille ducentis:* idque primus expressit Juntas. Quod autem Manlius dicitur habuisse *quatuordecim millia soc. peditum*, Aldo debetur. Andreas, *duas legiones Romanas et quadringentos quinquaginta soc. peditum*. Retinuerunt Mediolanensis et Tarvisina. At duæ Venetæ, Ascensius, Moguntini, Saveterius, *duas legiones Romanas et quatuordecim millia et quadringentos quinquaginta soc. peditum*. Becharius, *quatuordecim millia et sexcentos soc. peditum*. Hæc omnia ludibria sunt lascivientium ingeniorum. Flor. *duas legiones Romanas et CCLCC. sociorum peditum*. Voss. *et CCICC. soc. ped.* Gud. *et CCCCL. soc. ped.* en fontem illorum *quadringentorum quinquaginta*. Pet. *CCLX. sociorum peditum*. Ea monstra genuit ignoratio Latinorum numerorum. Nam Flor. et Voss. significabant *CCIↃ*. hoc est decem millia. Jam colligo numeros. Dictum est in universum fuisse sociorum quadraginta millia peditum, equitum quatuor millia quadringentos. Ex his Sempronius habuit pedi-

Digitized by Google

tum 16000. Cornelius 14000. junctim 30000. adde decem millia Manlii: conficiuntur quadraginta millia. Equitum Sempronius habuit 1800. Cornelius 1600. qui sunt 3400.: adde Manlianos mille: existunt quatuor millia quadringenti. *J. F. Gron. Sociorum quadr. quatuor peditum, et CCCC. equites* Lov. 2. 5. Gaertn. Hafn. et Hearnii D. ac N. *sociorum quadr. quatuor millia peditum, et CCCC[ti] equites* Ber. At Flor. consentiunt Cant. Harl. et Exc. Pithœi. Gronovii libris suos consentire, Crevier. monuit. Probo itaque sententiam Gronovii, scribentis *sociorum quadr. millia peditum, quatuor millia et quadringenti equites.* Hanc scripturam firmant non parum Voss. Lov. 1. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. qui, licet corrupti, omnia hæc vocabula, consentiente ed. Rom. 1472. omiserunt: quod accidit, quia proxime præcedens vox eadem erat atque ultima hujus periodi. Vide ad IX. 11. § 11. Hæc autem omissio non ita facile accidere potuisset, si ultima vox hujus diversa fuisset ab ultima præced. periodi. Posset tamen etiam τὸ *millia* priori loco omitti. Vide quæ notantur ad XXXVI. 14. § 1.

Naves ducentæ viginti quinqueremes, celoces viginti deductæ] Flor. *naves CCXXV. remes quinque, celoces viginti deducti.* Cant. etiam *deducti.* At *naves quinq. CCXX.* Rec. *naves ducentæ et viginti quinq.* Ber. Deinde *calones viginti* Lov. 3. *celotes viginti* Lov. 4. quomodo iidem codd. etiam mox legunt § 5. De celocibus vide Scheff. de Mil. Nav. II. 2.

§ 4 *Latum inde ad populum, vellent, juberent, populo Karthaginiensi bellum indici*] Hanc elegantissimam formulam commutant Pall. duo, quorum Pal. 1. *juberent quoque.* Pal. 2. *juberentne.* Gebh. *Latum deinde ad populum* Ber. et Hav. Hinc *vellent et juberent* Hearnii N. in margine: *vellent jubere* Lov. 3. *vellent juberentne* Ber. Sed recte Gebhardus censuit, nihil mutandum esse. Vide Brisson. de Form. l. II. in princ. Deinde *populo Carthaginiensium* Hearnii D. Vide ad XLV. 23. § 15.

Adorati Dii, ut bene ac feliciter eveniret] *Adorti Dii* Hav. Tum *bene feliciterque* Ber.

§ 5 *Ea quaterna millia erant peditum, et trecenti equites*] Hic numerus unius est legionis, non duarum. Itaque scribendum, *eæ* (puta singulæ) *quat. millia habebant ped., et trecentos equites.* Aut *ea octo erant millia peditum et sexcenti equites.* Nam et infra L. Manlio in Gallia, cui duas item legiones, sexcentos assignat equites: et 24000. peditum, 1800. equites Romani sic fuerunt descripti inter Sempronium, Cornelium, Manlium, ut singuli 8000. peditum, sexcentos equites haberent. *J. F. Gron. Eæ* est etiam in Lipsio de Milit. Rom. II. 5. hunc locum citante. *Duk.* Codd. nihil mutant, nisi quod, trajectis vocabulis, *millia peditum erat* legat Lov. 4. tum *et equites trecenti* Harl. et Gaertn. Ultima itaque Gronovii conjectura longius a Mstorum lectione abit, quam ut probari possit. Neque etiam caussam satis justam habere potuit, cur τῷ *erant* subponeret *habebant.* Livius enim, ut hoc loco, etiam locutus est XXXIII. 4. 'Macedonum vero phalangem, &c. mansuram invictam. Decem et sex millia militum hæc fuere.' Minori mutatione Doujatius ita legi posse opinatur: *ea quaterna millium erant peditum, et trecentorum equitum,* caussatus, facile errari potuisse, siquidem numeri per notas plerumque scribebantur. Id non nego; verum ita tamen ex *equites* faciendum erit *equitum.* Vide igitur num minori adhuc mutatione legendum sit *eæ quaterna millia erant peditum, et treceni equites:* ita secundum vim numeri distributivi Livius dicet, quamque duarum legionum fuisse quatuor millia peditum, et trecentos equites. Sæpissime vero librarios numerum

Digitized by Google

distributivum in cardinalem mutasse, videbimus ad XXXII. 28. § 11. Similiter et Crevier. conjecisse animadverto. Quamvis autem Gronovii conjectura *eæ* pro *ea*, quam etiam Donjatius probavit, non displiceat, puto tamen Clericum malo exemplo, et contra fidem in præfatione datam, eam in contextum admisisse, non monito lectore.

Sociorum sedecim millia peditum, equites mille octingenti] *Et sociorum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. Primus deinde Aldus copulam omisit; quam loco restitui, et verba proxima per parenthesin dicta accipio hoc modo: *Sempr. datæ legiones duæ, (eæ quaterna millia erant peditum, et treceni equites) et sociorum, &c.* Insuper *et equites mille* Gaertn. et Hearnii N. in quo posteriore tamen τὸ *et* iterum a m. sec. deletum est.

§ 6 *Consul alter satis esset*] *Consulum alter* Lov. 1. Ita sæpissime Livium locutum esse, dictum est ad IX. 32. § 2. Hic tamen reliquorum codd. in vulgatum consensus efficit, ne quid mutandum censeam. Paullo ante *Cum terrestribus*, omissa media voce *his*, Rec.

§ 7 *Quia L. Manlius prætor et ipse cum haud invalido præsidio in Galliam mittebatur*] Meminit hujus prætoris etiam Polybius III. 40. Cæterum hoc anno L. Manlius, C. Terentius Varro, M. Æmilius, C. Atilius Serranus prætores a Livio memorantur: L. Manlius Galliam, C. Atilius Ligures, M. Æmilius Siciliam, C. Terentius urbanam jurisdictionem obtinuisse videtur. *Sigon.* Vide etiam Pighium in Annal. ad a. DXXXV. p. 149. Ceterum Q. *Lutius Manlius* legit Lov. 3. *quia Manlius* Rec. Deinde *ipse secum haud inv. præ.* Voss. Lov. 1. 2. 3. Hafn. et Gaertn. At syllaba prima τοῦ *secum* perperam ex voce præced. est repetita. *Ipse secum haud inv. præs. et ipse secum mittebatur* Ber. a m. pr. pro quo postea datum est *ipse cum haud.* Paullo ante addita voce *Cornelio Scipioni minus copiarum* Rec.

§ 8 *Cornelio numerus deminutus*] Ita semper edidit Gronovius in Livio; quem secutus Hearnius observat *diminutus* esse in suo N. Ipse etiam id in plerisque Mss. reperi. At *deminutus* exhibet optimus Flor. Similiter XXII. 60. § 15. et alibi. Vide ad II. 1. § 7. Adde Gebhard. ad Cic. IV. ad Fam. IV. 5. Burmann. ad Suet. Cæs. capp. 5. et 11. et ad Aug. c. 41.

Aut ea parte belli dimicaturum hostem credebant] Aliquot libri veteres non habent vocem *belli*, nec necessaria ea est. *Sigon.* Id est, eo genere belli. Sigonius notat, aliquot libros veteres non habere *belli*, nec necessariam eam vocem esse. Aliter judicavit Livius: a quo hoc ipso libro habes c. 22. 'Classis præterea data est ad tuendam maritimam oram, quia, qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat.' Iterumque c. 41. 'Equestri prœlio, qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est.' XXII. 19. 'Navibus prope terram, exercitum in littore ducebat, paratus confligere, quacumque parte copiarum hostis occurrisset.' Rursum c. 44. 'Locis natis ad equestrem pugnam, qua parte virium invictus erat.' l. XXIII. c. 26. cum dixisset, Cn. Scipionem terra, Publium navibus rem gessisse, 'Hasdrubal, Pœnorum imperator, neutri parti satis fidens.' Justinus VI. 2. 'Inferioremque eum ea parte virium inveniri, qua longe superior sit.' Tacitus in vita soceri c. 25. 'Classe quæ ab Agricola primum assumpta in partem virium sequebatur.' *J. F. Gron.* Hoc lib. c. 53. 'Gandio efferri, qua parte copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse.' c. 54. 'Primum omnem equitatum ferox ea parte virium, &c.

Digitized by Google

eduxit.' XXII. 15. 'In prælium rediit, omni parte virium impar.' XXXVII. 18. 'Per levia certamina expertus, nulla parte virium se parem esse. Ex nostris unus Rec. libris Sigonii adsentitur. Præterea *putabant* edd. antiqq.

Equitibus mille ducentis] Groh. hoc cap. ad § 3. ex quatuor Mss. quibus et suos concinere Crevier. testatur, *equitibus mille sexcentis* optime emendavit: quod insuper apud me superest in Lov. 2. 5. Ber. a m. sec. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Proxime accedit Hafn. *equitibus mille sexingentis* præferens, ut et Lov. 3. in quo est *equitibus inde DC.* ubi notam millenarii numeri *M.* non adsecutus est librarius, sed ex ea, in literas duas in dissoluta, et ex superaddita nota fecit *inde:* quem eumdem errorem etiam in litera *M.*, prænominis *Marci* nota, commissum esse, vidimus ad IV. 52. § 4. *equitibus sexcentis* edd. antiqq. omissa numeri millenarii nota, quam operæ typographorum non intellexerunt. Vide ad XXXIX. 42. § 3.

§ 9 *Duas legiones Romanas et quadringentos quinquaginta sociorum*] Vera et sincera lectio est, quod Polybius plane demonstrat, *Duas leg. Rom. et quatuordecim millia sociorum.* Sabell. Hinc intelligere est, lectionem, quæ vulgo adhuc apud Livium circumfertur, ex Sabellici conjectura receptam esse. *Et ducentos et X. in sociorum* legit Hafn. *et CCL. sociorum* Voss. Lov. 2. ac 3. *et CCCL. sociorum* Lov. 4. et Hearnii N. quorum posterior in margine habet adscriptum *et quadringentos quinquaginta sociorum*, atque *et CCLXX. sociorum:* quæ ultima lectio etiam exstat in Harl. et Hearnii D. *et CCLCC sociorum* Cant. quomodo etiam Gronovius hoc cap. ad § 3. se in Flor. invenisse monuit, unde emendabat *et* ΟΘΙΔ *sociorum;* quod in Exc. Pithœi superesse, Hearne auctor est, nisi quod interpretationis caussa $\overline{X}$. adjectum habeat. Sane *et X. M. sociorum* inveni in Lov. 5. et Ber. a m. sec. quod iterum in contextum recepi, inde ejecta Sabellici conjectura, nullius cod. testimonio comprobata. Insuper *Et duas legiones* legit Flor.

Mille equites socios, sexcentos Romanos] Post *mille, quadringentos quinquaginta* ponit Polybius; quo appareat utrobique librariorum incuria Livianam lectionem depravari contigisse. Erit id facilius judicatu, si quis Romanæ militiæ sit vel mediocriter peritus. *Sabell.* Sabellici mentem non intellexerunt, qui primis edd. quæ adnotationes ejus exhibent, præfuerunt. Vult enim voces *quadringentos quinquaginta* hic post τὸ *mille* inserendas; *mille quadringentos quinquaginta equites socios:* at illi in superioribus post *millia* inseruerunt, edentes *quatuordecim millia et quadringentos quinquaginta sociorum peditum.* Insuper neque Sabellici conjecturam probandam, sed receptam lectionem genuinam esse, evincit Gronov. hoc cap. § 3.

Gallia provincia eodem anno versa in Punicum bellum] Pall. tres, Andreas et Petri Justini Philelfi Mediolanensis ed. *Gallia prov. eodem versa in Pun. bel.* Gebh. Omnes scripti deficiunt τῷ *anno.* Nec minus Andreas, Tarvis. Ven. Asccn. Beccarii: in prima invenio Moguntina. Sed supplevcrunt qui τὸ *eodem* leviter corruptum esse non animadverterunt. Scribendum *Gallia provincia, nondum versa in Punicum bellum habuit:* hoc est, priusquam eo adduceront ambo consules copias suas Hannibali opponendas: priusquam ea sedes et campus belli Punici fieret. *J. F. Gron.* In nullo etiam meo τὸ *anno* inveni: quod etiam abesse ab suo N. Hearnius monuit, quæ reliquorum codicum lectio fuerit silens. Quamvis autem Gronovii conjectura non displiceat; puto tamen, Clericum eam pessime

Digitized by Google

exemplo, præsertim nihil monito lectore, in contextum recepisse.

CAP. XVIII. § 1 *M. Livium, L. Æmilium*] Hic 'M. Livius' is, qui postea 'Salinator' dictus est, esse non potest, quod consul esset tum, cum hæc legatio missa est, vel reus, vel damnatus, ut lib. XXIX. apparet. ['Glareanus omnino putat, Salinatorem fuisse.'] *Sigon.* Vocem *Livium* in D. τὰ *L. Æmilium* in L. 1. deesse, Hearne monuit.

Q. Bæbium] Pal. 1. *Qu. Bebinium.* Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. *Q. Bellium* Ber.

Ad percunctandos Karthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum obpugnasset] Pal. 3. *expugnasset.* Gebh. Solent illa verba commutari. Vide hoc lib. ad c. 57. § 6. Præterea *ad percunctandum Karth.* Lov. 3. Hafn. et Rec. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 2 *Si, id quod facturi videbantur, faterentur*] *Facturi videb., facerent* Flor. quod, adposito signo, sibi non displicere Salvin. testatus est. Ego tamen vulgatum præfero.

§ 3 *Unus princeps: Vana, Romani, inquit, et prior legatio fuit*] Pall. 1. cum 2. *unus præceps.* Cæterum omnes *Vestra, Romani:* perperam. *Gebh.* Sic primus Ascensius. Priores omnes *Vestra:* quod et Aldus retinuit, sed in erratis jubet pro eo restitui *Vana. Princeps* est a Mediolanensi. Pro eo Andreas Romæ, Flor. Voss. Gud. duo Pall. *præceps.* Denique τὸ *inquit* arcent Flor. et Gud. Quibus auctoribus scribe: *tum ex Carth. unus: Præceps vestra, Rom., et prior legatio fuit:* quid enim *præceps* aliud, quam 'temeraria,' 'inconsiderata?' *J. F. Gron. Unus princeps: vestra, Romani, inquit, et prior legatio fuit iniqua* Ber. et Brancal. Latinii: *unus princeps: vestra, Romani, iniqua et prior legatio fuit* Hafn. *præceps,* pro *princeps,* etiam Lov. 4. 5. Hearnii N. in contextu, et edd. Rom. 1472. ac Parm. at tota ea voce caret Lov. 3. Deinde *vestra,* pro *vana,* insuper Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. et apud Hearnium D. ac N. Denique *inquit* omittitur in Lov. 3. sed eo transposito *inquit, Romani,* Harl. *Tum ex Karth. unus: Præceps vestra, Romani, et prior legatio fuit* Cant. Quare Gronovii, ita ex Flor. emendantis, lectionem non tantum probavi, sed etiam in contextum admisi, quam eamdem etiam Crevier. suorum fide firmatam recepit. 'Præceps' et 'princeps' passim in Mss. confunduntur. Vide ad II. 46. § 4. IV. 33. § 7. VII. 1. § 9. hoc lib. c. 35. § 3. et XXXVII. 20. § 10. Recte autem *præceps* exponit 'temeraria,' 'inconsiderata.' Supra IX. 24. 'Aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria esset.' XL. 10. 'Præceps in provinciam abiit; ubi inconsultius, quam venerat, se gessit:' et eodem cap. 'In provinciam æque ac prius præcipiti celeritate abit.' Præterea 'inquit,' 'ait,' 'dicit,' et similia, quæ Livius omittere solet, sæpe numero a librariis perperam addita fuisse, videbimus ad XXIII. 45. § 6. Donjatius edidit *ex Carth. unus: Præceps, Romani,* omissa voce *vestra,* atque ita meliores codd. et antiquissimas edd. habere notavit. Vellem, vel unum eorum codd. aut edd. nomine indicasset. Certe in meorum nullo eam lectionem observavi. Quare in hanc veni opinionem, eum ex præcipiti festinatione, qua Gronovium consuluit, in illum errorem incidisse.

§ 4 *Hæc legatio verbis adhuc lenior est, re asperior*] Τὸ *adhuc* exsulat a Ber. quam vocem transponens Crevier. malebat *verbis lenior est, re adhuc asp.* Deinde *levior est* Lov. 4. Harl. et Hafn. Vide ad XXXVI. 31. § 8. Verbum autem *est,* quod codd. constanter servant, non adparet in nlla ante Aldum ed. Paullo ante *uno consilio,* pro *suo,* Hafn. *consilio suo* Ber.

§ 5 *Nunc ab nobis et confessio culpæ exprimitur*] *Nunc ab vobis* Hearnii N.

Digitized by Google

a vobis Hav. et quædam vett. edd. pro quo aliæ præferunt *a nobis*, ut in multis etiam codd. supereat. Jac. Gronovius demum dedit *ab nobis*. Sequens *et* abest a Lov. 4. Vide ad II. 44. § 3. ejus loco *aut* obfert Gaertn.

§ 6 *Non, privato publicone consilio Saguntum obpugnatum sit, quærendum censeo*] Pall. tres et duæ edd. *quær. censeam*. Geb. *Quærendum censeo* a Moguntino accepimus. Priores *censeam*. Quod quia sanciunt Flor. Gud. Voss. tres Pall. revocandum judico. *J. F. Gron.* Idem sanciunt Cant. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Rec. et codd. Hearnii. Deinde *non privato publicove* Voss. Lov. 3. 4. Ber. a m. pr. Hav. et Hearnii L. 1. *non publico privatove* edd. Aldina priores: *non an privato publicove* Ber. a m. sec. *num privato publicove* Lov. 2. *non privato an publico* Harl. et Hearnii N. Mox *sed* deest in Lov. 2. Verum *vel utrum jure, vel injuria* exhibet Lov. 3.

§ 7 *Atque animadversio in civem nostrum est; nostro, an suo fecerit arbitrio*] Pall. 1. et 2. *quod nostro aut suo fec. arb.* Gebh. Ita et Voss. Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. *quid nostro, aut suo fec. arb.* Flor. et Cant. *quod nostro, an suo fec. arb.* Lov. 2. *idne nostro, an suo fec. arb.* Ber. et Hav. *id scilicet nostro, an suo fec. arb.* Rec. Præterea *et animad. in civem nostrum est* Harl. *atque animad. est in civem nostrum* Ber. Insuper *Vestra enim hæc quæstio*, pro *Nostra*, in præcedentibus Lov. 3. quod commodum sensum habiturum non nego, si periodo addatur interrogatio: vulgatum tamen reliquorum consensu firmatum præfero. Ceterum voces *nostro an suo fec. arb. Vob. una disc. est* culpa librarii desunt in Lov. 5. *Vob. una vel disc. est*, addita media voce, legit Lov. 1. *Et vobiscum una disc. est* Flor. a m. sec.

§ 8 *Nobis vobiscum fœdus est a Luctatio consule ictum*] *Lutatio* scribe: sic enim lapides Capit. sic Græci, sic plerique veteres libri. *Sigonius.* Flor. *ac Lutatio.* Scribe *a C. Lutatio.* J. F. Gron. Ex ea lectione *ab Lutatio* scribendum esse, Salvinius conjecit. *A consule Lutatio* est in Ber. Consulis nomen *Lutatius*, ut monuit Sigonius, non *Luctatius*, scribendum esse, vidimus ad Epit. Liv. lib. XIX. Paullo ante *consilio publico* alio ordine Ber.

In quo cavetur utrorumque sociis: nihil] Cant. *in quo cum cav. utr. sociis, nihil de Sag. &c.* Quæ scriptura non lævior. *Jac. Gron. In quo caveretur* Voss. *in quo cum caveretur* Flor. Ber. et Hafn. Et ita præferunt mea cod. Cant. excerpta. 'Cavetur' et 'cav'etur,' id est 'caveretur,' ac similia passim commutari, probabimus ad XL. 14. § 2. *Cum* autem, vel *quum*, post *quo* facile excidere potuit. Codicum itaque illorum lectionem recepi. Mox *nil de Saguntinis* (*nondum erant socii vestri*) *cautum est* Lov. 4.

§ 9 *Adversus quod nihil ego dicturus sum*] *Nihil* deest in Hav. *ego* in Hearnii N. iis transpositis *ego nihil dicturus sum* legunt Flor. Lov. 2. Harl. Ber. et Gaertn. *nihil eo dicturus sum* Lov. 1. Paullo ante *At enim fadere* edd. Aldina priores, quam prima dedit *At enim eo fœdere*, consentientibus scriptis.

§ 10 *Primo nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate*] *Fœdus jecit* Flor. Voss. Lov. 1. et Hearnii N. in margine, qui omnes codd. simul cum Cant. et Hav. pariter legunt hoc cap. § seq. De ipsa locutione vide ad t. 25. § 1. Deinde *nec auctoritate* Lov. 4. 5. et Gaertn. forte quia sequitur 'nec populi jussu.' Sed male. Vide ad IX. 9. § 14.

Itaque aliud de integro fœdus publico consilio ictum est] Senatus Rom. non stetit conditionibus ils pacis, de quibus inter Lutatium imperatorem et Amilcarem convenerat; verum decem legatos in Siciliam misit, ex quorum sententia auctoritateque aliud ictum fœdus, ac confirmatum est: auctor

Digitized by Google

Polybius I. 68. *Sigon. Ita aliud* Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 53. § 7. *Item aliud* Gaertn. Tum *ab integro* Lov. 3. et Hafn. quorum auctoritas non tanta est, ut me ad vulgatum mutandum inducat. Vide hoc lib. ad c. 6. § 5.

§ 11 *Nisi ex auctoritate aut jussu vestro icta*] Vet. lib. *nisi aut ex auct. aut jussu vestro icta.* Hæc autem de fœdere disceptatio apud Polybium est multis verbis III. 21. *Sigon.* Intrusit Sigonius *nisi aut ex auct.* contra omnes libros quos vidi. *Gebh.* Nullus etiam meorum Sigonii vet. lib. consentit. Plerique eorum in vulgatum conspirant. Sed *nec ex auct. aut jussu* habet Gaertn. *nisi ex auct. jussu* Lov. 5. *nisi ex auct. vel jussu* Harl. et Rec. In præcedentibus etiam *fœdera vestra* alio ordine Flor.

Ne nos quidem Hasdrubalis fœdus] *Nec nos quidem* Lov. 2. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. ac N. a m. pr. et edd. vett. plures. Sed vide ad I. 10. § 3. Ber. qui proxime præcedentem vocem *icta* omisit, hic præfert *ita nec nos.* Mox *pro nobis insciis,* addita præpositione, Lov. 1.

§ 12 *Et, quod diu parturit animus vester, aliquando pariat*] Hoc a Cicerone sumptum, qui dixit in Antonium Orat. Phil. II. cap. ult. ' Utinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jam diu parturit.' *Sigon. Diu parturiit* Hearnii D. *diu partulit* Recan.

§ 13 *Tum Romanus, sinu ex toga facto, Hic, inquit, vobis bellum et pacem portamus*] Sic Polybius III. 33. Ὁ δὲ πρεσβύτατος αὐτῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον, ἐντεῦθεν καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἔφη καὶ τὴν εἰρήνην φέρειν. *Sigon.* Poëta Silius II. 384. ' Bellum se gestare sinu pacemque profatus,' &c. *Modius.* Vide Salmas. ad Flor. II. 6. 7. Aliter autem nonnullos hanc historiam retulisse patet ex illis quæ notat Dausq. ad loc. laud. Silii. Ceterum *In id, inquit, vobis bellum et pacem portamus* Rec. *Hic, inquit, bellum et pacem portamus* Hav. *Hic, inquit, vobis pacem et bellum portamus* Ber. Mox *datur, utrum vellet,* pro *daret,* Cant. *darent, utrum vellent* Hearnii D.

CAP. XIX. § 1 *Quum ante, tum maxime Sagunto excisa*] *Tum ante, cum maxime* Lov. 1. *tum ante, tum maxime* Voss. Lov. 3. Vide ad VI. 23. § 3. *quum autē tum maxime* Gaertn. Vide ad XXVII. 35. § 7. Deinde *Sagunto exciso* Lov. 3. et 4. Vide ad c. 21. § 1. In initio cap. *Hæc decreta percunctatio,* pro *directa,* Flor. lapsu librarii. Vide ad XL. 30. § 1. *Hæc direpta percunctatio* Lov. 4. Vide ad XXXVII. 31. § 5.

§ 2 *Quod fœdus Hasdrubalis cum Lutatii priore fœdere commutatum est*] Pal. 3. et edd. priscæ *permutatum est.* Gebh. Hæc suspecta sunt. Non enim fœdus Asdrubalis commutatum est cum Lutatii priore fœdere, quod irritum fuit, sed successit in locum posterioris, ab Lutatio cum Hamilcare icti, decem legatis cum auctoritate Roma missis superstitibus. Deinde Pet. Men. Voss. *comparandum erat,* absque particula negandi. In veteribus editis nihil opis: differunt tantum eo, quod habent *permutatum.* Aldus primus dedit *commutatum.* At præclare Flor. et Voss. *nam si verb. discept. res esset, quid fœdus Hasd. cum Lut. priore fœdere, quod mutatum est, comparandum erat?* Sic illi omnibus partibus: interpunctionem nos addidimus. Si verbis contendere voluissent Romani, ne sic quidem causa Poenorum erat æquior. Non enim, perinde ut Romani olim improbarant mutarantque prius C. Lutatii fœdus, sic nunc Pœni poterant improbare, aut non habuisse ratum se dicere fœdus Hasdrubalis. Nam in Lutatii fœdere expressum erat, id ita ratum fore, si Romæ placuisset, quale nihil in fœdere Hasdrubalis: et Romani statim re recenti declararant sententiam suam; at fœdus

Digitized by Google

Hasdrubalis decem annorum silentio Pœni satis confirmarant. Quod autem sequitur, 'etsi priore fœdere staretur,' accipies non de priore fœdere, quod mutatum est, sed eo, quod validum fuit. *J. F. Gron.* Si in vulgatam lectionem codd. consentirent, difficultas, cujus hic meminit Gronovius, unius dictionis transpositione tolli posset, hoc modo, *nam si verb. discept. res esset, fœdus Hasd. cum Lut. priore fœdere, quod commutatum est, comparandum non erat.* Nunc vero varietas in codd. obvia persuadet Gronovium veram Livii scripturam ex Mss. reduxisse. Nam *quid fœdus Hasdr. cum Lut. priore fœdere comparandum erat?* tribus vocibus, *quod mutatum est*, omissis, obfert Hav. neque aliter Ber. a m. pr. nisi quod editam lectionem *quod fœdus Hasdrubalis* servet. Præterea *comparandum erat* sine negatione legunt Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. Quod vero Gronov. Flor. et Voss. codicum consensum in eamdem lectionem memoret, in eo, ne manus ejus aberrarit, admodum vereor. In meis enim Voss. excerptis nihil aliud notatur, nisi deesse particulam negandi *non:* quod solum etiam ipse Gronov. antea notarat. Suspicor igitur codicem Florentino consentientem non Vossianum, sed alium, et forte Gudianum fuisse. Ceterum lectionem a Gronovio in Mss. repertam in contextum recepi, quemadmodum etiam fecit Crevier.

§ 3 *In Hasdrubalis fœdere nec exceptum tale quidquam fuerit*] Pal. 3. *foret.* Gebh. *Quidquam tale* Rec. *fœdere* autem, quasi id ex præcedenti § hic repetendum sit, omittitur in Gaertn. Paullo ante *additum est*, pro *esset*, legit Flor. Vide ad XXII. 36. § 4. In seqq. autem *eo vivo* Ber. *silentio vivo comprobatum sit fœdus, ut mortuo* Lov. 2.

§ 4 *Etsi priore fœdere staretur*] Notat ad hæc verba Doujatius usitatius esse *fœderi stare*. Si antecessor Parisiensis addidisset usitatius esse jurisconsultis suis, non haberem quod reprehenderem: in eorum enim fragmentis non numquam obcurrunt locutiones 'stare voluntate,' 'stare eo quod postulaverunt,' 'eo quod convenit,' similesque; at in iis longe usitatius est 'stare conventioni,' 'divisioni,' 'emtioni,' 'jurijurando,' 'rei judicatæ,' 'religioni,' 'sententiæ,' 'transactioni,' 'voluntati,' ut ex Briason. de Verb. Signif. patet. Verum quum hæ locutiones, quas Doujatius usitatiores vocat, vix alibi, quam in scriptis JCtorum, reperiantur, a sententia, quam tulit, provoco ad legitimos hujus rei judices, viros linguæ Latinæ peritos. Et quidem jam ad VII. 6. § 6. quædam ex Livio exempla laudavi, ut probarem Livium dixisse 'stare aliqua re:' quod ut ipsi usitatissimum fuisse constet, adde nunc VIII. 40. 'Nec quisquam æqualis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo auctore stetur.' XXIV. 1. 'Societas eo jure staret, ut Pœnus Locrensem, &c. juvaret.' XXXIV. 22. 'Staturus eo, quod plures consueritis.' Similiter locutus est Cic. pro Cluent. c. 47. 'Censor censoris opinione standum non putavit.' Ovidius Met. II. 818. 'Stemus, ait, pacto, velox Cyllenius, isto.' Curtius X. 6. 'Eoque, quod major pars eorum decreverit, stetur.' Quinctil. Instit. V. 6. 'Alieno jurejurando stari, quam suo, malit.' Declam. CCCXXVIII. 'Vis enim, accusator, mea voce stari:' et Decl. CCCXXXVI. 'Stari voce mea sit æquum conventione pactorum.' In hac autem locutione per ellipsin subintelligi præpositionem *in*, constat ex Cic. ad Att. II. 6. 'Si in eo, quod ostenderat, non stat; mihi maxime placet, ea, quæ male emta sunt, reddi.'

Iis, qui tunc essent: nec, ne qui postea adnumerentur] *Qui nunc essent* Cant. Verum ita potius dicendum erat *qui nunc sunt*. Refero ergo inter errores scribarum. Vide ad XXXVII.

Digitized by Google

A. § 9. quemadmodum etiam quod *hisne, qui tunc essent, an qui postea assumeretur* legatur in Lov. 5.

§ 5 *Aut sua sponte desciscentes reciperentur*] *Sua sponte se trahentes* Hearnii N. cujus margini adscribitur *desciscentes* et *desciscentes*. Similiter *descientes* præfert Rec. *desciscentem* Ber. Tum *reciperent* Hav. Vide ad X. 10. § 1. Paullo ante *qui æquum censeret*, pro *quis*, Lov. 5. Præterea *tantum cautum, ne* Lov. 4. Sed mediam vocem a scriba additam esse, scripturæ codicis Harl. *tantum scil. cautum est, ne* ostendit. At Livius putavit, ex præcedentibus satis commode hic repeti posse 'tantum additum erat, ne.' Denique *ad defensionem*, pro *ad defectionem*, Lov. 5.

§ 6 *Ut adirent civitates, ut in societatem pellicerent, aut averterent a Pœnis*] Pal. 3. *ut avert. a Pœnis*. Gebh. Videtur fuisse *in Hispaniam, ut ad. civ., et aut in soc. pellicerent, aut avert. a Pœnis, trajecerunt*. J. F. Gron. Pal. tertio consentit Harl. secundum ut exsulat a Cant. *ut adirent civitates, et in societatem pellicerent, aut averterent* Lov. 3. *Et* atque *ut* commutari solent. Vide hoc lib. ad c. 28. § 8. Sed nec vulgatum displicet: in Hispaniam trajecerunt, ut civitates adirent; adeundi autem caussa erat, ut in societatem Romanorum pellicerent, aut certe efficerent ne Pœnis opem ferrent. Solere autem Livium hac ratione τὸ *ut* geminare, dictum est ad I. 17. § 11. *Aut averterentur a Pœnis* Gaertn. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Conjecturam Gronovii præfert Crevier. Doujatius nullo sensu edidit *ut aut ad. civ., ut in soc. pellicerent, aut averterent a Pœnis*. Videtur emendationem Gronovii recipere voluisse, sed τὸ *aut* alieno loco inseruisse.

§ 7 *Ad Bergusios primum venerunt*] *Ad Barcusios* Hav. *Ad Argusios* Lov. 5. *Ad Artusios* Hearnii L. 1. Vide c. 23. § 2. Tum *prime venerunt* Lov. 2. 4. 5. *primum pervenerunt* Rec. *primum pervenere* edd. vett. Mox *ad cupiditatem novæ fortunæ*, pro *ad cupiditatem*, Ber. Alibi hæ voces commutantur. Vide ad XXVII. 27. § 1.

§ 8 *Ad Volscianos inde est ventum*] *Ad Voltianos* Hav. et edd. antiqq. *Ad Volcianos* reliqui, si non omnes, certe plerique codd. mei, et Hearnii N. Postea Paris. 1573. hic quidem *Volcianos*, at mox hoc cap. § 11. *Volcianorum*, sine dubio scribarum errore, ediderunt; quam scripturam mox Francof. ed. 1578. et hic et ibi recepit; ex quo tempore recentiores editores id utrobique servarunt, et Marca etiam in Marc. Hisp. II. cap. ult. de hoc populo agens, similiter *Volscianos* vocavit. Quum autem 'Volsciani' æque ac 'Volciani' incogniti sint, priori nomine, quod nuper demum natum est, ejecto, posterius restitui, donec major nobis lux oboriatur. Utrum vero cum Doujatio *Ad Vescitanos* reponendum sit, non adsentientibus codd. nihil definio. Tum *inde ventum est* Gaertn. In sequentibus vox *Romano* exsulat ab Harl.

§ 9 *Quæ verecundia est, vos, Romani, postulare*] Pal. 3. *vos, o Romani*. Gebh. *Quæ ver. est, Romani, post. vos* Flor. et Cant.

Uti vestram Karthaginiensium præponamus amicitiæ] *Ut vestram* Ber. et edd. vett. Vide ad XXXVII. 46. § 10. *Utrum vestram* Gaertn. Tum *præp. Karth. amicitiæ* Rec. *Karthag. amicitiæ præp.* Flor. et Cant. Atque hoc ordine vocabula illa edidit Jac. Gronovius. Ceterum Hearnii N. totam hanc periodum ita in margine concipit: *uti vestras Carthag. præp. amicitias, quum vos feceritis Saguntinis crudelius, quam Pœnus hostis, qui eos interfecit? vos socii prodideritis*. Similiter fere *quum vos feceritis Saguntinos crudelius, quam Pœnus hostis ante interfecit eos* Ber. *quum, qui id fecerunt Saguntini* Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl.

Digitized by Google

Rec. Gaertn. et Hearnii N. in contextu. Tum *Pœnus hostis prodidit* Voss. Lov. 2. 4. et Gaertn. *Pœnus hostis interfecerit* Hav. Tandem *socii perdideritis* Rec. Vide ad x. 19. § 2.

§ 10 *Ibi quæratis socios, censeo, ubi Saguntina clades*] *Et ibi quær. socios censeo* Rec. *ibi quæratis socios, ubi Sag. clades* Lov. 2. Mox *docum. ruinæ nunc* Gaertn. *docum. Saguntinæ ruinæ erunt* Hearnii D. quod aures respuunt, præsertim reliquis codd. dissentientibus.

§ 11 *Ab nullo deinde concilio Hispaniæ benigniora verba tulere*] Pal. 3. *ab nullo deinde consilio Hisp. benig. verba retulere.* Gebh. *A nullo deinde consilio Hisp. benigniori verba tulere* Gaertn. *consilio* etiam Lov. 5. Verum intelligitur conventus cujusque Hispaniæ populi, qui *concilium*, non *consilium*, vocatur. Vide Gron. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Itaque, nequidquam peragrata Hispania, in Galliam transeunt. In his nova terribilisque] Cum dicit *in Galliam*, statimque subjungit *In his*, videri potest syllepsis et genere et numero esse: quamquam etiam nomen alicujus populi omissum fortassis est; quippe qui post aliquot versus subnectat, 'Eadem ferme in ceteris Galliæ conciliis dicta auditaque.' Sed judicet lector. *Glar.* Excidit hoc loco nomen ejus populi, quem primum in Gallia legati Romani adierunt: ut enim in Hispania 'Bargusios' et 'Volcianos' aditos dixit, sic in Gallia præcipuos quosdam nominabat populos, præsertim vero cum dicat, 'In his nova terribilisque species visa, quod armati, ita mos gentis erat, in concilium venerunt.' Non enim totius Galliæ hic erat mos, sed præcipue eorum, quos primum adierunt; et post subjungat cap. seq. 'Eadem ferme in cæteris Galliæ conciliis dicta auditaque.' Qui vero populi fuerint, ne divinare quidem possum. Ita tamen legendum existimo, *Ita nequioquam peragrata Hispania, in Galliam ad .... transeunt. In his novæ*, &c. Idem sentit etiam Glareanus. *Sigon.* Pal. 2. *transierunt.* Glareanus et post hunc Sigonius, populi nomen deesse, conjiciunt; quod ex nostris libris restitui non potest. *Gebh.* Glareanus et Sigonius excidisse nomen populi, quem primum adierunt Romani legati, existimant. Lacunam ita agnoscit Sigonius, *in Galliam ad ** transeunt.* Qui vero populi fuerint, negat posse divinare. Arvernos fuisse licet colligas ex XXVII. 39. 'Hasdrubali et sua et aliorum spe omnia celeriora atque expeditiora fuere: non enim receperunt modo Arverni eum, deincepsque aliæ Gallicæ atque Alpinæ gentes.' Num fuit ergo? *In Arvernis nova.* J. F. Gron. Nisi aliud obstaret, facile admitterem syllepsin cum Glareano. Eam enim frequenter apud Livium obcurrere, docebimus ad XXXVII. 29. § 11. At nunc verba, quæ Sigonius ex cap. seq. laudavit, ostendunt concilii vel populi alicujus nomen latere. Patris conjectura displicuit Jac. Gronovio, qui in Diss. Epist. ad Livii loca quæd. Geogr. ep. II. p. 15. scribendum conjicit *in Galliam transeunt. Ruscinone terribilis species visa est.* Quod iterum examinavit, et refellere conatus est Jasitheus in Apolog. pagg. 11. et 32. neque tamen sententiam, quemadmodum locum Livii constituendum credat, interposuit. Crevier. *Ruscinonis* mentionem feliciter a Jac. Gronov. restitutam existimat, in eo tamen ab illo dissentiens, quod, voce *nova* servata, legat *Ruscinone nova terribilisque species visa est.* Mihi tutius videtur, silentibus omnibus Mss. manum abstinere. Alteram tamen rationem Sigonii, ob quam populi alicujus Galliæ nomen excidisse putabat, nempe non totius Galliæ morem fuisse ut armati in concilium veniant, haud male falsi arguit idem Jasith. testimonio Nic. Damasc. in Exc. Peiresc. p. 513. Κελτοὶ σιδηροφορούντες τὰ κατὰ

Digitized by Google

πόλιν πράττουσι· *Celtæ ferro succincti reipublicæ negotia tractant.* Cui addi potest locus Cæsar. Bell. Gall. v. 54. 'Armatum concilium indicit. Hoc more Gallorum est initium belli, quo lege communi omnes puberes armati convenire coguntur.' Unde tamen colligendum videtur, Gallos non semper armatos in concilium venisse; sed tantum, si de bello consultandum esset. *Ita*, pro *Itaque*, ut Sigonius legit, etiam est in Flor. a m. pr. Lov. 4. et Rec. Tum *nequidquam* omittunt Cant. et Lov. 1. Tandem *transierunt*, pro *transeunt*, Hafn. Gaertn. et Rec.

Cap. xx. § 1 *Species visa est, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt*] *Visa est species* Lov. 4. et 5. Seqq. omnia vocabula deerant in Ber. a m. pr. adscripta autem fuere a manu altera, sed alio ordine in his *mos erat gentis*. Præterea *erat* omittitur in Lov. 1. Tum *in consilium venerunt* Lov. 5. Male. Vide ad cap. præc. § 11. *In concilium venire* Gaertn. qui dare voluisse videtur *venere*.

§ 2 *Quum, verbis extollentes gloriam virtutemque populi Romani ac magnitudinem imperii, petissent*] Τὸ *verbis* omittitur in Ber. qui etiam alio ordine præfert *gloriam ext. virtutemque:* at *ext. virtutem gloriamque* omnes edd. usque ad Jac. Gronov. qui verba trajecit, ut nunc eduntur. Et ita legunt omnes reliqui, quos consului, codd. Deinde *ac magnit., petissent*, omissa voce, Cant. *petiissent* Hafn. Vide ad xxxvii. 45. § 2. Mox *ne Pœno bello*, pro *bellum*, Lov. 1.

§ 3 *Tantus cum fremitu risus*] Voce perperam addita, *tantus autem cum frem. risus* Ber.

§ 4 *Adeo stolida impudensque postulatio visa est, censere*] Videtur supervacaneum esse et exterendum τὸ *censere*. J. F. Gron. Doujatius quidem judicat absque τῷ *censere*, quod Gronovius delet, orationem magis perspicuam fore: simul tamen etiam vulgatum ita intelligi posse existimat, quasi Livius dixisset 'postulatio, ut' Galli 'censerent.' Sed Gronov. adsentitur Crevier. Mox, trajectis vocibus, *Galli transmittant* Lov. 4. et 5.

Ipsos id avertere in se, agrosque suos pro alienis populandos objicere] *Id advertere* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hafn. Male. Vide ad i. 40. § 7. Tum *agros suos* Flor. Deinde *pro alienis depopulandos* Lov. 4. quod etiam voluisse videtur librarius Lov. 5. qui tamen per errorem dedit *deplorandos*. Sed neque in his codd. satis auctoritatis est, ut vulgatum mutem. Vide ad ii. 61. § 2.

§ 5 *Sedato tandem fremitu, responsum legatis est*] *Sedato tamen frem.* Voss. *Sed. tamen hoc frem.* Lov. 3. Solent hæ voces a scribis confundi. Vide ad xxii. 2. § 11. Tum *legatis responsum est* Lov. 2. et Hav. Τὸ *est* autem exulat a Flor. Mox *ob quæ pro Romanis*, una voce neglecta, Gaertn.

§ 6 *Gentis suæ homines agris finibusque Italiæ pelli*] Flor. *agro finibusque in Italia pelli*. J. F. Gron. Duplicia cod. Flor. excerpta habeo: in utrisque autem notatum tantum video *agro finibusque Italiæ*. Præterea τὸ *suæ* a Colbert. abesse Hearnius monuit. Paullo ante *Contra audire sese* Lov. 3. et edd. vett. usque ad Aldinam, quæ recte substituit *Contra ea audire sese*. Et ita est in reliquis scriptis. Vide ad xli. 24. § 8.

Stipendiumque pendere, et cetera indigna pati] Vetustæ duæ edd. *stipendiumque facere*. Pal. 1. *stipendiumque petiendi*. Pal. 2. *pendi*. Pal. 3. *impatiendi*. Gebh. *Stipendiumque peti* Lov. 2. Ber. Hav. et Brancal. Latinii: *stipendiumque peciendi* Lov. 1. *stipendiumque penendi* Voss. in contextu, sed *pendi* in margine, quod etiam superest in Flor. Cant. Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. *stipendiumque faciendo* Lov. 3. *stipendiumque faciendi* Rec. *stipendiumque facere* edd. vett. pro quo Aldus *stipendiumque pendere* restituit.

Digitized by Google

Tum *etiam cetera indigna pati* Lov. 3. *et cetera indigne pati* Rec.

§ 7 *Eadem ferme in ceteris Galliæ conciliis dicta auditaque*] *Conciliis audita* Lov. 3. *conc. dicta auditaque sunt* Ber. Mox *venere*, pro *venerunt*, edidit Jac. Gronovius. Et ita est in omnibus scriptis.

§ 8 *Ibi omnia, ab sociis inquisita cum cura ac fide, cognita*] Si sic distinguas, possis hæc tolerare, ut sit sensus intellexisse ibi omnia Romanos, quippe quæ socii Massilienses diligenter et fideliter inquisivissent. Et est genus sermonis, quale notavimus II. 9. 'Salis vendendi arbitrium in publicum omne sumptum, ademptum privatis.' Etsi commodius foret *Ibi omni re ab sociis inquisita cum cura ac fide cognitum*. J. F. Gron. Idem in pr. ed. nott. conjecerat scribendum *Ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide: cognitum*. Ber. habet *a sociis*: neque aliter edd. Aldo priores. Insuper *cum cura et fide* Lov. 3.

Præoccupatos jam ab Hannibale Gallorum animos esse] Flor. *præoc. jam ante ab Hann.* Habet et Gud. litera auctum *antea*. Lib. XL. cap. 4. 'Ad multo ante præcogitatum revoluta facinus.' Et c. 23. 'Legati jam ante præmeditati in Macedonia, quæ ab Roma renunciarent.' *J. F. Gron. Præoc. jam ante ab Hann.* etiam Cant. Trium itaque codicum auctoritate in contextum recepi. A librariis neglecta fuisse videtur vocula *ante*, quia propter præcedens *præoccupatos* supervacua esse, ac tuto omitti posse videbatur. Verum ita et alibi Livius locutus est. Infra XLII. 47. 'Ut omnia opportuna loca præoccupari ante ab eo potuerint.' Talia sunt 'prior prævenire,' 'ante præparare,' 'prius præcipere,' 'ante præcavere,' 'prius præmeditari,' 'ante præscire,' 'ante prævidere,' 'ante prædicere,' apud Livium et alios scriptores usitata. Supra IX. 23. 'Quo quum prior Romanus exercitus magnis itineribus prævenisset.' X. 41. 'Ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt.' XXI. 32. 'Quamquam fama prius præcepta res erat.' XXXVI. 17. 'Satis undique provisum anteque præcautum est:' quibus locis vide quæ notantur. XXXVIII. 3. 'Nihil, ne bellum haberent, prius, quam pene in conspectu hostis erat, præmeditati.' Ter. in Andr. I. 5. 3. 'Uxorem decrerat dare sese mi hodie: nonne oportuit Præscisse me ante?' Tacit. Annal. XI. 7. 'Nihil a quoquam expeti, nisi cujus fructus ante prævideritt.' Colum. VII. 13. 'Manu non sunt vellendi, ne, ut et antea prædixeram, faciant ulcera.' Justin. XXXIX. 2. 'Grypus, prædictis jam ante insidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam jubet:' ubi non audiendus est Scheff. lectionem hanc mutans, quod perperam etiam tentavit Rhenanus in laud. Taciti loco. Ejusdem generis sunt προδραμὼν ἔμπροσθεν, apud D. Lucam c. XIX. Euang. vs. 4. et 'præferri præter castra,' de quo vide ad Livii VI. 29. § 3.

Ni subinde auro, cujus avidissima gens est, principum animi conciliarentur] A novissimis est Gruteri: nam priores editi *concilientur*: ut et scripti, in quibus omnium optimus Puteanorum fratrum, qui a posteriori syllaba τοῦ *cujus* orditur. *J. F. Gron. Concilientur* etiam omnes mei. Præterea *ni subinde auri cupidine, cujus avidissima* Ber. *ni subinde auri cupidine avidissima* Hearnii Oxon. N. in cujus tamen margine emendatur, ut vulgatum est. Tum *principium animi* Hav. et ed. Ald. in contextu. Vide ad II. 27. § 12. et hoc lib. ad c. 2. § 4. Paullo ante *sed nec illi quidem ipsi* Hearnii Oxon. N. a m. pr. *sed ne illi ipsi quidem* Lov. 2. et Hav.

§ 9 *Civitatem omnem in exspectationem belli erectam*] *In exspectione belli* Flor. Lov. 4. 5. Ber. et Rec. cum Hearnii N. In præcedentibus *Itaque peragratis Hispaniæ et Galliæ populis*

Digitized by Google

Hearnii L. 1. Vide hoc lib. ad c. 53. § 7. *Ita peragratis Hispaniæ Galliæ populis* Lov. 1.

Jam Iberum Pœnos transisse] Liber optimus *tramisisse*. Lib. XL. c. 41. 'Præter oram Etrusci maris Neapolim transmisit.' *J. F. Gron.* Lib. XXI. c. 51. 'Nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam forte transmiserant ad vastandam Italiæ oram.' XXII. 20. 'In Ebusum insulam transmissum.' XXX. 24. 'Onerariæ naves in Africam transmiserunt.' XXXI. 7. 'Si Philippus in Italiam transmisit.' Puto autem *transisse* ex glossemate interpretis redeptum esse. Similiter errabatur in quibusdam codd. hoc lib. c. 30. § 8. c. 52. § 4. et alibi.

CAP. XXI. § 1 *Sagunto capto*] Capite tamen 19. dixit *Sagunto excisa*. Jac. Gronov. Id non persuadet, alterutro loco, certe hoc, ubi omnes codd. vulgatum servant, aliquid mutandum esse. Similiter enim hoc lib. c. 15. 'Octavo mense, quam cœptum obpugnari, captum Saguntum quidam scripsere:' et c. 18. 'Privato publicone consilio Saguntum obpugnatum sit.' Et his locis vulgata lectio consensu Mstorum omnium probatur, nisi quod eorum priori unum eod. *captam Saguntum* præferre ibi vidimus. Similiter variat etiam Silius Ital. quum enim dixisset I. 332. 'Sed dignam Ausonia mortem putat esse Sagunto, Servata cecidisse fide:' et III. 178. 'Quod tanto cecidit molimine Graja Saguntos.' Postea dicit XVII. 329. 'Quid vos, quis claro deletum est Marte Saguntum, Exhorter?' ubi vide quæ notavi.

Seque non ducem solum, sed etiam caussam esse belli] *Tὸ que* exsulat a primis edd. Cæterum Pal. 3. *seque non ducem belli solum, sed caussam esse*. Gebh. Primæ, quas vidi, edd. *se non ducem solum, sed caussam esse belli*. Aldus deinde edidit ut nunc vulgo exstat. Neque inde abeunt ulli codd. nisi quod *esse* exsulet a Gaertn.

§ 2 *Partitis dividendisque reliquiis prædæ*] Credo *divenditis*. Valla. Ut Valla emendavit, ita receptum Jeanni Andreæ et Petro Justino Philelfo, qui, ut ipse in fine libri fatetur, tria Livii decadas recognovit, imprimente Mediolani Antonio Zarotho, impensis Joannis Legnani decimo Kalendas Novembres anno a natali Christi millesimo quadringentesimo octogesimo. Pall. 1. et 2. *dividendisque*. Pal. 3. *divisisque*. Gebh. *Partiendis dividendisque* Lov. 5. *partitis dividentisque* Flor. a m. pr. *partitis dividendisque* a m. sec. Et ita est in Lov. 2. 3. 4. Hafn. Gaertn. et Hearnii N. in cujus margine emendatur *partitis divisisque*: quod ultimum servant etiam ejus L. 1. Ber. Harl. Rec. Hav. Brancal. Latinii, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *partitis divendendisque* Voss. *partitis divenditisque* Hearnii D. et, ut videtur, Lov. 1. ac Cant. unde nihil in excerptis notari video. Verba *divendere* et *dividere* in Mss. commutari, vidimus ad I. 53. § 3. Mox autem *ultra*, quod in omnibus Mss. exstat, omissum fuit in plerisque prioribus edd. Recte itaque Moguntini et ante eos Parm. ed. id in contextum receperunt. Hinc *milites convocavit*, pro *convocat*, Lov. 4.

§ 3 *Credo ego vos, inquit, socii, et ipsos cernere*] Pal. 2. *Credo ergo vos*. Gebh. De hoc librariorum errore vide ad XXXVII. 53. § 11. *Credo ego vos, inquit, ipsos, socii, cernere* Lov. 2.

Aut finiendam vobis militiam, exercitusque dimittendos esse] Put. *nobis*. J. F. Gron. Ita etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Harl. Hafn. et Rec. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Recte igitur Gronov. hanc lectionem in contextum recepit. Præterea *finiendum* Lov. 1. 4. 5. et Rec. invitis melioribus. Mox *terras* deficit in Lov. 2. et 4.

§ 4 *Hæ gentes non pacis solum, sed etiam victoriæ bonis florebunt*] *Hos*

Digitized by Google

gentes Gaertn. *hæc gentes* Ber. a m. pr. *et gentes* a m. sec. Tum *florebant* Lov. 5. et Hav. Mox *quæramus* Hearnii N. sed pro eo in margine emendatur *quæremus*.

§ 5 *Quando domos vestras, et quæ cuique ibi cara sint, visuri sitis*] Flor. *sunt*. Rectius: non est enim dubium quin *sint*. Sic et c. 3. lego, 'Cujus regis genero hereditarii sunt relicti exercitus nostri:' non *sint*. J. F. Gron. Vulgata lectio, quam tamen firmant omnes reliqui mei, primum adparuit in ed. Ald. *et quæcumque ibi sunt cara* priores exhibent: *et quæcumque ibi cara sint* Gaertn. *et etiam cuique ibi cara sint* Lov. 5. *sunt* etiam in Putean. invenit, ac probavit Crevier. Paullo ante *a domo instet* Lov. 1. et edd. Aldina vetustiores: *ab domo distet* Brancal. Latinii. In sequentibus *si quis vestrum, &c. edico, adsitis* desunt in Harl. culpa librarii ob vocum *sitis* et *adsitis* repetitionem. *Visere*, pro *invisere*, præferunt edd. vett.

§ 6 *Primo vere, edico, adsitis; ut, Diis bene juvantibus*] *Dico adsitis* Lov. 4. Sed prima litera intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6. Mox hoc cap. *edictum* vocat. Tum *ut* omittitur in Lov. 2. Deinde *Diis bene nunciantibus* Gaertn. De formula *Diis bene juvantibus* vide Brisson. de Form. l. 1. p. 79. Paullo post *ingentis prædæ gloriæque* alio ordine Ber.

§ 7 *Grata erat, et jam desiderantibus*] *Quanta erat* Gaertn. *grata fuit* Ber. Tum *et etiam desid. suos* Lov. 3. *nam desid. suos* Hav. *Τὸ suos* non adparet in Cant.

§ 8 *Inter labores, aut jam exhaustos, aut mox exhauriendos, renovavit corpora animosque*] Pal. 1. *inter labores aut inexhaustos*. Pal. 3. *inter labores aut etiam exhaustos*. Statim alio ordine Pal. 2. *corpora animosque renovavit*. Gebh. *Aut etiam exhaustos* Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *aut et jam exhaustos* Hearnii D. et N. Deinde *aut mox hauriendos* Lov. 4.

§ 9 *Vota exsolvit: noviaque se obligat votis*] Ant. Perizonius ad marginem Livii adscripsit, se malle *votis* abesse, quod etiam apud me in uno deest Rec. Viro docto ideo ea vox displicuisse videtur, quod *vota* præcesserit. Sed vide quæ notantur ad I. 3. § 9. Paullo ante *omnia auxilia gentium* Lov. 5. Ber. Rec. et Hav. *omnium gentium auxilia* Flor. et Harl.

Si cetera prospera evenissent] Vet. lib. *prospere*. Sigon. Pal. 3. *prospere evenissent*. Gebh. Sigonius *prospere*, ut alibi sane Livius, et lib. IX. libroque XXII. Sed nostri plures tenent alterum, defenditque Sallust. in Catil. c. 26. 'Quoniam, quæ occulta tentaverat, aspera fœdaque evenerant.' *J. F. Gron.* Liv. l. XXIX. c. 18. 'Nec tamen illi umquam postea prosperi quidquam evenit.' Vide ibi Gronov. *Duk.* *Prospere evenissent* Rec. *prospere venissent* Flor. 'Prospere evenire' recte dici, vidimus ad IX. 19. § 10. Hic tamen ob reliquorum, vulgatum defendentium, auctoritatem nihil mutandum puto. Infra XXVIII. 42. 'Quæ prospera tibi et populi Romani imperio evenere.' XXXVII. 47. 'Ut ea res prospera et læta eveniret.' XLII. 28. 'Quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, ut id prosperum eveniret.' Adjectiva sæpe pro adverbiis poni, videbimus ad XXII. 12. § 7. Ceterum *prospera evenisset* Hearnii D.

§ 10 *Inde partiens curas simul inferendi atque arcendi belli*] Pall. 1. et 2. *ad inferendum atque arcendum bellum*. Gebh. Magno consensu scripti *inferendum atque arcendum bellum*. Lege *partiens curas simul in inferendum atque arcendum bellum*. Phædrus l. III. c. 8. 'Dulcemque in ambos caritatem partiens.' Lib. XXII. c. 7. 'Quot casus exercitus victi fuerant, tot in curas dispertiti eorum animi erant.' Ta-

Digitized by Google

citus Histor. III. 58. 'Curam delectus in consules partitur.' *J. F. Gron.* Lectionem, quam magno consensu scriptos præferre Gronovius monuit, inveni in Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. invenit etiam Crevier. in suis: neque multum abit Voss. *inferendum atque parcendum bellum* exhibens, aut Hearnii D. qui *inferendum atque partiendum bellum* ostentat. Ea persuadent, recte Gronovium conjecisse *in inferendum atque arcendum bellum:* ut præpositionem *in* interceperit vocis seq. syllaba initialis. Vide ad VIII. 33. § 6. Aldus in contextu dedit *in ferendum atque arcendum bellum;* sed inter errata priorem lectionem revocavit.

Dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret] Vel *dum petit*, vel *quum peteret* legendum videtur. Vide ad I. 40. § 7. Deinde *terrestris* Lov. 5. Tum *per Hispaniam Galliamque* Rec. et Hearnii D. Male. Infra c. 23. 'Ut fauces, quæ Hispanias Galliis jungunt, in potestate essent.'

Valido præsidio eam firmare statuit] Put. *præsidio firmaret eam statuit.* Scribe *firmare et eam.* Neque enim ausim *firmare Metagoneam;* quod posset alicui in mentem venire ex Polybio III. 33. *τῶν δὲ προειρημένων τοὺς μὲν πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δ' εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα κατέταξαν.* Sed frustra opinor. *J. F. Gron.* Si præcessisset Hannibalem in Hispania præsidium reliquisse, *τὸ et* locum habere posset. Nunc vero, ubi nihil tale præmittitur, minus commodum videtur, et *firmaret* ab integerrimi codicis librario aberrante, pro *firmare*, scriptum puto. Quin insuper, licet darem Livium forte *firmare et eam* scripsisse, Gronovium tamen incertam hanc conjecturam in contextum ed. 1665. admisisse, eamque recentiores editores servasse, displiceret. Recte tamen Gronovius ex ejusdem codicis auctoritate voces transposuit; nam *firmare eam statuit* legunt etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. Ber. Harl. et Rec.

§ 11 *Petiit, ut Afri in Hispania, Hispani in Africa*] *Petivit* Lov. 3. quomodo *redivisse*, pro *rediisse*, vel *redisse*, erat in uno cod. VIII. 26. § 6. 'Tum *in Hispaniam, et in Africam* Lov. 3. et 5. *Afri in Hispania, in Africa Hispani* Flor. et Cant. Mox *a domo* Ber. Gaertn. et edd. antiqq. Tandem *mutuis pigneribus* Flor. et Lov. 1. Vide ad III. 38. § 12.

§ 12 *Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites cetratos*] Sic Polybius III. 33. *πεζοὶ μύριοι τρισχίλιοι διακόσιοι πεντήκοντα, ἱππεῖς δὲ χίλιοι διακόσιοι. Sigon. Octingentos septuaginta pedites* Lov. 3. 5. et Hafn. at *quinquaginta* omittitur in Cant. quum tamen Polyb. plane vulgatæ lectioni consentiat. Ceterum *cætratos* per diphthongum scribendum esse, monui olim ad Silli III. 278. eamque orthographiam Nic. Heinsius in optima ed. Virgilii recepit Æn. VII. 732. Ex Flor. hic nihil notatur; infra vero XXIII. 26. ubi hoc vocabulum iterum obcurrit, corruptum quidem exstat, sed ita, ut diphthongus tamen prima syllaba supersit. *Pedites creatos* est in Hav.

Et funditores Baleares octingentos septuaginta] *Baliares* Gaertn. Reliqui fere omnes *Baleares*, etiam Put. et Flor. qui tamen alibi modo *Baliares*, modo *Baleares* scribunt; quod de Putean. mihi adfirmavit *αὐτόπτης* Sallier. *Βαλιαρεῖς* vocantur Polyb. III. 33. et alibi. Vide ad Silii III. 365. Præterea *octingentos LX.* Ber. reliqui in numero nihil mutant. Polybius vero Baliarium numerum non exprimit. Ceterum omnia hæc verba neglegentia librarii omittuntur in Lov. 3.

§ 13 *Has copias partim Karthagini præsidio esse*] *Has tamen copias* Lov. 4. Edd. Aldina priores, quæ ignorant vocem præcedentem *ducentos*,

Digitized by Google

hic ejus loco *Et has copias* præferunt. Præterea *Karthagini esse* Huv. *Karthagini esse præsidio* Lov. 5. Mox *conquisitissimum in civitates missis* Voss. et Lov. 1. *conquisitoribus in civitatem missis* Guertn. *conquisitoribus missis*, reliquis neglectis, Lov. 2.

Quatuor millia conscripta delectæ juventutis] *Conscripti* Cant. quod, si locus distinctione adjuvaretur, et hæc majori interpunctione a sequentibus dividerentur, quemadmodum Aldus in contextu edidit, id postea tamen inter errata mutasse, probari posset exemplo eorum, quæ notantur ad l. XXXVII. c. 39. § 12. Quum tamen reliqui codd. nihil mutent, vulgatum probandum, et hæc atque sequentia uno complexu, et quasi per adpositionem dicta puto. *Descripta* edd. vett. pro quo Aldus recte *conscripta*. Tota vox aberat a Lov. 2. Mox in verbis seqq. *eosdem* non adpàret in Harl. Præterea *Karthaginem duci* alio ordine edd. Aldo priores.

CAP. XXII. § 1 *Atque ideo haud minus, quod haud ignarus erat, circumitam*] Dele, quantum potest, prius *haud*. Integra enim sententia est, *Neque Hisp. neglig. ratus, (atque ideo minus, quod haud ignarus erat, circ. ab Rom. legatis ad soll. principum animos) Hasd. fratri, &c.* J. F. Gron. Non negari potest, ingratam esse in tam brevi intervallo iterationem *τοῦ haud*, et sententiam videri postulare, ut primo loco tollatur. Quia tamen scripti Gronov. et Hearn. id habent, et apud alios quoque nonnulla hujus generis inveniuntur, in quibus altera particula negans abundat, non facile quidquam movendum puto. Vide ad Flor. III. 17. extr. Varro de Re Rust. I. 55. 'Nec hæc non minima caussa,' quod oliveta dicant alternis annis non ferre fructus.' Colum. de Re Rust. I. 3. 'Nec non nihil esse etiam parvo vehi.' Casaub. ad Suet. Claud. c. 1. de triplici negatione apud Græcos, 'Possem,' inquit, 'sexcenta hîc similia Græcorum scriptorum adferre, nec panca etiam Latinorum.' *Duk.* Codd. nihil mutant, nisi quod *aut*, pro *haud*, priori loco præferunt Lov. 1. et 5. solito scribarum errore. Vide ad XXVIII. 2. § 11. Eosdem autem librarios, sensum scriptoris non adsecutos, ejus verba negationem inmittendo interpolasse, vidimus hoc lib. c. 10. § 1. An tamen ita hic peccarint, ob illa quæ Duker. monuit, dubium videri potest. Ceterum *atque ideo quod haud minus* Harl. *atque ideo et haud minus* Guertn. Præterea *circuitam* Lov. 2. Ber. Huv. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed vide ad III. 6. § 9. Paulo ante *negligendam* Flor. et Lov. 1. Vide ad II. 11. § 4.

§ 2 *Firmatque cum Africis maxime præsidiis*] Aldus in contextu Livii edidit *firmatque cum Afr.* ut ita in Mss. suis invenisse verisimile sit, quod etiam in nonnullis meorum superest. Certe ita etiam est in edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad X. 7. § 3. At idem Aldus rectius inter errata *cum* revocavit; quod deinde omnes editores servarunt, uno Clerico excepto; quem in errorem, ut iterum *cum* ederet, illud induxisse videtur, quod in quibusdam exemplaribus editionis Gronov. 1679. quam secutus est, vix dijudicari possit, utrum prior hujus voculæ litera *c* an *e* foret. Talia certe me vidisse affirmo. Præterea *Afris maxime præsidiis* Ber. Male. Silius XVI. 180. 'animo jam tum Africa bella capessit:' ubi vide quæ notantur.

Peditum Afrorum undecim millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus: ad hæc equitum auxilia] In Polybio ita legitur III. 33. 'Pedites autem ex Africa XI. millia octingentos quinquaginta, ex Liguribus trecentos, ex Balearibus quingentos.' Quare hic distinguendum et post *quinquaginta*, et post *trecentis*. Deinde post *Balearibus* addendum *quingentis*, tollendaque distinctio post

Digitized by Google

Liguribus, ut totus locus ita legatur: *Firmatque cum Africis maxime præsidiis, peditum Afrorum undecim millibus, octingentis quinquaginta: Liguribus trecentis, Balearibus quingentis.* In elephantorum ac Libyphœnicum numero etiam discrimen est; sed fieri potest, ut Livius non ubique sit secutus Polybium. *Glar.* Harum copiarum summa ad verbum sumpta est a Polybio, qui ita ait III. 33. τῶν δὲ Λιβύων μυρίους χιλίους ὀκτακοσίους πεντήκοντα, Διγυοστίνους τριακοσίους, Βαλιαρεῖς πεντακοσίους. Ex hujus verbis perspicue apparet, in Livianis libris deesse vocem *quingentis*: ut sit *Balearibus quingentis*, atque ita hunc locum esse legendum et distinguendum: *peditum Afrorum XI. millibus DCCCL. Liguribus CCC. Balearibus D. Ad hæc.* Notæ numeri *D.* crevit errorem, præsertim vero cum sequeretur *ad*: eaque excidit. *Sigon.* Vox *quingentis* etiam in omnibus meis deest, quam viri docti ex Polyb. recte restituisse videntur. *Baliaribus* autem hic præfert Flor.

§ 3 *Equites Libyi Phœnices (mixtum Punicum Afris genus) CCC. et Numidæ*] Hujus quoque loci lectorem admonendum duxi, quandoquidem omnes fere Liviani codd. divisis dictionibus id habeant: quum *Libyphœnices* sit dictio uno spiritu enunciandæ. *Sabell.* Quia totus hic locus a Polybio desumptus, scribe, *CCCCL. Numidæ Maurique.* Sic enim ille III. 36. ἱππεῖς Λιβυφοινίκων μὲν καὶ Λιβύων τετρακοσίους πεντήκοντα: nec absurdum est, *ci* transisse in *et*. Confirmat conjecturam nostram, quod in Flor. et Gud. plane est *CCCC.* J. F. Gron. Eamdem scripturam servant etiam Cant. et Harl. Conjecturam Gronovii in contextum recipere voluit Clerious, sed primo negligentia summa dedit *CCCL. Numidæ, Maurique*, pro *CCCCL.* Deinde ejus rei lectorem monere oportuerat, quemadmodum se facturum in præfatione promisit. Quin insuper dubium est, utrum Gronovii emendatio, licet admodum ingeniosa, tamen vera sit: quum ne sic quidem inter Polyb. et Livium conveniat. Ea enim recepta quadringenti et quinquaginta equites secundum Livium erunt *Libyphœnices*, secundum Polybium *Libyphœnices et Libyes* vel *Afri*.

Et Numidæ Maurique adcolæ Oceani ad MDCCC.] *Et Numidæ decem, Maurique* Lov. 5. Tum *et tria millia DCCC.* Lov. 3. Sed numerus vulgatus convenit ei, quem edit Polyb. III. 33. Νομάδων δὲ, Μασσυλίων, καὶ Μασσαιλίων, καὶ Μαυρουσίων, τῶν παρὰ τὸν Ὠκεανὸν, χιλίους ὀκτακοσίους. Præterea *ad mille octingentos* pleræque codd. *ad mille octingenti* pauci: per numerum demum Paris. 1579. et inde recentiores omnes. Ceterum omnia hæc vocabula desunt in Heinrii D.

Parva Ilergetum manus ex Hispania, ducenti equites] *Illergetum* Ber. *Lergetum* Lov. 2. *Isergetum* Lov. 5. *Vergetum* Lov. 3. 4. et Harl. *Vegetum* Voss. et Lov. 1. Vide cap. seq. § 2. Polyb. id exprimit III. 33. Λοργιτῶν δὲ τριακοσίους: ad quem locum mihi nonnemo interpretes. Sed videtur omnino legendum esse Ἰλουργητῶν. Quæ etiam sententia fuit interpretum Polybii, qui, teste Ortel. in Thes. Geogr. voce 'Lorgitæ,' reddiderunt *Ilergetes*, licet ipse Ortelius populum potius Africæ indicari putet, et Casaub. in Latina interpretatione *Lorgitas* servarit. De Ilergetibus vide Marcæ Marcam Hispan. II. 26. Quod autem ad numeri Polybiani et Liviani differentiam adtinet, uter ex utro emendandus sit, sine ope librorum constitui nequit.

Ne quod terrestris deesset auxilii genus, elephanti quatuordecim] Vereor ne legendum sit *XXI.* nam Polybius III. 33. edit ἐλεφάντας εἴκοσι καὶ ἕνα. *Sigon.* Sigonius ex Polybio suspicatur legendum *XXI.* contra omnes li-

Digitized by Google

bros, sicut et ante *Balearibus D.* Gebh. In numero nihil etiam mutant mei, nisi quod *elephanti XXIIII.* sit in Lov. 5. Insuper *ne quid* edidit Jac. Gronovius, quod inter errores operarum referri posset, nisi supereset in Flor. Cant. et tantum non omnibus reliquis.

§ 4 *Classis præterea data est ad tuendam maritimam oram*] Voss. et Men. *data ad tuende maritime ore.* Sed in Voss. secunda manu factum *tuenda.* Voluit *classis præterea data ad tuenda maritimæ oræ.* Ea scilicet, qua dabatur facilis appulsus navium. Quædam enim ipso litorum ingenio aut munitis urbibus castellisque tuta erant. Nisi malis *Classis præterea data est tuendæ maritimæ oræ.* J. F. Gron. *Classis præterea parata ad tuendam maritimam oram* primæ edd. pro quo Aldus reposuit *classis præterea data ad tuendam maritimam oram:* id autem obtinuit usque ad Gruterum, cujus edd. præferunt, addita voce *classis præterea data est ad tuendam, &c.* Sed verbum interpositum ignorant plerique Mss. Superest enim tantum in Ber. et Hearnii N. at transponitur *classis præterea est data* in Lov. 1. Suo igitur merito expunxi. Major est varietas in altera parte horum verborum. Vulgatum servant Harl. Ber. Rec. et Hearnii D. *ad tuendum mar. oram* Lov. 2. *ad tuenda maritumæ ora* Flor. *ad tuenda maritimæ oræ* Gaertn. *ad tuenda loca maritima oræ* Hearnii L. 1. *ad tuenda maritimæ oram* ejusdem N. *ad tuitionem maritimæ oræ* Hav. *ad tuendæ maritimæ oræ* Cant. et Lov. 1. *tuendæ maritimæ oræ* Lov. 3. 4. 5. et Hafn. Si quid judico, aut hoc, aut vulgatum verius est. Mox in verbis seqq., *ea inde quoque*, pro *ea tum quoque*, Hearnii D. Deinde *quadriremes duæ et triremes quinque*, interposita copula, Ber.

Sed aptæ instructaque remigio] Hoc ait Polybius III. 33. πληρώματα ἔχουσαι. Ceterum in numero navium non discrepant. *Sigon.* Hæ voces cum octo sequentibus non exstant in Lov. 2. 4. et Ber. a m. pr. omissæ negligentia librariorum ob repetitionem dictionum 'triremes quinque.' Vide ad IX. 11. § 11.

§ 5 *Ab Gadibus Karthaginem ad hiberna exercitus rediit: atque inde*] *A Gadibus* Voss. Lov. 1. 2. Ber. Hav. et editi usque ad Aldum. Deinde *ubi ad hib. ex. rediit* Lov. 3. *ad hiberna rediit* Lov. 4. et Ber. Tum τὸ *atque* exsulat a Rec.

Profectus præter omissam urbem ad Iberum maritimamque oram ducit] Quidam restituerunt *Etovissam urbem.* In Ptolemæi codice II. 6. *Etobessa Edetanorum urbs* hoc itinere legitur. *Glar.* Ptolemæus II. 6. nominat Ἠτοβήσσαν, statuitque inter Ἐδετανούς. *Sigon.* In loco Ptol. vulgo editur Ἠτόβησα, pro quo codex scriptus Coislin. Ἠτόβησσα, quemadmodum scribendum esse viri docti apud Cellar. Geogr. Antiq. l. II. c. 1. p. 84. conjecerunt. In hoc Livii loco *præter omissam urbem*, cum edd. Frobeniana 1531. antiquioribus, legunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. et Gaertn. *propter . . missa urbe* Hearnii N. *præter Obvissam urbem* ejusdem D. *præter Obmissam urbem* Harl. *præter Anissam urbem* Lov. 3. *juxta ommissa urbe* Lov. 5. *ömissa urbe* Hav. et Hafn. qui ambo deinde *præter maritimam oram* legunt. *Maritimam oram* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii N. In recentioribus autem edd. locus ita interpungitur, *profectus præter Etovissam, urbem ad Iberum, maritimamque oram ducit:* quod primum in Heinsii Elzevir. obvium fuit: ab ea priores edd. a Curione usque ad Elzev. non differunt, nisi quod minorem distinctionem post *Etovissam* omittant. Hinc sequitur, Etovissam a Livio ad Iberum poni, unde tamen remotam fuisse viri docti existimant. Hinc Jac. Gronov. Dissert. Epist. in

Digitized by Google

Livii loca quæd. Geogr. ep. 3. p. 22. ita distinguit, et ex vestigiis Mstorum τὸ que expellentium, emendat *profectus, præter Etovissam urbem, ad Iberum maritima ora ducit.* Verum si Hannibal, ut ibi inquit, maritima ora ab Karthagine ad Iberum duxit, Etovissa urbs maritima esse debet, quam tamen Ptolem. inter urbes mediterraneas Edetanorum recenset, superius p. 39. ubi ejusdem populi oram litoralem describit, nullam Etovissæ mentionem faciens. Verius itaque Cellarius Geogr. Antiq. II. 1. p. 84. *maritimumque oram* servans, tantum interpunctionem mutat. Prava interpunctio Donjatio fraudi fuit, atque effecit ut quæreret, quæ urbium hodie ad Iberum sitarum Etovissa Livii foret.

§ 6 *Neque usquam a se deflecteret oculos*] *Nec usquam a se* Ber. *neque unquam a se* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 31. § 5. *neque usque ad se* Harl. et Exc. Pithœi. Paullo ante *ducem in Italia*, pro *in Italiam*, Rec. et Hearnii N. in marg.

§ 7 *Agitante animo temperare animo nequisse*] Vos emendastis *temperare animum.* Ego reor sic emendandum, *agitaret, animo temperare omnino.* Valla. Nec lectio, quæ huic Vallæ adnotationi præfigitur, neque alterutra ab ipso in adnotatione memorata, in ullo codice vel ed. mihi obvia fuit. Typis descripti constanter præferunt, ut nunc editur. At *agitaret animo, temperare animo oculis* legunt Voss. et Lov. 1. ac 3. *agitaret animo, temperare oculos* Lov. 2. *agitaret animo, temperare oculos oculis* Harl. Sed vulgatum præstat. De locutione 'agitare animo' vide ad XLIV. 18. § 1. *Temperare oculis* autem est oculos cohibere: ut 'temperare iræ' XXXIII. 20. 'temperare manibus' XXXII. 20. Vide ad IV. 3. § 6. Denique *nequisse* Gaertn. *nequisse*, ut adnotationi Vallæ præscripsit, Lov. 5. Rec. et Hav. Vide ad V. 10. § 10. Paullo ante τὰ *aut respicientem* scribarum culpa omittuntur in Lov. 1. et 3. Hinc *se secutum* habent edd. antiqq. usque ad Aldum, qui, consentientibus omnibus scriptis, τὸ *se*, ex prima syllaba vocis seq. perperam repetitum, primus omisit. Postea *caussa humani ingenii*, pro *cura*, Lov. 5. Vide ad IX. 29. § 1. *Cura ingenii humani* Flor. *more ingenii humani* legendum esse, ad marginem Livii conjecit Ant. Perizonius.

§ 8 *Tum vidisse, post se serpentem mira magnitudine, &c.*] Poëta Silius III. 185. 'Cum subitus circa fragor, et vibrata per auras Exterrent sævis a tergo sibila linguis,' &c. Ceterum Val. Max. elegantissime hoc idem (quod tamen Polyb. III. 48. ut fabulam irridet) tradit I. 7. ex. ext. 1. Cic. vero longe aliter hæc narrat de Divin. I. 24. *Modius. Eum vidisse* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad IX. 35. § 7. Deinde *post sese* edidit Gronov. quomodo præfert Flor. pronomen omittitur in Hearnii D. Sed interceptum est a vocis proximæ syllaba initiali. Vide ad XXIX. 21. § 7. Hinc *serpentem miræ magn.* Ber. et Rec.

§ 9 *Audisse: Vastitatem Italiæ esse: pergeret porro ire, nec ultra inquireret, sineretque*] *Audivisse* Lov. 3. Tum *pergere porro ire* Harl. *pergeret porro iret* Hearnii N. a m. pr. *pergeret porro, id nec ultra inq.* Lov. 2. *pergent porro ire, nec ultra inquirent, sinentque* Gaertn. Voces *porro ire, nec ultra inquireret, sineretque fata in occulto esse* desunt in Hav.

CAP. XXIII. § 1 *Hoc visu lætus*] *Hic visu lætus* Gaertn. *Hoc jussu lætus* Lov. 1. Vide ad IX. 24. § 4. Mox *traducendus exercitus esset* Ber. in quo etiam *exercitus* omittebatur a m. pr. *traducendus erat exercitus* legunt Lov. 4. et 5.

Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit] Sic Polybius III. 35. πεζῶν μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ περὶ μυρίους καὶ

Digitized by Google

διοχιλίους· καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμόν. *Sigon.*

§ 2 *Ilergetes inde, Bargusiosque, et Ausetanos, et Aquitaniam*] Sic Polybius III. 35. Τὸ τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος, καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς Αἰρηνοσίους καὶ τοὺς Ἀυσοσίνους. Quos vocat Livius *Ausetanos*, eos Ptolemæus II. 6. Αὐθηταvοὺς nominat. *Sigon. Ilergetes* Gaertn. *Lergetes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. et Hav. *Illergetes* Ber. *Ilergentes* Hearnii N. in contextu, *Ilergethes* in margine. *Vergetes* ejusdem L. 1. Vide ad cap. præc. § 3. Tum *deinde* Ber. Vide mox hoc cap. § 4. Hinc *Bargulosque* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et N. ac quædam edd. quum alii *Barguntosque* præferant. *Bargutesque* Lov. 2. *Barbulosque* Hafn. *Bargusiosque* primum obviam fuit in Mogunt. ed. Vide c. 19. § 7. Verum hos Bargusios ab illis ibi memoratis diversos statuit Marca Marcæ Hispan. II. 28. Postea *Ausitanos* Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii L. 1. *Auscanos* Rec. *Anastanos* Hafn. *Amastanos* Cant. *Auxetanos* Lov. 2. *Auxitanos* Lov. 3. De Ausetanis Livii vide Marcæ Marcam Hisp. II. 9. quos ab Ausetanis Plinii diversos fuisse docet ibid. c. 21. et 22.

Et Aquitaniam, quæ subjecta Pyrenæis montibus est, subegit] ‘Aquitania’ pars est Galliæ circa Pyrenæos montes. Hispaniæ autem oram Livius nominat, neque enim adhuc Annibal in Galliam trajecerat. Vox autem corrupta est. Hanc oram Ptolemæus vocat Ἀκηταvίαν, Plutarchus Λακητανίαν, Strabo III. 161. Ἰακητανίαν. Sic enim inquit; Συνοικεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ χώρα, γνωριμωτάτου δὲ τοῦ Ἰακητανῶν λεγομένου τοῦτο δὲ ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παραλίας τῆς κατὰ τὴν Πυρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνεται. Id est: *Hæc ora compluribus incolitur gentibus, e quibus nobilissima Jacetana dicitur. Hæc a Pyrenes radicibus inchoans in campo latius extenditur.* Et post Livius c. 60. ‘Cn. Scipio cum, Pyrenæos montes circumvectus, Emporiis appulisset classem, oras a Lacetanie omnem oram usque ad Iberum flumen Romanæ ditionis fecit.’ Et Sallustius in Epistola Pompeii in Fragm. Hist. cap. 3. ‘Recepi Galliam, Pyrenæum, Lacetaniam.’ *Sigon.* Quomodo subegerit Galliæ partem Hannibal qui nondum in Galliam trajecerat, quæro hic cum Sigonio. Pal. 3. cum vet. ed. Mediol. Justini Philelfi habet *Equitaniam*. Mihi videtur quoque legendum *Lacetaniam*. Martialis I. 50. de Hispaniæ locis, ‘Aprica repetes Tarraconis litora, Tuamque Lacetaniam.’ *Gelen.* Edd. ante Sigonium *Aquitanam, Æquitaniam, Equitaniam, Aquitaniam* præferunt. *Equitaniam* etiam Ber. Hav. et Hearnii L. 1. *Aquitaniam* Flor. Cant. Harl. Gaertn. Lov. 3. 4. 5. et Hearnii D. ac N. *Aquitanam* Hafn. *Acquitaniam* Lov. 2. *Acquetaniam* Lov. 1. Cujus librarius indicasse videtur se in alio codd. *Aquétaniam*, in alio *Acetaniam* invenisse. Unde Sigonii conjectura *Lacetaniam* admodum verisimilis redditur, et simul patet qua ratione ea vox in tot lectionum monstra abierit. Sigonii conjecturam probat etiam Marca Marcæ Hisp. II. 23. ubi late de hoc populo agit. Præterea *montibus est, subigit* Flor. a m. pr. et Ber. qui a m. pr. ignorat *vò est*. Id verbum cum sequenti *subegit* exulat a Cant.

Quæ Hispanias Galliis jungunt] *Gallis* Voss. Ber. Hav. et multæ ex vett. edd. quod ea ratione dictum esse posset, qua ‘per Volsces Falernumque agrum’ VII. 26. § 9. ubi plura notantur. Sed, quum optimi et reliqui omnes codd. vulgatam servent, verius videtur, eos, qui *Gallis* dederunt, pari modo errasse, quo illi, qui *regis* scripserunt pro *regiis*, *reliquis* pro *reliquiis*, *collegis* pro *collegiis*; de quibus vide ad XXXVI. 19. § 2. *Galliis* autem, ut c. 21. ‘Dum ipse ter-

Digitized by Google

restri per Hispaniam Gallisque itinere Italiam peteret.'

§ 3 *Decem millia peditum Hannoni*] *Tredecim millia* Lov. 3. Male. Polyb. III. 35. Ἀπεμέρισε δὲ καὶ τῆς δυνάμεως, ἧς εἶχε, τῷ μὲν Ἄννωνι τοῦτον μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους. Mox vocula *et* exsulat a Ber. a m. pr.

§ 4 *Postquam per Pyrenæum saltum traduci exercitus est captus*] *Postquam Pyr. saltum* Ber. a m. pr. Deinde *est captus* Jac. Gronovius, pro *captus est*, primus edidit: cui consentiunt Flor. et Cant.

Tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt] Τὸ *inde* deficit in Lov. 2. et Hav. Forte *iit* vel *inde* intercepit nota numeri millenarii *M.* Vide ad X. 20. § 6. Ejus loco *jam* est in Lov. 5. *deinde* in Harl. Vide ad XXXVI. 24. § 10. et modo hoc cap. § 2. Hinc *Carpentanorum peditum* Lov. 2. 4. Ber. et Hav. *Charpentanorum peditum* Gaertn. Vide ad c. 3. § 7. *Carpetanorum equitum* Harl. errore librarii. Vide ad XXXVII. 40. § 10. Paullo post *insuperabili Alpium transitu* Hav. *insuperabilique transitu Alpium* Lov. 4. et 5.

§ 5 *Revocare aut vi retinere eos*] Τὸ *vi* exsulat a Voss. et Hav. *eos* a Ber. a m. pr. *aut retinere eos vi* transponunt Lov. 4. et 5.

§ 6 *Supra septem millia hominum domos remisit*] *Sup septem millia hominum* Gaertn. Vide ad XXIII. 36. § 6. Tum *domum remisit* Lov. 4. Ber. et Hearnii N. in contexte; in margine enim emendatur *domos*.

Quos et ipse gravari militia senserat] Lego *militiam*: quod genus, passim corruptum, restituimus et Statio in Dissr. p. 132. pluribusque ad Senecæ Tragœdias in Thyeste 106. Sed et Muretus *ipsos*. Placet. Scribe igitur, *quos et ipsos gravari militiam senserat*. J. F. Gron. Adde Torrent. ad Suet. Tiber. c. 50. et Interpr. Justini ad XX. 2. *Duk.* De ea locutione vide quæ notavi ad Silii II. 598. et adde Cortium ad Plinii III. 18. § 6. Similiter loquitur Quinctil. Instit. Orat. I. 1. 'Præcipienda sunt quatuor; quæ si quis gravabitur, non rationi defuerit, sed homini:' ubi Burmann. etiam hic *militiam* probat, eamque locutionem pluribus illustrat. Lib. IV. c. 5. 'Quod quum audivit judex, cetera, tamquam supervacua, gravari solet.' Præterea *quos et ipsos* etiam conjiciunt vir doctus ad marginem ed. Curion. et Ant. Perizon. ad oram Livii sui. Omnes tamen quos consului Mss. et *ipse* et *militia* servant.

Carpetanos quoque ab se dimissos simulans] *Sarpetanosque* Gaertn. *Carpentanos quoque* Lov. 2. 5. Ber. et Hav. *Carpetanos quoque absimulans* Voss. et Lov. 1. *Carpetanos queque a se dimissos assimulans* edd. antiqq. usque ad Aldum: *a se divisos simulans* Lov. 3. Vide ad XXXVII. 45. § 19.

Cap. XXIV. § 1 *Ne mora atque otium animos sollicitarent*] *Mora atque otio* Gaertn. *mora atque otium animos sollicitaret* Flor. Lov. 3. Harl. et Ber. Utrumque ferri potest. Livius enim duobus substantivis singularibus nunc verbum singulare, nunc plurale addere solet. De priori vide ad XXXVII. 29. § 6. de posteriori ad I. 31. § 7.

Ad oppidum Illiberim castra locat] *Ilybirrim* vocat Strabo IV. 182. Ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης ὅ, τε Ῥοδανίνων καὶ ὁ Ἰλουβίρρις, πόλιν ἔχων ἐμπόρων ἀνθρώπων αὐτῶν. De 'Ruscinone' paulo post Livius. *Sigon.* Strabo *Illibirrim* vocat. Ceterum Pall. duo, totidemque vett. edd. *Illiberum*: Pal. 1. vero *Hilliberrum*. Mox c. 25. idem *ad Iliberrim*. Gebh. Flor. *Iliberri*. Et mox *propius Iuliberri accederent*. Superposita tamen *l* litera n. Mela II. 5. *Eliberri*. Sic quoque Priscianus VI. 682. notat ex Trajani primo Dacicorum: 'Inde Bersobim, deinde Aixi processimus.' Noster XXIII. 49. 'Illiturgi obsidione liberato ad Intibili oppugnandum Punici exercitus traducti.' *J. F. Gron. Illiberum* Lov. 2. 3. Ber. Hav. et Hearnii D. et N. *Ili-*

Digitized by Google

berum Lov. 4. 5. Harl. et Gaertn. *Illiberrum* Voss. *Iberum* Hearnii L. 1. *Liberi* Lov. 1. *Illiberi* Cant. quod Jac. Gronovius hic et § 3. in contextum recepit, quum § 5. *Illiberim* servarit, ubi Hearnius etiam *Illiberi* substituit. Hac terminatione in vicina Hispania plura oppida obcurrunt. Præter *Illiturgi* et *Intibili* hic memorata, *Illici* est apud Plinium Hist. Nat. III. 3. Eadem tamen etiam per *is* efferri, statuere videtur Gronov. ad Livii XXI. 60. § 7. Deinde *apud oppidum* Lov. 5. Similiter variant scribæ v. 7. § 1.

§ 2 *Ruscinonem aliquot populi conveniunt*] *Rustinonem* Voss. et Lov. 1. *Rusticonem* Hearnii D. *Rustionem* Harl. Deinde *aliquod populi* Flor. errore verba præeuntis. Vide ad VI. 24. § 2. In præcedentibus *Transpyrenæos Hispanos* edd. ante Aldum.

§ 3 *Et vel illi propius Illiberi accederent, vel se Ruscinonem processurum*] Tὸ *et* abest ab Harl. et Gaertn. Tum *Illiberum* Lov. 2. 3. Ber. et Hav. *Iliberum* Lov. 5. et Harl. *Inliberum* Gaertn. *Inliberi* Voss. et Lov. 1. *Inliberim* Flor. sed ultima litera postea est erasa. Vide hoc cap. ad § 1. Deinde *Ruscionem* Harl. *Rustionem* Voss. *Ristionem* Lov. 1. Paullo ante *bellum timens* edd. Rom. an. 1472. et Parm. Tum, transpositis vocabulis, *eorum regulos* Lov. 3. et *colloqui semet ipsum cum iis velle* Flor. et in sequentibus *facilior congressus* Rec..

§ 4 *Hospitem enim se Galliæ, non hostem, advenisse*] Ovidius Her. XVII. 10. 'Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras.' Pal. 3. *hospitem enim se, non hostem, Galliæ advenisse*. Gebh. *Hospitem esse se Galliæ, non hostem advenisse* Lov. 2. Paullo ante *accepturum eorum in castra sua se lætum* Gaertn. Tὰ *se lætum* desunt in Lov. 1. In seqq. *quam Italiam veniat*, pro *in Italiam*, Lov. 2. Sed præpositio vel intercepta est a litera finali vocis præced. (vide ad X. 13. § 3.) vel, si per compendium ĩ scripta fuerit, a litera initiali sequentis. Vide ad Epit. *Liv.* l. LXXXV. Deinde *per nuncium quidem hæc* Rec. sed 'oratores' Hannibalem misisse Livius modo dixit.

§ 5 *Castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate*] *Ad Iliberum* Lov. 1. et Harl. *ad Iliberrium* Gaertn. *ad Illiberum* Voss. Lov. 2. Ber. et Hav. *ad Iliberrim* Flor. Tum *haud gravanter* Flor. quod adposito signo sibi non displicere indicavit Salvinius.

Præter Ruscinonem oppidum transmiserunt. In Italiam interim] Omnes libri *transmis. in Italiam. Interim.* Gebh. Ita etiam Lov. 3. Ber. et Hav. Sed voces *In Italiam* non agnoscit Hearnii N. et etiam abesse posse videntur. In eadem enim hac periodo sequitur 'Romam perlatum erat.' Sed reliqui omnes agnoscunt; quare ad præcedd. has voces refero: in quod etiam edd. vett. consentiunt. Interpunctionem primus mutavit Frob. 1531. *Transmiserunt in Italiam*, id est, transmiserunt per regionem suam, ut Italiam adire possent. Insuper *per Ruscinonem oppidum* Hearnii N. in margine sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXVIII. 42. § 3. *Rustinonem* Voss. et Lov. 1. *Ruscionem* Harl. Vide ad § 2.

CAP. XXV. § 2 *Placentiam Cremonamque colonias in agrum Gallicum*] Hæ coloniæ deductæ sunt hoc anno P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus, pridie Kal. Jan. auctore Pædiano in Pisonianam in principio. Nec dissentit Polybius III. 40. Hac de re etiam in Epitome libri vigesimi. *Sigon.* Si verum est, quod Ascon. apud Sigonium dicit, colonias illas deductas esse pridie Kal. Jan. eorumque deductio Gallos Cisalpinos permovit, ut, quod Livius aliique narrant, antequam Hannibal Alpes transisset, a Romanis deficerent, coloniæ deductæ esse non possunt P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus, qui Kal. Martiis magistratum inierunt. Iis enim consulibus, occidente sidere Virgiliarum, id est incipiente

Digitized by Google

hieme, Hannibal Alpes transcendit. Vide c. 35. quin et, quum secundum cum Hannibale prœlium in Italia, sive ad Trebiam, committeretur, erat brumæ tempus. Vide c. 54. Verius itaque est deductas esse pridie Kal. Januarias ejus anni, quo adhuc eorum decessores M. Livius et L. Æmilius consulatum gerebant. Et in hunc sensum accipi potest Polyb. qui refert, P. Cornelio et Ti. Sempronio consulibus, quum Hannibalem Iberum trajecisse Romam adlatum esset, Romanos studuisse ὑπὲρ τέλους ἀγαγεῖν τὰ κατὰ τὰς ἀνοιξάς. Et forte pr. Kal. Jan. M. Livio et L. Æmilio adhuc consulibus, lex de coloniis his deducendis lata fuit, ac coloni conscripti sunt; sed demum coloniæ deductæ sunt, quum jam novi consules magistratum occepissent, et Hannibalem Iberum transilisse nunciatum foret. Ceterum *in agrum Gallicum* Flor. Paullo ante vero *ob veteres imperatorum iras*, pro *ob veteres in populum Romanum iras*, Lov. 3. *ob veteres imperii iras* edd. ante Moguntinam. Scriptum fuerat per compendium *in P. R. iras*, quod librarii adsecuti non sunt. Ita contra ex *impp.* id est *imperatoribus*, fecerunt *in populo* v. 12. § 7.

§ 3 *Tantum terroris ac tumultus fecerunt*] *Tantum terroris hoc tumultu fecerunt* Hearnii N. in margine. *Terroris tantum hoc tumultu fecerunt* Lov. 2. Paullo ante *armis acceptis*, pro *arreptis*, Gaertn. Male. Vide ad v. 47. § 4. In sequentibus vero *convenerant*, pro *venerant*, idem Gaertn.

C. Lutatius, A. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium est] Lib. XXX. c. 19. ubi hi ex captivitate liberantur a consule Cn. Servilio hujus 'Auli' filio, legitur *Cneius* etiam, ut patris ac filii idem fuerit prænomen. Sed placet magis *Aulus* hoc loco. *Glar.* De his ita Pædianus loc. laud. 'Deduxerunt triumviri P. Cornelius Asina, C. Papirius Maso, Cn. Pompeius, sive Cn. Cornelius Scipio.' Porro autem in vulgatis Livianis libris erat *A. Servilius*. Scripsi tamen *C. Servilius*, quia hic pater est 'C. Servilii,' consulis a. DLVII. auctore Livio, qui in consulatu Capitolino *C. F.* scribitur. Polybius III. 40. C. Lutatium consularem et duos prætorios nominat. *Sigon. C. Servilius* legendum censuit primo Glareanus, cui secundas fert Sigonius. Pall. et vett. edd. vulgatæ lectioni adstipulantur. In reliquis vero *M. Annius*. Pal. 3. *M. Amnius*. Gebh. *Quintus Lutatius* Lov. 3. *Cn. Lutatius* Hearnii D. Verum, ut Sigonius observat, Polybio vocatur Γάϊος Λουτάτιος, καὶ τὴν ὑπατον ἀρχὴν εἰληφώς: ut verisimiliter indicetur ille Lutatius, qui biennio ante consul fuit, et Γάϊος Λουτάτιος vocatur Zonaræ Annal. VIII. 20. *Lutatius* autem, non *Luctatius*, scribendum esse, dictum est ad Epit. Liv. l. XIX. Deinde omnes codd. mei cum Hearnii N. ac L. 1. et Exc. Pithœi *Aulus* vel *A. Servilius* hoc loco, et mox § seq. *pro Aulo* vel *pro A. Servilio*, nisi quod in Lov. 1. sit *Paulo Servilio*. Verum non contemnendum est argumentum Sigonii, quo Servillum non *Auli*, sed *Caii*, prænomen habuisse docuit, nisi statuere velimus Livium et Fastos Capitolinos in eo dissentire. Sigonii itaque sententiæ adstruendæ illud addimus, vel neminem, vel quam paucissimos in gente Servilia *Auli* prænomine usos fuisse. Qui enim IV. 21. *A. Servilius* dictator vocatur, potius *Q. Servilium* dicendum esse, ibidem viris doctis adsensus sum, eorumque opinionem novis argumentis adstruxi; licet tamen vulgatam lectionem in contextu servandam existimarim. Tandem *T. Annius* Lov. 2. *T. Amnus* Hav. *C. Annius* Lov. 3. *M. Annius* Cant. Lov. 5. Ber. Harl. Rec. et Hearnii N. D. L. 1. cum priscis edd. *M. Annilius* Flor. *Mannius* Lov. 4. Prænomen omittit Gaertn. Aldus demum *T. Annius* substituit.

§ 4 *Pro C. Servilio et T. Annio, Q.*

Digitized by Google

Acilium et C. Herennium habent] Pal. 3. habet *pro A. Servilio et M. Annio, Q. Attilium et G. Her. habent.* Gebh. Voces *et T. Annio* desunt in Flor. Voss. Lov. quinque, Hafn. Ber. et Hav. Sed in Voss. margine *pro Cn. Annio* additur: *et M. Annio* Harl. et Gaertn. Deinde *quem Acilium* Voss. in contextu, et Lov. 1. *que Acilio* Flor. unde factum est *que Acilium* m. sec. Q. *Attilium* Ber. et Hav. *Attilium*, omisso prænomine, Lov. 2. *Q. Accilium* Hearnii D. et edd. vett. usque ad Froben. 1531. Denique *Cn. Herennium* Lov. 2. *C. Herenium* Lov. 2.

C. Papirium Masonem] *Q. Papirium* Lov. 3. et Hafn. reliquis omnibus invitis. Tum *Nasonem* Flor. *Matonem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. ac D. et vett. edd. *Nasonem* Hafn. Demum Froben. an. 1531. *Masonem* recte substituit. *Maso* enim, non *Naso*, Papiriorum cognomen fuisse, ex Fast. Capit. et aliunde constat. Præterea, si verum est, quod Polyb. retulisse modo vidimus, horum triumvirum unum tantum Lutatium consularem, reliquos duos prætorios fuisse; inde etiam refelli potest fides annalium, quos hic memorat Livius, siquidem ex fastorum conditoribus constet, C. Papirium Masonem tredecim, P. Cornelium Asinam tribus annis ante consules fuisse.

§ 5 *Id quoque dubium est, legati, ad expostulandum ad Boios missi, violati sint, an in triumviros*] Pal. 1. *alii P. Cornelium Asinam et C. Papirium Nasonem: id quoque dubium est: legati ad expostulandum missi ad Boios violati sint, incertum:* et ita Pal. 2. et vett. edd. Sed Pal. 3. *alii P. Cornelium Asinam et G. Papirium Nasonem: id quoque dubium est: legati ad postulandum missi ad Boios violati sint, incertum,* Gebh. Omnes scripti, omnes editi ante Frobenium, *violati sint incertum an in triumviros.* Sed præcessit *Id quoque dubium est:* ergo alterum supervacaneum. Concedo; sed non, quod illi voluerunt. Videtur enim scripsisse Livius, *Id quoque, legati ad expost. missi ad Boios violati sint, incertum, an in tr. agrum metantes impetus sit factus.* Hoc enim quoque ordine verborum Flor. Gud. tres Pal. *J. F. Gron.* Alios facit legatos, alios triumviros. Polyb. III. 40. nullos legatos memorat, sed triumviros Mutinæ clausos, quum colloquium a Boiis postulassent, ad eos fide accepta egressos, eaque violata comprehensos scribit. Et Livius ipse XXVII. 21. non legatos, sed triumviros circa Mutinam, et XXX. 19. ad vicum Tanetum a Boiis captos tradit. *Duk. Legati ad post. ad Boios missi* Voss. *legati ad Boios ad post. missi* Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. in contextu: *legati ad Boios ad expost. missi* Gaertn. *legatine ad expost. ad Boios missi* Hafn. *legatine ad Boios postulandum missi* Hav. *legatine ad hoc postulandum missi ad Boios* Ber. *legati ad expost. missi ad Boios* Lov. 3. 4. 5. Harl. et edd. ante Aldinam, in qua datum est *legati ad Boios ad expost. missi.* Vocabula vero in eum ordinem digesta, quo in hujus annotationis capite inveniuntur, primum vidi in ultima ed. Gruteri: quare optimos in hac re codd. secutus sum. Præterea *violati sint, incertum, an in triumviros* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. In quo aliquid mendæ superesse etiam Aldus animadvertit, ideoque locum asterisco notavit; quem deinde in erratis ita emendavit: *et C. Papirium Nasonem. Id quod dubium est. Legati ad Boios ad expost. missi violati sint, incertum; an triumviros:* et id proximi editores servarunt. Gronovius voces *dubium est* ejiciendas censet; in quo nullus codicum ei adsentitur. Contra *incertum* non adparet in Cant. Lov. 1. et Rec. Certe in excerptis meis ex iis nihil notatur. Horum auctoritate fretus, recte Frobenium eam vocem expunxisse arbitror. Mox *factus sit* Ber.

Digitized by Google

§ 6 *Ad militaria opera segnis intactis adsideret muris*] *Militaria ad opera* Ber. Tum *intactis muris ads.* Gaertn. *intactis ins. muris* Rec. Mox *simulare cœptum*, pro *simulari*, Ber. *simularet cœptum* Lov. 1.

§ 7 *Nisi obsides sibi redderentur, eos dimissuros*] *Nisi obsides sibi Galli redd.* Lov. 1. *nisi obsides sibi mitterentur* Lovel. 4. *nisi obsides sibi redderent* Hearnii N. in margine. Tum *eos se dimissuros* Gaertn. et edd. usque ad Jac. Gronovium, qui τὸ *se* expunxit, quod etiam reliqui codd. ignorant. Vide ad I. 23. § 5. Τὸ *se* tamen, sed ex edd. fide, probat Crevier.

§ 8 *Quum hæc de legatis nunciata essent*] Pal. 2. *Quum hæc accessisse legatis nunciata essent.* Gebh. Mox *et Mutinæ præsidium in periculo esset* Ber. *et Mutinæ præsidiumque in periculo essent* Hearnii N. in margine. Deinde *L. Manlius imperator*, pro *prætor*, Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi usque ad Aldum. *L. Manlius P. R.* Cant. Vide ad XXXI. 10. § 4.

§ 9 *Silvæ tunc circa viam erant, plerisque incultis*] Vet. lib. *plerisque locis incultis.* Polybius III. 40. τοὺς ὑλώδεις τόπους vocat. *Sigon.* Quod inculcat Sigonius *plerisque locis incultis*, refellit eum calamo pictorum et ousorum librorum consensus. *Gebh. Locis plerisque incultis* Lov. 3. Ber. et Hafn. cum Brancal. Latinii: *plerisque locis incultis* Hav. *plerisque incultis locis* Lov. 5. Reliqui additam a Sigonio vocem ignorant. Illorum autem, qui servant, dissensus in loco ei tribuendo indicare videtur ex margine a librariis ibi, ubi melius convenire credebant, insertam esse.

Præcipitatus, multaque cum cæde suorum ægre in apertos campos emersit] Dele copulativam, ut fit, *ibi inexplorato profectus, in insidias præc. multa cum cæde suorum, &c. ægre emersit.* Sic Andreas, Tar. Ven. Bec. Ascens. Moguntina. Justinus XXXII. 1. 'Dum suos in prœlium revocat, in transitu fossæ equo præcipitatus, a multitudine hostium oppressus est.' Nisi malis *præcipitatur.* J. F. Gron. *Multa cum cæde* unus Rec. Præterea *explorato profectus* Lov. 4. Sed prima syllaba per compendium ī scripta a vocis præced. litera ultima intercepta est. Vide ad XXXV. 8. § 9. Tum *ægre imperatos campos*, literis transpositis, Lovel. 4. Deinde *submersit* Gaertn.

§ 10 *Quamquam adcisas res satis constabat*] Mediolani confictum. Andreas Romæ *quamquam cecidisse satis constabat.* Men. *ad cladisse.* Voss. *accedisse.* Flor. *adcecidisse.* Videtur excidisse numerus. Gud. *ad C. cecidisse.* Sed hoc parum pro illo *multa cæde.* Forte *ad D.* Mox pro *octingentos* iidem scripti *DCC.* J. F. Gron. *Cecedisse s. c.* edd. Rom. 1472. et Parm. *adcecidisse satis constabat* Cant. et Exc. Pithœi: *accedisse satis constabat* Lov. 1. 5. et Hearnii D. *accidisse satis constabat* Lov. 4. et Rec. *occidisse satis constabat* Hearnii L. 1. *accessisse satis constabat* ejusdem N. cum Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn. Numerum militum cæsorum excidisse conjicienti Gronovio fidem habeo. Et quidem ex numeri nota *C*, quæ in Gudiano reperitur, si quis *ad D. cecidisse*, quemadmodum opinatur, legere malit, non adversabor: potest tamen etiam substitui *ad* ∞ *cecidisse.* Nam et alibi numeri ∞ et *C* inter se commutati sunt. Vide ad XXXIII. 48. § 7.

§ 11 *Necdum per patentia loca ducebatur agmen, cum adparuit hostis: ubi*] Ego *nec dum* duas esse dictiones existimo, et tollendum illud *cum* ante *apparuit*; ut sit sensus: Hostem, quamdiu in patenti loco agmen Romanum ducebatur, non visum; sed, ubi rursus silvæ intratæ, tum Gallos rursus adortos Romanos: quod et sequentia deinde verba satis indicant. Notanda autem significatio verbi 'in-

Digitized by Google

tratæ.' *Glar.* Sensus docet legendum esse, *nec, dum per patentia loca duc. agmen, apparuit hostis, ubi rursus silvas intratæ, tum postremos adorti*: ut sit: hostes non apparuisse interea, dum exercitus Romanus patentibus campis iter faceret; ubi silvas intraverit, extremum agmen esse adortos: potest etiam vulgata lectio retineri, hoc sensu: neque adhuc per satis patentia loca ducebatur agmen; ubi silvæ intratæ sunt, vehementius se intulit. *Sigon.* Pall. 1. et 2. *per impatientia loca.* Pal. 3. *per impatentia loca.* Forte 'Impatens' valde patens. Ceterum nec *cum* hinc eximendum est, neque *tò necdum* divellendum. *Gebh.* Recte Sigonius, *nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hostis*: quod et conjecerat Glareanus. *J. F. Gron. Necdum* et *cum adparuit* præferunt omnes quos adhibui; et nihilominus virorum doctorum emendationem, invito etiam Gebhardo, veram puto. Illud *cum* autem ex eo forte natum est, quod librarius in alio cod. *comparuit* invenerit, et duplicem hanc lectionem jungere voluerit; quemadmodum sæpissime factum est. Illud autem *com* deinde in *cum* mutatum esse, mirum videri nequit post illa exempla quæ notavi ad IV. 24. § 7. Præterea *per impacientia loca* Lov. 1. 2. *per impactentia loca* Voss. *per impatentia loca* Lov. 3. 5. Harl. Ber. a m. sec. Hafn. et Gaertn. quod et ipsum errantium est scribarum. Livium enim 'impatens' pro valde patens usurpasse, mihi persuadere nequeo. Paullo ante *Iter demum de integro*, pro *deinde*, Voss. et Lov. 1. Vide ad XL. 22. § 1. *Item inde de integro* Gaertn.

§ 12 *Octingentos milites occiderunt*] *Septingentos*, vel *DCC. milites* Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Hafn. Rec. et Hav. Vide Gronov. ad § 9. *CCC. milites* Hearnii D.

§ 13 *Finis et Gallis terrendi, et pavendi Romanis fuit*] Vet. lib. *Finis inde et Gallis territandi.* Sigon. Et *τὸ inde* intrusum a Sigonio respuunt libri Mss. omnes, ut et antiquissimæ edd. Interim Pall. 1. ac 2. *Finis et Gallis interritandi.* Gebh. Sigonius præter necessitatem e libro infido particulam *inde* allinit hisce. *J. F. Gronov. Finis inde et Gallis territandi* ex meis solus Hav. ex Hearnii Oxon. solus N. Alibi etiam librarios hanc vocem interpolasse, videbimus ad XXXIX. 49. § 12. *Finis et Gallis interritandi* Lov. 3. 4. et Gaertn. *Finis et Gallis intentandi* Ber. Hafn. et Rec. Deinde *et pavendi fuit Romanis* Flor. Mox autem *e saltu* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Harl. et Hav.

Cannetum, vicum propinquum Pado, contendere] Quod de vico Canneto ait, propinquum eum Pado flumini, bene congruit etiam Mutinæ. Nam lib. XXX. c. 19. dicturus est, Canneti hos legatos captos, cum alii Mutinæ captos credant, in qua opinione est etiam Polybius III. 40. *Glar.* Vet. lib. *Tannetum.* Polyb. III. 40. Τὴν Τάννητος καλουμένην κώμην. Ptolemæus III. 1. Τάννητον. Livius XXX. 19. ubi de eadem hac re loquitur, *Tanetum* edit. *Sigon.* Pal. 1. *Tannetum.* Pal. 3. *Tunetum*, quod videtur verissima esse lectio, agnoscente quoque Ptolemæo Τάννητον. *Gebh.* Gunetum Gaertn. *Canetum* Ber. et Lovel. 2. *Cannetum* Haverk. et Hafn. *Tannetum* Lovel. 1. 2. 4. Florent. et Vossian. qui *Cannetum* inter versus adscriptum habet. *Tannetum* etiam Hearnii N. in cujus margine præterea *Tanetum*, *Gannetum* et *Cannetum* adscriptum exstat. *Tanetum*, Latinii Vatic. *Tutinetum* Lovel. 3. Sed, *Tanetum* vel *Tannetum* legendum esse, monuit etiam Cluverius Ital. Antiq. I. 28. 274. et 275. Tum *propinquum pago*, pro *Pado*, Lov. 1. Paullo ante *apertis portis*, pro *locis*, Lov. 4.

§ 14 *Brixianorum Gallorum auxilio*] Pal. 1. *Brisianorum in Gallorum.* Pal.

Digitized by Google

2. *Brixianorum etiam Gallorum.* Pal. 3. *Brixianorum et Gallorum.* Gebh. Flor. et Gud. *Brixianorum etiam Gallarum.* J. F. Gronov. *Brisianorum in Gallorum* Lov. 1. *Brixianorum et Gallorum* Lov. 5. Harl. Ber. a m. pr. Rec. Gaertn. Hearnii N. et edd. vett. usque ad Aldum, qui mediam vocalem *et* in erratis expungendam primus monuit. *Brixianorum etiam Gallorum* Lov. 4. Paullo ante *ibique se*, pro *ibi*, Rec. et in sequentibus *tuebantur*, pro *tutabantur*, Lov. 4. Vide ad XXVIII. 20. § 1.

CAP. XXVI. § 1 *Est Romam perlatus, et Punicum insuper Gallicum bellum auctum Patres acceperunt*] Ita scriptum est in codice Regis, quod emendare debueratis *Punicum supra Gallicum*: vel *Punicum insuper Gallico.* Valla. Pal. 3. *Romam est allatus, et Punicum insuper Gallico bello auctum percepere.* Vulgatæ quoque edd. *percepere.* Cæterum Pal. 1. *et Punicum insuper Gallicum bellum actum Patres acceperunt.* Gebh. *Et Punicum insuper Gallicum bellum* Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et Hav. *et Punicum insuper Gallicum bello* Voss. *et Punicum insuper et Gallicum bellum* Lov. 2. et Harl. *et Punicum etiam super Gallicum bellum* Lov. 5. *et Punico insuper Gallicum bello* Ber. *et Punicum insuper Gallico bellum* Flor. Sed vulgatum mutandi causam non video. Præterea τὸ *est* non adparet in Ber. a m. pr. *actum*, pro *auctum*, legunt etiam Lov. 2. a m. pr. et Gaertn. Vide hoc lib. c. 61. § 4. Denique *percepere* vett. edd. pro quo primus Aldus *acceperunt* substituit.

§ 2 C. *Atilium prætorem*] Nomen prætoris non affert Polybius III. 40. Cætera ab eo sumta sunt. *Sigon.* C. *Ancilium* Hearnius in D. *Cornelium Atilium* in N. se invenisse monuit. *Quintum*, vel *Q. Acilium* est in Lov. 3. et Hafn. G. *Attilium* in Lov. 2. et Hav. C. *Attilium* in Gaertn. Sed Atiliorum nomen unica litera *t* scribendum esse, Sigonius docuit ad V. 13. § 3. Vox autem *prætorem* non adparet in Harl. lacuna tamen relicta est. Mox *una cum legione Romana* legit Lov. 4. *cum una legione Romanorum* Hearnii L. 1.

Delectu novo a consule conscriptis] Pal. 1. *dilectu novo a consulis.* Pal. 3. *a consulibus.* Gebh. *Dilectu novo consulis* Lov. 1. *delectu novo consulis* Voss. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. *dilectu novo a consulie* Flor. a m. pr. *a consulibus* a m. sec. quod posterius præfert etiam Cant. *delectu novo a consule ibi scriptis* Gaertn.

Sine ullo certamine (abscesserant enim metu hostes) Tannetum pervenit] Pal. 3. *absc. enim hostes*, exclusa τῷ *metu.* Gebh. *Absc. et metu hostes.* Gaertn. *absc. enim hostes* edd. vett. Vocem *metu* demum addiderunt Moguntini. In voce autem *Tannetum* eodem modo variant codd. quo cap. præc. § 13.

§ 3 *Quæ missa cum prætore fuerat, transcripta legione nova*] Polybius III. 40. ἄλλα δὲ στρατόπεδα συνάγειν καὶ καταγράφειν. *Sigon. Quæ amissa* Cant. quod si Gebhardus in codd. suis invenisset, per 'dimittere,' 'ablegare,' exposuisset. Vide ad IV. 12. § 9. et VII. 36. § 10. mihi vero inter errores librariorum referendum videtur. Tum *fuerat* deficit in Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. nisi quod Ber. a m. sec. legat *quæ missa erat cum prætore;* Lov. 5. *transcripta legione fuerat*, voce *nova* omissa; Gaertn. vero *transcripta legione nova fuerat.*

Sexaginta longis navibus, præter oram Etruriæ] Polybius III. 41. ἑξήκοντα ναυσὶν tantum dixit. *Sigon. Item longis navibus* Gaertn. Tum *per oram Etruriæ* Ber. et Hearnii N. Vide ad XXVIII. 42. § 3.

Et inde Salyum, mox pervenit Massiliam] Hoc quid sit *mox*, exponit Polybius III. 41. πέμπταῖος, id est, *quinto die.* Sigon. Pall. 1. et 2. ut et edd. vetustæ, *et inde Salvium montis perve-*

Digitized by Google

nit Massiliam. Pal. 3. *et Mesoalpium montis pervenit Massiliam.* Gebh. Duo Pall. Men. Voss. et primæ edd. pro *mox* habent *montis.* Scribe *præter oram Etruriæ, Ligurumque et inde Salyum montes, pervenit Massiliam.* Sic XXXIV. 8. 'Prætervecti Ligustinos montes sinumque Gallicum.' *J. F. Gron. Montis* etiam omnes mss. et Heurnii codd. nisi quod *montem* sit in Ber. At in notione præcedenti variè peccatur. *Salvium* est in Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Hav. et edd. vett. *Salvii* in Lov. 5. *Saluium* in Heurnii N. et *Salini* in margine, quod etiam superest in Lov. 2. *Salinii* legit Gaertn. *Alpium* Harl. Sed vide ad v. 34. § 7. et c. 35. § 2. Præterea *Ligurum et inde* Harl. *Ligurumque inde* Ber. a m. pr. *Ligurumque in* Lov. 4.

§ 4 *Ad proximum ostium Rhodani*] Polybius III. 41. πρὸς τὸ πρῶτον στόμα τοῦ Ῥοδανοῦ, τὸ Μασσαλιωτικὸν προσαγορευόμενον. *Sigon.* Τὸ *ad* decet in Lov. 1. ejus loco id præfert Gaertn.

Pluribus enim divisus amnis in mare decurrit] Pal. 3. exhibet *in mare defluit.* Gebh. *Plurimis enim divisus* Harl. Tum *in mare decurritur* Heurnii D. De hoc errore vide ad XXXII. 22. § 8. *in mare recurrit* Hav. literis *B* et *R* perperam commutatis, de quo vide ad IX. 10. § 6. 'Decurrere' in hac re solemne verbum est. Infra XXXVIII. 13. 'Mæander ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrens.' Phædr. I. 1. 'A te decurrit ad meos haustus liquor:' ubi vide Burmann. unde patebit ea verba etiam alibi a librariis confundi, et *in mare defluit*, quod Gebh. in uno Pal. reperit, ex interpretis glossemate adsumtum esse.

§ 5 *Trecentos interim delectos equites*] *CCCC. interim* Harl. Sed τριακοσίους τῶν ἱππέων missos esse etiam Polyb. tradit III. 41. Mox *duabus Massiliensibus auxiliariis Gallis* Ber. a m. sec. Polybius l. l. tradit, Scipionem adsumsisse συναγωνιστὰς Κελτοὺς, οἱ παρὰ τῶν Μασσαλιήτων ἐτύγχανον μισθοφοροῦντες. Hinc, si Livius superstitiose Polybium reddidisset, conjici posset *ducibus Massiliensium auxiliaribus Gallis* scripsisse. *Auxiliaribus* etiam Gaertn. Pariter 'aliaris' et 'aliarias' in Mss. promiscue obcurrunt. Vide ad X. 40. § 8. Utrumque 'auxiliaris' et 'auxiliarias' Livius usurpavit: hic vero, ob codicum in vulgatam lectionem conspirantium auctoritatem, eam servandam puto. Perperam etiam vocem *Gallos* in Rec. deesse, laudata Polybii verba docent. Tum *vicendoque*, pro *vicendoque*, est in Ber. Paullo ante *jactatione maritimum* legit Flor. Vide ad VI. 21. § 5.

§ 6 *Metu aut pretio pacatis, jam in Volcarum pervenerat agrum*] Polybius III. 41. Τοὺς μὲν χρήμασι πείσας, τοὺς δὲ βιασάμενος. *Sigon. Metu pacatis aut pretio*, mutata dictionum serie, Rec. Deinde *jam in Vulgarum* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. vett. *jam Vulgarum* Heurnii N. *jam Vulgorum* Gaertn. *jam in Algarum* Heurnii L. 1. *jam in Vulganium* ejusdem D. In seqq. *utrumque ripam fluminis Rhodani*, una voce interjecta, Hav. Verum ea rectius a reliquis exsulat.

Et diffisi citeriore agro arceri Pœnum posse] Vet. lib. *sed diffisi.* Sigon. Ita et Flor. Cant. Voss. aliique. Sæpissime scribæ vocibus *et* ac *sed* perperam commutarunt. Vide ad I. 23. § 2. IV. 23. § 3. V. 32. § 4. IX. 2. § 6. XXII. 5. § 3. c. 60. § 9. XXXVII. 32. § 12. XXXVIII. 37. § 2. XL. 58. § 1. et alibi. Præsertim autem id facile accidere potuit, si vox præcedens litera *s* finiret. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. nam indocti librarii *set* pro *sed* scribere solebant. *Se diffisi* Lov. 5. ubi ultima litera *rum sed* excidit ob primam vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *et Romani diffisi* Lov. 3. Deinde *cit. quoque agro arceri* Lov. 3. *cit. acceri* Harl.

Digitized by Google

Ulteriorem ripam amnis obtinebant] Flor. *amnis armis obt.* Utrum varia lectio est, an scribendum *amnis armati obtinebant?* J. F. Gron. Livius XXX. 19. 'Non in eo esse Carthaginiensium res, ut Galliam atque Italiam armis obtineant:' et cap. 29. 'Omnia circa Carthaginem obtineri armis.' *Duk. Amnis armis obtinebant* recepit Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus; neque aliter fuisse videtur in Cant. Voss. et Lov. 1. Sed potius variam lectionem esse, ac librarios duplicem scripturam *amnis* et *armis* in codd. suis obviam hoc modo junxisse existimo; de quo vide ad III. 44. § 4. Et quidem *armis* potius, quam *amnis*, a Livio profectum videtur. Infra XXV. 30. 'Omnia Romanis ibi obtineri armis.' Consentit Hearnius qui *ripam armis obtinebant* edidit. Paullo ante *Rhodanum trajectis*, pro *trans Rhodanum*, Rec. Sed vide ad Præfat. Livii § 11. et infra ad XXV. 14. § 4.

§ 7 *Et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant*] Vet. lib. *et eos ipsos, quorum sedes tenuerat.* Polybius III. 42. φιλοποιησάμενος τοὺς παροικοῦντας τὸν ποταμόν. Recte autem *quorum sedes tenuerat*, quia subdit, 'simul et ipsi trajici exercitum, levarique quam primum regionem suam tanta urgente hominum multitudine cupiebant.' *Sigon.* Pal. 1. *et eorum ipsorum, quos sedes tenuerant.* Pal. 2. *et eos ipsos, quos sedes retinuerant, simul pellicet donis.* Pal. 3. vero et binæ edd. *et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant.* Gebh. *Et eos ipsos, quorum sedes tenuerat* profectum ab Sigonio, quum esset olim, *et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant.* Ut et scripti fere, nisi quod τὸ *ipsas* ignorant. Neutri tamen lectioni acquiescere potest animus. In optimo libro erat hiatus ab ultimis c. 21. ad postrema c. 29. Pal. unus et Andeg. *et eorum ipsorum, quos sedes tenuerant.* Placebatque, ut esset, quos eorum ipsorum, nempe Volcarum, non traxerat insania popularium in ulteriorem ripam ad resistendum Hannibali, sed detinuerat οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Lib. V. c. 54. 'Adeo nihil tenet solum patriæ? nec hæc terra, quam matrem appellamus?' Confirmat hæc, et multo evidentiora reddit adjecta voce Flor. in quo est, *et eorum ipsorum quos sedes suæ tenuerant.* Gud. quoque, *et ipsorum eorum quos sedes suæ tenuerant.* Lib. XXIII. c. 12. 'Neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne.' *J. F. Gron. Et eos ipsos, qui eas sedes tenuerant* Lov. 2. a m. sec. Gaertn. et Rec. *et eos ipsos, qui sedes tenuerant* Lov. 5. *et eos ipsos, quorum sedes tenuerant* Lov. 3. 4. Ber. et Hafn. Similiter Hearnii L. 1. nisi quod *tenuerat* habeat. *Et eorum ipsorum, qui sedes tenuerant* apud Doujatium Reg. quomodo Gronov. in prima ed. nott. conjecit, et exposuit, 'qui eorum ipsorum, nempe Volcarum, non deseruerant citeriorem Rhodani ripam, neque trajecerant cum aliis gentis suæ. Cæteros, ait, præter Volcas, et ex Volcis ipsis, qui eorum remanserant.' *Et eorum ipsorum, qui eas sedes tenuerant* Lov. 2. a m. pr. *et eorum ipsorum quos sedes tenuerant* Voss. Lov. 1. Hav. Hearnii N. et, teste Doujatio, Colbert. *et eorum ipsorum quos sedes suæ tenuerant* Cant. et Harl. quod Crevier. sibi etiam in omnibus suis obvium fuisse testatur, nisi quod duo careant τῷ *suæ*. Si cum Gud. apud Gronovium *ipsorum eorum* malis, videnda sunt quæ notantur ad Livii II. 43. § 4. Mihi tamen *eorum ipsorum quos sedes suæ tenuerant* propter codicum eam lectionem præferentium fidem probandum videtur. *Eorum ipsorum quos* pro *quos eorum ipsorum.* De locutione 'qui eorum' vide ad VIII. 37. § 8. ubi etiam *filius eorum cujus*, pro *filius cujus eorum*, ex inscriptione antiqua laudavi. Præterea non magis 'aliquis tenere locum' dicitur, quam 'locus aliquem tenere,' qui in eo moratur. Ovidius Her. XVI.

Digitized by Google

298. 'Casta tamen tum sis, quum te mea Troja tenebit.' In præcedentibus *Ceteros* deerat in Cant. Mox autem *pervertit donis*, pro *perlicit*, Ber. a m. pr. Nihil muto. Vide ad VIII. 28. § 8. Tum *pertrahendas fabricandasque* Cant. Sed male.

Levarique quam primum regionem suam tantam omnium urgente turba] Legendum est *tanta hominum*. Valla. Ut Valla emendat, legunt Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *tanta omnium urgente turba* Flor. *tanta urgente omnium turba* Voss. et Lov. 1. Sed sæpissime voces 'omnes' et 'homines' in Mss. commutantur. Vide ad III. 54. § 6.

§ 8 *Ingens coacta vis navium est lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum*] 'Vicinalis usus' quid sit, obscure intelligitur. Perottus Polybium vertens hoc loco *quotidianum usum* traduxit. Vellem videre Græca, quæ ad manum nobis defuere. Glar. *Vicinalem* dixisse videtur Livius, pro *vicinitatis*. Hoc sic expressit Polybius III. 42. Ἐξηγόρασε παρ' αὐτῶν τότε μονόξυλα πλοῖα πάντα, καὶ τοὺς λέμβους ὄντας ἱκανοὺς τῷ πλήθει, διὰ τὸ ταῖς ἐκ τῆς θαλάττης ἐμπορείαις πολλοὺς χρῆσθαι τῶν παροικούντων τὸν Ῥοδανόν. Usum viciniæ expressit in mercibus ultro citroque devehendis. *Sigon.*

Novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus] His verbis vocem expressit Polybii III. 42. μονόξυλα. *Sigon. Cavant* Ber.

§ 9 *Quibus se suaque transveherent, raptim faciebant*] Ita Jac. Gronovius edidit. In prioribus excusis alio ordine fuerat *raptim faciebant, quibus se suaque transv.* Et ita legunt Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *raptim, quibus se suaque transv., faciebant* est in Flor. Voces *raptim faciebant* non adparent in Voss. Lov. 1.

CAP. XXVII. § 1 *Terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equis virisque obtinentes*] Pal. 2. *hostis, omnem ripam equites utrimque obtin.* Pal. 3. *currebant ex adv. hostes, omnem ripam equites virique obt.* Et ita fere edd. priscæ, nisi quod loco τοῦ *terrebant*, Andreæ *deterrebant*, Justini *timebant*. Gebh. Adeo usitatum, ut in proverbium abierit *equis virisque*, nec Livio nusquam adhibitum. Sed hic omnes scripti et Andreas cum Tarvis. et Ven. et Aldina (nam aliæ jam mutant) *equites virique obtinentes*. Nec pejus videtur. Cæsar Civ. II. 39. 'Capti homines equitesque producebantur.' *J. F. Gron.* 'Viri' sunt pedites. Vide Ferrar. ad Cic. Phil. VIII. 7. et Dion. Vossium ad Cæs. B. Gall. v. 10. *Duk. Equites virique* etiam Hearnii Oxon. Doujatii Colbert. omnesque mei, nisi quod *equitesque virique* sit in Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. *equites viribus obtinentes* in Hav. Utrumque *equis virisque* et *equites virique* ferri potest. Non tantum enim 'equis virisque,' sed etiam, ut hoc loco, 'equis virisque obtinere' dixit Liv. v. 37. 'Equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci.' Ut vero 'equites virique,' ita etiam Silius IX. 559. 'Magna voce trahens equitemque, virosque, feræque Turrigeræ molem, tormentorumque labores.' Insuper *terrebant ex adverso hostis* Voss. Lov. 1. ac 2. *terrebat ex adverso hostis* Flor. Hav. et ed. Aldina. *Timebant ex adverso hostis* edd. principes: *timebatur ex adverso hostis* aliæ, donec *terrebant ex adverso hostes* dederint Mogunt. et Aldus in erratis, *cernebant ex adverso hostes* Gaertn. Paullo ante *Jamque satis omnibus comparatis* Lov. 3. *Jamque omnibus satis paratis* edd. Aldina priores, quæ demum *comparatis* reposuit, comprobantibus omnibus scriptis.

§ 2 *Quos ut averteret, Hannonem Hamilcaris filium*] Polybius III. 42. *Bomilcaris filium* habet; quod eo magis placet, quia Hannibalis fratrem in Hispania potius, quam alium Hannonem, relictum crediderim. *Sabell.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

Digitized by Google

3 2044 098 646 284

Digitized by Google